a ¶Ista est sententia. Adde tu circa hoc, & vide do. Alex. de Imol. in l. si constante. in princ. iiii. col. vbi tenet ꝙ glo. male loquatur, dum vult, ꝙ fauore fidei non debeat extendi ad accusationẽ, & ꝙ contra illam tenet Archid. ibi: quẽ sequitur Lud. Ro. in auth. similiter. C. ad l. fal. & ꝙ causa accusationis sit magis fauorabilis, ꝙ̃ causa inquisitionis: patet ex not. per Bar. in l. infamem. ff. de pub. iudi. & in l. ij. §. ex publico. ff. de adulter. & aliquid per Bal. in l. ea quidẽ. C. de adult. & in l. iij. ff. de suspec. tut. & pro cõfirmatione prædictorum adde ꝙ voluit Cald. in titu. de accus. cons. j. de pœn. cõs. j. Ful. cõs. cxxxvj. & cõs. clxxxvj. & Cœpol. consi. lxv. Pet. de Anch. cons. cxc. & Abb. cons. xxv. In quibus locis concluditur, ꝙ inquisitio est in via extraordinaria, & accusatio ordinaria: & ꝙ dãnatus ex inquisitione nõ efficitur infamis: sed ex accusatione sic. ergo patet, ꝙ quo ad punitionẽ criminis, accusatio est magis fauorabilis: facit ꝙ dicit Alexã. consi. lxiij. in j. vol. vbi ꝙ omnis exceptio quæ põt opponi contra accusatorem, potest opponi contra iudicẽ inquirentem. & inquantum dixi ꝙ dãnatus ex inquisitione non efficitur infamis: intellige vt per Bart. in d. l. infamem. & adde ꝙ per dicta Bar. ibi cõsuluit Raph. Cuma. in consi. lxxj. ꝙ si taliter dãnatus instruitur a fratre in testõ; ꝙ excludetur p querelam inofficiosi ab illo, qui de iure debebat institui. aduerte tamen ꝙ gl. in d. c. in fidei. sequitur simpliciter Rom. in cons. cccxxxvij. Ber.

INQVISITIONIS DECLARATIO.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio fit ex mero iudicis officio, accusatio ad partis petitionẽ, denunciatio uerò ad relationem & denunciam officialis.*

2 *Inquisitio est magis fauorabilis ad reprimendum delicta quàm accusatio, & ideo statuta in fauorẽ inquisitionis nõ extẽduntur ad accusationẽ: quod limita prout ĩ addit. ibi.*



HAEC est quædam inquisitio. Hunc ordinem tenebo, scilicet quem tenuit Bar. in extrauag. ad reprimendum: quia exponam vnumquodque verbum substãtiale, & clausulas dicti processus, quid importet, & quare ita practicatur: super vnoquoque verbo, faciendo glos. formãdo quæstiones & casus quotidianos, ponendo decisiue dicta Doct. 1 † Et ideo dicitur, hæc est quædã inquisitio, ad differẽtiam accusationis, quæ non fit ex mero officio, sed ad partis accusantis petitionem. l. rescripto. §. si quis accusatorem. de mune. & hono. l. qui accusare. ff. de

ff.de accus.& dicitur super glo.in ver. necnõ ad querelã. Et ẽt dicitur inquisitio, ad differentiã denuntiationis, quæ fit ad denunciã, & relationẽ officialis. de quo in l.diuus. ibi per Bar.ff.de custo.reo.& per Cyn. Bald.& Sal.in l.ea quidẽ.C.de accus.& infra dicet, in versic.necnon ad denunciam. Et de istis tribus dicunt Moder.habetur in text. & ibi Bar.in extrauag.ad reprimen.in ver.per accusationem, denuntiationem, & inquisitionem.
2 † Aduertas tñ, ꝙ magis fauorabilis est inquisitio ad reprimendum ipsa delicta, q̃ accusatio, vnde multa statuta in fauorem inquisitionis, non extenduntur ad accusationem: vt est text.cum glos.in c.in fidei.de hær.lib.vi.& Ange.in l.si vacã.C.de bo.va. lib.x.in ver.sumus expediti de hac lege.

AVGVSTI. Tu hic in hac prima conclusione adde, ꝙ verum est, ꝙ statuta in fauorem inquisitionis non extenduntur ad accusationem. Limita hoc procedere, qñ illa statuta in fauorem inquisitionis sunt cõtra ius cõmune: quia non extenduntur ad accusationem, aliàs secus. Ista est sententia Ioan. Andr.& Domi. de sancto Gemin. in c. frequens.in ver.primo.extra de restit.spol.lib. vi.idẽ firmauit Domi. in d.c. in fidei. Adde de materia not.per Anto.de But.in c.venerabili.in fi.extra de off.deleg.

HIERO. Præclare scribitur apud Psalmistam celebrem: Propè est dominus inuocantibus eum. quo enim inuocandi more non tantum in maioribus & arduis vnusquisque fidelis Christianus vti debet: vt in nomine Domini.de testi. vbi Doct.& i q.i. cum Paulus.cum cõcor.de quibus vbique: sed etiã & in minimis.apud Græcos summæ philosophiæ princeps Plato, primo Thimey prudẽter scripsit: Omne quippe opus ex diuini nominis inuocatione principium bonum, melius medium, optimumq; finem consequitur.vt in auth.quomo. opor.episc. in prin.colla.i.not.glo.& Doct.in proœ. instit.Bartol.& Docto.in prima constitu. ff.in princ. idcirco clementissimum ac supremũ Deum puro corde & ore, humiliter inuoco & piissimo saluatore domino nostro Iesu Christo medio, ac immaculata & semper virgine Maria aduocata nostra, totaq; cœlesti curia, ac beato Iacobo, & diuo Hieronymo patronis meis intercessoribus, dignetur ingressum instruere, progressum dirigere, egressum cõplere, lumenq; claritatis, veritatis, ac iustitiæ super intellectus mei tenebras infundere, quatenus valeam quę vera sunt & maiestati suæ grata, ad eius laudem, iudicum & aduocatorum vtilitatem scribere, & in medium deferre, & omni vana gloria semota ita dicere: nolite loqui sublimia gloriantes: quoniam Deus est scientiarum dominus. vt primo Reg.cap.secundo. sapienter scribitur &c. Nunc ad propositum nostrum deueniendo, quia aliquãdo iuuenes assessores ignorant qualiter formãda sit inquisitio (vt verbis vtar do. Bonifa. in suo tractatu de malefi.in rubr. de inquisitionib.) ideo videatis eum qui posuit aliquas diuersas formas inquisitionum: cum vnaquæque inquisitio formari debet secũdum quod qualitas delicti exposcit, vt in l. prætor. ff.de iniur. & per Papiensem in sua practica, in rubr.de forma inquisitionis. vbi multa tangentia materiã nostrã reperietis.

3 *Inquisitio quædam est generalis, quædam specialis, & quæ sit prima species inquisitionis generalis.*
4 *Inquisitionis diffinitio, tam generalis, quàm specialis.*
5 *Inquisitionis generalis quæ sit secunda species.*
6 *Item quæ sit tertia species.*
7 *Item quæ sit quarta species.*
8 *Inquisitio specialis quæ sit.*
9 *Inquisitio duplex est, vna generalis, alia specialis, secundum Hosti.*
10 *Inquisitio secundum Specu. duplex est, vna præparatoria alia solennis & ordinaria.*
11 *Inquisitionis alia diffinitio secundum Hosti.*

ANGE. Et pro expeditione istius materiæ antequàm diffiniatur ipsa inquisitio:
3 † quæro quotuplex est inquisitio: & ibi dicetur eius diffinitio separatim. & dic, quòd duplex est inquisitio, vna generalis, & alia specialis: generalis diuiditur in quatuor species. Vna est, cum præses inquirit generaliter quo ad delicta, quo ad personas: vt cum inquirit ne in suo territorio aliqui sunt pœna digni. vt l. congruit. ff. de offic. præsid. Et ex ista hodie succedit illud bannum generale contra omnes homines malę conditionis & famæ. Et hoc faciunt facere Potestates ꝑ proclama in principio

cipio sui officii: & dicetur hic infra, in hac eadem glo. in ver. (ex quo dico tu iudex et cætera.) & ita dicit Butri. in d. l. congruit. & Sali. in l. ea quidem. C. de accus. in versi. sed quia per denunciationem deuenimus & cętera. circa prin. licet Ang. dicat contrarium
4 in d. l. si vacantia. † & ita diffinitur, ꝙ est ius procedendi per officium ad inuestigationē omnis facinorosæ personæ inquirētis in territorio pœna dignæ: facit ꝙ not. Inno. in c. bonæ de elect.
5 † Secunda generalis inquisitio, est generalis quo ad personas: specialis quo ad delicta, vt cum delictum notorium
a est, sed ignorat malefactor [a] l. quarta §. mādatis. ff. ad leg. iul. pecu. & ita diffinitur, ꝙ sit ius p officium procedendi ad inuestigandum personam, quæ iam repertum maleficium commisit.
6 † Tertia est inquisitio generalis quo ad delicta, specialis quoad personas: vt est illa quam facit visitator ecclesiæ contra existentes in ecclesia ad inuestigandum & puniendum crimē per aliquem
b eorum [b] cōmissum: de qua in capitulo per inquisitionem. extra de accusa. vel cū Syndicus Potestatis contra Potestatem & eius familiam generaliter inquirit de delictis: &
c sic Syndicus ex sua generali [c] inquisitione posset damnare Potestatem & eius familiā postea repertā culpabilē de aliquo delicto.
7 † Itē est & quarta species inquisitionis generalis contra personas de necessitate, vt cum inquiritur de aliquo maleficio contra aliquam ciuitatem & eius homines: de qua ī l. aliud. §. refertur. de re. iur. & sic istę duæ vltimæ diffiniuntur, ꝙ est ius quoddam p officium procedendi ad condemnādum & puniendum facinorosos homines de territorio inquirentis de aliquo crimine, non à maliuolis diffamatos: & hoc etiam de mente Sali. licet per alia verba, in d. l. ea quidē. ver. sed quia per denunciationem deueni-
8 mus ad inquisitionem. † Alia est inquisitio spālis, de qua loquit iste processus: specialis, dico, quoad delicta, & quoad personas, quę potest sic diffiniri, ꝙ est quoddam ius per officium procedendi ad condemnationem & punitionem dictos aliquos nominatim inquisitos, de delictis certis diffamatos. Ista sunt in effectu verba Bar. in d. l. secunda. §. si publico. ff. de adulte. & Ang. in d. l. si vacantia. in verbo, (sumus expediti de hac lege.) Et vide circa huiusmodi diffinitiones Bald. in l. ea quidem. C. de accus. in versicu. circa quod his præmissis & cætera. qui in effectu idem ponit. Et ita in hac prima conclusione residet domi. Ange.

ADDITIONES.

a ¶ Sed ignoratur malefactor. Adde circa hoc, & dic vt per Bald. consi. xxix. incip. in causa inquisitonis. in ij. vol. Ber.

b ¶ Aliquem eorum. Adde ꝙ cum per iudicē ecclesiasticum inquiritur ad punitionē criminum p pœnitentiam, tunc poterit interuenire procurator nec causa dicitur criminalis; secus tamē si ad depositionem: nec superiori casu habet Abbas se necesse inscribere, cum detrudit monachum in carcerem propter crimen. ita tenet Cal. in ti. de accu. consi. ciij. & tenet Oldra. in consi. xlvj. incipi. videtur ꝙ episcopus. Ber.

c ¶ Ex sua generali. Adde circa hoc Bald. in cōs. clxiij. in iij. lib. incip. pręsupposito statuto. de inquisitio. vbi dicit syndicatus officialium dicuntur digestiones: quia tunc officialis digeritur quod inglutiuit ante, & ideo sufficit libellus inquisitionis generalis de generibus singulorum, si postea sequatur probatio specialis de singulis generum; præsertim si in inquisitione ponantur quædā capitula specialia; & dicit esse casum expressum in capitu. veritatis. in versi. alijsque criminibus. de do. & contu. aduerte tamen ꝙ syndici non possunt cognoscere de commissis extra officium; ita Rom. consi. ccccxv.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia adde, ꝙ licet Barto. in d. §. si publico. posuerit has diuersitates inquisitionum: tamen Hostien. in ti. de inquisi. in sum. sua in §. & qualiter procedatur. nō videtur velle ex dictis
9 per ipsum ibi, nisi ꝙ † duplex sit inquisitio: vna generalis, altera specialis. Et idē Rofr. in sum. sua. in tit. de accus. & inquisi. §. i. versicu. itē videamus de secūda parte rubr. Et idem dixit Gand. in tract. malefic. in rubr. quomo. cogno. de malefic. per inquisitio. in vers. super inquisitionę autem per iudicem faciēda. Adde tamen ꝙ Spe. in tit. de inquisi. §. quando autē. versi. ꝙ autē in hac quę-
10 stione quotuplex sit, dixit, † ꝙ duplex est. Vna est præparatoria: alia solennis & ordinaria. Hostien. vero in c. qualiter & quādo extra de accusa. secūdum quod refertur ibi Moder. repetentes, & eum sequūtur in hac materia: addidit aliā speciem inquisitionis, ꝙ erat vna inquisitio vltra generalē inquisitionem. s. generalissima inquisitio: quæ sit ex mero iudicis officio cum in generali, vel prouinciali, aut diœcesali cōsilio inquiritur de statu prouinciarū, siue diœcesum, & de hac

hac tractatur auth. de sanct. epi. in §. vt autem omnis. col. ix. & in c. graue. extra de p̃ben. Sed aduerte, ꝙ si quis subtiliter omnia ista cõsiderabit, licet per diuersa verba hęc dicant: tamẽ reducuntur ad distinctionem Bart. de qua supra in d. §. si publico, à cuius doctrina non est recedendum in hoc, licet repetentes Moder. in d. c. qualiter & quãdo. multa in hoc dicant, tamen resident in idẽ. Et de materia, vide per Salice. in d. l. ea quidem. C. de accusa. in materia inquisitionis, in i. q. & vide Bar. in d. l. ea quidem. qui multum eleganter loquitur: & de illa generali inquisitione, vide Bar. in l. cõgruit ff. de off. præsi. Item addo, ꝙ Hosti. in tit. de inquisi.
11 §. i. aliter diffinit inquisitionem. Nam † dicit, ꝙ inquisitio est alicuius criminis manifesti, ex bono & æquo Iudicis cõpetentis canonice facta inuestigatione: quæ diffinitio posset morderi, quia inuestigatio sonat in factum. Sed inquisitio, est quoddã ius, vt diffinit Bar. in d. §. si publico. & iõ plus mihi placet diffinitio Bart. & ꝙ inquisitio sit ius, & non factum, ad hoc allego Bal. in l. quidem. C. de accusa. & ibi vide per eum diffinitionẽ inquisitionis generalis & specialis: & vi-
a dea Oldr. in cons. suo cclxxvi. qui ponit effectũ inquisitionis generalis & specialis: & ponit an ambæ possint cõcurrere in vno met delicto: & quomodo in inquisitione generali, testes domestici sint admittendi.

ADDITIO.

a ¶ Vide Oldra. Adde tu, & vide eundem in cõs. cclxxviii. incip. licet quantum claustrales. Ber.

Hiero. Inquantum do. Angel. quærit quotuplex sit inquisitio, & qualiter diffiniatur, addatis Vitali. in tracta. malefic. in rub. de inquisi. & earum form. in prin. Bonicuntum in tracta. de accusa. & inquisit. col. iiii. versi. restat videre de quarto. Angel. de Clauasio in sum. in versicu. inquisitio. in §. i. latius Præpo. in sum. ii. q. viii. col. xii. versi. circa inquisitionem.

12 *Inquisitio in quibus casibus de iure formari possit.*
13 *Inquisitionis ponuntur quinque regulæ, secundum quas potest inquiri.*
14 *Inquisitio formatur, aut ad priuatam vtilitatem, aut ad publicam, ad priuatam principaliter, non inquiritur regulariter.*
15 *Inquisitio ad publicam vtilitatem, aut respicit principaliter vtilitem publicam pecuniariã & ciuilem, & potest inquiri, aut respicit casus criminales, & tunc dic. vt infra.*
16 *Inquisitio formari potest vbi crimen tale esset, quod accusando iuris solennitas relaxetur, & de eo crimine inquiri potest.*
17 *Item vbicunque crimen committitur corã iudice, ita q̃d offẽdit ꝑsona vel iudicis maiestas.*
18 *Item, vbicunq; crimen est de atrocioribus, & præcedat fama publica à fide dignis.*
19 *Item, propter immanitatem criminis.*
20 *Item, in crimine læsæ maiestatis.*
21 *Item, in crimine hæresis.*
22 *Item, quando vnus socius nominat alios.*
23 *Item, quando fuit impetratus accusator corruptus à reo, & abolitio fuit impetrata.*
24 *Item, q̃n dominus dicitur occisus a familia, nec cõstat à quo, sumẽdo quæstionem à familia.*
25 *Item, secundum l. quoties. C. de submer. li. xy.*
26 *Item, quando iudex ex inquisitione generali, inquirit cõtra aliquẽ de crimine diffamatũ.*
27 *Cautela Iudicum est, vt in principio sui regiminis faciant fieri bannum prout in litera, quia tunc in casibus expressis in banno et similibus, poterunt inquirere.*
28 *Dãnari regulariter nemo põt sine accusatore.*
29 *Inquirendi facultas, vtrum sit permissa de iure ad publicam vtilitatem & vindictam.*
30 *Inquisitionem non potest formare Iudex cõtra certam personam: nullo alio præambuli præcedente; propter quod iudici vere vel præsumptiue constet de aliqua præsumptione legitima, illam personam delictum perpetrasse.*
31 *Inquisitio formari potest ad vtilitatem priuatam, quando propter dolum partis esset præclusa via agendi.*
32 *Inquirere potest Iudex ad vtilitatem priuatã, vbi per fraudem esset impositum silentium actori vel reo.*
33 *Inquiri potest in casibus de quibus agit do. Anto. de But. & Bal. in locis hic allegatis.*
34 *Inquisitio potest formari in causa ciuili. s. in causa vsurarum, in causa suspecti tuto. & vbi aliqua pietas monet Iudicem.*
35 *Inquisitio formari potest ciuiliter in causa spoliationis, quando causa esset miserabilium personarum, vel episcopus haberet iudicare inter clericos suos.*
36 *Inquisitio ciuiliter formari potest sup iniurijs & vio-*

& violentijs, si Papa delegat vnum iudicem super eisdem.

37 *Inquiri potest in cas. bus positis per doct. in locis hic alleg.*

38 *inquiri potest propter iniuriam illatam presbyteris & illorum ministris, & in ecclesia, vel cultu diuino; & in alijs casibus de quibus per Gandi. in locis hic alle.*

39 *Item, in charta falsa coram iudice producta.*

40 *Itẽ, quãdo hæres qui adit hæreditatẽ cũ beneficio inuẽtarij, aliqua de hæreditate subtrahit.*

41 *Item quando socius nominat socium.*

42 *Item, in crimine notorio.*

43 *Item, in bonis damnatorum.*

44 *Itẽ, contra turbantes, vel iniuriantes scholares.*

45 *Inquisitio criminalis formari potest, vbi delictũ committitur contra miserabilẽ personã.*

46 *Inquiri potest in delicto notorio.*

47 *Inquiri quando possit cum gl. ponant regulã, & postea faciant exceptiones.*

48 *Inquiri an possit de iure nouissimo de omni crimine.*

12 ANGE. † Secundo principaliter in hac materia videndum est, in quibus delictis possit formari de iure ipsa inquisitio: & dico, quòd glo. & antiqui communiter post Dynum dicunt, quòd regulariter de iure non est permissa specialis inquisitio. Sed fal-
a lit in sex casibus[a], quos glo. enumerat in d. l. ii. §. si publi. de adulter. Et Bar. & Nico. de Matarel. in d. §. si publico. in versi. do ergo
13 regulam. Ponunt † quinque regulas ex quibus potest inquiri. Prima est, ad denunciam officialis: vt l. diuus. & ibi Barto. ff. de cust. & exhib. reo. Secunda, quando incidenter de crimine cognoscitur. l. i. C. si aduer. lib. Tertia, quando præcedit generalis inquisitio, postea specialiter inquiri potest: vt l. congruit ff. de offi. præsi. Quarta, quãdo crimen committitur coram eo. l. nullum. C. de testi. Quinta, propter imma-
b nitatem criminis [b] l. si quis in hoc genus. C. de epis. & cle. & sic quoties potest procedi sine metu calumniæ, tunc potest procedi per inquisitionem. Sed Angel. in d. l. si vacantia. damnat istam opinio. Barto. ibi in vers. venio ad secundum articulum principalem. quia falsum est quod inquisitio formari possit, vbi procedi potest sine metu calumniæ: quia fama, licet falsa, excusat à præsumpta calumnia [c]: vt l. si. ff. de hære. insti. & tamen nõ potest inquiri de omni crimine, de quo rumor & fama procedit, vt ibi late per eum facit l. iiii. in prin. & quod ibi not. ff. de suspe. tut. & quod no. Dy. in l. si. eod. ti. quia requiritur inscriptio & accusatio calũniæ. ad hoc vt procedi possit, vt ibi not. Item, in crimine suspecti tutoris, potest per inquisitionẽ procedi l. iii. §. suspectus. ff. de suspec. tut. & tamen hoc nõ est secundum regulas Bar. videlicet, non ad denuntiam officialis. non per incidentem cognitionem, nõ ob generalem præcedentem inquisitionem, nec propter criminis atrocitatem, nec per offensam iudicis. Vnde ipsemet Ang. in d. l. si vacantia. in ver. quid dicendũ: & istud est diffi-
14 cile: † dicit quod inquisitio potest formari aut ad priuatã, aut ad publicam vtilitatem. Ad priuatam principaliter non inquiritur regulariter. quia quando tractatur de priuata vtilitate, debet fieri ad partis petitionem: vt l. iiii. §. hoc autem. & ibi Bar. de dam. infec.

Sed fallit primo, in crimine suspect. tutoris. l. i. & iii. de suspe. tut. Secundo, fallit in datione tutoris l. credendum. ff. qui pe. tut. Tertio, inquisitor ad priuatam vtilitatem inquirit, ad vidẽdum cuius patrimonium sit minutum, vt releuetur à cẽsu. l. fi. ff. de censib. Quarto prætor inquirit ad priuatam vtilitatem contra executores publicos, ne interim tributis aliis vexationibus iniuste vexent subditos: in authenti. de man. prin. §. coges Quinto, episcopus contra vsurarios inquirit, vt vsuras priuato re-
d stituant.[d] c. ad nostrã. extra de iureiu. referunt etiam quod Salic. in d. l. ea quidem. C. de accu. in ver. sed quia propter denuntiationes venimus & cętera. dicit, quod etiam fallit in l. quoties. C. de naufr. lib. xii. & his casibus exceptis dicit, quod nõ potest inquiri ad
15 priuatam vtilitatem. † Secundo casu principali ad publicam vtilitatẽ, distingue: aut respicit principaliter vtilitatem publicam pecuniariam & ciuilem, & potest inquiri d. l. si vacãtia. aut respicit casus criminales: & in hoc ibi Ang. dat quatuor regulas, tres
16 affirmatiuas, & vnam negatiuam. † Prima affirmatiua est, quod inquisitio formari potest, vbi crimen esset tale, quod accusando iuris solennitas aliqualiter relaxetur; & de eo crimine potest inquiri: vt d. l. ea quidem. & l. i. §. denũciatores. ff. ad Turp. & ratio quare ad denunciam officialis potest inquiri,

est: quia ex hoc crimen efficitur notorium: sed in notoriis, proceditur nulla iuris solen
e nitate [e] seruata: l. i. C. qui & aduer. quos. & c. vestra. extra de cohabi. cle. & mul. & ibi
17 per Inno. & alios. † Secunda regula est, ꝙ vbicunque crimen committitur coram iu-
f dice [f]: ita ꝙ offendatur persona, vel iudicis maiestas, de eo potest inquiri d. l. nullum. C. de test. & l. iubemus. C. de ꝓba. & ibi ple
18 ne per Bal. C de proba. † Tertia regula est, quod vbicunq; crimen est de atrocioribus, fama publica præcedente à fide dignis, de eo potest inquiri l. quarta. §. mandatis ff. ad l. Iuli. pec. Et ratio est: quia his atrocioribus, solennitas iuris relaxatur l. prouinciarum. C. de feriis. Ergo ratione prædicta, potest per inquisitionem procedi. & probatur in l. si quis in hoc genus. C. de epis. & cleri.
19 † ꝙ propter immunitatem criminis potest formari inquisitio. Et quæ dicantur crimi-
g na atrocia [g], colligitur ex not. in l. ab ea. & in l. omnibus. ff. de re. iu. & in l. liber homo ff. ad l. Aquil. & l. auxilium. §. in delictis. de mino. & in auth. de mand. princi. §. sed nec homicidas. & in auth. de nup. §. denuntiationes. in qubus casibus poteris per inquisitionem procedere: & quod propter criminis immanitatē potest inquiri, probatur in l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cler. Et adde Rofr. in materia inquisitionis, in summa sua. & Spe. in titu. de inquisitio. §. ii. ad-
20 dūt alios duos casus speciales, † vbi potest informari inquisitio, scilicet in crimine læ-
21 sæ maistatis. l. ii. & iii. ad l. Iul. ma. † Item
h in crimine hæresis [h] l. apostata. C. de apo-
22 sta. † Item, quando vnus socius nominat alios: nam eius dicto non creditur regulariter. l. fi. C. de accus. tamē ex hoc solo Iudex
i potest inquirere [i] contra eum l. i. §. si quis
23 vltro. ff. de quæst. † Item, quando accusatorem a reo corruptum, & abolitionem ipsam impetrasse dicitur: vt l. abolitio. C. de
24 aboli. † Item, quando dominus à familia dicitur occisus, nec constat à quo, tunc pōt inquiri, sumendo quæstionem à familia. l. i.
25 in prin. ff. ad Sil. † Item in l. quoties. C. de
26 submer. li. xii. secundum aliam lect. † Item quando iudex ex inquisitione generali, inquirit contra aliquem de crimine diffama-
k tum. Nam tunc Iudex ad specialem, [k] & solennem inquisitionem super illo delicto, cōtra illum, procedere potest l. iiii. §. i. ff. ad l. Iu. pe. Et est ratio, ne inquisitio generalis reperiatur frustratorie facta: & maxime, cum iudex nunc scit illū diffamatum esse de crimine. l. illustrissimos. C. de off. præfe. prouin. ita dicit Salic. in d. l. ea quidem. in dict. ver. sed quia propter denuntiationem. & in ver. est & alia species: ex quo dico ꝙ Sali. ibi videtur velle id, quod vult Bar. in d. §. si publico. in versi. venio ad secundum articulum. in ver. non obstat, ꝙ alia est inquisi
27 tio generalis. Et dico, ꝙ † iudices debēt assumere hāc cautelam, ꝙ in principio sui regiminis faciant bannum fieri, ad purgandū prouinciam malis hominibus, latum vt cōprehendat proditores, sacrilegos, incestuosos, homicidas, fures, raptores, incendiatores, adulteros, falsarios, & omnes homines malæ conditionis & famæ: postea addenda
l est clausula generalis [l] in fine: & contra omnem personam: quæ aliquid fecerit, vel dixerit cōtra formam iuris & statutorum cōis Ferrariæ. Nam in omnibus casibus expressis in illa inquisitione generali, & etiā in similibus expressis, poterit postea fieri inquisitio specialis, licet aliàs in illo casu speciali non potuisset formari inquisitio. & faciunt not. in l. stipulationes. §. commodissimum. ff. de verb. obl. & in l. sed & si quis. §. quæsitum ff. si quis cau. & c. qui ad agendū. de procu. in vi. & in clem. fi. extra de pro-
28 cura. † Vltima regula negatiua est, quoniam regulariter sine accusatore, nemo potest damnari. l. rescriptio. §. si quis accusator. & ibi gl. ff. de mu. & honor. Vltimo in hac difficultate videtur, secūdum Salicetum in d. l. ea quidem. in vers. sed quia propter denūntiationes. ibi sed mihi videtur & cætera. ꝙ prædictorum conclusio nō fit lege vel ratione, quia nō sequitur: accusatio sine metu calumniæ fieri potest: ergo & Iudex poterit inquirere, quia ista sunt separata. l. Papinianus exuli. ff. de mi. & econtra, non admittitur accusator sine metu calūniæ præsumptæ: ergo nec Iudex potest inquirere. Præterea eorum verba potius probant, ꝙ Iudex potest semper inquirere, sicut quis accusare. sed non tenetur de præsumpta calumnia accusator: vnde ipse tenet glo. aliter
29 intelligēdo, ꝙ intelligat Bar. † Et ideo, cum quæritur, an facultas inquirendi sit de iure permissa ad publicam vtilitatem, & vindicta: sic ibi inquit Sal. aut q̄ritur an sit permissa

missa hoc respectu vt sit sensus, an de quolibet crimine possit inquiri? & dicit. ꝙ sic, quidquid senserit gl.& probat primo? quia accusatio de quolibet crimine est permissa: ergo & inquisitio., quæ succedit loco eius: capitulo licet Hely, extra de simo.l. cũ patronum.§.i.ff.de iur.pa.& sic ad eundẽ effectum,nec maleficia remaneãt impunita.Secundo, inquisitio generalis fit ad effectũ descendendi ad specialem.l.iiii.§.i.ff.ad l. Iul. pe.ergo sequitur, ꝙ in speciali,& de quolibet delicto põt inquiri:iuxta illud generale, propter vnumquodq; tale, & illud magis: vt in auth.multo magis.C.de sa.san.eccl.et dicit ꝙ nõ est respõsio bona huic mortuo. Vnde subdit ibi Sali.& in d.l.ea quidem.ꝙ

30 verà cõclusio in materia est ista.†aut quæritur an Iudex possit suam inquisitionẽ specialem formare contra certam personam, nullo alio præambulo præcedente,propter quod iudici vere,vel præsumptiue sibi cõstet de aliqua præsumptione legitima, illã personam delictum perpetrasse, & dicit, ꝙ not.Et hoc modo intelligẽda est gl. in d.§. si publico. & potest esse ratio, vt iudicũ ma

m litia refrenetur [m]: vt l.ii. in fi. de cu. reo. Si vero præambulo legitimo præcedente propter quod appareat iudici vere,præsumptiue istam personam illud delictũ perpetras-

n se:dicit,ꝙ inquisitio specialis [n] formari poterit pro cuius declararatione cum Canonistis dat talem conclusionem,ꝙ iudex poterit formare semper inquisitionem, vbi clamor validus peruenit ad aures iudicis, ꝙ eius subditus diffamatus sit de aliquo delicto.& dicit,ꝙ de hoc est tex. in d.c.qualiter & quando ext.de accu.& in l.iii. ff.de offic. præfe.præ.& ex eo, quia contra diffamationẽ, in inquisitione generali, iudex deuenit ad specialem.d.l.iiii.ff. ad leg. Iul. pe. & est ratio: quia tale delictum nõ potest amplius sub dissimulatione transferri. Nam iudex non debet dimittere indiscussum ius reipublicæ:maxime, cum scandalum potest oriri:vt in d.c.qualiter. dummodo clamor iste perseueret,qui perueniat ab honestis,et nõ à maledicis personis. Item,ꝙ sit valẽs clamor:ita ꝙ non ab vno,vel semel tantũ, sed sæpe & sæpius & talis clamor debet esse cũ diffamatione: & ideo iudex de tali diffamatione non debet inuestigare à vicinis, & ab aliis notis, & postea suam inquisitionem formare: vbi aũt talis diffamatio cessaret, nõ potest iudex talem inquisitionem formare,nisi sit talis persona, vel vere, vel iuris præsumptione, de tali crimine suspecta: & sic iudici præambulum constaret sibi, videlicet,tale delictum commisisse, vt in ea inquisitione generali reperitur deliquisse. Item, & quando iudex cognoscit incidenter.& est ratio, quia satis sibi constat vt iudici: ideo non potest sub dissimulatione transire, & reipublicæ ius indiscussum relinquere: & hoc etiã patet per alios casus numeratos per glo.in d.§.si publico. Item probato in eo qui instituit accusationem, & non probauit:quia præsumitur calũniose, & contra ipsum potest iudex de calumnia inquirere. Sed his cessantibus, non potest inquirere: & sic loquitur opinio. glo.& ista sunt verba Salic.in d.l. ea quidem. quæ valde sunt notanda.

ADDITIONES.

a ℭ Casibus. Adde, & vide doc. supra in prima apost.alleg.Et vltra ibi alleg.vide Cepo.in cõsi. xxiij.Petr.de Ancha.in consi.cxc. & ad ea quæ ponit infra do.August.vide do.Alex. in d.§.publico in apostillis.

b ℭ Propter immanitatem criminis.Adde, ꝙ propter immanitatem criminis potest transgredi leges.vt puta, propter præruptam seditionem, ita dicit Bal.in l.si quis filio.§.hi qui. ff.de iniust. testa.& sequitur d.Hie. Tor. in consi. edito in fauorem Florentinorum, cum suspendi fecerunt archiepiscopũ Pisanũ & specialia ꝑ criminis immanitatẽ, vide Io Barba.in consil suo lxxij. Ber.

c ℭ Calumnia. Adde Bal.in consi.clxii.in iii. vol. vbi ponitur, ꝙ iudex inquirendo excusatur a ꝑsumpta calũnia licet dicat, fama publica ꝓcedente.& ꝙ dicit famã publicam præcedente: & ꝙ dicit famam publicam nõ præcessisse: id probare debet, & adde ꝙ iudex potest inquirere, licet fama non habeat certum autorem.ita Ioan.An.in addi. Spe.in tit. de no.cri.in.§.fama.& sequitur Fran. de Are.in consi.suo lxxiij.Ber.

d ℭ Restituant. Adde,ꝙ quando formatur inquisitio contra aliquem,qui fuit publicus vsurarius,nõ requiruntur specificationes circunstantiarum criminum sed sufficit generalis,ita Cal.in titu. de accusatio.consi.ij. Ber.

e ℭ Solennitate. Adde,& intellige de notorietate, tam facti permanentis,quam transeuntis: vt dicit Ang.in d.l.si vacantia.versi. sed quæro. & ita alle.& sequitur Hie.Tor.in d.consi. supra alle.

f ℭ Coram iudice. Adde,vt per Raph.Cu.in cõsi. cxxxv. vbi ponit qualiter Iudex possit inquirere de scriptura falsa ꝓducta per partem. & Pe. de Ancha.in consi.clxxij. Ber.

g ℭ Crimina atrocia. Adde ad hæc Bar. i cõs.127. incip.ad declarationẽ,Io.de Ana.in cõs.xliiii.Cepol.in cõsi.xj.& no.ꝙ iudex, licet in atrocioribus

bus delictis nō poſsit inquirere, niſi fama publica præcedente: tamen vt obuietur delicto cōmmitendo, poterit ſine infamia præcedente inquirere. ita voluit And. Barba. in conſi. lxxj. incip. ſcribitur in lib. Heſter & dicit fuiſſe ſingulare dictum Inn. in c. j. de poſtu. præ. & in dicto conſi. vide etiam multa conceſſa: vt futuris delictis obuietur. Ber.

h ¶ In crimine hæreſis. Adde, ꝙ inquiſitor hæreticæ prauitatis, poteſt procedere contra Iudeum occultantem Chriſtianum, volentē ad Iudaicam ſectam tranſire. ita Old. conſi. xxxvj. & quid ſit hæreſis, & qualiter debeat probari. vide eundem Oldr. in conſi. ccx. & an inquiſitor poſsit procedere: tam contra hæreticum, quam contra illum qui confeſſus eſt ſe male ſentire de fide, qui de dicto peccato ſuſcepit pœnitentiā, ſed adimplere noluit. vide Cal. in ti. de hære. conſi. j. Et an ſimiliter procedi poſsit cōtra illū, qui prædicauit hæretica: & per ſuperiorē correctus prædicauit oppoſitum, non tamen voluit corrigere dicta quę ſuus ſcolaris ſcripſit: vide per eundē in d. ti. cōſ. vlt. B.

i ¶ Inquirere. Adde, ꝙ Fulg. in conſi. clxxiij inci. in cauſa inquiſitionis. tenere videtur, ꝙ illud habet locum in homine malæ famæ, vt ex confeſsione ſocij poſsit inquirere cōtra culpatum, & ita refert Albe. & Old. in quodam tract. quem dicit inſeruiſſe. Gand. in tit. de quæſtio. & tormen. & vide Alex. in conſi. lxxxix. in iij. vol. & Pau. de Ca. in conſi. ccxxiiij. in nouis. Ber.

K ¶ Ad ſpecialē. Adde circa hoc, & vide Frācis. de Are. in conſ. vlt; Pet. de Ancha. in conſ. ccccxl. & Pau. de Ca. in conſ. 17. in nouis.

l ¶ Clauſula generalis. Adde tu, & vide Fulgo. conſi. cxxxvj. in iij. col. & de prædicta clauſula: & vide per Ro. in conſ. cclxxv. & cōſ. cccxcix. caſus aliquos in quibus iudex poteſt facere ſpecialem inquiſitionem: vide per Io. And. in capitu. j. vt eccle. bene. & vide Cal. in conſi. j. de accuſ. & Pet. de Ancha. in conſi. cxc. Ber.

m ¶ Refrenetur. Adde circa hoc late And. Barb. in cōſ. 35. incip. ſcribitur præclare eccleſiaſtes. Ber.

n ¶ Specialis. Adde quod Rapha. Cu. in conſ. 135. dicit, ꝙ communis opi. eſt de iure ciuili, ꝙ Iudex poſsit inquirere: ſed de conſuetudine contrarium obſeruatur: & tamen non poteſt inquirere niſi præcedentibus indiciis legitimis. & idē voluit Io. Andr. in addi. ad Spe. tit. de inquiſi. §. j.

AVGVSTI. Tu autē in hac materia adde, & dic ꝙ inquātum tractatur hic in iſto
paſſu, in quibus caſibus poteſt formari inquiſitio. Et primo diſcuſſum fuit, an ad vtilitatē priuatā poſsit formari vltra illos ca-
31 ſus ſupra enumeratos. † Adde aliū caſum,
vbi poteſt formari inquiſitio ad priuatam vtilitatem, quando propter dolum partis eſſet ꝓcluſa via agendi: ita voluerunt Guil. Lau. & Pau. in cle. i. ext. de offic. ord. quæ doctrina fuit approbata à Pe. de Anch. & à Ioan. de Imo. ibi: & idem voluit Paul. in c. ſi. extra de fo. compet. De qua materia late. per doct. in c. ad noſtrā. & in c. quemadmodum. de iureiur. & infra dicetur. Dicit tamen Do. Car. in d. cle. i. ꝙ Lau. ibi dice-
32 bat, † ꝙ vbi per fraudem eſſet impoſitum
ſilentium reo vel actori: ꝙ tunc iudex pōt inquirere ad vtilitatem priuatam: maxime ſi ſit caſus, in quo eſt peccatum notorie, vt eſt in reſtitutione vſurarum, vel in impedimento executionis teſtamēti: quia talia ſpectant ad eccleſiam. maxime ſi actor iurauit non agere: & ſic dicit Lau. ꝙ intelligatur dictum c. ad noſtram. Sed dicit do. Card. ꝙ proprie hic non fit inquiſitio ad vtilitatem priuatam, ſed ad intereſſe publicum. Item adde, ꝙ doctrina poſita in dicta clemen. i. de offic. ord. videtur falſa: nam ſentētia eſt Inn. Ioā. And. Ant. de But. & aliorū in c. ad noſtram. extra de iureiur. ꝙ etiam in cauſa vſurarum, ꝙ fortius eſt, ſi ſoluens excluſus à via repetendi vſuras: quia ita iurauit nō repetere. Tamen iudex ad priuatam vtilitatem. & ſic ad priuatum intereſſe, nō poteſt formare inquiſitionem ſuam, ad hoc vt ille reſtituat vſuras: ſed bene poterit formare inquiſitionem ad pœnitentiam imponēdam, licet in conſequentiam veniat priuatum intereſſe, quia fructuoſum, non poteſt agere pœnitentiam, niſi reſtituat alienum. capi. non remittitur peccatum. de regu. iur. & ita voluit Hoſtien. in ca. i. extra de vſur.
33 † Itē adde in hac materia alios caſus, quos
poſuit Anto. de But. & Alii in dicto capitulo ad noſtram. extra de iureiurand. Item adde alium caſum, quem poſuit Bal. in l. ſācimus. per illum tex. C. de ſacroſan. eccleſ. qui dicit, ꝙ licet fuerit ſententia Inno. in d. c. ad noſtram, ꝙ in cauſa ciuili non poteſt formari inquiſitio. Tamen fallit fauore eccleſiæ: quia contra detentatores rerum eccleſiarū, poterit iudex formare inquiſitionem ciuiliter. Et pro hac concluſione bene facit id quod dixit Bal. in c. primo. §. ſi tres.
34 de pa. iur. fir. qui videtur velle, † ꝙ in cau-
ſa ciuili, iudex non poteſt formare inquiſitionem, niſi in tribus caſibus. in cauſa vſurarum, in cauſa ſuſpecti tutoris, & vbi aliqua pietas mouet iudicē: & idē dixit Bald. in c. primo. §. iniuria. de pa. iur. fir. vbi allegat Cynus in l. mulierem. C. ſi mā. ita fuer. alie. ne proſti. quem ſequuntur docto. ibi. ꝙ in cauſa miſerabilium perſonarum, pōt iudex formare inquiſitionem ciuiliter. Sed cauſa eccleſiæ eſt cauſa pia, & dicitur habe

re fauorem miserabilium personarum. argu. eorum qui habentur in l.fina. C. de sacrosan eccles. igitur & cætera. Et pro hac conclusione facit quod dixit etiam Hostien. & sequitur Ioan. Andr. in c.solitæ. extra de restitu. spolia. in i. colum. qui dixit,
35 † ꝙ licet videatur probari, ꝙ in causa spoliationis iudex possit formari inquisitionē ciuiliter: hoc verum, quando causa esset miserabilium personarum, vel episcopus inter clericos suos haberet iudicare in tali causa. Adde tamen, quòd licet Innocen. in d. c. ad nostram. & in c. quoniam frequē ter. extra vt lite non conte. dixerit, ꝙ ciuiliter super iuribus ecclesiæ inferior a Papa non possit per inquisitionem, existente legitima causa, procedere: nisi quòd do. Ant. de Butr. in d.c. quoniam. §. sunt & alii. declarat hoc, quòd erit legitima causa, si qs occupat, vel male tractet iura ecclesiæ. vide tamen Imo. in d. §. sunt & alii. qui aliter intelligit dictū Inno. & Imo. in d.c. ad nostrā. vide dicta Ant. de Bu. in c. venerabili. extra de offi. dele. in penul. col. vide Ro. in singu. primi anni, quod inci. Innoc. dubitat &c. & est singul. penulti. illius primi anni, qui per bonas rationes concludit, quòd ēt inferior
a à Papa & quilibet iudex,[a] potest procedere per viam inquisitionis super rebus ecclesiæ, & aliarum personarum miserabilium.
36 † Adde etiam alium casum positum p Fe-
b de. de senis in suo eleganti consi. ccix.[b] qui dixit, ꝙ si Papa delegat vnum iudicem super iniuriis & violentiis: talis iudex poterit formare inquisitionē ciuiliter super eisdē: & non poterit formare inquisitionē ad hoc vt reus criminaliter puniatur: & hoc concludit per bonas rationes: de quibus ibi per
37 eū. Et certe mirabilis est illa doctrina. † Adde alios casus collectos per do. Ant in d. c. ad nostram. & alii etiam possent colligi ex doctrina Sali. in d.l. ea quidem. & per Bald. ibi, dum allegat. l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. & vide Ang. in l. inter litigantes. ff. de iudi. & Bar. in d.l. si vacantia. Et inquantum do. Ang. hic ponit materiam quādo in
38 criminalibus possit formari īquisitio. † Adde, ꝙ vltra alios casus posuit alium Io. Andre. in c.i. vt eccle. benefi. propter iniuriam illatam presbyteris[c] & illorum ministris, in ecclesia vel cultu diuino: per ea quæ habentur in l. si quis hoc genus. C. de episc. & cle. Gandi. vero in trac. malefi. in rub. quomo. cogn. de malefi. per inquisi. & melius in rubri. quid sit accus. & quan. accusa. est neces. enumerat alios casus, vbi per inquisitionē pōt procedi in crimine sacrilegii. d. l. si quis
39 in hoc genus. † Item, in charta falsa coram iudice pducta l. iubemus. C. de probatio.
40 Item quando hæres qui adit hæreditatem cum beneficio inuentarii aliqua de hereditate subtraxit: vt C. de iure del ber. l. sanci-
41 mus. § licentiam. † Item, approbat etiam,
42 quando socius nominat socios. † Item, in crimine notorio. & voluit etiā gl. i c. de manifesta. ii. q i. & in d. c.i. vt eccles. benefic.
43 † Item, in bonis damnatorū. l. si quis intra. C. de bo. proscri. & tandem multas alias leges allegat etiam, vbi speciale est, ꝙ pōt formari inquisitio. vide etiā Io. An. in d.c.i. vt eccle. benefi. ponentem multos alios casus, vbi potest ēt formari inquisitio: sed Imo.
44 ibi eum reprehendit. † Item adde alium casum vltra doct. vt contra turbantes, vel iniuriantes scholares, potest formari inquisitio: vt dicit Bal. in authē. habita. C. ne fil. p
45 pa. in viii. colum. † Adde alium casum per Ang. post doct. ibi, in l. mulierem. C. si mancip. ita fuer. alie. ꝙ vbi delictum committitur contra miserabilem personam: in omni tali delicto inquisitio criminalis potest forma-
46 ri. † Item, vbi delictum est notorium: & de materia vide per Bart. in extrauag. ad reprimen. in ver. per inquisitionem. vbi idem dixit, ꝙ in d. §. si publico. & per Bald. in d.l. ea quidem. Et inquantum quidam nituntur impugnare gl. illā in d.l. ii. §. si publico. de adul. quem dicit, ꝙ regula est; ꝙ de iure ciuili non potest formari inquisitio contra delinquētem, sed ista regula habet multas
47 fallentias, vt supra dictū fuit. † Adde quòd glo. nostra iuris ciuilis videtur vera. pro qua allego aliā gl. de iure cano. in c. de manifesta. ii. q. i. approbant omnes doct. ibi: & aliam gl. in c.i. extra vt eccl. benefi. quæ gl. faciunt regulam, postea ponunt exceptiones, in quibus casibus potest formari inquisitio. Ad idem allego glo. insti. de pub. iudi. in princ. & gl. in l. tutor. §. præterea. ff. de suspe. tuto. & glo. in l. rescripto. §. si quis accusatorem. ff. de mu. & ho. faciunt no. per gl.
48 in d.l. nullum. & l. pen. C. de proba. † Sed aduerte, quòd ista doctrina vr̄ falsa: & primo in hac difficultate allego autoritatē Io.

And.

And. in c. felicis. extra de pœ. ĩ nouel. li. vi. q. dicit, ꝙ hodie de iure nouissimo, in omni crimine põt formari inquisitio: per tex. in auth. de colla. §. iubemus. per quẽ text. dicit etiam Ioan. Fab. insti. de publ. iudi. in prin. ꝙ satis hodie possumus dicere, tã de iure ciuili, q̃ canonico. ꝙ præcedente infamia, põt de omni crimine formari inquisitio. & ita dicit, ꝙ de facto obseruatur. Præterea hoc idẽ est de consuetudine. quia licet de iure nõ posit formari ĩquisitio, nisi in certis casibus. supra enumeratis. Tamen hodie, cõsuetudine, potest formari inquisitio regulariter in omnibus casibus: & primo ad hoc allego autoritatẽ Gãd. in tract. malefi. ĩ d. rub. supra alle. qui dicit, ꝙ de iure Lombardo, potest formari inquisitio in omnibus casibus, sed etiã de consuetudine in aliis locis. de quo dicto Gand. fecit mentionem Bald. in d. l. ea quidem. Quinimo saltẽ de iure cano. hodie in omnibus casibus potest formari inquisitio, præcedentibus his de quibus in c. qualiter & quando. extra de accusa. Ita in terminis no. Ant. de Bu. in c. i. extra de offic ord. per illum tex. in i. colum. & idem Anto. in c. i. vt eccl. benefi. in vi. col. est & sententia Archi. in d. c. felicis. §. fi. extra de pœ. li. vi. & doct. communiter ĩ d. c. qualiter & qñ. Sed aduerte. quia regulariter teneo, siue de iure ciuili, siue de cõsuetudine, siue de iure canoni. nõ potest formari inquisitio, nisi ĩ casibus supra enumeratis & regula est vera, tã de iure ciuili, q̃ de iure canonico, quod inquisitio nõ potest formari. Fallit in casibus supra enumeratis: hoc satis supra ꝓbatũ est autoritate illarum gloss. de iure ciuili & canonico, in d. §. si publico. & in d. c. de manifesta. & in d. c. i. vt eccle. benefi. vt glo. nostri semper posuerunt exceptiones à regula: & sic est falsa illa doctrina Ioan. And. in d. c. felicis. & ideo illa glo. in d. c. de manifesta. quæ dicit. Fallit quando crimen probatur per inquisitionem, voluit dicere ꝙ vbi præcedunt illæ solennitates, & sunt probatæ: de quibus in d. c. qualiter & quando. poterit procedi hodie per inquisitionẽ: quia fateor hic, ꝙ iste est vnus de illis casib⁹ vbi potest formari inquisitio qñ fama ꝓcessit. Et ideo, in hoc reprehendo Bart. in l. congruit. ff. de offi. præsi. qui dixit, ꝙ vbi sancitum est, ꝙ ĩ certis casibus specialibus possit procedi per inquisitionẽ: hoc debet intelligi, si fama ꝓcessit: quia dico, ꝙ in omnibus casibus, potest formari ĩquisitio, si fama præcessit, per. d. c. qualiter & quando. Nec obst. ille text. in §. iubemus, per quem tex. Ioan. And. in d. c. felicis. dicit, ꝙ hodie de iure nouissimo, in omnibus delictis potest formari inquisitio. Nam hæc sua sentẽtia est falsa, quia ille tex. loquitur ĩ casu speciali, vbi potest formari inquisitio. Et ideo ipsemet [c] Ioan. Andre. melius, & rectius in hac materia locutus est in addi. Specu. ĩ titu. de inquisi. §. quando autem. versi. ii. vbi reprehendit iudices qui hodie in Italia de cõsuetudine ĩ omni delicto formant inquisitionem: & dicit, ꝙ male faciunt: Ecce ergo quomodo Ioan. And. totum dixit contrarium eius quod dixit in d. c. felicis. Adde tamẽ ꝙ Guid. de Suza in tracta. de malefi. sub rub. quali. fiat inquisitio. dicit, ꝙ de generali cõsuetudine, hodie potestates omnes in omnibus criminalibus procedunt ꝑ viam inquisitionis, licet contra ius sit quia nisi in xiii. casibus de iure hoc fieri non potest. Et in hac materia multum eleganter locutus est Gaspa. de Calde. in consil. suis, in titu. de accusa. consilio primo. qui ponit, qui sunt casus in quibus de iure ciuili potest procedi per viã inquisitionis. Præterea, ꝙ omni crimine possit formari ĩquisitio de iure canonico: hoc etiam nõ credo verum, quia Spe. & Ioan. And. in d. §. quãdo autem. dum ponũt exceptiones à regula, videntur sentire cõtrarium. & Ioã. Andre. in d. c. primo. vt ec. benefi. Et ideo licet Bal. dixerit in c. i. extra de offi. ordi. ꝙ inquisitio de iure canonico, est remediũ ordinarium: sed de iure ciuili, est remedium extraordinarium. Nam omnis exceptio, quæ est contra regulam, dicitur esse remedium extraordinarium: & sic Bal. videtur sentire, ꝙ de iure canonico, nulla est exceptio criminis, quin in omni crimine possit formari inquisitio. quia ordinarium remedium est hoc de iure canonico: sed de iure ciuili, est secus: quia est extraordinariũ remedium: patet quia nõ inquiritur nisi casibus exceptuatis. Nam dico, ꝙ ista doctrina Bal. est falsa. Et cõtra ipsum allego decis. Inno. in c. cum oporteat. de accus. q. dixit, ꝙ inquisitio est remediũ extraordinarium: & glo. hoc dicit in c. presbyter. ii. q. iiii. dum

illi.dum dicit, primo debet pcedere accusatio,postea inquisitio: faciunt ea quæ habentur in c.nullius.iii.q.iiii. & facit c.quoniam contra.coniuncta gl.de prob.vbi appellatione iudicii ordinarii, non venit inquisitio:& ideo gl.in indiuiduo de iure cano.in c.cum speciali,extra de appel.in versi.cum iudicē.vult q processus inquisitionis dicatur extraordinarius processus: & hoc credo verum,licet Innoc.in c.dilecto. de senten.excom.libro vi.tenuerit contrarium.& Bal.in c.super literis. extra de rescrip.allegat Inno.hoc voluisse ibi, q de iure canonico,inquisitio sit remedium ordinarium. Adde tamen, q in hac materia videnda essent dicta Bart.in l. si maritus §.i. ff.de adult.& do. Bal. in l.i.§.cum vrbem. ff.de offi.præfe.vr.& Ang.in l.ea quidem. C.de accusa.& dicta do.Abb.in rub.extra de iur.vbi videtur concordare opi. & vide Domi.de san.Gem.latius loquentem in c. multi.ii.q.i.& Bal.in l.i.C.qui accu. & Ange in d.l.si vacantia. Item aduerte, q in illis casibus exceptuatis à regula in quibus dixit, q potest formari inquisitio:possem allegare multas decisiones similes, sed qa in hoc nemo contradicit:ideo sum contentus pronunc de huiusmodi allegationibus.

ADDITIONES.

a ¶Iudex. circa hāc materiam,videlicet, qui Iudex possit inquisitionem facere contra suos subditos,vide longā & bonam dis.d.Henrici Boyc. qui per duas col.eam examinat. in c.i. extra de offi.ordi.Hie.Cbucha.

b ¶Consi.cclix. Adde tu,q est in cōsi.cxvj. inci. do.Fede. & dicit hoc probari in auth. de collatio.§.iubemus.B er.

c ¶Et ideo ipsemet. aduerte tu, quia Ioan. And. ibi loquitur de iure ciuili, sed de iure cano.sensit secus,vt supra.

Hiero. Inquantum Ang. Augusti. laborant,an gloss. in d.l.ii. §. si publico.de adulte. sit vera, quòd regulariter de iure ciuili non est permissa inquisitio,nisi in certis casibus.dicatis,quòd domi.Alb.de Ro. in l.ea quidem.C.de accus.& in d.§.si publico.tenet illam glo. & dicit eam communiter à docto. approbatam. subdit tamen, quòd de consuetudine,& alicubi de statuto,iudices de omni crimine inquirunt:pro quibus dicit benefacere text.in authen.de colla.§.iubemus.coll.ix.& ff.ad leg.iul.pe. l.iiii.§.mandati.l.congruit.de offi. præsi.& Amede.in tracta.de syndi.col.vii.& eandē opinio.glo.tenet Bal.in sua practica:quam dicunt quidam fuisse Tancre. de corne.in rubri.de quæstio.circa inquisitio.in i.q.vbi etiam firmat, q nec etiam de iure cano.in omni causa seu crimine generaliter possit inquiri:& respondebit ad c.qualiter & qn. cum suis concor.q loquitur quando inquiritur contra aliquem in sua administratione, vel officio præsidentiæ, vt suæ villicationis rationē reddat:tunc enim, quia eius administratio cōsistit circa multa: ideo nō est mirum, si de multis inquiratur. arg.l.i. C.de transac.& l.exigendum. C.de procura.& l i.de admi.tut.& l.procu.C. de transact vnde etiam de omnibus delictis commissis & per eum perpetratis, potest inquiri: vt in auten.vt iud si. quoquo suffra. & de diuer.& tempo.præscrip. l.i.& de statu mona.c.i. in prin. sed prædicta omnia non sunt trahenda ad cōsequentiam inquirendi cōtra specialem personam præter administrationem officii delinquētem: quia de hoc nihil dicitur in d.c.stabimus ergo iuri, q non inuenio correctum &c.vt C.de testa.l.sancimus.nec obst.etiam iura alle. videlicet.§.iubemus.& §.mandatis.quia respondeo dupliciter. primo,secūdum Marsil.q dictæ leges intelligantur.& loquātur. quando generaliter cōtra personam inquiritur:vt in l.congruit.ff.de offi.præsi.& ita videtur sentire ibi glo. la Alber.& Bart.& Albe.in d.§.si publico. vbi multas solu.ponit ad dicta iura.vel secundo,secundū Dy. quādo crimina sunt notoria & manifesta: nā tunc permissum sit iudici inquirere, & interrogare.subdit tamē, q de consuetudine contrarium obseruatur:& hanc opi videtur tenere Areti.in rub.extra de iud.vbi dicit,q etiam de iure cano.regulariter nō est permissa inquisitio. Vos tamē domini, reiectis op.teneatis cum Sali.& An. hic & Aret.idem tenenti.in c.qualiter & quādo. extra eo.col.xiiii.pro quibus allego Vitali. in suo opere malefi.in d.ru. de inquisi. vbi cōcludit per supradicta iura, q procedi possit per inquisitionē in omni casu: & q ita de generali consuetudine obseruatur,quę vicem.l.obtinet:vt ff.de leg.l.cum de consuetudine.l.de quibus.§.fi.& quæ sit longa consuetud.C.l.i.& sic cum tam certam habuerint interpretationē, minime essent immutanda

mutāda:vt in l.minime.ff.de legi. quod tamen intelligit fama præcedente,clamore, vel indicio vno vel duobus: per dictum c. qualiter.& ibi nota.& c.cum oporteat.eo.ti.idem etiam tenet Io.Fab.ī l.ea quidem. C.de accusa.& Præpo.in sum.ii.q.viii.col. xxii.versi.in criminibus autem &c.& hæc videtur verior opi.Secundo, inquantū Ange.tangit an quādo agitur de priuata vtilitate, possit inquisitio formari: adde quod Areti.vbi supra.colum.xv.versi.sed quæritur.tangit quæstionē,& finaliter concludit,ꝙ sic,per l cōgruit.de offi.præsi.vbi generaliter videtur permittere iudicē,super omni delicto posse specialiter inquirere.& ponit exemplum in furto, quod est crimē priuatum:vt in l.fi.ff. de furt.& tamē pro eo ponitur pœna corporis afflictiua: vt in authē.nouo iure.C. de furt.& in corpore, vnde sumitur. & ibi respōdit ad quædam facientia contra hanc opi. & concordat cū eo Præp.vbi supra qui de verbo ad verbū omnia motiua & fundamēta Are.eo tacito posuit,duntamen ex sufficientibus indiciis moueatur iudex ad inquirendum.Tertio,inquantum Ang.& August.enumerāt hic plures casus in quibus potest formari inquisitio, tam ad publicam vtilitatem,q̃ etiam ad priuatam.vide quam plures per Bal.in sua practi.in d.rub.& q.& Præposi. & vitali.vbi supra. Zaneti. in repet.c. i.extra de accus.super rubr.col.xii. & Alex.in apo.ad Bar.in d.§.si publico. Io.de Platea instit.de pub.iud.in prin.col.ii.& iii. & per Soci.in tracta.fallen.quem dicunt fore suū in cc.regula.vbi ponit vii.fallen.per ordinē:in quibus potest iudex in criminalibus etiam ad priuatā vtilitatē inquirere, quas referre non curo,ne longum processum faciamus.Item,inquantum dicunt, ꝙ quando vnus socius nominat alios, iudex pōt inquirere.addatis quod cōtraria sententia videtur verior:quam tenet Fulgo.consilio cxxxvi.col.fi.versi.nouissime Alex. consi. cxxviii.incip.quoniam abunde.col.fin.lib. iiii.Phili.Deci.consi. clxxv.in i.parte. inci. in causa falsita.col.ii.versi.secundo dato.& in cons.ccxxxiii.incip.in effectu. quæritur. col.i.in ii.parte.vbi allegat plures concor. pro qua mihi videtur ꝙ faciat doctrina Vitali.de qua supra inquantū vult.quod non possit procedi ad inquisitionem, nisi saltē sit vnum indicium contra delinquētē, sed dictum socii nō facit indicium: vult Sal.in l.fi.C.de accus.& Alex.& Phili.in præalle. consi.ergo dicendum est iudicē non posse propter eius dictum inquisitionē informare. Item etiā facit pro hac opi.doctri.Ang. hic,cum concor.de quibus supra quando, s. possit cōtra certam personā iudex suam inquisitionem formare &c.Quarto inquātum Ang.& Aug. dicunt posse formari inquisitionem in causa vsurarum:addatis,ꝙ hoc procedit de iure canonico,non tamen de iure ciuili.ita Bald.in c.i.§.similiter,col. ii.versi.extra.no.&c.de cōtro.inuest.refert & sequitur Phil.Deci.consil.clxx.in i.par. col.iii.versi.confirmatur.inci.viso themate & his quæ narrata & cætera.

49 *Inquisitionis via q. iudices procedere possint.*

Ange. Tertio principaliter est viden-
49 dum,† qui iudices possint per viam inquisitionis procedere?& dico, quòd Ange.in d.l.si vacantia.dicit,aut est causa meri imperii principaliter, aut incidenter, aut est causa mere peccuniaria. Primo casu nemo formabit illam inquisitionem nisi sit iudex qui habet merum imperium, nec potest hoc merum imperium delegari. l. i.ff.de offi.eius cui man.est iurisd. & l. imperium. ff. de iurisd.omn. iudic. Si autem causa meri imperii incidit ī dicta causa mere ciuili,etiam pecuniaria,& tunc quilibet iudex coram quo tale crimen incidit poterit cognoscere đ tali causa.l.nullum.C.de testi.cum si.Et est ratio: quia ratione īcidētis cognitionis causa meri imperii deuoluta est ad suā iurisditionem.l.quoties.C.de iudic.Secundo casu,quādo causa est mere pecuniaria & ciuilis, spectans ad publicam vtilitatem: & tunc omnis iudex qui habet cognitionem da illa causa,pôterit ꝑ inquisitionē procedere in dicta causa, vt est tex. in d.l. si vacantia.& ita dicit do.Aug.ibi. Avgvsti. Tu autem in hac materia adde quod dixit Spe. in titu. de inquisi.§.i.in versicu. Item opponitur quòd volens &c.qui dixit, quòd Papa & Imperator inquirunt per suos legatos vel delegatos a. Item episcopi in suis diœcesibus. Item metropolitanus,non tamen in clericis suffraganei, nisi in casibus qui not.in c. pastoralis.de off.ord.Item præses prouinciæ.

ciæ. Item quicunq; habet cognitionẽ causæ criminalis: hoc est merum imperium. & qui sunt isti, not. per Spe. in tit. de iurisdi. om. iudic. & alleg. d. c. qualiter & quando. & c. sicut olim. extra de accu. & c. i. extra de offic. ordi. & l. i. §. si quis vltro. ff. de quæstio. & in fine concludit, ꝙ quicunq; iudex qui pôt corrigere & punire, pôt & inquirere: & hanc sentẽtiam tenuit Hosti. in sum. de inquisitio. §. si q̃s possit. qui in effectu hoc dixit. Adde tñ, ꝙ in hac materia in illa inquisitione gñalissima, de qua locutus sum vltra Doct. ꝙ illã inquisitionẽ generalissimam potest facere episcopus, & quilibet metropolitanus: secundum tñ formam traditam in c. sicut olim. extra de accusa. & in auth. de san. epis. §. vt autem omnis. col. ix. Item illam inquisitionem super statu alicuius ecclesiæ, vel loci, tam super capite, q̃ super membris, potest facere quilibet prælatus, qui habet ecclesias sub se pleno iure: vt in c. conquerente. extra de off. ord. Item
b scias, ꝙ Oldr. in cõsil. suis, cõs. ccxiii.[b] dicit, ꝙ iudex delegatus super iniuriis & differẽtiis, censetur etiam habere potestatem inquirendi super huiusmodi violentiis.

ADDITIONES.

a ¶ Per suos delegatos. Adde tu tamẽ, ꝙ delegati papæ in suis prouinciis non possunt dicere sentẽtiam sanguinis. ita Io. And. in c. fi. ne cle. vel mo. lib. vj. tñ si papa cõmittat sacerdoti causam capitalem ex certa scientia, videtur dispẽsare vt sententiam capitalem dicat. ita Fran. de Are. in cons. lviii. vbi etiam dicit, ꝙ statutum de duabus dietis, non habet locum in causa inquisitionis. Ber.

b ¶ Consi. ccxiij. Adde, ꝙ voluit allegare Fede. de Senis. in consi. cxvj. Ber.

Hiero. Inquantum quærit Ange. qui iudices possint per viam inquisitionis procedere: addatis, ꝙ istam quæstionẽ melius q̃ alibi reperietis examinatã per do. Henri. Boyc, in c. i. de off. ordi. extra in i. dist. quẽ omnino videatis, & quia longa est eius di. eã referre nõ curo. sufficiat vobis remissio.

50 *Inquisitio quod de necessitate requirat, ad sui substantiam.*

51 *Inquisitio quando teneat, etiam si non præcedat diffamatio.*

52 *Inquisitio nõ tenet si nõ habet debitã formã.*

53 *Inquisitio, vel libellus criminalis, non requirunt de necessitate conclusionem.*

54 *Inquisitio debet fieri in scriptis.*

55 *Inquisitio non requirit quòd lis contestetur.*

56 *Solennitas iuris vel statutorum non requiruntur in modo procedendi vel condemnandi, quando crimina leuia sunt.*

57 *An iudex inquirens ex mero suo officio, possit formare inquisitionem, nulla diffamatione præcedente.*

58 *Inquisitio fit in crimine hæresis, nulla diffamatione præcedente.*

59 *Inquisitio specialis tenet, non præcedente diffamatione quando de conscientia principis formata est inquisitio.*

60 *Inquisitio siue processus non tenet, nisi fama præcedat licet reus nõ opposuerit et rñderit inquisitioni, & semper poterit opponere.*

61 *Inquisitionem & capturam debet præcedere fama, quæ originem habeat ab honestis & fide dignis.*

62 *Inquisitio generalis non debet continere tempus nec locum.*

63 *Inquisitio in crimine hæresis tenet, sine loco et tempore.*

64 *In crimine falsi tenet processus sine loco & tempore.*

65 *Inquisitio formata cõtra certã personã de pluribus criminibus in genere cõmissis, nõ requiruntur specificationes circunstantiarum.*

66 *In criminalibus hodie de consuetudine concluditur per illã clausulã: quare peto eũ cõdẽnari secundũ formã iuris et statutorum.*

67 *Inquisitione non fit litis contestatio, nisi ex parte rei.*

68 *Crimina quæ dicantur esse leuia.*

50 Angel. Quarto principaliter † quæro quot sunt necessaria pro substantia inquisitionis: & dic ꝙ quinque. Primo, ꝙ ex parte iudicis inquirentis sit Iudex cõpetẽs: aliàs non valeret quicquid actum esset. C. si à non cõpet. iud. per totum. Secundo requiritur ex parte rei contra quem inquiritur, ꝙ sit suppositus iurisdictionem inqui-
a rentis[a] quo ad illud crimen, aut ratione loci, aut delicti. l. i. C. vbi de cri. agi opor. aliàs non posset contrà eum inquirere. c. si diligenti de for. cõp. Tertiò requiritur ex parte causæ de qua inquiritur, quia non super omni crimine, de iure ciuili potest inquiri, vt supra dictum est, secundum Salycet. Quarto requiritur, ꝙ fama publica à fide dignis præcedat: & non semel, sed sæpius: & sit tanta, ꝙ generet scandalum, & sine periculo tolerari nõ possit. c. ad petitionẽ

& c.

& cap. qualiter & quando. & c. cum oporteat. extra de accusa. ita dicit Ange. in d. l. si vacantia. & si ista diffamatio non præcedit, nec inquisitio procedit. Sed Ange. in d. l. si vacantia, in ver. de quinto notabili articulo, dicit ꝙ in pluribus casibus tenet inquisitio, quantuncunque non pręcedat diffamatio. † Primo, quando reus est pręsens, & non opponit [b] vt in capitulo secundo. de accusatio. in sexto. quia tunc tenet inquisitio sine diffamatione.
51
b

Item fallit in inquisitione generali contra caput & membra, vt in cap. primo, de offi. ordi. & sic Syndicus potestatis qui inquirit contra potestatem & eius officiales, & sic contra caput & membra, potest inquirere non præcedente aliqua diffamatione. Tertio fallit quando ad denunciam officialium [c] procedit, vt d. l. ea quidem. Quarto fallit quando Iudex ex mero officio inquirit, & non ad postulationem vel querelam alicuius d. cap. primo, de offic. ordi. Quinto, quando iudex inquirit ex necessitate sui officij, vel vertitur periculum animarum, vt not. in c. ad nostram. extra de iureiur. quod notandum est, si per statutum cauetur, ꝙ potestas teneatur inquirere de tali delicto, & si non fecerit, imponit sibi pęnã, & tunc in tali crimine potest inquisitio formari, non præcedente aliqua diffamatione, alias poterit inquirere si vellet, sed nõ arctatur à statuto, tunc regulariter requiritur ꝙ diffamatio præcedat, [d] nisi in casibus supradictis, vt in cap. qualiter. & in cap. inquisitionis. de accus. ita dicit Ange. in d. l. si vacantia. versi. de quinto vero articulo. † Sexto requiritur ex parte formæ inquisitionis, quia si non habet debitam formam, [e] non tenet. d. c. qualiter & quando. & d. cap. inquisitionis. facit l. j. ff. si men. fal. mod. dixe. ita dixit Ange. in l. si vacantia. & ista forma est, ꝙ pars citetur. ita dicit Ange. in d. l. si vacantia. in princ. facit cle. pastoralis de re iud. Item, ꝙ apponatur locus & tempus, sicut in accusatione. l. libellorum. ff. de accusatio. quoniam Judex inquirens, succedit in locum accusatoris, præterquam in subscriptione ad pœnam talionis [f], quia non debet se subscribere, ita dicit Barto. in d. l. ij. §. si publico. versicu. quæro vtrum in inquisitione. & in versi. vtrum in inquisitione iudex. & Ange. in d. l. si vacantia in versic. quæro an iudex teneatur ad pœnam talionis. & in versi. quęro an in inquisitione debeat apponi locus. & Sali. in d. l. ea quidem versicu. si per denunciationem. Et subdit do. Ang. hic, † ꝙ licet in libello sit necessaria conclusio, tamen in libello criminali vel in inquisitione, non est necessaria cõclusio, vt no. in l. j. ff. de eden. quia ius concludit ad pęnam sine iudice. l. j. ff. ad Turpil. ita no. Bal. in d. l. edita. C. de eden. Sed de consuetudine accusator concludit. dum petit eum puniri secundum formam iuris vel statutorum [g], & iudex inquirens concludit, apponendo illam clausulam, super quibus omnibus & singulis &c. Ita dicit Bar. in d. §. si publico. in versic. tertio quæro vtrum inquisitio debeat continere conclusionem. & Ange. in d. l. si vacantia. † Item requiritur ꝙ inquisitio fiat in scriptis, & redigatur in scriptis, [h] sicut libellus in ciuili, ita dixit Ange. in d. l. si vacantia. in versic. item quæro an quando fieri debeat inquisitio. Et fuit originale verbum Azo. in aut. de exhib. re. in §. scimus. in fin. gl. magnę.
c
d
52
e
f
53
g
54
h

Item iudex debet animaduertere, ꝙ antequam faciat inquisitionem, interroget reum super quo intendit inquirere contra eum, alias si primo formaretur inquisitio, & postea interrogaret, non valeret, vt in cap. qualiter & quando, in ver. debet igitur. de accusa. Sed Ange. in d. l. si vacantia. in versi. proceditur autem in inquisitione ordinaria. dicit, ꝙ hoc de consuetudine non seruatur, quia imo semper ante fit inquisitio & postea interrogatur. Sed dic quòd illa doctrina [i] Angel. in d. l. si vacantia. procedit quando iudex contra absentem inquirit. Si autem reus est pręsens & in fortia officialis, tunc semper iudex interroget [k] cũ tortura & si non, in camera pluries, vt videat bene super quo possit informare inquisitionem, & post eius interrogationẽ, formet inquisitionem. † Item non est necesse quod super inquisitione lis contestetur, quoniam hic non est actio, ergo non est dare cõtestationem, & licet non sit litis contesta. fieri tamen debet per iudicem interrogatio, & per reum responsio, vt infra patebit in glo. super verbo, (constitutus &c. respondet &c.) Et maxime hoc militat, vbi contra absentem in aliquibus casibus poterit fieri condemnatio, vt l. iiij. ff. de sica. & ex forma statutorum communiter per Italiam, proceditur contra absentem, ergo non requiritur litis contesta. quia hoc impossibile est. ita dicit Ange. in d. l. si vacantia. in versicu. item quæro an in causa inquisitionis debeat litis contestari. Et prædicta omnia procedunt in criminibus grauibus, quia istę solennitates requiruntur. † Sed in criminibus leuibus [l] solennitates iuris. vel statutorum, non requiruntur in modo proce-
i
k
55
56
l

dendi, vel condemnandi, vt in authen. nisi breuiores. C. de sen. ex pericu. recit. puta, si quis fuerit repertus ad ludum azardi vel cum armis, vel de nocte; si pœna est pecuniaria & parua, tunc in his non requiritur ordo iuris, vel statutorum, nec requiritur quòd processus formetur, sed sufficit quòd iudex faciat mandatum, quòd soluat pœnam, & si statuto cauetur. quòd de omni delicto iudex faciat processum, intelligitur de delictis grauibus, non autem de leuioribus. ita eleganter dicit Barto. in l. leuia. circa fin. de accusa. & quæ crimina dicantur leuia[m] vide Bar. in d. l. leuia &
m plenius in d. l. nõ solũ. §. si mãdato de iniurijs.

ADDITIONES.

a ¶Inquirentis, Adde tu, ꝙ tamen delegatus papæ poterit inquirere & citare existentem in territorio imperij. ita Bar. in extraua. ad repri. versi. totius orbis. & dicit etiam ipse ibi, in verbo, per edictum, ꝙ licet iudex non possit citare in alieno territorio, potest tamen scribere iudici illius territorij, vt reum citet. & si fuerit negligens, poterit postea ipse citare. & prædicta sequitur Frã. de Aret. in consi. liij. vbi etiam dicit, quod si inquisitus comparuerit, & responderit inquisitioni, & deinde recesserit, quod tamen valet sententia cõtra eum lata, ex quo voluntarie comparuit, licet non potuisset citari. Ber.

b Et non opponit. Adde ad hoc Cepol. in consil. lxvij.

c Officialium. Adde Cep. in consi. xl. quem vide.

d Diffamatio præcedat. Adde Fulg. in consilio. cxxxvj. & consil. clxxv. vbi consului pro statuto Vincentiæ, & vide infra. in verbo. fama publica præcedente.

e Formam. Adde, ꝙ ex inepta inquisitione debet sequi absolutoria, ita tenet Roma. in consil. cxliiij. & an sine inquisitione quis possit damnari. vide Cepo. consil. lx. in fi. & Roma. in consil. cx. & Pau. de Cast. consil. cxlj. in antiquis. & quæ sint præeminentiæ inepti libelli. vide per Bart. in consi. penult. Ber.

f Pœnam talionis. Adde circa hoc Ioan. de Ana. consil. j. & Ang. consi. clxxvij. & an procurator fisci debeat se subscribere ad pœnam talionis in crimi. lęse. maie. vide Cepo. consi. xvij.

g Statutorum. Adde ꝙ tunc libellus dicitur præsumptiue concludere, ita Rom. in consil. xv. & an sit necesse ꝙ libellus in criminalibus concludat, vide Cepo. in consi. xiiij. col. iij. versi. nec ob. dum dixi. vbi tenet quòd non.

h In scriptis. Adde & vide Spe. in titu. de inquisi. §. nunc tractemus, in tit. de lit. contest. §. i.

i Illa doctrina. Adde ꝙ ex his declarantur dicta per istum infra in versi. fama publica. in vi. col. versi. quæro qualiter &c. & in iiii. col. in addi. incip. tu autem adde hoc &c.

k Interroget. Adde, & vide Cepo. in consi. xl. col. xiii. versic. circa sextum.

l Leuibus. Adde tu & vide Cepo. in cõs. xxxiiii. & idem est si esset consuetudo ꝙ de grauibus non fieret processus, vt refert Cepo. in consil. xl. fieri in Alemania & Germania, ita ipse in d. consil. xl. in fin.

m Leuia. Adde quę dicantur crimina leuia, tam de iure diuino quam positiuo. & vide per Bar. in consi. ccxvii. incip. ad declarationem. Ber.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia adde, ꝙ quantum primo supra deducta fuit illa singularis doctrina do. Ange. in d. l. si vacantia. in 4. fallen. † quòd vbi Iudex inquirit ex 57
a mero officio[a] suo, & non ad postulationem, vel denunciam alicuius, quòd tunc Iudex formabit inquisitionem nulla diffamatione præcedente, per capitulum primum. de offic. ord. dicatis, quòd licet communiter assessores hoc obseruent, tamen ista doctrina est falsa, contra quos primo allego Gandi. in tract. malefi. in rub. quomo. cogn. de malefi. per inquisitio. in versic. si autem iudex accedat ad inquisitionem nullo inquisitionem promouente. & in versi. item no. quod quãdo Iudex recepit testes super infamia alicuius ex mero officio & cætera. qui concludit ipse quòd vbi iudex procedit ex officio suo ad inquisitionem nullo promouente, iudicem, quod tunc si reus neget se de illo crimine infamatum, tunc iudex debet inquirere de fama & infamia, quã reperta incipiet procedere ad inquirendum de maleficio. & allegat dictum capitulo primo de offic. ordin. bene verum est, quòd Gandi. ibi dicit, quòd si iudex inquirens receperit infamiam contra Caium, & Caius neget se esse de illo crimine infamat, non tenetur iudex ei facere fidem de ipsa infamia. Nam iudex non faceret fidem de ipsa infamia nisi sibi iudic. cum ipsemet iudex sit. Dicit tamen quod si à tali grauamine appelletur, tunc iudici superiori fides est adhibenda de ipsa fama. capitu. cum cessante, extra de appel. Vnde Gand. ibi vult omnino, quòd isto casu reo negante, contra quem inquiritur, se esse infamatum de tali crimine, quòd non teneat inquisitio, si non præcessit infamia, & in hoc est differentia bene, quando iudex inquirit ex mero officio, vel alio promouente iudicem ad inquisitionem, quia vbi iudex ex mero officio procedit, habitis testibus super infamia, & reo petente copiam, iudex non debet dare sibi copiam, secus si ad postulationem alterius vel ad denunciam alterius iudex inquirit, quia ipsi reo petenti copiam de ipsa infamia, iudex debet ei dare copiam infamiæ. Et ideo contra Ange. concludo, quòd nemo

Nemo iudex vnquam sit tantæ audaciæ quan-
do inquirit contra certam personam de male-
ficio, et ex suo mero officio, vt formet inqui-
sitionem suam nisi præcedente infamia de de-
licto. Et in terminis ad hoc allego Host. in
sum. de inquisi. in §. qualiter procedatur. ver.
quòd si alias contra singularem personam in-
quisitio fiat, & iudex ex suo officio procedat,
& ibi in ver. aut præsens est is contra quem
&c. qui Hostien. determinat illud idē quod
dicit Gand. supra scilicet, quòd vbi iudex ex
suo officio procedit nullo promouente inqui
sitionem, & reus negat se esse diffamatum iu-
dex non potest procedere, etiam isto casu ni-
si præcedat infamia, & hoc voluit Spe. in ti.
de inquisi. §. nunc tractemus. versi. hoc autem
scias. & Ioan. And. in c. qualiter & quando. su
per glo. mag. extra de accu. Adde tamen quòd
pro opi. Angel. videtur esse casus in cap. ad no
stram. extra de iureiuran. vbi proceditur ad
inquisitionem, nulla præcedente infamia. Et
ideo dicebat ibi do. Anto. de But. quòd Inno.
dicebat, quòd ibi erat speciale vbi iudex ex
mero & puro officio procedit, quia non præ-
cedente diffamatione, poterat formare inqui-
sitionem, secus si ad denunciam alterius. Sed
do. Anto. de But. ibi temperat hoc esse ve-
rum, vbi iudex procedit ex mero & puro of-
ficio, & agitur de peccatorum correctione,
vel imminet periculum animarum, tunc iu-
dex procedendo de mero & puro officio, for-
mabit inquisitionem sine diffamatione præ-
cedente. alleg. cap. ij. & penul. de sup. negli.
præla. & cap. fin. de cleri. peregri. & hanc limi
58 tationem semper teneas menti. †Item ad-
de alium casum vbi proceditur per inquisitio
nem nulla præcedente diffamatione, scilicet
in crimine hæresis, casus est quem do. Card.
dicit ibi esse singularem, & sic alibi non le-
gisse, in cap. excommunicamus. §. adijcimus.
extra de hære. & ipsum sequitur Io. de Ana.
ibi in ij. col. Sed ille tex. hoc mihi non dicit,
bene verum est, quòd est alia differentia isto
casu, ꝙ vbi iudex ex suo officio procedit ad
inquisitionem nullo promouente, examina-
bit testes super diffamatione quòd isto casu
si comparet contradictor, & vult probare
de bona fama, non aditur, secus si iudex ad po
stulationem alterius inquirit contra aliquem.
ita voluit Gandi. in loco supra alle. quia non
ita præsumitur contra iudicem, sicut contra
aduersarium. alleg. d. c. cum oportet. & de hoc
59 vide etiam in locis supra alleg. †Adde etiā
alium casum, vbi regulariter tenet inquisi-
tio specialis, nulla præcedente diffamatione,
quando de conscientia principis est formata
inquisitio, quæ conclusio, an sit vera vel falsa,
late dicam in additi. meis infra in ver. fama pu-
60 blica præcedente. †Item adde Old. in con-
sil. suo. ccxiij. qui vult, ꝙ fama præcedat inqui
sitionem, vel quòd testes ipsam probent, alias
non tenet processus, licet etiam reus non op-
posuerit, & responderit inquisitioni, quia sem
per poterit probare contrarium, & hoc oppo-
61 nere. †Item adde pulchrum cōsilium Pet.
de Ancha. in consi. suo ccliiij. qui consuluit,
ꝙ opus est, ꝙ fama præcedat capturam & in-
quisitionem iudicis, non autem sequatur, &
debet habere originem ab honestis & fide di-
gnis, & ideo ibi dicit quòd fama quæ probat,
quod post capturam rei habuit originem, non
probat, quia opus est, ꝙ appareat à quibus, &
à quo tempore ista fama habuit originem an-
62 te capturam, & inquisitionem. †Item in-
quantum supra dictum est, quòd inquisitione
debet apponi locus & tempus, addatis ꝙ hoc
est verum in inquisitione speciali secus in in-
quisitione generali, vt voluit Bartol. in extra-
uagan. ad reprimen. super verbo, inquisitio-
nem, qui affirmauit etiam in dicto §. si publi-
co. dum respondet ad glo. institu. de publi.
63 iudi. in princi. †Item addatis quod hoc nō
habet locum in crimine hæresis, quia proce-
dit inquisitio sine loco & tempore. Ita singu-
lariter dixit Bald. in l. j. C. qui accusa. in iij. co-
lum. & ibi vide rationem. Et de ista materia
vide omnino Rapha. post doc. in d. l. edita. C.
de eden. & ibi Bald. in versi. nono opponitur.
& ibi dicit Bald. ꝙ imo in inquisitione non
debemus apponere nec locum, nec tempus,
quia lege hoc non cauetur. & l. libellorum.
loquitur in accusatore qui non caret odio,
sed non sic in iudice. Et omnino vide Abb.
in cap. fina. extra de purg. cano. qui videtur
limitare prædicta. & per Bald. in l. ij. C. de
eden. & per Bald. & Salic. in dicta l. ea qui-
dem. & Cyn. in l. j. C. vbi conue. qui cer. lo.
da. promis. & per Bartol. in l. j. §. j. ff. de suspe.
tuto. & per Angel. in l. libellorum. ff. de accu
64 sa. †Item adde quod dixit Bald. multum
eleganter in c. j. quib. mo. feu. amit. qui dixit,
ꝙ in crimine falsi tenet processus sine lo-
co & tempore, & dixit, ꝙ allegat glo. quæ nō
reperitur alibi. insti. de pub iudi. in princ. Et
ratio est, quia crimen tale fit in absconso, &
sic etiam possemus dicere, ꝙ omnibus casi-
bus vbi non militat solennitas legis libello-
rum, in illis casibus procedet inquisitio sine

aco & tempore, &c. qui sunt isti casus, pro nūc tene menti quòd dixit Angel. multum singulariter in auth. quomodo opor. epi. in §. fin. & contra committentes delictum cōtra maiestatem diuinam tenet processus sine solennitate legis libellorum, quæ solennitas legis libellorum, an habeat locum de iure canoni. Moder.
65 late posuerūt in c. delicti. extra de iudic. † Itē adde id quod dixit Gaspar Calde. in consi. suo. ij. tit. de accus. ꝙ vbi formatur inquisitio contra certam personā de pluribus criminibus in genere commissis, non requirūtur specificationes circūstantiarum criminum, & allegat Io.
c And. ita voluisse, & in hac materia[c], vide Angel. in consil. suo clxxvij. quod incip. visis actis prædictis. qui dicit. ꝙ in inquisitione, sicut in accusatione, debet apponi locus & tempus, & dicit ꝙ locus & tempus, homicidij debet apponi, non autem auxilij, vel mandati.
66 † Item inquantum supra dictum est, quòd in criminalibus non est de necessitate ponere conclusionem in libello. Adde glo. Cyn. & Ang. in l. in causis. C. de accusa. quam glo. ponderauit etiā Bald. in l. edita. C. de eden. in versi. ibi, circa secundum, an libellus procedat sine conclusione & cætera. ibi Bald. notabiliter loquitur, quæ differentia, si an libellus concludat, vel non, in criminalibus. Adde tamen quod Saly. in d. l. in causis. dicit, quòd hodie de consuetudine concluditur semper in criminalibus, per illam clausulam quæ apponitur in fin. quare peto eum condemnari secundum formam iuris & statutorum. & de hac materia vide pulchra verba Bald. in l. & si seuerior. C. de his qui not. infam. per Bar. in l. quid ergo. §. pęna grauior. ff. de infami. & per Ang. in d. l. edita. & latius dicam. infra in versi. nec non ad querelam.
67 † Item inquantum dictum est supra ꝙ inquisitione non fit litis cōtestatio.
d [d] Adde ꝙ Bal. in l. j. §. ij. de offi. præfect. vrb. in vlt. col dicit, ꝙ non fit litis contesta. nisi ex vna parte, scilicet rei, & in vlti. col. C. de accusa. & ibi dixit vnum not. verbum. & idem Bald. in l. j. C. qui accu. in x. col. dicit, quod licet in inquisitione lis non contestetur, tamen quasi contestatur per responsionem rei apud acta, dum respondet inquisitioni. Et de materia vide per Bald. in l. j. C. vbi de crimi. in fin Sed tene menti, quæ dixerunt do. Anto. de But. & Abb. in cap. quoniam frequenter. in §. sunt & alij. extra vt lite non contesta. Nam imo videtur quod in causa inquisitionis non possit procedi sine litis contest. de hoc videtur text. in cap. cum dilecti. extra de purga. Cano. Et ideo pro solutione referunt, ꝙ Hostien. dicebat, aut iudex procedit ex mero officio, & tunc nulla requiritur litis contest. quia non est cum quo lis conteste. aut ad querelam alterius inquiritur, & tunc cum illo promouente querelam, debet lis contestari, idem, secundum Innoc. cum inquiritur aliquo specialiter prosequente ipsam inquisitionem, per no. in c. cum olim, extra de test. ad fi. magnæ glo. Et de materia in c. cum I. & A. extra de re iudi, Referunt tamen quòd Spe. in ti. de inquisi. §. j. versi. cum igitur. concordat opin. ꝙ in generali inquisitione, siue sit specialis prosecutor, siue non, non fit litis contesta. fit tamen quasi litis contesta. ita loquitur text. in c. cū I. & A. In speciali vero inquisitione, si non est specialis prosecutor, non fit litis contest. fit tamen quasi litis contesta. quæ est inter famam & responsionem factam per ipsum reum, traditis capitulis secundum formam cap. qualiter & quando. Si autem est inuestigator tunc assistens, vel ibi positus per iudicem vt adiuuet iudicem, tunc non est lis cōtestanda, secus si sit prosecutor specialis impetrans & assumens inquisitionis tutelā, quia tunc lis debet contestari cum ipso & reo, & hoc omnino ad limitationem Bar. & Angel. & dictorum supra & hoc voluerunt Innoc. & Hostien. in cap. cum clamor. extra de test. Quando autem est specialis prosecutor, & reus est absens per contumaciam, an tunc sine litis contest. possit procedi, vide do. Abb. in d. §. sunt & alij. decidentem ꝙ sic, per glo. in cap. cum I. & A. extra de re iudic. & hoc affirmat Old. in consi. suo cclxxvj. & vide Bald. in l. si pluribus. ff. de lega. j. & vide pulchra verba Bald. in l. cum mulier. ff. solu. mat. in v. colum. qui dicit, quòd licet per talem responsionem factam per reum, inducatur quasi litis contesta. tamē illa responsio debet fieri iudice sedente pro tribunali, non in ortis & nō in domo, quod not.
68 † Item inquantum do. Angel. hic dixit quæ crimina dicantur leuia, vel non, & allegauit Bart. in locis supra alle. Addatis, quòd per prædicta non habetis veram conclusionem, sed videatis Angel. temperantem ista in d. l. non solum. §. si mandato. de iniur. & in d. l. leuia. de accus. & adde vltra ipsos glo. in cap. cum illorum. extra de senten. excom. in verbo, membri, quàm dicit, quòd hoc relinquitur arbitrio iudicis, quàm crimina dicantur leuia, vel non, & per illam glo. contra Bartol. approbo do. Angel. in d. l. leuia. quia secundum vulgi opi. & consuetudinem,

dinem, ista veniunt in consideratione. Nã licet alias per l.crimen.dicat, atrox tamen secundum consuetudinem hoc nunc non erit. & vide glo.in l.iii.ff. de iniur. in princ. quæ videtur velle, quòd omnis iniuria facta cum armis, dicatur atrox crimen.

ADDITIONES.

a Ex mero officio. Adde circa hoc & de intellectu d.c.j. vide per Barb. in consi. xxxv. incip. scribitur præclare apud Ecclesiastes. vbi late de hoc. Ber.

b Et hoc voluit Spe. Adde ꝙ vbi scandalum verti posſit. & in causa hæresis potest iudex inquirere diffamatione non præcedente, ita Spe.in d.§.j.verſi.vtrum, quod fortifica, vt per Barb.in consi.lxxij.incip.scribitur libro Hester.

c Et in hac materia. Adde quod Ange.in consilio clxxviij.& in consi.ccxcvij.dicit expresse ꝙ in inquisitione, sicut in accusatione, est apponendus locus consummati delicti, nec sufficit ponere locum auxilij præstiti, vel man. vel tractatus, & ꝙ debeat apponi locus & tempus & solennia l.libellorum, tenet Alex.de Imol.in consi.clxvj. & consil.cxxiij.in ii.vol.& videtur voluisse Rapha.Cu.in consi.xxvii.vbi dicit, ꝙ ex quo inquisitio su cessit loco accus.sicut ostẽsus accusans non potest producere testes domesticos, ita nec iudex inquirens, & vide remissiue per Alex.in apost.ad Barb.in d.l. libellorum. no.tamen ꝙ sicut in accusatione requiritur locus & tempus delicti, ita debet poni in mandato dato ad accusandũ, secundum Rom. consi.lx.& non solum in libello criminali inserendus est locus, sed etiam cum agitur actione famosa ciuiliter, ita Rom.in cõsi.cxci. tamẽ si cognosceretur virtute rescripti, in quo esset clausula ꝙ cognosceret summarie de veritate & æquitate, tunc locus non incertus non vitiaret libellum, ita Alex.in consi. vi.in iii.vol. Ber.

d Litis contestatio. Adde tu circa hoc. & vide Franc. de Are.in consil lviii.versi.ad quintum. vbi ꝙ responsio facta per reum in iudicio criminali accusationi vel inquisitioni ad interrogationem iud. etiam absente denunciatore inducit lit. contest.allegat Bar.in l.is qui reus.& de pub.iud. & dicit ꝙ ita seruatur in practica, & iudex dicitur interrogasse reum quando detulit iuramentũ calumniæ, vt respondeat inquisitioni. & licet in actis non appareat de interrogatione, tamen ex quo apparet de solenni responsione, præsumitur ꝙ præcesserit interrogatio. allegat Ioan. And. & Anto.de But. in c.j.de lit.contesta.& an quando est specialis prosecutor, & reus est absens, posſit procedi in cõtumaciam litis contesta. vide Oldr. consi.lxvi.& Capo.in consi.vi. Ber.

Hiero. Prima inquantum Ange.ponit quinque quæ necessaria sunt de substantia inquisitionis, addatis Amede.in trac.de syndic col.vii.vers.successiue vbi per ordinem ponit ista quinque substantialia Bal. in sua pract.in rubr.de quæsti.circa inquisi.in i.q.

Secũdo, inquantum Ang.enumerat hic quinque casus in quibus potest iudex formare inquisitionem, diffamatione non præcedente.addatis Amede. in tract.de syndi. col.xi.in glo.super verbo, in eo & cætera. vbi enim enumerat xii. casus, quos referre non curo, in aliis autem casibus regula remanet firma p iura hic allegata. & hæc est cõis sententia doct.in d.c.qualiter & quando.& in c.inquisitionis.de accusa.de qua ẽt materia late traditur per Alex.cõsi.cxxiiii. inci.quoniam abunde in princ. in vi.vol.& in cõsi.cxxxviii.incip.visa copia denuncia. in prin.& col.iii. versi. non obst.eo.volu.& consi.cxx.incip.viso processu inquisitio. in princ.vii.vol.Phil. Deci. consi.clxx. incip. viso thema.& his quæ narrata sũt.in i.par. col.ii.versi.sed prædictis.& consi.clxxv.incip.in causa falsita.col.ii.versicu.ii.principaliter. vbi plures concor. Hiero.zane.in repe.c.i.de accus.super rub.col.xiii. versi.nec procedit &c. Tertio inquantum dicit ꝙ forma inquisitionis est quòd pars citetur, videatis notabiliter Mar. so. in tract.de citat.arti.xx.q. xxv. vbi ponit formam citationis in criminalibus. Quarto, inquantum Ang.sequendo Aug.in d.l.si vacantia. tenet, quòd quando iudex ex mero officio inquirit, & non ad postulationem partis, ꝙ non requiritur diffamatio, addatis quòd cõmunis opin.doct.est in contrarium de qua videatis Alexan.qui eam tenet cum multis concor.per eum in consi.cxxxviii.incip.visa copia inquisitionis.col. pen.& fi.ver.non obst. pro ista communi est tex.iuncta glo. quam sequuntur doct.ibi, in c.i.de offi.ordi.vbi latisſime Henric.Boyc, in sua i.dist. quam dicit ibi Bal.procedere, etiam si Potestas habeat à statuto arbitriũ procedendi libere in criminalibus, vt probatur in d. tex.in versi. liberam pro qua facit doctrina Pau.de Leaza. in c.grauis. in vlt.col.extra de deposi. & ante eum fuit Gandi. in rub.an pote.qui hab.arbi. &c. qui volunt quòd Potestas, siue iudex quantumcunque habeat amplum & liberum arbitrium procedendi in criminalibus, non tam per hoc poterit ponere aliquem ad torturam, legitimis non præcedentibus indiciis, vt late tradit Alex.consi.clxxxiii.incip.habita super contentis & cætera. ii. vol. & cum

communi tenet Bonifa. Vital. in d. opere malefi.in d.rub.de inquisi.in princip.versi. si autem iudex Præpo.in c.habet.ii.quæst. iiii.col.ii.in princ.versi.conclude. sed aduerte,posito ꝙ indicia debeant præcedere inquisitionem,si tamen oppositum non fuerit, an valebit processus, & videtur ꝙ sic, per tex.in c.ii.de accus.lib. vi. & ibi docto. & Alex.in d.consi.cxxxviii.& in cons.cxx. inci.viso processu vii.vol.& practicus Pap. in sua forma inquisitio.in glos.super versi. fama publica & cætera.contrarium tamen tenet Vital.in d. opere, in d.rub.de inquisi in forma inquisi.contra robora.in fi.per cap.inquisitionis. de accus.extra.idem Areti.vbi alleg.Bart.Bald.& Gand.idem tenere in c. qualiter & quando. pen. col. in fin. sed breuiter dicatis,quòd prima opp.procedit quando præsente & tacente inquisito iudex inquirit:vt in d.cap.ii. de accu.lib. vi.secus tamen quando absente: & ita procedit, secunda opp. Quinto,inquantum de substantia inquisitionis est, ꝙ ponatur locus & tempus adde. ꝙ idem tenet Bald. consi.ccccxc.incip. de sola subscriptione.in iii.volu.Pap.vbi supra in glo.super verb.in domo Amede.vbi supra col.vii.in fin.& Pari.de Puteo in tracta.de syndi.in rub.redditio rationum in verbo, an per dictũ char. ci.idem Bar.& Angel.in sua Marga.in verbo,inquisitio.versic.i. & notabiliter Henri. Boyc.in cap.fina.de purg.cano.de quo posuimus infra in glossa.de anno præsenti, & in glo.in platea.& traditur etiam per Ang. infra in verbo, (& ad querelam,) numero 55.& adde quòd gloss.quam hic allegat August.institu.de publi.iudi.in princip.reprobatur communiter, secundum Præpo. in dicto capitu.libellorum.ii.quæst.viii.colum.v.ver.& de inquisitione & cætera. Cano.tamen communiter in dicto cap.qualiter & quando.tenent quòd non, vt ibi per Fely.post alios. Sexto quæro, in quibus causis criminalibus nõ requiratur libellus? videatis nota. Maria.in capitu. ignatius episcopus.de libel.obl.vbi col.vi.ponit regulam cum lxxx.fallen. inter quas enumerat multas causas criminales, in quibus non requiritur libellus,sed etiam quæro, an iurabitur de calumnia in istis causis criminalibus? Et breuiter dico ꝙ sic, secundum cõmunem opinionem, quã late prosequitur Marian.in capitulo literas.de iuramen.calum col.ii. vers.octauo. Inquantum Ange.concludit, quòd in libello criminali,vel inquisitione,non requiratur conclusio.adde ꝙ idem tenet idem Ang.infra in glo.super verbo, (& ad querelam.) & ibi Augustinus.ver.an autem dies & cætera.de quo late Præpo.qui idem tenet in c. libellorum secunda quæstio. octaua colum.ii. versicu. nota ꝙ non & cætera. & Amede. in dicto tracta.colum.septima.in fin. Octauo inquãtum tangit Angelus an requiratur lit. cõtesta.in inquisitione. vide vnam bonam dist.quam facit dominus Henricus Boyc, in dicto capitulo qualiter & quando .lo ii. in secunda distinctio. & rogo,ꝙ vbicunque allegauero tibi distin.Henri.quòd omnino eas videas, quia meram veritatem, quasi semper in eis reperies.

69 *Inquisitio ex quibus causis possit impugnari.*

70 *Omnis exceptio quæ potest opponi contra accusatorem, potest opponi contra iudicem regulariter,excepto quod concerneret,quia est magistratus.*

71 *Inquisitio nomine reipublicæ fieri nõ põt ꝓ iudicẽ,qñ exceptio respicit personã offensi,ut quia est malpagus, qui ex forma statuti non est audiẽdus,nec in ciuili,nec in criminali.*

72 *Inquisitio potest fieri de delicto in bannitum commisso,licet ipse non possit audiri.*

73 *Inquisitio licet possit opponi quod reus non est diffamatus,limita hoc nõ habere locũ ubi inquisitio ex mero iudicis officio est formata.*

69 ANGE. † Quinto principaliter quæro, ex quibus causis põt inquisitio impugnari? Respondeo,ſm Ange.in d.l.si vacantia.in ver.de tertio articu.principali.ꝙ inquisitio semper põt impugnari, qñ deficit aliquid de natura ex substantialia ipsius inquisitionis,& hoc regulariter est in omni actu, vt ex tali defectu semper possit impugnari l. cũ hi.§.cũ ꝑtor.ff.de transac. Sed Sali.in d. l.ea quidẽ.in versi.sed quia propter denunciationẽ,& in versi.quæro quinto de exceptione dilatoria.altius exorditur materiã, ꝙ quædã sunt exceptiones respiciẽtes permissionẽ inquirẽdi, quædã personã iudicis cõtinẽtes,quædã eius qualitates, vel officiũ attẽdentes. Exceptiones circa permissionẽ inquirẽdi pertinẽtes, & respiciẽtes indistincte possunt opponi,vt puta:nõ est tibi permissum

missum de hoc crimine inquirere, & procedit exceptio, attento quòd de omni crimine non potest inquiri, alias secús. pro quo facit, quia sufficit dare instantiam. prima quæstio. primo capitulo sicut vrgeri, & est text. cum glo. in l. creditori ff. de oper. no. nuncia. Item, quia non potest contra me inquiri, quia non sum diffamatus, & ideo contra me non potest procedi, vt dicto capitulo qualiter & quando. Et isto casu habebit iudex de hoc præambulo docere, alias non poterit ad vlteriora procedere. l. ignorant. C. qui accusa. non possunt. Secundo potest opponere exceptiones tendētes contra personam iudicis, vt quia sunt ini-
a micitiæ capitales a, vt est text. & glo. in dicto capitu. qualiter & quando. sed hoc probabit opponens. Et aduertas, secundum Bartol. in dicta l. secunda. §. si publico. ff. de adulte. in versic. item quæritur vtrum contra iudicem.
70 Nam dicit, † quòd regulariter omnis exceptio, quæ potest opponi contra accusatorem,
b potest opponi contra iudicem b excepto eo quòd concerneret, quia est magistratus, allegat de cleri. coniu. capitulo diuersis. vt puta, quia est magistratus, vel quod habeat plures vno semel inquisitos. Istud non potest opponi. argumen. l. cum his. §. j. ff. de conditio. indebi. ita etiam dixit Salicet. in dicto loco. Si autem opponeret exceptionem incompe-
c tentiæ c ratione iurisdictionis, & potest opponi l. prima. C. si à non compe. iudi. Item isto casu non poterit iudex declarare inquisitionem obscuram, & eius verba quam formauit eius præcessor, ita dicit Bartol. in l. inter stipulantem. §. primo. ff. de verborum obligatio. & ideo hæc exceptio poterit opponi.
71 † Quædam sunt exceptiones respicientes personam offensi, vt quia est malpagus, qui ex forma statuti non est audiendus, nec in ciuili, nec in criminali, tunc iudex nomine reipubli. non potest inquirere, cum ipse offensus non posit & istam quæstionem formant Iac. de Aret. & Bartol. in l. non solum. §. quanquam. ff. de iniur. vbi Iacō. tenet, quòd talis exceptio potest opponi dicto. §. quanquam, in contrarium alleg. Bartol. in l. prima. §. vsque adeo, eodem titu. & plus ibi non dicit Bartol. sed Salicet. in d. l. ea quidem. pro Bartol. alleg. glo. coniuncto tex. in l. falsi. C. de fal. Quapropter distinguit Salicē. aut verba statuti sunt in rem scripta, vt puta de iniurijs illatis in malpagum ius non reddatur, & tunc procedat opin. Iacob. pro quo facit dicto. §. quanquam. in versicu. finautem cum liberto.

*Nam ibi maritus & vxor erant prohibiti agere iniuriarum. aut verba statuti in personam sunt scripta, quia malpagus non audiatur, & tunc aut verba aliqua in statuto procedūt, vel sequuntur, per quàm iniuriæ malpago illatæ sunt permissę, & tunc etiam iudex inquirere non potest, quia iniuria non est punibilis, & maxime quia respectu consentit, quòd iniuria in malpagum fiat, ideo nomine reipubl. inquisitio fieri non potest d. l. j. §. vsqueadeo. in fin. aut talia verba procedunt, per quàm non appareat quòd malpago iniurię sunt à statuto permissæ, tunc licet malpagus non debeat audiri, tamen resp. de iniuria sibi illata poterit formare inquisitionem de vulnere malpago illato. dicto. §. vsqueadeo. Nec huic contradicit dicto. §. quanquam. imo conformat. Nam pro iniuria illata à patrono non leui libertæ, permittitur marito cum liberta proprio nomine experiri, vt ibi in princip. & in fin. Et per hoc accedat glo. in dicta l. falsi. & quòd ibi Angel. & gl. in l. j. C. si tut. vel cur. non ges. & Bal. in l. j. C. senten. rescind. non poss. et pro prædicta diffinitione, an verba sint scripta in rem, vel in personā. facit tex. in lege hæc verba. ff. de adul. & ꝙ ibi Bar. & l. aut qui aliter. §. fina. ff. ꝙ vi aut clam, quod est not. de qua q. videnda sunt dicta per Petr de Ancha. in clem. prima, de seque. pos. & fruc. refert etiā qualiter Ange. in l. si vacantia. in versi. iuxta prædicta quęro, Perusinę ciuitatis statuto cauetur, finaliter concludit. ꝙ quando statutum facit maleficium licitum, puta quia non soluens collectas potest impune offendi, tunc non potest formari inquisitio cōtra facientem tale maleficium, quia non est illicitum d. §. quanq̃. Si vero statutū non facit maleficium licitum, sed tātummodo denegat audientiam malpago, quia dicit ꝙ nō soluenti collectas ius non reddatur, tunc aut redditio iuris denegatur perpetuo, & tunc est vera opi. Iac. de Butr. q. nec per inquisitionē procedi potest. l. filius. §. veteranis. ff. de proc. Nec ob. gl. in l. querelā. C. de fal. vbi post xx. ann. falsi querela perpetuo denegatur, & tamen inquiri potest, quia illa gl. secūdum Ang. falsa est, & contra d. §. veteranis. & ita dicit, ꝙ audiuit Bar. in scholis hoc dicētem, aut redditio iuris denegatur ad tempus, puta quia statutum dicit, ꝙ non soluenti collectas, non redatur ius ad annum, & tunc proprie verba fauent, ꝙ ius non reddatur ad petitionem non soluentis, & tunc ex mero officio inquiri potest, & ita loquitur gl. no. si recte inspiciatur in l. j. C. qui accus. non pos. & in l. j. C. de calum.

ADDITIONES.

a ¶ Inimicitię capitales. Adde circa hoc et vide Anto. de Prato vete. in consi. penul. in consilijs Bar. primo volumi.

b Contra iudicem. Adde circa hoc Alexan. in consil. lxiiij. & consi. lxxiij. & consi. clxxvi. in ii. vol. & vide Specu. in §. i. in tit. de inquisi. & Rapha. Cu. in suo consi. xxvii. Ber.

c Incompetentię. Adde φ licet reus non opposuerit de incompetentia & crimen confessus fuerit, dummodo non scienter responderit, φ debet absolui. ita Ange. in consil. suo xxvii. in fi. & dicit Cepo. in consi. lix. in fi. φ reus non videtur consentire in iudicem procedentem per inquisitionē. alleg. Innoc. in c. ad petitionem, de accus. & dicit esse singulariter notandum.

72 AVGVSTI. † Tu autem in hac materia adde quod Bald. in cap. j. in princip. hic finitur lex Corradi. deinde incipiunt consuetudines regni indistincte, dixit quòd licet bannitus non posit audiri, tamen potest inquiri de delicto in eum commisso, & alleg. Richar. Malum ita dixisse. sed vide Bald. in l. j. C. si à non compe. iudi. in penul. colum. qui multum eleganter distinguit in hac materia, secūdum doctrinam do. Richar. Malum. Et tandem facit illam distinctionem quam facit Ang. in d. l. si vacantia. prout supra refert Ange. & sic autor iste hic credit, quòd illa distinctio Ange. in d. l. si vacantia. fuerit ipsius Ang. quia dico, quòd fuit Richar. Malum. originaliter, secundum Bald. in d. l. prima à qua doctrina Salic. in l. ea quidem. postea subtilizauit illam suam distinctionem. Sed istam materiam late posuit Bal. in l. cum mulier. a in vlt. char. ff. solut. matrimo. qui referens illam disputationem Iac. de Butr. arguit pro & contra multum eleganter per cuius dicta poteris limitare prędicta. Et de materia vide per Bartol. & Angel. per illum text. in l. quęsitum. ff. de in ius vocand. Aliquid per Bartol. in consil. suo xcvj. Adde dicta Ange. in d l. querela. C. de fal. per illum text. coniuncta glo. & per Mod. in repet. cap. qualiter & quando. extra de accu. per Pet. de Ancha. in cap. nulli. extra de accusa. per Iaco. Butr. & per Ange. multum eleganter per illum tex. in l. quæ adulterium. C. de adult. per Bar. in l. j. quod autem. ff. de aleat. Adde dicta Bald. in l. j. §. filius. ff. ne quis eum qui in ius vocan. est vi exi. & per Bald. in l. falsi. C. de fal. Sed in hac materia adhereo sententię Bal. in dicta l. cum mulier. ex cuius doctrina poteris ibi habere veram conclusionem. Limitarem etiam prædicta non procedere, si primo iniuria fuit facta malpago, antequam desijsset soluere, quia tunc sicut ipse poteras prosequi accusationem suam, non obstāte statuto, ita non dubito, φ iudex poterit inquirere, per not. per Bald. in l. j. C. qui accu. qui referendo Cyn. dicit, φ si per statutum bannito non debet reddi ius, si ante bannum produxit libellum contra aliquem in criminalibus, licet postea sit bannitus, tamen audiri debet ipse bannitus.
73 † Item inquantum supra dixit do. Ang. hic, φ contra inquisitionem potest opponi exceptio, φ reus non est diffamatus de tali crimine, & iudex habet probare de tali diffamatione, limitate hoc non habere locū vbi inquisitio ex mero officio iudicis fuit formata, quia licet nō posit formari non præcedente diffamatione etiam isto casu, tñ non tenetur Iudex facere fidē reo de tali diffamatione, per ea quę supra dixi in addit. meis, in præceden. artic. in iiij. q. princi. dum allegaui Host. Spe. & Gand. Et hic adde Old. in consi. suo ccxiij. qui dicit φ etiam si reus responderit inquisitioni, & non opposuerit, φ fama non præcesserit inquisitionem semper potest opponi, & contrarium probari.

ADDITIO.

a ¶ In l. cum mulier. Adde circa hoc, & vide Fraēcis. de Are. in consi. lxxix. & late per Rom. in consi. ccxiiij. Fede. de Senis consi. cclxxj. & Alexan. in consi. cxxx. in iii. vol. Ber.

HIERO. Circa hanc quintam quæstionē principalem, vide late Spec. in titu. de inquisi. in §. j. vbi late materiam prosequitur. Secundo, quantum ad quæstionem de malpago, videatis forte melius quàm alibi Are. in c. nulli. ext. de accusa. col. ij. in prin. vbi post Abb. & doct. facit vnam longam distinctionem.

74 *Inquisitione formata per iudicem, si superueniat accusator, an supersedeat iudex in inquisitione.*

75 *Inquisitione formata, iudex supersedet superueniente accusatore. limita hoc non habere locum in crimine lęsæ maiestatis.*

76 *Item limita hoc non habere locum, in crimine hæresis.*

77 *Itē limita, quia si offensus dicat se nolle accusare, & ideo iudex formauit inquisitionē, postea offensus producit accusationē, accusatio nō debet recipi, quia iudex præuenit eam.*

78 *Inquisitio non impeditur si iudex habet suspectam conclusionem accusatoris, uel si fiscus ex hoc patiatur præiudicium, nisi accusator sit in bona fide.*

79 *Inquisitio non retardatur liquidato maleficio in inquisitione, si superueniat accusator. Idem quoque est, si sunt probata indicia ad torturam.*

80 *Inquisitione formata per iudicē, poterit accusator testes producere, licet nolit accusare.*

74 ANGE. † Quæro, an inquisitus in inquisitione formata per iudicem, superueniente accusatore, supersedeat iudex in inquisitione, & sic an inquisitus poterit opponere, ꝙ superuenit accusator, Dic ꝙ Dyn. posuit istam materiā in c.actus legitimi, extra de reg.iur. Cy. posuit in l.ea quidē. C.de accu. Bar. in l.tertia. §.fin.ff.de adult. ibi concludit, ꝙ si inquisitio est formata ad petitionē vel querelam iniuriati, vel ob negligentiam, cessat accusatio, nec potest opponi talis exceptio, vt l.ij. in fin. ff. de adult. aut ista cessant, & tunc si accusator prosequitur suam iniuriam, quia tenet accusatio, tunc contra talem inquisitionem potest inquisitos opponere d.§.fin. & l.si cui.§. eisdem.ff. de accus. Si vero non prosequitur suam iniuriam, & tunc de iure cōi potest opponi talis exceptio, quia accusatio, vt remedium ordinariū, præfertur inquisitioni remedio extraordinario. l.in prouinciali. in princi.ff. de ope. no. nunc. nisi comprehendat iudex, ꝙ animo calumniandi hoc faciat. l.ij.§.fi.ff. de adult. Hodie aūt cum per statutum permittatur ꝙ omni crimine possit fieri inquisitio, & sic inquisitio erit remedium ordinarium vnum ordinariū nō poterit tollere aliud ordinariū Ang. vero in l.si vacantia. C.de bon.vacan. in ver. quæro an accusatio superueniens in effectu. videtur velle illud idem quod Bar. supra Sali. vero in d.l.ea quidem. in versic. sed quia propter denunciationes. & in ver. quæro cū glo. in c.actus legitimi. latius locutus est. Nam dicit, aut accusator superuenit ante receptionē testium seu probationum, seu post. Primo casu, aut negligentia potest accusatori imputari. & tunc non cessat inquisitio, sed repellitur accusator. d.l.ij. in fin. Et est ratio, quia propter negligentiam se suspectum facit, & sic magis lex confidit de iudice, vt in quarta ratione ci. aut accusatori non potest negligentia imputari, tunc aut prosequitur suā vel suorū iniuriam, & tunc auditur, & cessat inquisitio, nisi videretur iudici, ꝙ animo calumniandi & tāsigendi accusator venit, vt d.l.ij.§.j. in fin. Et est ratio, quia colludente, vel desistente accusatore, iudex pōt perficere d.l.si cui.§.eisdem. & l.ij. de abolitio. Et pro tanto non debet desistere à sua inquisitione, vt in quarta ratione ci. aut suā vel suorū iniuriam nō prosequitur, & tūc nō auditur, & sic inquisitio non cessat. Et isto casu, inquisitus nō pōt istam exceptionem opponere. Ratio, quia in pari causa, melior est conditio possidentis. Sed iudex inquirens, cum accusatore contendit, & iudex est in quasi possessione inquisitionis, vel processus igitur &c. Item, præoccupantis melior est conditio. in l.si quis à multis.ff. de noxal. Itē, quia in iudice est maior ratio, quia prosequitur, vindictam publicam & offensi, & cum ex suo officio incumbat inspicere ne maleficia cōmittantur, fortius vt commissa puniatur, & sic non proprio dolore commotus, credendū est, ꝙ fidelius prosequatur, nec accusator suū perdet intentum, quia potest assistere iudici, & necessaria præparare, ꝙ si non facit, satis se suspectū reddit, nec est inquisitio remedium
a extraordinarium, [a] si teneas ꝙ supra dictum est, videlicet, ꝙ de omni crimine potest inquiri ad vindictā publicā, tñ in casu, in quo pōt Iudex inquirere, cum succedat in locū accusatoris, vt supra dictū est, ipse eligendus est vt idoneior, vt l.si plures.ff. de vi & vi armata. & l.si plures.ff. de accusa. Secundo casu principali, quando accusator superuenit, qñ probationes sunt iam receptæ in inquisitione, & tunc delictū iam erat probatum, & cessat accusatio. Si vero delictū non erat probatum, tunc auditur accusator, ne præiudiciū fiat accusatori, lata sententia absolutoria, & ratio est, ne delictum remaneat impunitum. Item, si teneas ꝙ post didicita testificata, pōt de nouo iudex testes recipere, ad veritatem criminis eruendam, vt not. Bar. in l.j. in fi.ff. de quæst. Et conclusionem causæ, ꝙ iudex potest testes accusatoris examinare absque nouo processu, ne differatur sententia absolutoria, vel cōdemnatoria. Et prædicta procedunt quando corā eodem iudice inquirente fit accusatio. Sed quando coram alio, qui est paris potentiæ, an
b iudex inquisitionis poterit obijcere [b] iudici inquirenti, ne super inquisitione procedat. dicit Bart. in d.l.ij. de adul. ꝙ sic. arg. l. sepulchri. & ibi Bar.ff. de sepul. vio. Quinimo dicit, ꝙ cum sua intersit, posset suam iurisdictionem tueri. l.j.ff. si quis ius di. non obtemp. pro hoc allegat. cap. ideo. de offi. ord. quod not. tu qui es inquisitus in isto casu, facias ꝙ iudex coram quo vertitur accusatio, notificet, vel protestetur iudici inquirenti vt supra quod placet do. Angel. hic, in casibus, in quibus accusatio faceret cessare inquisitionem, alias secus.

eus. Et subdit do. Ang. ꝙ Bald. & Ang. in l. si seruus plurium. §. ij. ff. de leg. j. dixerunt, ꝙ si quis procurauit accusati vt euitet inquisi-
c tionem, talis procuratio sibi nō prodest, c imo Iudex poterit inquirere per illum text. Sed Raph. ibi tenet contrarium, per l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de neg. gest. Nec obst. ille §. ij. quia ille tex. considerauit, vt videretur colludere, vel procurauit, vt iniuste deferretur fisco. Sed puto forte considerandum esse, an ista procuratio ꝙ accusetur, fiat animo colludendi, vel non, per prædicta, & ita in hoc eleganti passu resideo.

ADDITIONES.

a ¶ Extraordinarium. Adde hic quæ supra posui. in prima addi. & vide Spec. in titu. de inquisi. §. nunc tractemus ver. si autorita, vbi ꝙ inquisitio tunc dicitur remedium ordinarium, quando accusator non comparet. Ber.

b ¶ Poterit obijcere. Adde & vide Bald. in l. ea quidem. C. de accusa.

c ¶ Sibi non prodest, vltra posita infra, per do. August. in aposti. quādo prosint procurata per Barb. in consil. liiij. incip. Scribitur j. Reg. Ber.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia adde Bart. in extrauag. ad reprimen. in ver. per
75 denunciationem. qui dicit, † ꝙ licet superueniente accusatore, Iudex debeat supersedere super inquisitione, tamen limitat hoc non ha-
d bere locum in crimine læsæ maiestatis, d per
76 illum tex. † Adde aliam limitationem, quā posuit Ang. in l. j. §. q. in fin. ff. de rei vend. ꝙ in crimine hæresis, superueniente accusatore, iudex nō supersedebit in inquisitione. Et illo casu vnum remedium non tollit aliud, & has duas limitationes approbauit etiam Angel. in l. ea quidem. C. de accusa. per tex. in c. per hoc. extra de hær. lib. vj. licet A[illegible] notitiam de doctrina B[illegible] &
77 vide Bald. in d. l. ea quidem. † A[illegible] limitationem quam posuit Bald. in l. accusationem. in j. colum. C. qui a[illegible] qui dixit. quòd si offensus dixit se nolle accusare, & ideo iudex formauit inquisitionem, & formata inquisitione, offensus produxit accusationem, quod tunc sua accusatio non debet recipi, quia iudex præuenit eam antequam reuocaret voluntatem suam, quod est notab. argu. illius tex. iuncta glo. Et adde Bald. in l. j. § ij. ff. de offic. præfe. vrb. qui reprobat Bart. in quantū Bar. voluit, quòd si per statutum de omni crimine potest fieri inquisitio, quòd tunc superueniente accusatore, iudex supersedebit in inquisitione. Nam illa doctrina Bart. est reprobata à Bal. & ibi Bald. multum late loquitur, ex cuius dictis, poteris limitare prædicta. Adde etiam omnino Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de inquisitio. §. nunc tractemus in ver. porro. qui hunc passum late disputat, & refert omnes antiquos in hac materia. Ex cuius dictis poteris etiam limitare prædicta, & vide Bald. in dicta l. ea quidem. & adde Bald. in addi. Specu. in titu. de senten. in xvij. colum. qui multum eleganter loquitur in hac
78 materia. † [illegible] notabile verbū, quòd si iudex habet suspectam conclusionē accusatoris, non debet supersedere in inquisitione. Item si ex hoc fiscus patitur præiudicium, quia inquisitio est probata, & accusator vellet de nouo producere probationes, non auditur. Limita tamen, nisi accusator sit in bona fide, quia tunc, etiam iudex supersedebit in inquisitione argu. l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiuran. & dicit, quòd practica est, quòd si plenior est accusatio super ea tantum, procedet & pronunciabitur non esse procedendum super inquisitione. Et nihilominus acta facta in inquisitione, poterunt produci in accusatione, sed attestationes non publicatæ in inquisitione, non poterunt produci in accusatione. Et ibi dicit, quod superueniens accusatio non tollet ipso iure inquisitionem, sed opus est quòd pronuncietur primo non esse procedendum in inquisitione. allegat l. ij. in fin. ff. de adult. & vide Gand. in tracta. malefi. in rub. quomo. cogno. de malefi. per inquisi. in versi. sed pone iudex inquirit, qui per plures rationes probat, quòd iudex non debet supersedere super inquisitione propter accusationem superuenientem & de materia vide per Bald. in l. denique. §. primo ff. de mino. qui dixit ad ampliationem prædictorum vnum nota-
79 bile verbum, † quòd licet liquidato maleficio in inquisitione superueniente, accusatore iudex non debeat supersedere in inquisitione, idem erit, si sunt probata indicia ad torturam, & hoc semper teneas menti. allegat Cyn. ita voluisse ibi in additio. & de materia vide Bald. in l. quædam in fin. ff. de eden. qui dixit quòd licet ex doctrina Dyn. posset fieri fraus, quòd reus videns formatam esse inquisitionem contra ipsum, faciet venire vnū accusatorem, qui accusat, & postea nihil probat, & sic sequitur absolutio, tamen dicit ibi Bald. quòd iudex poterit huic malitiæ resistere, producendo testes, quos credit scire veritatem, vt not. in l. idem est §. si tibi. ff. de conditio. ob turp. caus. & vide vnum

verbum per Bal.in l.ea lege.C.de cond.ob cau.& p Io.And.late in c.actus legitimi.ex
80 tra de reg.iu.in mercu. † Et tene menti.ꝙ dixit Bal.in authen.nūc si hæres. C.de litig. ꝙ licet accusator nolit accusare, tamen inquisitione formata p iudicē poterit testes producere.Adde quæ dixi in d.l.si seruus plurium.§.ii.ff.de leg.i.an sit vera illa doctrina Bal.& Ang.ibi,& vide Ang.in cōsil. suo cclxxxvi.ꝙ incip.Viso facto & statuto. in fi.p quę poteris limitare prædicta,late p Albe.de Rosa.in iii.parte statutorū.q.lxvi.

a ¶In crimine lęsæ maiestatis. Adde tu quod Bar. non fundat se ex eo quod sit crimen læsæ maiestatis,sed ex eo quod vbi competit remedium ordinarium,non potest impediri per aliud remedium ordinatium, & sic dicit cessare rationem Dyn.in c.actus legitimi.extra de reg.iur. & hoc est quod dicit hic Ang.si bene aduertatur,& ad dicta per do. Ange.hic in præsenti addit. vide Alexandr.de Imo.in apost. ad Barto. in l.iij.ff. de adult.Ber.

HIERO. Quantum ad principia.q.adꝺatis,ꝙ dist.Salic.in l. ea quidē. quam hic refert Ang.cōmuniter tenetur. secundum Felynum. in c.qualiter & quādo.in.§. licet in fi.ver.vlterius tāgunt.de qua quęst.vltra allega per Felynum.traditur Alber.in rubric.ff.de suspe.tuto.& per Signo. consilio xlvi.inci.statuto ciuitatis Mediolani & cætera Præpo.in c.porro.de diuor.in iii.nota. Vitali.in d.rub.de inquisi.in forma inquisi. supra relata.in i.col.ver.sed pone ꝙ iudex licet Bal.in d.pract.in rub.de quæstio.circa inquisitio.in iii.quæst.dicat,ꝙ opinio.Dyn. quam refert hic Ang.seruatur in practica.

Item,inquantum incidenter tāgitur,an inquisitio sit remedium ordinarium vel extraordinarium.Dicatis omissis opinio doc. ꝙ communi cōclusio est, ꝙ tam de iure canonico q̄ ciuili,sit remedium extraordinarium.Et hāc opi.tenent communiter cano. in rub.extra de iudic.vbi do.Philip.& Moder.dicunt hanc cōmunē:& eam tenet Bal. Ang.& Paul.in l.i.C.de libe.& eo.libe. Ange.in l.ea quidem.C.de accu.Inno. in c.cū oporteat.de accus.Bar.in l.si maritus.§. sin autem.ff.de adulte.Ancha.consi.cix. incip. Plura.Cepol.consi.lxv.incip.Super articulo gl.& ibi Præpo.& Perusi.in c.cum specia li.de appel.gl.& ibi Lanfran.in c.quoniam contra de probat.voluit etiam Augu.st.vbi etiā dat cōcor.supra in ii.quęst.princp.in fi.

81 *Inquisitio iudicis, an impediatur, transactione interposita simpliciter super crimine.*

81 ANGE. Quæro† an transactione simpliciter interposita super crimine, impediatur ꝙ iudex possit inquirere,vel inquisitionem inchoatam prosequi,dicit do. Ang.ꝙ istam materiam ponit Iaco. & Barto. in l. transigere.C.de transact.& Bar.in l.si maritus.§.si negauerit.ff.de adulte.

AVGVSTI. Tu in hac materia omnino vide per Mod.in d.l. transigere. & vnū pulchrū cōsilium Bar.ꝙ inci.Domino potestati terræ rochæ contractæ p Cano. in c.i. de col. deteg. & vide vnū bonū verbū Angel.in l. iurisgētiū.§. si pasciscar.ff.de pac.qui dixit, qđ si pœna remittitur p statutū, quia dicit facta cōcordia inter partes,remittatur pœna,tunc iudex nō potest psequi inquisitionē inchoatā,facta concordia inter partes.

82 *Iudex inquirens & non probans,an incidat in Turpilianum.*

82 ANGE. †Quæro an iudex inquirens & nō pbans,incidat in Turpilianū.videtur tex.quod sic.l.senatus.§.nam ad eos.ff.ad Turp.Tamē gl.& Bar.ibi aliter intelligūt,et ibi dicit Bar.qđ si inquirit ex necessitate officii,qđ sit excusatus à psumpta calumnia, vt no.Bar.in l.ii.§.si publico.ff.de adult. & etiam excusatur ne incidat in Turpilianū, nisi sit in euidenti calumnia.d.§.nā ad eos.

a AVGVSTI.Tu autē in hac materia a adde,q̄ dixit Bal.in l.iubemus.in fi. C. de pba.qđ iudex inquirēs,excusatur à psumpta calumnia,nō autē à probata calumnia. Et ideo voluit ibi dicere Bal.qđ si ex processu apparet iudicē inquirentē calumniasse, qđ tūc tenetur de calumnia,& idē voluit Bal. in d.l.iubemus,in prin.vbi dicit, qđ iudex inquirēs excusatur à p̄sumpta calūnia, & à pœna in casibus,in quibus ex officio debet formare inquisitionē, & ibi enumerat qui sunt illi casus:& hoc est qđ voluerūt dicere Canonistæ,maxime do.Ant.de Butr. in c. cū dilecti.extra de dolo & cōtu.qđ si iudex p̄cedēte fama formauit inqsitionē,excusat à pręsumpta calumnia,nec debet ipse soluere expensas factas in illa inquisitione,si postea reus fuit absolutus, quia processit ex necessitate officii,fama p̄cedēte.& ita dixit

Bald.

Bal.in l.obseruare.in.§.proficisci.ff. de offic. procons.& lega.in xvi.q. allegat Cy. in l.seueriter.C.de excu.tut.Adde tamē omnino do.Ang.in l.fi.C.ad Turp.vbi no.loquitur & probat dicta Bar. in d.§.nā ad eos.& ibi exclamat Angel.in d.l. fi. quod caueas tu iudex vt formata inquisitione, non supersedeas in processu, quia teneris in syndicatu quia incidis in Turpilianum.

ADDITIO.

a ¶In hac materia.adde etiam tu in materia,& vide Bald.in l.j.§. si præses.ff. de magi. conue. & Bal.in consi.clxiij.in iij.volu.Franc.Are.in cōsi. clxxiii.& latius per Bar.in consi.xxxv. inci. scribitur præclare apud Eccl esiast.j.Ber.

Hiero. Tu adde, an iudex male inquirēs faciat litē suā, & dic q̄d aut loquimur in calumnia vera,& tunc facit litem suam, vt in cle.i.de hære & in l.seueriter.C.de excus.tuto.aut de calumnia presumpta,& tūc qualitas officii excusat ipsum,quia p̄sumitur pro iudice in c.in præsentia de renun.c. pisanis.de resti.spolia.l.ii.C.de offi.ciui. iudi. & ita intelligatur Cal.in authen. generaliter.C.de episc.& cle.in l.licet.de procur. in l.sancimus.C.de iudi.in l.obseruare.§.proficisci de offi.procon.in l.ii.§.si absens.si ex noxali caus.agat.in l.athletas.§. calumniator.Anto.de Bu.quem hic refert Augu.in d.c.cum dilecti.docto.in c. finē lit. de dolo & contuma.& in c.quoniam cōtra.de proba.Ancha.in d.clem.i.de hære. Item adde, quod si iudex formet inquisitionem de mandato principis,non tenebitur,si temere inquisiuerit,per not.per Inno.in.c.cum oporteat.de accu.& Bald.in l.nullus.ad leg.Iuli. maiesta. Item etiam si mandato,vel scientia regentis ciuitatem,quia regens ciuitatē habetur loco principis.secundū glo.& Cy. in l.fi.de præscri.lon.temp. Bar.in l.hostes. de c.Ita voluit Paris de Puteo in tract. de syndi.in rubr.de fug.officia.in verbo, dicit constitutio.ii.col.in princ.

83 *Inquisitio an formari possit per iudicem originis contra subditum, pro delictis commissis extra territorium.*

84 *Communis opinio est quod delinquens extra territorium punitur per iudicem originis, secundum statuta loci delicti commissi.*

83 Ange. † Quæro an in delictis cōmissis per subditū extra territorium,possit formari inquisitio contra eum per iudicem originis.Odof.& Iaco.de Bel.in l.i. C. vbi de cri.agi opor.tenent.quod non, quia inquisitio regulariter est prohibita,& pertinet ad vindictam publicā. Ciuitas autē originis non offenditur,sed terra vbi est delictum commissū: idem voluit Gandi. & idem Ioan. Andre.in additio.Specu.in titu. de compe. iudi.adi.§.i.Sed Cyn.in d.l.i.tenet cōtrariū: quoniā inquirere pertinet ad ordinē processus ideo inspicitur locus iudici.l.ii C. quēadmo.test.aperian.& sic poterit inquirere de delicto commisso in alieno territorio.l. si quis in hoc genus.C.de episco. & cle.& idem voluit Bar.in l.i. C.de sum.tri. Subdit tamē quod pœna debet imponi secundū statuta loci delicti,nō secundum statuta loci originis,quod tn̄ nō placet Bal.in d.l.i.C.de sum. trini.ver.vlterius queritur. & versic. posito quod ciuis &c.vbi dicit,quod tutior est opinio, quod iudex originis possit inquirere,quia obligatio sequitur delinquentē.Nam noxa caput sequitur:merito potest per iudicē proprium puniri,etiā inquirēdo,non attenta qualitate loci,sed personæ q̄ est effecta propter delictum.Sicut enim officiū suū ex omni causa ciuili impatitur,ita in criminali cū redigatur ad instar ciuilis in procedendo.l. absentē. de pœnis.Et maxime,quia punitur illa clausula, super quibus omnibus & singulis.& ita dixit Ang.in in d.l.si vacātia.in versic.sed hic incidenter quæro de inquisitione,quā hoc anno vidi in ciuitate Aretii &c.& dicit d.Ang. hic quod semel habuit istam questionem de facto.Et quod multa consilia doctorum peritorum vidit pro & contra. Tamen ipse in practica tenuit opin.Cyn.& Bart.ad hoc ne delicta remaneant impunita.

Avgvsti. Tu aūt in hac materia adde,quod Bal.& Ang.in l.si ff.de iu.om.iud.sequuntur opi.Cy.& Bar. & Bal.in l.i.§.ii.ff. de offic. pręf.vrb.approbat dicta per ipsum in l.i.C. de sa.sanct.ecc. & idē dixit Bal.in l.i.C.vbi de cri.licet Bal.in addi.Spec.in tit.de sen.in pe.col.videatur trāsire cū opi.Odof.& Ioan. And.& vide Bal.in l.si qs in hoc genus b quod

b approbat dicta per ipsum in d.l.i.C.de sacro sanct.ec.Et de materia vide pulchra verba Bart.in l.ii.C.de eunuchis. & d. Bald.in l.mercatores.C.de commer.& per Bald.in l.negan-

l.neganda.C.qui accuſa.in vi.col.in verſic. pone Florentinus deliquit.& per omnes doctores in c.vt animarũ.§.i.extra de teſtib. & in vi.per Canoniſt.maxime p do. Antonium de Butr.in c.à nobis.extra de ſenten. excommu.& opin.Cyn.& Barr.ſecutus eſt Angel.in publica diſputatione, quæ incip. Bononienſis bannitus.& vide Pet. de Ancha.in ſolenni ſua repetitione.c. poſtulaſti. extra de foro cõpe.& de materia per Bart. in l.ii.ff.de offic.præſid. Adde tamen quod
c Bald.c in l.i.§. ſecundo.ff. de offic. præfe. vt.videtur velle, ꝙ in foro canonico, ſaltẽ militet opi. Odofr.quod not.quia in terris eccleſiæ forte non poterit iudex punire maleſactorem committentem delictum extra territorium:& ſic concordabimus opiniones.Et de materia per Bar.in l.ſi cui.§.fi.ff. de accuſa.& Pet.de Ancha.in repetitio.c.canonum ſtatuta extra de conſti.dum ponit materiam,an ſtatuta extendant vires extra territorium.& ibi dixit. Pet. de Ancha.ꝙ imo Ioã.And.in addi.Specu.approbat opi. Cyn.Puto ꝙ errauit Pet.de Ancha.ibi:vnde non dubito, ꝙ iſta eſt communis opi.& ſi do.Ang.vidiſſet iſtas deciſiones.non dubitaſſet formare inquiſitionem,ad hoc tantum vt delicta punirentur.Sed dico, ꝙ hodie iudex debet formare inquiſitionẽ,quia
84 iſta eſt communis opi.† An autem ſecundum ſtatutum originis vel loci in quo deliquit ille talis debeat puniri; vide in locis ſupra allega.communis eſt ſententia, ꝙ in locis delicti.

b ℭ Si quis in hoc genus. adde ꝙ ibi videtur caſus contra Odof.& ratio,quia non differunt procedere per inquiſitionem, vel accuſationem, niſi quo ad ordinem.leg.abſentem.ff. de pœ. & finis inquiſitionis tendit ad hoc, vt prouincia purgetur.l.congruit. ff. de offic.præſid.

c ℭ Adde tamen quod Bald. Hoc ibi non firmat, ſed remittit ſe ad dictum c. vt animarum. in quo fundatur dubitatio: ſed reſponde quod loquitur in pœna quæ infligitur ipſo iure: & de hoc vide in cap.cum contingat.in ij.colum.de foro compe. & adde quod aliud eſt in foro canonico, aliud in terris eccleſiæ in foro ciuili, patet in cap. cum eſſes.de teſta.& aduerte, quia Gandi. in tracta. malefic. in queſt.incip. licet finem impoſuerim, quæ eſt in fin. ſui operis, ſentit, quod de iure canonico iudex originis & domicilij poſſit inquirere: ſecus de iure ciuili, per rationes de quibus ibi per eum, & idem quod in iure canonico, & de iure procedat opin. Cynus vult Ioan. Andr. in addi. Specula.in titul. de compe. iudi. adi. vt refert & declarat Abbas Pan.in capitu. cum contingat, de foro competen. vbi vide per Mod.& vide aliquid per Alexandr.in conſilio cxj. in primo volu. & latius per Abbas in conſilio xxiij. incip.Rodulphus ciuis Gorneti.

85 *Poteſtas tenetur de negligentia, ſtatuto dicente, quod poteſtas in talibus caſibus poſſit inquirere.*

85 ANGEL. †Quid ſi ſtatuto cauetur, ꝙ poteſtas in talibus caſibus poſſit inquirere, an ſi non inquirat,teneatur de negligentia? Bald.in l.Gallus.in princ.ff.de lib. & poſth. tenet quod ſic. Et ſequuntur ibi Raph.& Imo.qui dicunt, ꝙ cum poteſtas teneatur purgare prouinciam malis hominibus.l. congruit.ff.de offic.præſid.not.in rub.ff.de iuriſdi.om. iud. neceſſario ſequitur, quod verbum poteſt, importet neceſsitatem: & per conſequens ſi fuerit negligens,teneatur de negligentia. faciunt quod not. Docto. maxime Bald.& Ange.in l.mancipia.C.de ſer.fugit.quod no.debet ergo iudex de delictis inquirere, alias tenetur in ſydicatu, ſi fuerit negligens, ſiue ſtatutum dicat,quod de tali crimine debeat inquirere,ſiue quod poſſit inquirere.

AVGVSTI. Adde hic quæ dixi in dicta.l. Gallus.vide tex.& ibi Bart.in l.i.C.de pub. læti.lib.xii.qui dicit, ꝙ acriter puniũtur iudices,qui diſsimulant inquirere contra ma-
a leſactores.Adde tamen, ꝙ dicta Bal.[a] & ſequacium videntur falſa, quia vbi verbum, poteſt dirigitur in iudicem. illud verbum, poteſt,nõ inducit neceſsitatẽ, & ideo dicit Bal.in l.nõ quicquid.ff.de iudi. ꝙ iſto caſu iudex non facit litem ſuam,nec poteſt appellari à tali negligentia.& allegati Specul. hoc voluiſſe in tit. de offic.iudic.§.impedit. verſi.ſed nunquid iudex.ſequitur dominus Catald.in tracta.de ſyndica.in quæſt. clv.

ADDITIO.

a ℭ Quod dicta Bald.adde ꝙ contra Bal.etiam tenet Alexan.in d.l.Gallus.& quod ideo in ciuitate Bono.ſunt duo ſtatuta, vnum, ꝙ iudex teneatur inquirere,aliud quod poſſit,ſed Raph.Cuma. in conſil.cxlviij.in ii.col.tenet ꝙ verbum poſſit, poſitum in ſtatuto, importet neceſsitatem cauſatiuam, quia aliter ſtatutum eſſet fruſtatorium, quando autem in ſtatuto ſunt prędicta negatiue prolata,tunc bene important neceſsitatem præciſam,ita conſuluit Alexan.in conſil.lxxvij. in iii. lib. & de verbo poteſt, vide per Pau.de Caſt. in conſil.ccxvj.Bet.

Aretinus

86 *Aretinus commisit delictum in Marchia, & ibi de delicto conuenitur, an Aretij pot erit de dicto maleficio conueniri?*

86 Ange. †Quæro, Aretinus commisit delictum in Marchia, & ibi de delicto conuenitur, & est contumax, an Aretii poterit de dicto maleficio conueniri? Bart. format istam quæstionem in l. sepulchri. ff. de sepu. viol. & ibi cõcludit, ꝙ si præcedente processu in Marchia est cõtumax, & vellit opponere Aretii de litis pendentia, non potest, quia nõ potest vti beneficio dicti processus in quo est contumax, nisi compareat, & reficiat expẽsas. l. sancimus. C. de iudic. & sic non potest vti beneficio. l. vbi cœptum. ff. de iudic. & idem not. Bar. in l. quamuis. ff. de dam. infec. & idem in Marchia fuit condemnatus, tamen illi sententiæ non paruit, & fuit contumax, tunc non potest vti dicta sententia in sui fauorem. l. euidenter. ff. de excep. rei iudi. Et ideo potest in loco suæ originis cõueniri, ex quo Bar. ibi in fine infert vnũ mirabile, ꝙ si in Marchia est condemnatus & Aretii, & sic in loco originis, quod valet vtraq; cõdemnatio: & sic imputet sibi, si nõ comparuerit in vno loco, & dictæ sententiæ paruerit, & opposuerit exceptionẽ litis pẽdentiæ in alio loco, sicut in simili dicimus in eo qui condemnatus est & domino & procuratori. l. si seruum. §. cũ autẽ. ff. rem ra. hab. Et dico hoc esse not. q̃a alias hoc vidi de facto, & tũc si tam in Marchia fuerit repertus q̃ Aretii, poterit de dicto delicto puniri.

Avgvsti. Tu autem in hac materia adde quæ dixit Bal. in l. senatus. C. qui accusa. qui hoc idem dixit ꝙ Bar. in d. l. sepulchri.[b] quod contumax nõ potest opponere de litis pendentia, quãdo in duobus locis in diuersis territoriis formãtur inquisitiones. Et idem dixit Pet. de Ancha. in repetitio. c. proposuisti. extra de foro cõpe. & do. Abb. in c. postulasti. in prin. vlt. col. extra de fo. compe. qui multũ magnificit doctrinam Bar. in d. l. sepulchri. & eã approbat. & vide Imol. in c. à nobis. extra de senten. excom. Et hæc fuerũt originalia verba Iac. de bel. in sua disputa. quam posuit in l. i. C. vbi de cri. quẽ refert & sequitur Bal. in l. si pluribus. ff. de leg. i. dicens hoc esse verũ, ꝙ propter cõtumaciã inquisiti in diuersis territoriis, poterit formari inquisitio. Intellige tñ prædicta, vt late scripsi post Mod. in d. l. si pluribus. & vide ꝙ not. in d. l. vbi cœptum. ff. de iudic.

b ℂQuod Bart. in d. l. sepulchri. adde & vide ibi Alexan. in Apost. & in consi suo xi. in. j. volu.

87 *Iudice requirente de delicto, de quo non potest inquiri, poterit appellari, si appellans allegat causam impedientem processum.*

87 Ange. †Et notanda est doctrina Bald. q̃ posuit in l. ii. C. de episco. aud. in pe. col. ꝙ si iudex inquirit de delicto. de quo nõ põt inquiri, quod poterit appellari, si ipse appellans allegat causam impedientẽ ꝓcessum, quia grauatur litibus & sumptibus, & etiã quia ipsum forte oportet stare in carcere, ꝙ grauamen nõ potest postea reparari. secus si allegaret causam inimicitię, quia non poterit appellare, sed debet se purgare, vt l. is qui reus. ff. de publi. iudic.

Avgsti. Tu adde hoc quod dixit Bal. in l. si quis prouocatione.[c] C. de appella. q̃ dixit, ꝙ vbi timetur quod iudex nõ prorũpat in actum, quo facto nõ esset reparabile per appellationem, puta ne ponat inquisitũ ad torturam indebite, ꝙ ille poterit appellare, modo in ꝓposito, facta inquisitione, deuenitur regulariter ad torturam, vt infra dicam. vnde non dubito, ꝙ si iudex formabit inquisitionem, casu quo fieri non potest, ꝙ in istis criminalibus tenebit appellatio.

c ℂProuocatione. adde circa hoc ꝙ voluit Alex. in consil. cxli. in ii. volu. & Paul. de Cast. in cõs. cxxii. in antiquis secundo impressis. B.

88 *Inquirere an possit iudex cõtra suum officialẽ.*

89 *Potestas, vel superior potest cognoscere de iniuria facta officiali vel eius familiari, si sic sit consuetudo.*

88 Ange. Quęro an iudex possit inquirere cõtra suũ officialẽ[a] delinquẽtem? dic, aut deliquit in officio, & põt. l. ii. C. de sportu. Si vero extra officiũ, tũc si crimẽ non est notoriũ, nõ põt, quia esset suspectus. l. senatus. & ꝙ ibi ꝑ gl. & Bar. ff. de offi. pręsi. aut est notoriũ, quia iudex nõ habet nisi punire, & tunc põt. l. si quis forte. §. si quos. & ꝙ ibi Bar. ff. de pœ. & ibi Bar. etiã dixit, q̃d iudex potest inquirere cõtra delinquentẽ in familiã suã, q̃n crimẽ est notoriũ, quia tunc cessat causa suspitionis. arg. l. ea quidem. C. de

de accu. secus si nō est notoriū, nisi delictū committatur circa officiū principaliter, & non circa personā officialis, quia tunc pōt procedere & punire. d. §. si quos secus si deliquerit circa personam. d. l. senatus. & dicit do. Ang. ꝙ vidēda sūt dicta Inn. & Io. And. in c. ex parte. extra verb. signifi. & plenius Pet. de Ancha. in cle. i. de fo. cōpe. & bonus tex. in c. i. de pœ. in vi. & Cy. in l. i. C. ne qs in sua cau. dixit etiam Bar. in d. l. senatus. ꝙ si duo officiales insimul delinquunt eiusdem iudicis, talis iudex idoneus erit in cognoscēdo & puniēdo, qa cessat causa suspitionis. argu. l. non solum. §. i. ff. de ritu. nupt.

ADDITIO.

b Officialē. Adde tu vltra dicta hic per do. Ang. ꝙ opi. Bar. sequitur Alex. in con si. xxxv. & an Episcopus possit cognoscere in causa suæ Ecclesiæ, vide Oldrad. in consi. lvii.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia adde d. Bar. in l. ex Cornelia. in princ. ff. de iniu. qui ponderauit illum tex. ad hoc, ꝙ potestas tunc pōt esse iudex de iniuria facta familiæ, nihilominus Bar. ibi approbat dicta per ipsum in d. §. si quis obrepserit. circa fi. ff. de falsis. Et ad idē allego. Dominic. de sācto. Gemi in c. i. de pœ. in vi. qui dixit, ꝙ ibi est casus, ꝙ superior nō pōt cognoscere de iniuria facta officiali, vel eius familiari, patet ibi in tex. qa opus fuit, ꝙ Papa illi superiori delegaret illam causam. Nā frustratoria illa fuisset delegatio, si ille de iure cōi poterat procedere circa ꝓcessum illū.
89 † Limita tn̄ pdicta ꝓm text. & gl. ibi, & Domi. de sancto Gemi. in d. c. i. ꝙ ēt in casibus in quibus de iure cōi potestas, superior non pōt cognoscere de iniuria facta officiali, vel eius familiari, nisi cōsuetudo esset in contrariū, qa cōsuetudo tribuit ius, vt ibi ꝑ gl. qa tunc poterit superior esse iudex in illa causā. Et de materia vide omnino dicta Spe. in tit. de legato. § i. vers. sed nūquid poterit legatus. & bn̄ faciunt no. ꝑ Spec. in ti. de cōpe. iudi. aditio. § ii. vers. itē nota. Adde tn̄ in materia vnū notabile verbū; ꝙ eo casu, quo potestas inquirit de delicto facto ꝑ officialē, vel eius familia, nō potest appellari ab illa snia lata ꝑ potestatē. Iste est casus, & ibi omnes notant, in l. nulli. C. quorū appel. non recip.

90 *Inquisitio an fieri possit cōtra Caiū de homicidio, si reperit mortuus unus Eremita, q. fuit interfectus à Caio & ignorat nomē occisi.*

90 ANGE. † Quæro repetitur vnus Eremita mortuus, vel vnus aduena qui fuit interfectus à Caio, & ignoratur nomē occisi, an contra Caium homicidam possit inquiri, vt valeat inquisitio vel accusatio, licet ignoretur nomen interfecti? dic quod sic, vt est gl. sing. ii. q. viii. c. libellorum. Et not. Bal. & Imo. in l. quoties. §. si quis nomen. ff. de he. insti. Et hęc dicit Ange. qđ cætera spectātia ad materiā inquisitionis, dicentur infra in verb. super fama publica.

AVGVSTI. Tu aūt in hoc articulo supra dicto adde, ꝙ Bal. in l. solā. C. de test. in iiii. col. approbat illā gl. in d. c. libellorum & ibi dicit ipsam esse singularē. ꝓ qua gl. ego allego casum in l. i. §. interdū. ff. si pars hęre. pet. quē tex. ad hoc pōderauit ibi Ang. q dicit no. ꝙ hic tex. est ꝓ illa gl. ī d. c. libellorū. ꝙ si constat vnū occidisse vnū hominē, & ignoratur quis sit occisus, poterit formari inquisitio cōtra occidentē. Et idem dicit in furto, qa quotidie videmus in istis furibus qui capiūtur cum diuersis rebus subtractis, & ignoratur cuius fuerint res ꝙ poterit formari inquisitio. Et dicit ibi do. Ang. ꝙ vtrūque casum ita vidit practicari. Et ad hoc vide in argumentum bonā gl. in l. si cū exceptione in. § in hac. ff. quod met. cau. q̄ gl. b pōderauit ibi Ang.[b] referēs Bal. fratrē suū alias vidisse practicari Florentię cōtra vnū potestatē, q in tortura vnū occidit cuius nomē ignorabat, qa fuit punitus potestas, licet nomē occisi ignoraret. Quinimo fortius dixit ibi Ang. qđ licet acrius puniretur isto casu occidēs ciuē q̄ forēsem, q̄ in dubio ille occisus tortura, ꝑsumit magis ciuis q̄ forēsis. Nā ex quo occisus erat Florētię ꝑsumit potius Florētinus q̄ forēsis, nisi alia eius ostēdatur origo, vt l. i. in fi. ff. ad municipa. imo si ille occisus allegeē fuisse bannitū. Dicit Ang. ibi, hoc nō ꝑsumi, qa nō est qualitas insita à natura dic vt ibi ꝑ eum. & remittit se ad no. in l. libellorū. ff. đ accusa. ī reportatis suis, quas fecit Bononię, & hęc omnia bene no. Adde Ang. in l. prætor. §. si dicat. ff. de iniur. q dicit, qūo debet formari inquisitio vel accusatio isto casu, & an ille talis occisus, præsumatur bannitus.

b Et ibi Ang. adde & vide Bal. in addi. ad Spec. in tit. de accusa. in iiij. parte.

QVæ sit & q̄ fieri intēdit.] Notanda sunt ista verba, qa non solū dicit q sit sed ēt dicitur

dicitur, quæ fieri intenditur, quasi velit non solum præsens tempus, sed etiam futurum cōprehendere & manifestare, ꝙ dictus dominus potestas & iudex, volunt, & intendunt ex eorū mero officio per inquisitionem procedere in casu infrascripto, postea in specie deducto, & in toto processu vsque ad sententiam inclusiue, sicut dicit Bar. in simili quādo procurator in principio sui libelli dicit, Titius procurator, & procuratorio nomine agit, & agere intendit, & sic signat futurum tempus, quia licet postea in processu omittit procurator dicere, & procuratio nomine, tamen intelligitur, quia apparet expresse de sua prime ua intentione, quòd in toto illo processu, & sic in futurum, vult procuratorio nomine agere. ita voluit Bartol. in l. si stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verbo. obligatio. in vlt. colum. Nam licet postea in dicto processu in aliquo actu non apparuerit quis actum fecerit, potestas, vel iudex, vel sub nomine proprio, vel sub nomine dignitatis, vel officij, ex inquisitione, & sic ex mero officio, vel quomodo, quòd ista clausula in principio apposita, est tantæ potentiæ, quòd facit quod præsumatur per viam inquisitionis, ex mero officio, prosequutum per dominum potestatem, & iudicem maleficiorum vsque ad finem.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia adde inquantum supra domi. Ang. allegauit doctrinam Bartoli in d. §. Chrysogonus. vide pulchra verba Bart. in l. qui in aliena. §. is qui. ff. de acquirenda hæreditate. Et ibi omnino vide Romanum qui multa allegat. vide Bal. in l. literas. C. mandati. & per Bartol. in l. post diem. ff. soluto matrimonio. in sexta lectura. vide quę dixi post Modernos in dicto. §. Chrysogonus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex causarum ciuilium, & qui habet iurisdictionem tantum, non potest de causa criminali cognoscere, vel punire.*

1 PER iudicem maleficiorū.] †Iudex enim causarum ciuilium tantum, & sic qui habet iurisdictionem tantum, iuxta l. imperium. in n. ff. de iurisdictio. omnium iudicum & l. ea quę magistratus. ff. ad municip. non potest de causa criminali cognoscere, vel punire regulariter, vt dictum est supra in tex. in princ. ibi, hæc est quædam inquisitio. in versi. tertio principaliter est videndum. Ad hoc enim vt quis possit de maleficijs regulariter cognoscere, & punire, oportet, ꝙ habeat merum imperium. l. imperium. ff. de iurisd. om. iud. & quę ibi Bar. & l. iubere cauere. eod. tit. l. j. ff. de offi. eius cui mand. est iuris. facit quod no. Bar. in l. inter conuenientes. ff. ad munici. Iudex enim causarum ciuilium tantum, etiam si iurisdictio sua esset prorogata, non posset de causa criminali cognoscere, sicut econtra, iudex maleficiorum non posset de causa ciuili iudicare, vt l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudi. etiam si sua iurisdictio in causis ciuilibus esset prorogata. l. testamenta omnia. & quod ibi Bald. C. de testa. & not. Cyn. & Bal. in l. si qui ex consensu. C. de epis. audi. & Bar. in d. l. inter conuenientes. quod est verum, si principaliter iudex maleficiorum super ciuili aditus, etiam ex prorogatione fuisset secus si incidenter, vt quia cognoscit de furto criminaliter, & potest iudicare vltra pœnam furti, ꝙ res ablata restituatur, vt dicit glo. & Bar. in l. interdū. §. qui furem. ff. de furt. & no. Inno. in cap. cum oporteat. de accusatio.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia adde quod id quod dixit Bar.[a] in d. l. interdum. §. qui furem. idem voluit in l. pen. ff. de calum. Et idem voluit Ang. in d. l. si vacantia. in vlt. q. & Bart. in l. defuncto. §. fi. ff. de public. iudi. per illum tex. qui ita limitat dictum §. latrunculator. Et ideo dixit Bald. in l. quod euitandi. C. de condi. ob turp. caus. ꝙ ex processu criminali, peruenitur ad ciuilem processum ex eadem instantia, ex officio iudic. Et ideo dicit, quòd fur qui criminaliter fustigatur, tamen de carcere non relaxatur, donec furtum reddatur. alleg. d. §. qui furem. Et ideo dicit, ꝙ custodes carcerum caueant, ne talem sic condemnatum dimittant, nisi prius sit satisfactū fisco & parti. Et idem videtur velle Bald. in d. l. ea quidem. in vlt. col. dum allegat d. §. qui furem. & idem Bald. in l. j. C. si a non compe. iudi. in pen. col. & idem Bartol. in l. j. in §. hoc edictum. in j. col. ff. vi bono. rapt. per Bar. in l. j. quan. ciui. actio. præiudi. crimi. Adde tamen, ꝙ Bald. in l. si quis a se fundum. C. vnde vi. in vlt. col. tenet contrarium, quia iudex maleficiorum incidenter non pronunciabit super restitutione rei, quia duo processus sunt necessarij. s. ciuilis, & criminalis. Nec obst. dictus. §. qui furem. quia respondet, ꝙ ibi fuit processum de facto, nō de iure. & alleg. Odof. Pet. & Cy. ita tenuisse, vel dicit, quòd ibi est speciale, quia delinquens fuit repertus in crimine,

mine: vt est et speciale in l. capite quinto. ff. de adulte. & in l. ictus fustiũ. ff. de infa. Ad idẽ cõtra Bar. Bal. allegauit text. in terminis in l. si de possessione. C. vnde vi. Nam dicit Bal. in d. l. si de possesſ. hic est casus cõtra opi. Bar. ꝙ iudex maleficiorũ incidenter nõ põt pronũciare super restitutione rei. Nõ ob. §. q fure. quia r̃ndet quòd ibi fallit, nisi latro duceretur ad furcas. & ita intelligi d. §. q furẽ. Et sic voluit, quòd ibi illo casu in d. §. q furẽ. esset speciale. Sed nõ recedatis ab opi. Bar. in locis s. alleg. quia diuinatio est, quòd in d. §. q furẽ ibi fuerit aliqua sp̃alitas. Limita tñ p̃dicta, quòd verum est, quòd incidẽter iudex maleficiorũ ex officio põt pronũciare su p restitutione rei ablatæ, qñ de maleficio cõstaret p confessionem: secus si per alias probationes. ita elegãter & singulariter voluit Bal. p bonas rõnes, in l. q crimen. in vlt. col. C. q accuſ. & certè ista est maxima restrictio ad dicta Bar. & ad d. §. q fu. sed certe rõnes Bal. ibi sunt friuolæ, quas ipse adduxit. De hac materia vide per Sal. in d. l. si quis à se fundũ. & aliquid p Bar. argu. illius tex. in l. pen. C. si aduer. lib. Et de intellectu d. §. qui furẽ. latè per Gand. in tract. malefi. in rub. forma libel. accuſ. in ver. sed interim, ego quæro, nũquid in eodẽ libello &c. & ibi late examinat intellectũ d. §. qui furẽ. & vide Bar. in l. i. in fi. ff. ad Turp. & Bal. in l. obseruare. §. p̃ficisci. ff. de of. proconſ. & leg q in fin. vi. q. dicit, quòd dispositio d. §. q furẽ, habet locũ in inquisitione, nedũ in accusatione: & intellectũ d. §. qui furẽ. melius posuit Ang. in l. i. C. qñ ciui. act. præiu. crimi. & ponit practicam qua vtuntur hodie iudices maleficiorũ, per Bal. in l. i. in i. col. C. de app. per do. Catal. in tract. syndica. q. cxcviii. qui tenet, quòd iudex maleficiorum erit iudex, etiam si de maleficio ageretur ciuiliter.

ADDITIO.

a ¶Id quod dixit Bar. Adde tu ꝙ opi. Bar. videtur tenere Ro. in conſ. clxij. vbi dicit, ꝙ nõ valet sententia iudi. malefi. in ciuili, cũ nõ cõdẽnat de maleficio, vel criminis causa: & de consensu partium non posset de causa ciuili cognoscere. Ber.

ANGE. Et dico, quòd quilibet potestas & q libet alius officialis iurare debent, quòd officium suu facient bona fide, & sine fraude, remoto pretio, & qualibet illicita pactione. l. fin. & ibi Bal. C. ad l. Iul. repet. Siquidẽ autem aliquid receperit per concussionem, vel per baratariam acceperit, donum illud cũ quadruplo restituet. l. i. & ibi Bald. C. eo. tit. q pœna transit in hęredem officialis, licet contra eum non fuerit lis contestata, vel ad hæredem eius nihil peruenerit. l. ii. & ibi Bal. eo. tit. Nã officialis debet habere mundas manus. l. omnis. eo. tit. & ibi Bal. de Barataria põt à quolibet accusari, l. iubemus, eo. tit. & ibi Bal. & etiã ab eo, à quo extorsit, dummodo ad querelam porrigat intra certum tempus: vt l. vnusquisque, & ibi Bal. eod. titu. quod not. pro syndicatu, & contra alios officiales baratarios.

AVGVSTI. Adde tu in hac materia, inquantum dictum est, ꝙ iudex qui cõmisit baratariã tenetur ad quadruplum, dic hoc verũ, qñ ciuiliter conueniretur, secus si criminaliter. Nã & criminaliter põt etiã conueniri. tex. in l. antepen. §. hodie. ff. ad l. Iuli. repetun. & ideo caueant ne iudices baratariã cõmittant. & quòd etiam criminaliter possit agi, voluit gl. in l. i. C. eo. tit. & omnes Doct. Cy. Pet. & Sal. in l. iii. C. eo. tit. quinimò dixit ibi Ang. quòd si iudex in cã capitali cõmisit baratariã, quia condẽnauit innocentem, & absoluit nocentem, pœna capitali punitur, vel deportatur. In aliis casibus siue criminaliter agatur, siue ciuiliter, et si causa sit pecuniaria, relegandus est, per d. §. hodie, licet Sal. ibi in d. l. iii. aliter intellexerit istam materiã. Itẽ inquantum dictum est s. quòd quilibet potest accusare iudicem qui cõmisit baratariam. Adde & tempera prædicta procedere, qñ ageretur criminaliter, seu ageretur pœna quadrupli, & illud quadruplũ applicaretur fisco: secus si illud quadruplũ applicaret parti & fisco: quia tũc non põt quilibet de populo agere contra iudicẽ: sed solũ ille, q dedit pecuniã, & hæres eius, cuius interest. Ita dixit Ang. in d. l. i. C. ad l. Iul. repe. i i. col. & de materia vide Bar. in d. l. datur. qui ponit qñ hæres iudicis teneatur de barataria: & p Ange. & Sal. in l. ii. C. eo. tit. & vide do. Catal. in trac. syndic. in q. cx. qui dicit, quòd in sola promissione cõ-
b mittit barataria, b & in vno nummo, & priuatur ipso iure officio, & in qõ. lxiiii. ponit, qñ mediator in barataria potest esse testis.

b Barataria. Quid autem sit barataria, & qualiter fiat. & ad materiã vide Pau. de Cast. in cõſi. clxij. prima stamp. & Pet. de Anch. conſi. cclxij. Ber.

HIERO. Tu adde Parid. de Puteo, vbi late tradit de hac materia in tract. de syndi. in rub. de barataria. char. 26. & in eadē rub. in verbo. corruptio, char. 38.

SVMMARIVM.

1 *Accusationis processus non fit officio iudicis, sed ad partis petitionem.*

2 *Verba, mero officio operātur, quòd inquisitio fieri possit absq; hoc quòd procedat diffamatio & quòd inquisitionis copia reo detur.*



MERO officio, arbitrio, autoritate, potestate, atq; bailia.] Dic quòd ista verba, de necessitate, & vtilitate, & cū ministerio apponuntur, † q̄m
1 q̄n agitur per accusationem, non fit ex officio iudicis, sed ad partis petitionē, t dicetur statim in gloss. seq. facit l. rescripto. §. si quis accusatorem. ff. de mune. & hono. & dic, ꝙ ista verba, ex mero officio, sunt multū vtilia apponi in inquisitione, nam per talia verba apposita in inquisitione nō est necesse ꝙ
2 præcedat diffamatio, † sed nec est necesse, ꝙ copia inquisitionis tradatur reo, vt in c. qualiter & quando, & in c. inquisitionis, eo. tit. ita dicit Ang. in d. l. si vacantia, in vers. de quinto vero articulo, & in ver. itē fallit, vbi iudex inquirit ex mero officio, & hoc voluit Ant. de But. in d. c. qualiter & q̄n, in iii. col. alias non appositis dictis verbis, nō procederet inquisitio, nisi præcedente diffamatione. Et multū cōmenda in practica, quia multi hoc nō pōderauerūt, & qd importet & significet, ex mero, vide Ang. & Imol. in fi. in l. v. in prin. ff. de ver. obl. facit tex. & gl. i ver. mero, insti. de diuis. stip. §. ii. & ibi dixi.

Præter reprehensionē Augusti. hic, Menochi: reprobat Angel: in hoc in tract: de arbitrar: Iu: dic: lib. quæst: 78. sub nu. 3.

a AVGVSTI. Tu autem in hac materia q̄ dixi supra in illo articulo,[a] in 4. q. prin. in glos. hæc est quædā inquisitio, vbi probaui istam suam practicā esse falsam, motus autoritate Spe. Host. & Io. And. & Gand. qui in propriis terminis dixerunt contrarium, quos iste ignorauit, qui volunt, ꝙ imo si iudex ēt procedit ex mero officio, necessaria est ipsa diffamatio, imo dico, quòd tu iudex teneris in syndicatu, si tu formares etiā inquisitionē ex mero officio, nulla p̄cedēte diffamatione, dic vt ibi, & de verbo, mero, vide quæ dixi in d. l. v. ff. de verb. ob. i.


ADDITIO.

a ℭ In illo articulo. Adde tu, & vide ibi posita, & vide Cepo. in consi. lxvj. vbi transit cum opinio. Ange. scilicet ꝙ non sit danda copia inquisitionis & indiciorū: & dicit ꝙ Ang. in d. l. si vacātia, hoc nō dicit. & ꝙ author ista sic correxit infra in ver. fama publica. & ꝙ sit danda copia indiciorum & inquisitionis cum proceditur ex mero officio, dicit tenere Ioan. Pet. Ferra. Pap. in sua pract. Gand. & plures alios, quos vide ibi: & quando sit danda copia indiciorum, cum iudex habet latum arbitrium, vide Alex. in consi. in ij. volum. Ber.

VMMARIVM.

1 *Querelans, aut instigans iudicem, vt inquirat, non proprie dicitur recusator.*

2 *Querelans, siue instigans, aut solicitans iudicem vt inquirat, tenetur pœna Turpilliani. & & condemnatur in expensis sicut si principaliter accusaret, & non probasset.*



ET AD querelam Titii infrascripti.] † Dico quòd iste nō
1 est proprie accusator, licet querelet, vel instiget iudicē vt inquirat, quod patet, quia non facit ea quæ sunt necessaria in accusatione, vt se subscribat, vel p̄stet fideiussionē,
2 & alia de quibus infra. † Et dico vnū mēti tenendū, quòd talis ad cuius instantiā que-
b relā,[b] vel inuestigationē iudex inquirit siue solicitauerit, si inquisitio non probatur, tenet pœna Turpiliani, & ēt condēnatur in expensis, sicut si principaliter accusasset, & non probasset accusationē, vt est tex. & glo. in l. i. § incidit. ff. ad Turp. & est text. glos. & Bar. in l. senatus. §. an ad eius. in princ. ff. ad Turp. & est text. in l. ob hæc verba. ff. de infa. Et ibi omnino videas Bal. & Ang. singulariter, quod singulariter not. & tene mēti.

b ℭ Querelā. Adde tu quid sit querela, & an ponatur pro accusatione, & denūciatione. Vide Cepo. in consi. lxv. & ꝙ assistens seu accusans, nō probat, possit puniri de falso, tenet do. Alexā. in consi. xj. in j. volu. & an instigator incidet in Turpilianum: vide Cepol. consi. lxj. Ber.

AVGVSTI. Tu adde vltra prædicta ea q̄ dicit Ang. in l. 3. ff. de cri. stel. qui dicit, quòd isti instigatores tenentur crimine stellionatus, & sic puniuntur arbitrio iudicis. Et idem voluit in d. l. ob hæc verba. quem omnino vide. Si autem vnus cum pecunia faceret, quòd vnus denunciaret iudici inique ali-

aliquod maleficiũ, ad hoc vt iudex procede ret cõtra eũ, tenetur pœna falsi. l. lege Cornelia. §. fi. & ibi Bar. ff. de fal. Et adde h. c. no. p do. Anto. de But. & Abb. in c. cũ dilecti. in fin. extra de dol. & cõtu. Et q iste ꝓmouẽs iudicẽ in formãdo inquisitionẽ teneatur in expensis si reus est absolutus, tenet do. Catald. in tract. de syndic. q. clxv. secus si iudex ex necessitate officii, ex mero offõ, format inquisitionẽ, ibi vide, & in q. seq. ibi declarat do. Catal. q̃d importet hoc verbũ, q̃rela.

HIERO. Addatis Steph. Aufre. omnia ista referentem & approbãtem in decis. capellæ Tholosanæ. in decis. vii. in ordine.

3 *Accusare quid sit.*
4 *Accusator iurat quòd non animo calumniandi reum accusat.*

ANGE. Et quia tractatur materia congruentius ipsius accusationis. Primo q̃ro,
3 †quid sit accusatio. Vnde dixit Azo in sum. C. de accus. Accusare est aliquem in libello reũ criminis deferre, vel facere ad vindictã. Et de materia late per Hosti. in sum. eo. tit.
4 & facit l. cũ rationibus. C. qui accus. †Et ille qui accusat, primo iurare debet, q nõ animo calumniandi reum accusat. Ita voluit Bar. in l. is qui reus. ff. de publi. iudi. in versi. sed quæro cum supra dixerim.

AVGVSTI. Tu adde, q miror, q iste non allegauerit doctr. Bart. in l. i. C. de iura. calum. qui melius. h. d. q hodie ſm cõsuetu dinẽ Italiæ, accusator iurat in principio, q accusatio est vera, & q non in animo calũniandi hoc facit, & reus iurat de dicenda veritate. Idem dixit Gandi. in trac malefic. in rub. qualiter fiat accusatio. in vers hodie autem de consuetudine per totã Italiã. vbi dicit, q hodie nõ producitur libellus accusatorius, sed simplex quædam accusatio, quæ continet & nomen accusantis & accusati, & delictum, locum, & tempus: & ille accusans iurat accusationem esse veram. Sed ibi Gandi. non adiicit illa verba, quod non est animo calumniandi hæc facit.

HIERO. Tu adde do. Præposi. in sum. ii. q. viii. in ii. col. vers. & in primis. cum pluribus seq. vbi ponit plures diffinitiones, quę tñ in idẽ reincidunt. & per Bal. in sua prac. in rub. de q̃õ. circa lib. cri. Hiero. Zane. post Docto. in repet. c. i. de accu. super rub. col. v. vers. q̃ro. Vital. ĩ trac. malef. ĩ rub. q̃uot mo. super malefi. ꝓced. ĩ ver. quid sit accusatio. vbi ẽt ponit multas formas accusæ: sed an accusatio expediat offõ iudicis nobili: & breuiter dico, q sic, ſm Bapt. de sancto Blasio, qui late hanc q̃õnem disputat in l. imperiũ. ff. de iuris. om. iud. 4. col. vers. 8. quæro &c.

5 *Accusator subscribit se ad pœnam talionis.*
6 *Inscriptio requiritur de iure canonico.*

5 ANGE. †Secundò requiritur, q se subscribat ad penã talionis. l. 3. C. qui accu. non poss. & ibi Cy. Bal. Ang. & Saly. in l. si cui. in prin. & ibi Bar. ff. de accu. & Specu. in tit. de accu. in prin ver. his igitur consideratis &c.

Itẽ inscribat se eandẽ pœnã subiturum, si
a nõ probet, quã reus pateretur,[a] si probatũ esset. l. pen. & fin. C. de accus. & debet per se siue p aliũ, si nescit scribere, se subscribere: vt l. libellorũ. ff. de accu. & auth. generaliter. C. de ep. s. & cle. & not. Saly. in d. l. 3. & vide bonũ tex. in c. tuæ. extra de procura. & in c. super his. extra de acc. & hoc ꝓcedit de iure, sed de consuetudine non est necessaria
b subscriptio[b]: vt no. Bar. in d. l. si cui. in prin. & in d. l. libellorum. ff. de accu Sed de iure hoc ẽt fallit in l. quãuis. l ii. C. de adulter. & hoc de iure antiquo: hodie vero secus: vt in authẽ. vt lice. mat. & auiæ. in §. si de adulterio. Itẽ fallit in causa abigeatus: vt l. i. C. de abige. & hoc cũ agitur de crimine criminaliter: si verò agitur ciuiliter, non est necessaria inscriptio, & sic ad pœnã applicandam
48 ANGE. †Subsequenter quæritur, quia supra visum est, ꝙ hæ personæ prohibitæ possunt prosequi suam vel suorum iniuriam. Modo quæritur, quid continetur appellatione suorum? & gl. in l. leganda. in fi glo. j. C. qui accu. non pos. dicit ꝙ ista verba non sunt late interpretanda. Alibi glo. videtur velle, ꝙ si vni de a cognatione fiat iniuria, toti familiæ [a] dicitur facta, vt not. in l. lex cornelia. in princ ff. de iniu. Facit quod not. Cyn. in l. raptores. C. de epis. & cle. Alibi dicit glo. ꝙ sui considerantur ratione affectionis. Ita dicit glo. in l. vt vir. ff. de iusti. & iure alibi text. limitat vsque ad quartum gradum, vt l. petitionem. §. egredien te. C. de aduocatis diuerso. iudic. Sed Bart. in l. ij. ff. de accu. in fin. prin. dicit secundum Innoc. in cap. nonnulli. extra de rescrip. ꝙ coniunctæ personæ per consequens sui dicuntur, vsque ad illum gradum, in quo possunt succedere. & ita intelligitur text. in l. sed & hæ. ff. de procu. pro quo bene facit text. in authen. in successione. & quod ibi notatur. C. de suis & legiti. & glo. in l. si fœmina. C. ad tur b pil. dicit, ꝙ suorum [b] appellatione, dicuntur omnes illi pro quibus quis inuitus testimonium ferre non cogitur, qui sunt vsque ad septimum gradum. Et istam glo. tenet Bal. in l. j. C. qui accusare non possunt. Et credo istam gl. veram pro qua est casus in l. ij. in princi. ff. de accusa. cõiuncta ibi glo. & coniuncta l. lege Iulia. ff. de testi. Nam pro socero & nouerca, quis non cogitur testimonium dicere, vt d. lege Iulia. ergo pro eis licita est accusatio publica dicta l. ij. ff. de accusa. & dicitur prosequi iniuriam suorum, vt ibi. sed clarum est, quòd eis non succeditur, vt not. in l. prima. C. vnde vir & vxor. facit. l. iij. ff. de inoffi. testamen. ergo in ista materia accusationis, coniuncta persona non dicitur per modum successionis, nec etiam quo ad hoc vt possit agi sine mandato. Quinimo omnis ille dicitur coniuncta persona, pro qua quis inuitus non cogitur testimonium fere. De quibus personis habetur in d. l. lege Iulia. & in l. fi. cum l. j. §. sequenti. ff. de postula. & ita no. in l. sed & hæ. in princ. ff. de procu. & de materia allegat etiam Specu. in tit. qualiter in accusatione procedatur. §. iij. videndum est in princ. §. ex quibus. Bar. in d. l. ij. ff. de accusa. dicit, quòd sicut fœmina nõ admittitur ad accusandum de morte soceri, ita non admittitur de morte viri, quia dicitur prosequi suorum iniuriam d. l. lege Iul. coniuncta. d. l. ij. ff. de accusa.

ADDITIONES.

a ¶Toti familiæ, adde vt per Alex. de Imol. in cõsi. xcix. in j. volu. & in cõsi. cxij. in ij. vol. Ber.

b Suorum appellatione. Adde ꝙ do. de Ro. in decis. ccccl x. in titu. de renun. dicunt; ꝙ suorum appellatione, veniunt nedum parentes & consanguinei, sed etiam domesticæ personæ, & ibi, ꝙ renunciatio facta de beneficio propter liberationem domesticę personæ a carcere, nõ valet, & dicitur meticulosa. & qui veniant suorum appellatione, vide late per Barb. in repe. l. cum acutissimi. C. de fideicom. & per do. meum Soci. in repet. l. cum auus. ff. de conditio. & demonst.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia adde d. Bart. in l. lex cornelia. ff. de iniur. & quæ dicantur coniunctæ personę, vide tex. in l. j. §. fi. ff. de postula. & ibi Bal. qui dicit, ꝙ diuersis modis accipitur in iure, quæ dicatur coniuncta, & ibi vide ipsum Bald. allegantem bonas decisiones Spec. & Cyn. & illum text. ponderauit Bar. in l. cui eorum. §. affinitatis ff. de postu. & vide Bal. in l. sed & hæ: ff. de procurato. & pondera quod in hac materia Bartol. in d. l. ij. ff. de accu. videtur sibi contrarius & vide nouissimos in c. nonnulli. extra de rescri. & vide Bald. in cap. post remo. extra de appellatio. & in repetitione c. si pater. de testa. li. vj. Quid contineatur appelletione suorum. Et aduerte, quia iste passus dubius est. Nam in eo doct. vario modo loquuti sunt, & ideo in indiuiduo in proposito nostro do. Anto. de Butr. post Ioan.

Ioan. Andr. in c. de cætero. extra de testibus: quærit qui cōtineantur appellatione suorum, ad hoc vt cognoscamus qñ quis potest prosequi suorum iniuriam. & breuiter ibi refert Ioan. And. posuisse istam quæstionem ibi, qui dixit, ꝙ sui, sunt qui pro eo testificari non possunt, per d. l. pen. C. ad turpil. & ibi glo. refert Azo. habuisse aliam opi. Item Gofre. habuit aliam opi. Io. Andr. in addi. Specu. habuit aliam. dic vt ibi in d. c. decætero. per do. & late de hac materia loquitur Salic. in d. l. pen. C. ad turpil. vbi refert multas opi. & dicit Ange. ibi, ꝙ ibi est glo. melior de iure quid contineatur appellatione suorum.

HIERO. Inquantum Ang. dicit, ꝙ appellatione suorum dicuntur illi pro quibus quis inuitus testimonium ferre nō cogitur, q. sunt vsque ad. vij. gradum. addatis Henr. Boyc, idē tenentem in c. decætero. extra de testib. in ij. dist. in medio. vbi Fely. in fi. col. post alios late cumulat hanc materiā. & per do. de Rota, decisio. ccix. sub ti. quod metus causa. in antiquis. Alex. consi. xxxiiij. volu. iij. Item an appella. suorum, veniant magni amici. Barb. in c. coram de offi. deleg. col. vj. post prin. tenet ꝙ sic, per glo. in l. ij, C. in quibus causis col. censi. li. xj. pro qua allegat. l. alumnam. C. de lega. iuncta glo in l. in testamento. ff. de fideic. liber. & per alia multa probantia, ꝙ amici magni censentur cōiuncti. de quo late vltra eum ꝑ Hippo. in repe. rub. ff. de fideiuss. col. lv. in princ. & per Ias. vbi etiam dicit, amicus singu. venit appel. suorum in l. titia. ff. de verb. obli. col. ij. & in l. exigendi. de procu. C. & in l. quæ dotis. ff. sol. mat. & in l. si fratres. ff. de lega. j. in j. col.

49 *Filia naturalis potest accusare mortem patris naturalis.*

50 *Filius spurius quando possit accusare mortem patris, & quando non.*

49 ANGE. † Quæsiuit etiam Bar. in l. ij. ff. de accu. An filia naturalis possit accusare mortem patris naturalis? & determinat ꝙ sic, siue sit pater naturalis tantum, vt l. iij. ff. de liber. cau. siue sit spuria, quia isti admittuntur tanq̄ idoneiores. ar. l. ij. §. fi. ff. de adul. allegat Inno. in c. nonnulli. extra de rescrip. in fin. & idem tenet Bart. in l. hos accusare §. omnibus. ff. de accusa. Sed Imol. videtur concludere, ꝙ naturalis tantū admittatur, non spuria & opi. Bar.

a sequitur ibi Bal. Ang. & Rapha. a Sed in filia naturali potest procedere, quia de iure digestorū, cōcubinatus est, permissus, vt l. j. & pe. & ibi Bartol. ff. de concubinis. & quia in certo casu & modo succedit patri, vt not. in l. si quā illustris. C. ad orfi. & dicit do. Angel. quòd credit quòd in alijs ex damnato coitu tales non possint accusare. Primo, quia non possunt ostendere patrem, vt l. vulgo concepti. & ibi not. ff. de stat. homi. Secundo, quia non sunt nominandi filij, nec ille pater, vt in auth. ex complexu. C. de incest. nup. intantum, ꝙ non sunt alendi de iure ciuili, vt ibi. Secus de iure canonico, vt ibi not. Bart. Tertio, ille dicitur pater & filius, quem nuptiæ, demonstrant, vt l. quia semper. ff. de in ius vocan. institu. de nup. in princ. & in §. aduersus. Quomodo ergo iste dicitur accusare de morte patris, cum patrem nominare non debet. Præterea isti non dicuntur de agnatione, nec de cognatione, nec de familia, nec de cippo, nec de casata, nec de gente illius quem dicit patrem, vt not. Angel. & Imo. in l. ex facto. in §. si quis rogatus. ff. ad treb. & hoc est verum si sit spuria & nata ex coitu damnato, secus si non posit accusari criminaliter, vt l. quia semper. ff. de in ius voc. & ibi per glo. & prædicta procedunt in fœmina. Sinautem

b esset masculus naturalis, b nulli dubium, quòd admitteretur, vt quilibet de populo, & quando concurrunt plures ad accusandum, ille debet præferri, cuius magis verisimiliter interest, & melius prosequatur accusationem, vt. l. si plures. ff. de accusa. & clarum est, quod sui, magis interest ratione affectionis, quam alterius, qui penitus extraneus est, ideo extraneo præfertur. ita dicit Imol. in d. l. ex facto. in ver. item per prædicta potest inferri. & facit quod not. Bar. & Bal. in l. fi. ff. de verb. sig. & Bar. in l. tutelā ff. de cap. di. Bar. in l. pronūciatio. §. familiæ. ff. de verb. sig.

ADDITIONES.

a ¶ Rapha. idem tenet Angel. in l. senatus. C. quī accu. non pos.

b Masculus naturalis. circa hoc adde & vide, vt latius per Fely. in d. c. nonnulli. de rescri. col. pen. vbi dicit, ꝙ opi. Bar. semper fuit visa ęqua. Pro qua tu allega ꝙ voluit Bal. in consi. cxix. lib. v. vbi spurius poterit vindicare mortem patris, stante statuto, ꝙ cōiuncti & illi de domo possint vindicare mortē defuncti. Et an spurij dicantur de domo vel agnatione. vide Ang. i cōsi. xxx. & Nic. de Vbal. in tract. successionū ab intestato, par. iij.

AVGVSTI. Tu aūt in hac materia adde, ꝙ Bar. in l. cū scimus. C. de agri. & censi. li. xj. hoc idem affirmauit, quod spurius admittatur ad accusandum mortem patris. & idem Ang. affirmauit doctrinam Bar. in l. vxorem. C. qui

50 C.qui accusare.†Adde tamē, ꝙ Bal. in l.i. C.qui accusare.in xvi.colum.videtur limitare prædicta, vt procedāt quādo esset spurius natus ex certo complexu, quia idē est quod in filio naturali: quia naturalis dolor eos impellit, argumento.l.ii.& iii.ff.de liberta.cau.Secus si ex incerto complexu: vt vulgo cōcepti: quia respectu patris, eos ius vindictæ non tangit: quia nō possunt se probare filios, cum lex fingat eos non habere patrem.l.vulgo.ff.de statu homi. Rspectu vero patris, admittentur ad vindicandā mortem matris. Et hæc teneas menti: quia per prædicta opiniones possent reduci ad concordiā. Et vide pulchra verba Bal.in c. naturalis, si de feu.fue.cōt.ver.de istis spuriis. & Bal.ī l.ius ciuile.ff de iusti.& iure.& Bal. & Imo.in l.lucius.§.fi.ff. de lega.ii.& in l.i. §.diuus.ff.ad sil.& ibi ꝑ Mod.in l.generaliter.§.cū autē.C.de institut. & substitu. Itē cōsydera, ꝙ Bar.in hac materia semper allegauit doctrinā Inno.in c.nōnulli.extra de rescriptis. Sed Inno.ibi non q̄rit: an spurii admittātur ad accusandū mortē patri: sed an addmittātur ad agendum, propterea ibi Innoc.dicit, ꝙ spurii nō sunt cōiunctæ ꝑsonæ, sed naturales sic. Vnde ibi Inno.est cōtra Bart. si quis subtiliter respicit verba Inno. Itē cōsydera inquantū supra dictū, est ꝙ spurius saltē poterit accusare tāquā q̄libet de populo. Nam quidā Mod.in c.nonnulli extra de rescrip damnat istā doctrinam.& multū clamāt cōtra Imo.in d.l.ex facto, & arguūt hoc modo: actio q̄ cōpetit alicui tāquā cuilibet de populo, debet intentari ꝑ eū qui est integræ opinionis.text.est in l.popularis actio.ff.de popu.ac.& in l.omnis, in verbo, si tibi integre æstimatio est.C.q̄ accu.non pos. Sed spurii & nati ex damnato coitu sunt infames, vt in authē.ex cōplexu. C.de incest.nup ꝑ Bart. & Sali. in l.fi.C.de verb si.Cyn.in l.quisquis.ad l.Iul.maie.C. & in l.parētes.ff.de in ius vocā. Ergo necessario sequitur, ꝙ vt extraneus, & vt q̄libet de populo accusare nō potest nisi saluando dicamus, vt dixi supra in xxi.fallētia q̄ accusare possunt.allegādo Specu.ibi, ꝙ quoties aliquis vt infamis repellitur ab accusatione, vel ex alio capite q̄a mulier, tamē si prosequitur suā vel suorum iniuriam, isto casu admittitur.

HIERO. De hac materia, quia satis habetur in locis hic per Augu.alleg. amplius non me intromitto.videatis tamen Ange. in l.senatus.C.qui accusa.nō pos. vbi tenet opi.Bart.videlicet, quod filia naturalis &c.

51 *Idoneior quando admittatur ad accusandum.*

52 *Accusari potest quilibet de delicto, nisi sit priuilegiatus.*

53 *Patri licet non sit permissum accusare magistratum durante officio: tamen licitum erit propria autoritate ius dicere si inuenit magistratū adulterantē filiam, & ipsum occidere.*

51 ANGE. †Et ex prædictis apparet, quod idoneior admittitur ad accusandum .l. si plures.ff.de accusa.quod est verum, quando principaliter, & non æque interest, quia tunc omnes admittuntur, iuxta l.i. & ibi Barto.ff.de sepulchr. viola. Et ad notandum est id, quod dixit Barto.in l. post dotem.ff.solu. matri. quod si accuso Titium de publico crimine, & dico me accusasse de voluntate Titii, pręsentis, & volentis, ꝙ nō dicor facere procuratorio nomine. dic vt

52 ibi. † Postquam vidimus quæ personæ possint accusare, & quo crimine, & quid sibi incumbat, ad hoc vt ad accusandū admittatur, procedamus vlterius: & quæramus quæ personæ possunt, vel non possunt accusari: quilibet potest de delicto accusari, nisi sit priuilegiatus, ita ꝙ ex priuilegio

a nō possit accusari: vt est magistratus[a], dum est in magistratu, vel legatus, vel qui semel rite, vel recte fuit absolutus de crimine.iuxta notata in l.si cui.§.i.ff. de accu. Aduertas tamen, ꝙ verum est, ꝙ magistratus nō pōt accusari durāte officio ad hoc, vt cōtra eū ꝓcedatur in accusatione, vt est tex.in l.si adulteriū cū incest.§.fi ff. de adult.ex quo dicit Bar.in l.hos accusare.ff.de accu.ꝙ anciani, durāte officio possūt accusari, solū ad hoc, vt recipiatur accusatio, & deposito officio ancianatus, super dicta accu. ꝓcedatur.

ADDITIO.

a ¶Magistratus. Adde Spe.in tit.de accu.§.j.vers. item ꝙ magistratus.& Bal.in l.nisi.§.fi.ff.de tute.& ratio.dist.vbi, ꝙ officialis perpetuus potest, durante officio.ꝑ superiorem syndicari.& Ro.in cōsi.ccccxlv.vbi ꝙ officialis de delictis cōmissis in officio, potest durante officio puniri. Ber.

AVGVSTI. Tu aūt ī hac materia adde, ꝙ Gandi in trac.suo maleficio.fecit vnam specialem rubricā, de his qui possunt accusari.

sari. & ibi ponit breuiter, an masculi, vel fœminæ. tam præsentes, quam absentes, possint accusari, & tam mortui, q̃ viui, & in quibus casibus, & an serui in quolibet crimine, & in omni pœna, & tam puberes, q̃ impuberes. Et an q̃s in pluribus possit accusari. Ibi autem Gand. de magistratibus, nil loquitur. Sed in hac materia adde, inquantū dictum est, ꝙ magistratus, durante officio, non potest accusari. Limita, nisi in officio committeret crimen, quod spectaret ad eius officium, quia etiam durante officio, nedum potest accusari, sed etiā expelli de officio, puta, si cōmisit batatariā, vel aliud delictum. ita dicunt doct. maxime Bal. in l. iubemus. C. ad l. Iul. repe. & hoc est ꝙ dixit Bar. ī l. nec magistratibus. ff. de iniuriis. & Ang. in d. l. iubemus. Item tenementi, ꝙ dixit Albe. de rosa. in l. si præses. C. de epis. au. ꝙ licet officialis, durāte officio, nō possit accusari, tamē in tribus casibus poterit. Primo, si se submittit iurisdictioni, per l. est receptū. ff. de iurisdi. om. iu. Secūdo si deliquit in officio, per d. l. iubemus. Tertio, in crimine adulterii, ꝑ d. l. si adulterium cum incestu. §. fi. ff. de adult. cū hoc, ꝙ nō poterit cōtra eum, hoc casu, ꝓcedi durāte officio, sed præstabit cautionem, ꝙ finito officio, si stet in iudicio. Sed aduertas, quia credo ꝙ ista decisio Albe. inquantum loquitur de adulterio, sit falsa. Primo, ille tex. in d. §. fi. dicit, ꝙ supersedītur durante officio, & ita omnes docto. intelligunt illum text. ibi, & Bart. Ang. & alii doct. ibi intelligunt illum text. nedum procedere in adulterio, sed in omnibus delictis. Aduertas tamen, quod

53 in crimine adulterii, speciale † est, quod licet non sit permissum patri accusare durāte officio magistratum, tamē sibi licitū erit propria autoritate ius dicere, si inuenit magistratum adulterātem filiam, & ipsum occidere. text. est singularis in l. marito. ff. de adult. & ibi Ang. & Ang. etiam hoc dixit in l. hos accusare. ff. de accu. & Specu. in tit. de accusatore. §. i. in versi. item quod est magistratus. Et an prædicta militent in magistratu maiori vel minori: vel si officium sit perpetuum, vel temporale, vel si sunt magistratus habentes dignitatem solam, vt sunt duces, marchiones, vel si sunt potestates terrarum. Adde d. Spec. in loco allegato per me. in d. versi. item qđ est magistratus. & Bart. in d. l. nec magistratus. & latius per Salic. in l. iubemus. C. ad l. Iul. repetun. Et Sali. in d. l. si præses. C. de episc. au. dixit, quod in criminalibus approbat. d. per ipsum, in d. l. iubemus. & ex omnibus istis poteris etiam limitare prædicta. Adde tamen, quod si maiores magistratus faciunt aliquid contra iurisdictionē superioris, etiam durāte officio, poterunt cōueniri. Ita voluit Bal. pōderans ibi esse tex. ī l. si appellationē. C. de appell. HIERO. De hac etiā materia fecit dñs Vitalinus vnā specialē rub. in tract. malefi. in rubri. qui accusari non possunt. & adde inquantum tangūt hic an magistratus possit, durante officio, accusari: Vide dist. quā facit idem Vitalinus in fi. d. rub. vbi approbat aliqua hic dicta. late per Amadeum in trac. de syndi. col. ix. in fi. cū seq. in gl. super verbo, olim potestatē. & Catal. in tract. de syndi. q. xxxiii. Parid. de puteo, in tract. de syndi. in verbo, durante. in verbo officialis. char. xliiii. & in istis remissioni. satis habetur de materia.

54 *Exceptio, ego nō possum accusari, est dilatoria, & ideo est opponenda ante litem contesta.*

54 ANGE. † Et tene menti, quod talis exceptio, Ego non possum accusari, est dilatoria, vnde necesse est quod opponatur ante lit. conte. & sic ante nomē rei receptum inter reos, alias autem si tunc non opponitur, processus remanebit validus.[b] vt l. si maritus. §. pręscriptiones. ff. de adu. Et dicit Bar. in d. l. hos accusare. in prin. & in. §. i.

b Validus. Adde & intellige hoc, nisi inhabilitas procedere de iure naturali, vt in pupillo, & furioso, quia tunc talis exceptio poterit opponi, etiam post litem contestatam, per ea quæ voluit Petr. de Ancha. in consilio clxvj. & an si accusatus vel inquisitus non opponit exceptiones, competentes videatur illis renunciare. vide Pau. de Castr. in consi. xvij. in nouiter impressis. Ber.

AVGVSTI. Adde tamen in hac materia, quod non putarem prædicta procedere si vnus accusaret personam inhabilem ad accusandum, cuius inhabilitas procederet de iure naturali, puta in infante, & furioso, qui non possunt accusari, quia etiam post litem contesta. posset opponi ista exceptio, Ego non possum accusari & moueor ex his quę dixit Bal. in rub. C. qui accusare. in iii. col. vbi dicit, quod licet ista exceptio, Tu non potes

potes accusare. debeat opponi ante litem contest. Tamen si inhabilitas descendit de iure naturali, semper poterit opponi talis exceptio dilatoria.

HIERO. De hac q. satis dictum fuit supra in quæstione incipien. quæro, si prædicta &c. nu. 40. vbi vide quæ ibi dicta sunt.

55 *Accusatio omnis debet continere locum, annũ, & mensem delicti commissi.*

ANGE. Procedamus vlterius in materia accusationum, & aliqua vtilia & necessaria videamus, quę etiam sunt quotidiana. † Et primo, scias quod in omni accusatione, requiritur quod apponatur locus, annus, & mẽsis delicti, vt l. libellorũ. ff. de accusa. Siue agatur criminaliter, vt ibi, Siue agatur de crimine ad interesse partis tñ, siue p modũ accusationis crimẽ deducat, siue p modũ exceptionis, vt dicit Bar. in l. j. ff. de excep. Dũmodo sit talis accusatio q̃ infamet, siue de iure, siue de facto tãtũ, vt l. p̃tor edixit. & ibi Bar. in prin. ff. de iniur. Et idẽ voluit Bar. in l. viro atque vxore. ff. sol. mat. & in l. j. ff. de suspec. tuto. & in l. j. ff. de excep. & in l. & an eandem. in §. actiones. ff. de exce. rei iud. ex quo sequitur, quod si ageretur ex quasi delicto quod non infamaret, vt l. cessat. ff. de actio. & oblig. quod non est necesse, quod locus & tẽpus apponatur, vt dixit Bar. in d. l. prętor. quod perpetuo no. quia qñ agitur cõtra iudicẽ, qui male iudicauit, qui tenetur ex quasi delicto, vt insti. de oblig. quę ex quasi delic. in princ. cũ ibi no. quod procedit libellus, licet locus, & tempus in libello non sit insertus.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia adde, inquantum dictum est, quod locus, [a] & tempus ponendus est semper in accusatione. Limita omnia ista, per ea quæ supra dixi, in ver. hæc est quædam inquisitio. in illo articulo, an in inquisitione sit apponendus locus, & tempus in criminalibus, & ibi addidi aliquos casus, in quibus non requiritur locus & tempus, in criminalibus. Sed aduerte inquantum supra dictum est, quod vbi accusatio est famosa, & agitur ciuiliter [b] requiritur locus & tempus, & ista semper fuit sententia Bart. Adde, quod sententiam Bar. sequitur Sali. in l. atrocem. C. de iniur. Bart. in l. item exigitur. ff. de dolo. & sequitur Bald. ibi. & Ang. in l. liberorum. ff. de accu. & Pet. de Anch. post d. Car. in c. tuæ. extra de procu. & ibi Abb. & Bart. voluit in l. j. §. interdictũ. ff. vti possi. Et pro hac sententia videtur text. & ibi Bartol. in l. inde Neratius. ff. ad l. aquil. & Pet. de Anch. post Arch. in c. vt circa. extra de electio. lib. vj. & in c. præsentium. §. testes. extra de testi. lib. vj. & Inno. post Host. voluit in terminis, in c. accepimus. extra de purgatione canonica. Et de materia, vide per doct. in l. edita. C. de eden. & per Io. And. in addi. Specu. in titu. de accu. §. j. ver. i j. super. l. in fi. Aduertas tamẽ, licet ista videatur cõis opinio, tamen non obseruatur in curia Romana. Et domini de Rota contrariũ tenuerũt in decisionibus suis, decisione. xlv. & pro hac parte arguunt terribiliter. Idem Bal. in c. j. §. item si fidelis. quib. mod. feu. amit. & ibi Bal. respõdet ad motiua Bar. sed certe ego confundo doctrinã Bart. per ea quæ ipsemet tradit in l. j. ff. de vulga. & pu. vbi dicit, quod triplex est expressio, quædã generalis, quædã specialis, quædã indiuidua, & istam doctrinã sequitur Bal. in l. edita. C. de eden. & in l. humanũ. C. de legi. & eam sequitur Paul. de Ca. in consilijs suis. consi. xxj. Et ideo dixit Bar. per illum tex. in l. j. in verbo. specialis. ff. de in ius voc. quod scholaris qui debet specialiter renunciare priuilegio suo, sufficit si in genere renunciet, licet non in indiuiduo. Modo sic Bart. fundat se per tex. in d. l. prætor. ff. de iniur. quod qñ agitur ciuiliter crimine, debet specialiter exprimi crimen. Ille ergo tex. facit contra Bart. quia sufficit si sit facta certificatio in specie, circa substantiam & qualitatem delicti, nõ aũt opus est, quod apponatur locus & tempus, [c] & sic in indiuiduo, & singulariter ponere delictum, sicut dixit tex. in d. l. libellorum.

ADDITIONES.

[a] Locus & tempus. Adde circa hoc. & vide Alexan. in consi. lxxiij. in j. lib. & consi. cli. in ij. vol. & ibi quæ requirantur in accusatione. & Ang. in consi. clxxviii. Ro. consi. cxci. & posita supra in j. glo. Ber.

[b] Ciuiliter. Adde Alex. consi. cclx. & Rom. in consi. cxci. & dum supra Ang. allegat Bar. in l. i. ff. de excep. adde Cald. in consi. j. in tit. de exceptio. Ber.

[c] Locus & tempus. Adde Bal. in consi. clxiii. & alios casus in quibus specificatio circunstantiarum non requiritur. vide per Cald. in tit. de accusa. consi. iii. Ber.

56 *Accusatio an debeat cõtinere diem delicti, & locũ loci, et an sit necessaria conclusio libelli.*

56 ANGE. † An aũt dies sit apponẽda, & locus loci, satis dictum est supra. in verbo, hæc est quædã inquisitio. Et an in accusatione sit necessaria cõclusio libelli, [d] sicut in ciuili, vt l. j. ff. de eden. cum simi. Respõdeo, q̃ non. vt no. Bar. in l. libellorũ. in fin. prin. ff. de accusa. & in

in l.ij.§.si publico.in ver.tertio quero vtrum. ff.de adult.& idem Bal.& alij in l. edita.C.de eden.& Sali.in l.penul.C.de accu. & non est mirum,quia in iudice,nõ est necesse quod ipse cõcludat ad pœnã, vel in pœnã cõdemnet, sed tantum narret,siue declaret delictum, vt in l.j.§.j.& ibi Bart.ff.ad turpilia.De consuetudine tamen est,ꝙ ipse concludat,videlicet, quare peto ipsum puniri secundũ formã iuris
e & statutorũ.[e] Ita dicit Bal.in d.l.edita.in ver. vj.quærit principaliter.& in l.ij.C.de proba.& no.Bar.in d.l.ij.§.si publico.in d.versi.tertio quæro.& Bar.in l.accusare.§.omnibus.dicit,ꝙ caute concludat generaliter,quare peto ipsum puniri.quia intelligitur,prout debet de iure,non autem descendet ad aliquam specificam pœnam.& sic si dicta conclusio non apponatur,sed simpliciter factum, & delictum narret,satis est,quia statim succedit dispositio iuris primitiua in ferendo pœnam condignam, vt l.j.§.j.& ibi Bart.ff. ad turpil. Et aduertas,quod licet causæ criminales expediantur per accusationem,tamen expediuntur officio iudicis nobili tantum,nõ autem iure actionis. & sic nihil ponitur,vel concluditur à parte aduersa,sed iudici. Ita dixit Bart.in l.imperium. ff.de iurisd.omn.iudi.in versic.videamus ergo primum.coniuncto eo quod etiam ipse nota. in l.j.ff.eod.titu.versi. item quæro.Sed putarem,quod si dicta consuetudo,quod cõclusio apponatur est præscripta,& alias obtenta,tunc requiritur.iuxta notata per Cy.in l. ij.C.quæ sit longa consuetudo. & ibi Bal. & docto.in l. de quibus.ff de lega. maxime quia dicta consuetudo sit ius municipale, non scriptum. in §.ex non scriptio.instit.de iure na.gen.& ciuili.& ista talis consuetudo vincet, & tollet legem.l.iij.§.diuus.ff. de sepulchr.vio.alias si ta
f lis consuetudo [f] non est solennizata, non est obseruanda, quia est corruptela l.j. C.de iudæis. Nam stylus curiæ antiquitus est obseruandus,vt no.Cy.& alij in l.ij.C.quæ sit longa consuetu.Et de tali stylo curiæ,iudex leuato velo,ex suo mero officio, pro sui informatione potest procuratores & alios circunstantes,& litigantes interrogare cum iuramento, & in actis tot relationes scribi facere, vt dicit Bartol.& Flo.in l.iij.§.si.ff.de testi.& no.Bal. in l.j.C.vt quæ desunt aduo.

d ℭConclusio libelli. Adde vltra ea quę ponit infra do. Ang.ꝙ si in libello accusatorio sit conclusio, quod ex illa colligitur an ciuiliter an criminaliter agatur. ita Cal. in tit.de accu.consi.iij. & adde quod pro opi.do. Anto. facit glo.ord.in l. vinum.ff.si cer.pet.quę dicit, ꝙ in causis in quibus non requiritur libellus, processus non vitiatur,licet sit inepte conceptus.& per illam gl.Ro. in consil.ccccxcvij.dicit,ꝙ in casibus, in quibus non erat necessaria citatio,si illa fiat minus solenniter, non vitiat processum.

e Et statutorum. Adde Ro. in consi.cv. Ber.

f Talis consuetudo. Adde ꝙ Cepol. in consil. xl.tene.,ꝙ valet consuetudo, ꝙ reus condemnetur ex confessione facta in loco tormentorum, & vbi sunt instrumenta ad torquendum, & de consuet udine statur dicto excellentis.doctoris. Ber.

AVGVST. Tu autẽ in hac materia adde, inquãtum dictum est, an procedat libellus in criminalibus sine conclusione. Adde ea quæ late dixi supra in versi. (hæc est quædam inquisitio.) vbi scripsi, an in criminalibus requiratur conclusio.Et de materia vide glo.& Ange.in l.in causis.C.de accu.vbi habetur, ꝙ in criminalibus non requiritur conclusio in libello. Dicit tamen ibi Ang.quod si est conclusio in libello accusatorio, tamen sententia est ferenda secundum formam iudicij, per tex.in c.qualiter.el.ij.extra de accusationibus.Sed vide Ange.in d.l.hos accusare. in §.omnibus.in vlt.colum.ff.de accusa.qui dicit, quod licet in libello criminali non requiratur conclusio, tamen si par concluditur ad pœnam aliquã, quę non conuenit accusato, reijciendus est libellus. Et de materia vide per do. Anto.de But. in c.examinata.extra de iudi.in xj colum,qui concludit,contrarium, quod imo,licet in criminalibus non requiratur conclusio in libello. Ratio est,quia iudici, & non parti concluditur. Tamen si conclusio est inepta, cum iudex ex officio possit supplere, supplebit illi cõclusioni ineptæ, secundum quod sibi videbitur.Mouetur per doctrinam Bart.in d.§.pœna grauior.& istam partem credo veriorem. Et de materia vide per Ang.in d.l. libellorũ. & per Bal.in l.si quis iure. C.de accusa.qui dixit ibi vnum notabile verbum.& Bal.in l.& si seuerior.C.de his.qui no.infa.q pro hac parte allegat glo.ordinariam. in c. quia præsulatus. iiij.q.j.Sed pondera, quod illa glo.non loquitur in criminalibus,sed allegatur,quod contra violentum inuasorem procedi libellus sine cõclusione, & in hoc reprehendo etiam Ange. in l.omnium.C.de testamentis.qui etiam allegauit illam gl.in d.c.quia præsulatus, in criminalibus.Sed latius posui istam materiam,& remissiue vltra modernos.dic vt ibi,in l.j.§.hoc autẽ iudicium.ff.de ope.no.nun.Et ideo opus est videre omnes illas remissiones quas ibi allegaui circa materiã illius gl.in d.c.qa p̃sulatus

in quibus remissionibus habetur ēt iste articulus, an in criminalib. requirat̄ cōclusio. Hiero. Circa materiam præcedentiū quæst. quæ supra posui post Ang. & Augu. in verbo. (hæc est q̄dā inquisitio.) & infra, in verbo, (de anno.) & ī verbo,)ī platea.)

57 *Iudex an possit cogere illum accusare, cui iniuria est illata.*

57 Ange. † Quæro, alicui est illata iniuria, & nō vult accusare, an iudex possit cogere illum, quod accuset, & forte in tali casu, iudex non potest inquirere contra eum, vetāte statuto. Et breuiter. do. Ang. refert verba Bar. quæ ipse posuit in l. in eum. ff. de accusa. q. dicit, quod Spec. posuit materiam in tit. de accusatore. §. i. ver. q d si nullus. & ibi dicit, qđ non pōt cogi, vt ibi in rubro & nigro. C. vt nemo inuitus. & Bar. hoc fatetur verū, in d. l in eū. preterquā in causa homicidii, q a pōt cogere hæredes vt accusent, argu. l. ptor. §. i. ff. de iniuriis, quoniā si non accusarent, delinquerent, & sic perderent hereditatē, vt l. i. ff. & C. de his qui. vt indi. ergo iudex pōt cogere hæredē ne delinquat, & sic ne sit negligens, imo quod accuset, vt
a in l. i. ff. de offic. præfe. vrbis. Sed cōtrariū a videtur tenere glo. in l. si quis homicidii. C. de accusa. & ibi Cy. Bal. & Sali. & Ang. & Raph. in d. l in eū. videlicet, quod indistincte nemo cogatur accusare, etiā in crimine homicidii, vt est tex. qui loquitur indistincte in l. diui fratres. ff. de accusa. Et pro hoc facit gl. in c. licet in beato Petro. extra de accusatio. allegat. ii. q. iii. in c. si quem. Non obstat. l. prætor. §. i. quia ibi non omnino desistebat ab accusatione, sed volebat accusare, sed vno modo tunc iudex, ne præiudicium fiat leg. Iulia de sicariis, talem accusationē non recipiet, & postquam vult accusare, coget quod eum accuset de sicariis. Sed in casu nostro, nullo modo volebat accusare. Nec obstat, quod iudex potest cogere ne quis delinquat, sed nemo deliquit non accusando, imo accusare est contra præceptum Dei, vt tenet gl. in l. quid ergo. in §. pen. ff. de infamibus. dum allegat illam particulā Pater noster. ibi, & dimitte nobis debita nostra. Et si quis deliquit, non accusando de homicidio, ratione negligentie punitur, vt priuetur hæreditate. Vnde satis sufficit illa pœna, igitur &c.

ADDITIO.

a ¶ Contrarium. Adde tu, & vide Alex. in apost ad Bart. in d. l. in eum, & adde Ro. in cōsi. clxvij. vbi ꝙ in crimine homicidij, iudex potest compellere ad accusandum. Ber.

Augusti. Tu autē in hac materia adde, quod imo vr̄, quod quis cogatur accusare. Et sic vera sit opi. Bar. pro qua ego allego gl. in terminis. xxii. q. i. c. si quis per capillum. & cum illa glo. videtur ibi transire Arc. & dicit quod fuit opin. Laudonii. Et hoc ne delicta remaneant impunita. ibi tamen gl. dicit, quod iure actionis, nemo cogitur accusare, sed officio iudicis. & sic possumus respondere ad cō. raria, & vide aliam in terminis. ii. q. vii. c. qua propter. quæ aliter videtur loqui. & glo. xcvi. dist. c. in causis. dicit tñ Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de accusatore. §. i. in addi. quę incipit, Guid. de Suza. quod Guido de Suzar. in l. i C. vt nemo inuitus. & Rolandinus in prin. sui operis dicunt, quod licet hoc nō caueatur, qđ quis cogatur accusare. Tamē iudex benefaciet si coget illum, cuius interest, quod accuset. Et ideo pondera dicta Bal. in d. l. si quis homicidii. C. de accu. quod cōiter obseruatur, quod q s cogatur accusare, & ita tenet Sali. in d. l. ex morte. C. ad l. Aquil. in ii. col. qđ Bar. male loquutus sit in hac materia. Hiero. In prin. q. an quis cogatur accusare, adde quod Bal. in sua practica, & p & contra disputat, an qui dubitat accusare aliquē propter potētiam aduersarii, possit compelli per iudicē ad accusandum, cogēdo aduersarium satisdare de non offendendo, vel quid in casibus in quibus iudex nō pōt procedere ad inquisitionē, & finaliter vr̄ concludere, quod ad accusandum ex iudicis officio possit cogi, non tñ iure actio. per c. si quis. in fi. xxii. q. i. & hāc opi. etiā tenet Georg. Nathan. in repeti. cle. sæpe. de verb. sig. col. xxxviii. vbi ponēdo regulā generalē de qua in l. vnica. C. vt nemo inuitus. in ii. fallen. sequitur hanc opi. Itē circa limita. Bar. videlicet, quod quis cogatur accusare in crimine homicidii. dic quod cōis opinio. est contra Bar. quā etiam tenet Albe. de Ro. in l. vnica. & Bonifa. in tract. ma. in rub. de accu. in forma accu. porrectę per syndicū. col. iii. versi. sed pone quod pater.

58 *Iudex an possit ꝓfigere terminū intra quē quis accuset, vel inchoatā accusationē ꝓsequatur.*

Iudex

59 *Iudex nunquam potest imponere alicui perpetuum silentiũ, nisi præcedat bina monitio facta per iudicem, de qua appareat in actis.*

60 *Iudex si dixerit processũ fore cancellãdũ, nihilominus iterũ causa poterit ĩ iudicio deduci.*

b Præfigere. Adde vltra ea, quę dicit infra d. Ang. & vide Ro. in consi. liij. vbi etiã concludit, q̃ l. diffamari, habet locum, tam in ciuili, q̃ in criminali, de quo per nouis. in c. nouit. de iudi. Ber.

c Deterius. Adde tu Bal. circa hoc in cõs. ccxxvj. in ij. volu. & Oldra. consi. iij. circa medium. Ber.

58 ANGE. † Quæro, an iudex posit præ-
b figere b terminũ intra quẽ quis accuset, vel intra quẽ accusationẽ inchoatã prosequatur? Istã qõ. ponit Bar. in l. titia. ff. de accus. Vbi concludit, quod ex iusta causa potest hoc facere, vt puta si tu vadis me diffamãdo, ego accusabo Titiũ de tali delicto, p l. diffamari. C. de ingenu. & manu. & ibi Bal. & doct. in l. si ea. C. q accu. non pos. vbi Ange. sic cõcludit. quod qñque iudex vult statuere terminũ ad agendũ vel accusandũ. Et hoc casu nõ põt nisi ex cã, vt puta nisi præcedat diffamatio. Nã tunc interest diffamati terminũ statui. Ita loquit̃ d. l. diffamari. & ff. de opti. lega. l. mancipiorũ. & tñ nõ obstante lapsu termini audit̃ ille, saluo nisi iudex p suã interlocutoriã imposuerit sibi silentiũ. Tex. est in dictis iuribus. Et Inno. in c. cũ in tua q ma. accusa. poss. Ideo sis cautus tu aduocatus, vt p interlocutoriã p̃dicta fieri facias. Et de ista interlocutoria est tex. in d. l. titia ex quo sequitur, q̃d à tali sñia interlocutoria ẽt põt appellari de iure ciuili, vt ibi. qñque iudex vult statuere terminũ parti ad impediẽdũ aliquẽ actũ, quominus per aduersariũ fiat, & tunc elapso termino, parte nõ opponente, amplius nõ datur regressus ad illũ actũ impugnandũ, vt l. si co tẽpore. C. de remis. pignor. Quãdoque statuit terminũ ad opponeñ. exceptionem & tunc põt, sed lapsus termini non præcludit viã opponẽdi, nisi ius aduersarii sit factum
c deterius. c Sed in productione instrumẽtorũ, nõ debet p̃figi terminus, nisi ex magna cã. ita not. in l. iudices. C. de iud & Dy. in c. indultũ. de reg. iur. & vide Bal. in d. l. si ea.

59 † Vnum tamẽ singulariter est menti tenẽdũ, quod nunquã iudex põt imponere perpetuũ silentiũ, & sic ferre talẽ interlocutoriã, nisi tali diffamati, & cui iam terminus statuit ad agendũ vel accusandũ, præcedat bina monitio facta p iudicẽ, de qua in actis appareat, alias dicta bina admonitione non præcedente, nunquã potest sibi silentiũ imponi. gl. est singu. & ibi Ang. in auth. de hæredibus & fal. §. i. quod bene no. in practica.

AVGVSTI. Tu autẽ in hac materia adde, an iudex posit præfigere terminũ ad accusandũ ea q̃ dixit Abb. in c licet in beato Petro. extra de accu. Inno in c. super eo. extra de app. & vide q̃ dixit Ange. in l. i. C. vt nemo inuitus. q. dicit, q̃d statuto termino p iudicẽ, intra quẽ ille deducat ius suũ, tñ elapso illo termino audiet̃, ẽt nisi sit sequuta sñia interlocutoria, imponẽdo sibi ppetuum silentiũ, qa amplius nõ põt audiri. Et allegat illud dictũ Inn. in c. cũ in tua. extra q matrimoniũ accusare pos. & ibi dat vnã notabilẽ limitationẽ & idẽ dicit Bal. in authen. ad hæc. C. de vsur. in pe. col. in versic. quęrit̃ si ego diffamo, an mora posit purgari. & vide Bar. in l. si quis libertatẽ. ff. de peti. hæred. in pe. col. q approbat dicta sua in d. l. titia in hac materia. Et vide omnino pulchra verba Ang. post gl. & Bar. ibi, in d. l. Papinianus. §. si qs. ff. de inoff. testament.

60 † Adde tñ, q̃d si iudex diceret pcessũ cancellandũ, nihilominus poterit iterũ cã deduci in iudicio, secus si iudex funditus imponeret fnẽ liti. ita dicit Ang. in d. l. si qs libertatẽ, in v. col. & approbat dicta Bar. in d. l. titia. Et inquantũ supra dictũ est, q̃d nunq̃ põt iudex auferre ius tertio, imponẽdo sibi perpetuũ silẽtiũ, q̃d intra certũ tẽpus agat vel accuset, nisi p̃cedente bina monitione per gl. sing. & ibi Ang. in d. § i. in authen. de hære. & falci. Adde q̃d ad idẽ alleg. Ang. post gl. in auth. de ecclesiasticis titulis. in §. si qs aũt. Adde tñ q̃d Ro. in l. quandiu. ff. de acqui. hęre. in §. i. reprobat dicta Ang. in loco supra alleg. p vrgentes rationes, & si recte verba Ang. ponderent̃, ibi Ang. loquitur p verbũ forte. Et dicit Ro. in d. l. quandiu. q̃d cũ qõ accidisset sibi de facto, nõ potuit tñ clamare, q iudex nõ sentiaret pro opi. Ang. Et inquantũ supra dictũ est, an dato termino opponendi suas exceptiones, an post terminũ qs posit audiri. Adde ea, quę vltra doct. scripsi, vbi infinitas limitationes dedi in repetitione mea. in l. si insulam. ff. de verb. ob. in pen & antepe. char. vbi multa allegaui, q̃ hic nõ recito, ne sim nimis lõgus.

HIERO. In hac q. adde, quod opin. Bar. in l. titia. ff. de accu. tenet Ancha. in c. licet in beato. extra de accu. & Collectarius in c. veniens, eod tit. col. 4. in princ. de quo vide tex. bonum. & ibi Abb. & Præpo. post alios. extra qui filii sint legitimi.

61 *Iudex producta accusatione, facit sibi dari licentiam ab accusatore, quod ex suo officio pro vindicta publica possit proseq. in dicta accusatiõe, & facere ea, q pōt ipse accusator.*

62 *Quando nomē rei dicatur receptū inter reos.*

61 ANGE. † Et adde, quod postq̃ est facta dicta accusatio & producta iudex facit sibi
a statim dare licētiam [a] à d. accusatore. quod ipse ex suo officio, pro vindicta publica, posset ,psequi in dicta accusatione, & facere ea, q̃ potest ipse accusator: vt no. Bar. ĩ l. is qui reus ff. de publ. iud. Sed etiã, vt dicit ibi Bar. si dicta licētia non esset data, nec ab accusatore, nec à reo, Tamen iudex ex suo officio posset illud facere, per l. pen. ff. de pub. iudi. & ibi Bar. ex quo infert ad illud, quod data sibi licentia vel nō, quod licet accusator sit absens, & non prosequatur suam accusatione: tñ iudex potest si vult, reum absoluere ab obseruatione iudicii, vel si vult, potest assumere partes accusatoris, & prosequi dictum processum, & absoluere diffinitiue, & cōdemnare prout videbitur, & iustum fuerit. l. penul. ff. de pub. iud. & ibi Imo. & Bar. in l. libellorum. in fi. ff. de accusa. Adde hic dicta per Bal. in l. vt perfectius. ff. de annali excep. in pe. col. qui dicit, quod in criminalibus cōis est practica, & obseruatur, quod iudex facit sibi dari licentiam, quod posit ,pcedere. Et idem dixit Bal. in l. si accusatoribus. C. de accu. in princ. quod cauti assessores semper faciūt hoc. Et ibi probat per rationem qũo valet huiusmodi licētia data iudici: qua accusatione formata, & data iudici, citatur reus ad comparendum & respondendum dictæ accusationi, & statuitur certus terminus: vt l. i. & ibi no. C. de requiren. reis. & si comparet & apponit exceptiones suas dilatorias, & iudex pronunciat, non obstantibus dictis exceptionibus, procedendũ esse in dicta inquisitione, nō obstante cōtumacia rei quam accusat: Tunc iudex procedendo ad vlteriora, vel etiam si accusator istud non petat: quia etiam ipse non comparet, sed iudex faciat ex suo officio quod potest: Tunc statim dicitur nomen rei receptũ inter reos. Ita dicit Bar. in d. l. is qui reus. ff. de pub. iudi. allegat. l. si maritus. §. præscriptiones. ff. de adult. & l. adulterii accusatione. C. eo. ti. quã opi Bar. ibi Imo. approbat, reprobata opi. Ange. & reprobata opi. Sali. in l. neganda C. qui accusa. non poss. & ista opi. Bar. in practica obseruatur. Dicitur tamen, quod Sali. post Bal. late posuit istã materiam, quando nomen rei dicatur receptũ
b inter reos [b], in l. i. C. qui accu. non poss.

ADDITIONES.

a ¶ Dare licētiam. Adde quod Bar. in extrauag. ad repri. in ver. neglexerint. dicit hoc non procedere in crimine læsæ maiest, Ber.

b Inter reos. Adde do. Alexan. in l. cum mulier. ff. solu. matrimo.

62 AVGVSTI. † Tu aũt in hac materia qñ dicatur nomē rei receptum inter reos. adde ea q̃ dixit Ang. in l adulterii. ĩ fi. C. de adulte. Et adde bonũ tex. & ibi vide Ang. in l. adulterã. C. de adulte. & tñ ib vr̃ approbare dicta Bar. in d. l. is qui reus. & vide tex. meliorem de iure, secundum Odof. & Bar. ibi, in l. quãuis. C. si pendē. appel. mors interuenerit. & Bar. in l. ii. C. vt nemo priuatus. Et omnino amplia, & extēde istam materiam, secundum Bal. in l. neganda. C. qui accus. & Ang. in rub. C. qui accu. Et omnino intellige prædicta, secundum Imo. in l. cũ mulier. in 3. oppositione. ff. sol. ma.

HIERO. In hac materia qñ dicat̃ nomen rei receptum inter reos, vltra hic alle. addatis notabiliter Bal. in sua practica, in rub. de q. circa ordin. libellorum. in q. x. vera tñ opi. & cōis est, quod si contra personã accusatoris sunt oppositæ aliquæ exce. non concernētes merita causę: tunc eo ipso quod iudex procedit ad vlteriora, videlicet declarando eum esse accusatum, vel se esse iudicē competentē, & similia, dr̃ nomen accusati receptum inter reos l. adulterii: & l. adulteram. C. de adul. vbi vero nō sunt op. tales exceptio. tunc eo ipso quod lis non est contestata ,p accu. vel inquisitionem, dr̃ nomen accusati esse receptum inter reos: vt in l. si maritus. §. præscri. ff. de adulteri.

63 *Accusatus an possit suum accusatorem, vel aliũ accusare de alio crimine.*

63 ANGE. † Quæro, an accusatus posit
a suũ accusatorē [a] accusare de alio crimin... Et

dic, quod si suā, vel suorum iniuriam prosequatur, siue ante nomen rei receptū fuerit inter reos, siue ēt post, pōt suū accusatorem accusare de pari vel minori crimine. Si autem suam vel suorum iniuriam non prosequatur, non licet, nisi de maiori crimine conueniet. Iste est tex. & glo. & docto. in dicta l. neganda. C. qui accusare. Ita intelligit istum tex. gl. i. coniuncta glos. ii. in dicta l. is qui reus. ff. de pub. iud. & ibi Bar. Bal. Ang. & Imol. Facit l. i. C. de calum. & in l. ii. §. si publico. ff. de adult. Et aduertas, quod quādo reus accusatus reccusat de pari, vel minori, etiam ante nomen rei receptum inter reos, prosequendo suam vel suorum iniuriam, non supersedetur in prima accusatione contra eū formata. Ista est sentētia Pe. Cyn. & Sali. in d. l. neganda. & Imo. in dicta l. is qui reus. in versi. sed circa prædicta posset esse dubium, sed Bar. in d. l. is qui reus. & ibi Ange. late & Imo. & Sali. in d. l. neganda. dicunt, quod aut vult accusare ante nomen rei receptum īter reos: aut post nomē rei receptum inter reos: ante tamē latā sententiam, aliquando post latam sententiam.

Primo casu, de maiori crimine potest: vt l. per minorem. ff. de iudi. & in d. l. i. C. qui accusa. non possunt de minori vel pari non potest, vt dicta l. neganda, nisi sit præiudicialis ad primam, vt l. quoniam Alexan. C. de adulter. Si vero non esset præiudicialis, & vult suum libellum producere, non autem prosequi accusationem, & tunc potest, vt dicta l. neganda, in fin. quæ debet ita intelligi, secundum Pet. prædicta vera nisi prosequatur suam, vel suorum iniuriam, quia tunc regulæ iuris cessant. l. hi tamē. ff. de accusa. Secundo casu principali, quando nomen rei receptum est inter reos, & vult libellum accusationis simpliciter porrigere, & in causa non est conclusum & liquidatū, & potest, alias secus d. l. neganda, quæ sic ēt debet intelligi. arg. l. fi. C. de compēsa. Hoc verum, nisi prosequatur suam, vel suorū iniuriā: quo casu, ad prosequendum admittitur. l. qui publico. ff. de accusa. & hoc in pari, siue in maiori d. l. neganda. Tertio casu principali, qn̄ post sententiam condemnatoriam latam: Et tunc si sentētia non infamat, nulli dubium quòd potest. Si vero infamat & tunc super antiqua accusatione proposita potest procedere. Si autē nouam inchoare vult, non potest: vt d. l. is qui reus. in fi. distingue, aut illa sententia abstulit sibi ciuitatem, aut libertatem, aut non. Siquidē abstulit ciuitatem, aut libertatem: tunc nō potest nouā accusationē proponere. Aut non abstulit, sed est pęna relegatiōis imposita, vel minor, tunc dicunt docto. aut suā, vel suorū iniuriā prosequit, & tunc pōt. vt l. is tn̄ omnes. ff. de accusati. Aut non prosequitur suā vel suorum iniuriā, & tunc aut vult aliū accusare q̄ accusatorē suum, & non pōt, quia est infamis. l. infamem. ff. de publ. iud. Aut vult suū accusatorē reaccusare, & tunc sibi licet: quia illi qui vult se vendicare, ignoscēdum est, dicta l. is qui reus arg. l. qui cū maior. §. liber. ff. de bo. liber. Si vero ista esset absolutoria: Tunc dic indistincte, quod pōt in accusatione ꝓposita insistere, actionem nouā producere. vt d. l. negāda. ibi, plusquā & d. l. i. ī fi. C. q. accus. nō pos. de qua q̄stione late per Dy. Cy. Bal. & Sal. ī d. l. i. & Bar. in d. l. is qui reus. & ibi Ang. & Imo. latius. Vel in hac materia latius cōcludēdo & clarius dic, cum q̄ritur an accusatus possit aliū accusare. Dic, aut q̄rit ante nomē rei receptum inter reos, aut post, aut vsque ad conclusionē in causa, aut post cōclusionē ī causa vsq; ad sn̄iam, aut post sn̄iam. Primo casu, nulli dubiū, quod accusator non prohibetur, nisi aliud à lege prohibeat, vt l. q. accusare. ff. de accus. & sibi permittitur accusare quēlibet aliū, siue prosequatur suā iniuriā, siue non, siue de maiori, siue de pari, vel minori crimine d. l. is qui reus. & d. l. neganda. in fi. vt super sua accusatione ꝓcedatur. Et isto casu, si accusat suū accusatorem, discutietur super vtroq;, vt ī ciuili, vt l. pe. & auth. & cōsequēter. C. de sent. si vero accusat extraneū: tunc quilibet potest procedere, ꝓut solertior erit. Veruntamen citatus pro vno iudicio, nō cogitur cōparere pro alio, & non cōparens, pōt dici contumax. l. contumaciæ. §. fi. ff. de re iudi. Secundo casu principali, post nomen rei receptū inter reos, & tunc aut vult inscriptionis accusationis facere ad finē, ne tēpus sibi currat: & vt post sententiā possit prosequi suā accusationē, & auditur d. l. neganda. in fi. siue accuset suū accusatorē siue aliū. d. l. neganda. dūmodo nō faciat in fraudē, vt retardet executionē, & tūc nō valebit sn̄ia lata cōtra ipsum, vt not. Ang. & Imol. in d. l. is qui reus. aut vult accusare ad

finem,

arg. not. in l. ii. C. de cond. ob tur. cau. & per Innoc. extra de accu. c. super his. & ita intel ligit quod not. C. de libe. cau. l. si tibi. & addatis ꝑ declaratione huius materiæ, quòd de expensis contumaciæ, clara est decisio, quòd sic, vt in l. qui crimen. C. qui acc. non poss. & ibi Cy. & Doc. & hr̃ in l. pen. hic all. per Bart. & Bal. & per Doct. in c. finem litibus, & in c. cum dilecti. de dol. & contum. & Lanfran. in c. qm̃ contra, extra de prob. sed de expensis victoriæ, an succumbens condemnetur, & in hoc dicatis, ꝙ tam de iure cano. q̃ ciuili, cõiter tenent Doc. ꝙ sic, in c. calumniam, de pœ. & in c. accedens, de acc. vbi istam dicit cõem Are. super glo. in verb. in expensis. iii. col. cũ plur. concordã. nec est aliqua differentia inter ius canon. & ciuile, secundum Prępos. qui hanc ẽt dicit cõem, in c. in primis, vbi est glos. not. ii. q. i. col. iii. extende istã cõem opin. quòd in causis criminalibus vbi proceditur per accu. denun. siue inquisitionem, semper victus victori cõdẽnatur in expensis, secundum glos. not. in d. c. cum dilecti. in glo. fin. quã ibi Bal. dicit vnicam. quod extende, ẽt si per modum exceptionis de crimine quæratur, per text. ibi. Item adde circa id quod diximus, qñ per denunciationẽ, vide Cyn qui hoc tenet in l. seueriter. C. de excusatio. tut. & ibi Bald. & hanc dicit communem opin. Albe. in l. sancimus. colum. iii. C. de iudic. & adde circa id quod diximus quando agitur per modum inquisitionis, quòd si iudex male, vel calumniose inquirat, tenetur ad expensas & interesse parti, vt tenet Bald. in rubr. C. de peda. iudi. in prin. Cataldi. in tractatu de syndic. q. cviii. colum. xv. & sequitur do. Præpo. vbi supra qui allegat concor. & Areti. in d. c. accedens, & nedum ad expẽsas & interesse etiã punitur criminaliter. ita tenet Cyn. & Bal. in l. seueriter, per illum text. C. de excus. tuto. & Anto. de Butr. in d. c. cum dilecti, ad fin. Paris de Put. in tract. de syndi. in rub. de barataria, in versi. quia, char. 28. vbi dat concor. & idem Cy. & Bald. in iii. q. in d. l. sancimus. C. de iud. Item etiam adde, quod etiam supradicta doctrina communis habet locum in instigatore, secundũ Bartol. in l. i. §. incidit, ad Turpil. ff. & reliqua, quę possent in hac materia adduci, vide in locis supra allegatis: quia hæc satis sufficiunt hic pro declaratione huius q.

74 *Accusatori an liceat impune desistere abolitione publica legali, uel priuata.*
75 *Abolitio publica quid sit.*
76 *Abolitio legalis quid sit.*
77 *Abolitio publica, siue generalis, non porrigitur ad delicta liquida.*
78 *Abolitio priuata, quid sit.*
79 *Abolitio an extendatur ad crimen falsi.*
80 *Abolitionem priuatam à iudice impetrare nõ potest, qui propter pecuniam aliquem accusauit, uel qui est in euidenti calumnia.*

74 Ang. † Quæro an abolitione publica legali vel priuata, liceat impune accusatori desistere. & sciendum est, ꝙ aliqua est abolitio publica, aliqua legalis, aliqua priuata.
75 † Abolitio publica est, quæ à solo principe vel superiore conceditur ob diem insignẽ, puta propter filiũ sibi natum, vel ob res prospere gestas, vel ꝑpter debellationẽ hostiũ: vt l. abolitio. cum l. seq. ff. ad Turp. & fit isto modo, quia princeps permittit, ꝙ oẽs accusatores impunè possunt desistere ab accu-
76 satione: vt ibi no. glo. † Legalis vero abolitio est, cũ accusator mortuus est, vel aliter iuste impeditur prosequi. l. libellorum. §. fi. ff. de accusa. Quibus omnibus reo postulãte, processus circunducitur, & nomen rei aboletur. d. l. libellorum. §. fi. Quinimo etiã reo non postulãte hoc, iudex ex officio suo potest istud facere, cũ in criminalibus maxime ad defensam, iudex habeat latas habenas. l. si nõ defendãtur. de pœ. Ita dicit Bar. in d. l. libellorũ. §. fi. his duobus casibus quãuis abolitio fiat, non tñ in totum accusator excluditur. Quinimo idẽ accusator, si vult, potest repetere reũ intra triginta dies à die prædictæ abolitionis. Qui dies vtiles sunt: vt l. aut priuatim. §. triginta. ff. ad Turp. & in d. l. libellorum. ad fi. Et aduertas, ꝙ in potestate accusatoris est, si vult redire ad suã accusationẽ inchoatã prosequendã, & sic ad eandem instantiã: vt not. Bart. & glo. in d. §. triginta. & Bar. in l. libellorũ. §. fi. ff. de accu. eodem statu in quo instantiam dereliquit, & eodem modo quo primo agere & prosequi, & non opponi potest: vt est text. & gl. in l. si quis repetere. in prin. ff. ad Turpi. facit l. si priuatorum. §. abolitionem. ff. eo. tit. licet Cyn. teneat contrarium in l. i. C. de aboli. Itẽ est in facultate eiusdem accusatoris dictũ accusatũ repetere de nouo, & ex nouo

processu

processu intra dictos triginta dies vtiles: vt d.l.libellorum.§.fi.& est in facultate cuiuslibet alterius eandem accusationem ab alio productam, vel de nouo aliā accusationem inchoare, dummodo inchoet intra triginta dies. Iste est tex.in d.l.libellorū.§.fin.ibi, ex integro &c. Licet Bar.ibi, secundum Iaco. de Are.teneat, quod si ex integro vult accusare, quod pōt in viginti annos. per l.querela.C.de fal.Sed dicit contra d.l. libellorū. §.fi.ibi.ex integro.& ita dicit Ioan.de Imo. in l.pen.§.ad crimen.ff.de publi. iud. Quinimo, ēt si iudex vult, pōt, non obstante dicta generali vel legali abolitione, eundem reum in eandē instantiā antiquā, vel de nouo p inquisitionē inquietare: vt ibi no.Bar. & prosequitur Ang.& alii ī d.l.pen.§.ad crimen.Sed Bar.ī d.l.libellorū.§.fi.dicit, quod de nouo potest accusari vel inquiri in viginti annos. Sed Imol.in dicto §. ad crimen, dicit, imo intra triginta dies; vt dict. §.fina. ibi, ex integro. Nec obs. l.querela. quia loquitur qñ nunquā fuit per prius accusatus,& ratio differētiæ est, ne ex delicto eiusdē hominis, sæpius q̄ratur: vt l. licet.in fi.ff.nau.caupo. stab.Sed forte secundū do. Ang.hic, opi.Imol. erit verior in alio priuato: vt d.§.fi.ibi, ex integro.& ibi, ītra triginta dies.Secus in iudice: vt ibi patet à contrario: quia dicendo de alio, ergo non videtur concludere iudicem: vt l.cum prætor. ff. de iudi.& sic iudex poterit prosequi accusationem iam inchoatam intra triginta dies. Itē poterit nouū processum formare quomodocunq;, etiā intra viginti annos: vt d.l.querela.facit l.2.ibi, in q̄stione formata. C. de aboli.& dicit do.Ang.quod hoc credit verius, vt iudex ad quem spectat malefactores punire, vt l.congruit.ff.de officio præsidis.facilius posit contra malefactores intentare

77 officium suum. † Et subdit multū nota.quod ista abolitio generalis, non porrigitur ad delicta iam liquida: vt est tex.in l.fin. C.de abolit.Item secundo, non porrigitur

a ad crimen falsi, licet non sit liquidatum: vt est tex.ī l. Lucius.ff.ad Turpi.& ibi Bar.Tertio, non porrigit ad iā carceratos, vt est tex. & ibi Bar.in l. Domitius.ff. ad Turpil.quod intellige: vt ibi no.Bar.ī d.l. Lucius.in fi.Ita dicit Ang.in d.l.libellorum.§.fi. ff. de accu. Quarto, dicta abolitio nō porrigit ad accusationes nondū inchoatas,& institutas.l.i.& ii.C.de genera. abolitione. Et incidenter,& satis inepte subdit hic do. Ang.quod no.est, instātia cępta ī criminali p accusatorē mortuum, non trāsit ad hæredē eius: vt est casus in l.diui fratres. & ibi Bar.ff.de accu.licet in ciuili actiue & passiue trāseat ī hæredē vniuersalē.l.si hominē.& ibi Bar.ff.đ fideiusso. facit l.si constāte.ff. soluto matri.& ibi Bar. & tñ dicta instātia criminalis trāsire pōt in quēlibet extraneū, vt d.l.libellorū.§.fi.quod vr̄ mirabile, q̄đ magis transeat in extraneū quā in hæredē.Et ratio esse potest: q̄a hęres repesentat personā mortui p oīa: ideo sicut mortuus non pōt, ita nec hæres q̄ represen tat eius personā.Ex quo infert quod si hæres vellet admitti tanquā quilibet de populo, nō vt hæres, quod posset arg.l.sed si hac. in §.qui duos.ff.de adop.& quod no.glo.& Bar.in l.quidā cum filium. ff. de verb. obli.

78 † Alia est abolitio priuata, quæ diffinit secū dum Bar.ī d.§.triginta.quod abolitio nil aliud est, q̄ nomē rei abolere inter reos,& eū ab instantia iudicii absoluere. Ista probant in l.interuenientte.ad fi.ff. ad Turp. quæ fit à præsule accusatore impetrante, causa cognita,& partibus p̄sentibus, vel absentibus: tñ parte citata & contumace.l.i.C.de abolit. & sic debet dicere causam ex qua petit abolitionem, aliàs non esset audiendus. videlicet, quod ideo petit: quia per calorem, vel errorem, vel temeritatem,& nō melius de negotio informatio, prosiluit ad accusationem.Item debet iurare & dicere, quod istam abolitionem petit, non corruptus prece, vel precio, vel alia humana gratia d.l.i. C. de abol. Requiritur & aliud, videlicet, quod pure & simpliciter accusatio tantū sit producta, nec reus, vel aliquis alius, vt testis, iniuriam aliquā sit passus, & tunc si nihil cōtra reum, vel alium: vt puta testē, mali aliquid nō sit actū intra triginta dies, etiā reo inuito, abolitio concedetur regulariter, nisi in certis casibus qui habentur in tex. in l.fallaciter.C.de abol. & in l. vbi.C.de fal. vbi etiā accusatore nihil probante, reus debet innocentiam suā purgare. Si autē reus, vel alius: vt puta testis, aliquam iniuriam sit passus ex dicta accusatione, vt quia captus, vel detentus, vel carceratus, tunc nunq̄ conceditur abolitio, nisi volente iniuriam passo, quæ omnia tu iudex, qñ cōcedis dictam abolitionem, bene consideres,& nisi omnia supra-

supradicta sint verificata, & i actis appareat nunq̃ concedas dictã abolitionẽ. Et subdit do. Ang. in hac materia, q qñ aliquis accusauit aliquẽ de pluribus delictis. iuxta no. in l. qui de crimine. C. de accus. oportet, quòd abolitio sit generalis, ita q oĩa delicta intentata cõprehendat. Aliàs aũt si nõ esset gñalis, nõ p̃iudicat in oĩbus. l. i. in prin. & ibi no. C. de abol. Secundo aduerte, q impetrata abolitione priuata, nunq̃ prędicto impetrãti abolitionẽ conceditur reaccusare de eodẽ crimine dictũ reũ, nisi à principe, & sic à superiore, impetrauerit abolitionẽ abolitionis, id est, q nõ obstãte sua abolitione, possit denuo accusare. d. l. i. in fi. C. de aboli. Et vide quod no. Ang. in l. i. C. de genera. abo. & in l. hi. §. fi. ff. de accusa.

ADDITIO.

a Crimen falsi. Adde & vide Alex. in l. de pupillo. §. si pluribus. ff. de dam. infec. & Ant. de Prato vet. in consi. pen. quod est in j. volu. consi. Barb.

AVGVSTI. Tu autẽ in hac materia adde dicta Salic. in rub. C. de abolitio. vbi ponit istã materiã, quotuplex sit abolitio. Et vide late omnes istas quæstiones terminatas per Ang. in l. i. C. de gener. aboli. Adde dicta eleganter per Spec. tit. de abolitio. §. i. in prin. in ver. i. vbi ponit similiter quotuplex sit abolitio, & à quo cõcedatur, & an, & qñ concedatur. Et vide Ang. in rubr. eo. tit. qui dicit, q ista generalis abolitio nõ porrigitur ad crimina liquidata, per l. fina. C. de aboli. nec in crimine falsi, per d. l. Lucius. nec ad crimina nõdũ in iudicio deducta. Adde tñ,
79 inquantum † supra dictum est, q abolitio generalis non extenditur ad crimen falsi, q ista conclusio videtur falsa, per text. in l. si docueris. & quod ibi glos. C. de fals. vbi si princeps alicui ex cã concedit indulgentiã criminum, ẽt extẽditur ad crimen falsi. Sed dicas, q aliud est q princeps concedat hoc vni in genere ex causa quia tunc etiã in crimine falsi, videtur indulsisse. Aliud est, qñ propter res prospere gestas conceditur abolitio: quia tunc non venit crimẽ falsi in hac generali abolitione. & ita intelligo tex. in d. l. Lucius. & ibi Bar. & ratio differentiæ est: quia primo casu crimen extinguitur. Secũdo non, sed tantum illud iudicium & instantia. Ideo intra triginta dies finita illa lętitia poterit ille accusari iterũ. l. si interueniente. ff. ad Turp. & ibi Bart. per quę patet Rom. pessime locutũ esse, in l. de pupillo. §. si in pluribus. ff. de oper. nou. nunc. & ibi late dixi post Mod. Item adde, q ista generalis abolitio, nõ extẽditur ad bannitos propter crimen lęsæ maiesta. Ita dicit Roma. in l. si quis in graui. §. de his quoq;. ff. ad Silla. allegat Ang. in dispu. sua incip. exorta guerra. qui dixit, q si per statutum cõceditur abolitio delinquentibus, non cõprehenduntur delinquentes in crimine læsæ maiestatis: & forte possemus ẽt dicere, q non cõprehenderentur etiam illi, qui deliquerunt in aliquo enormi delicto, per doctrinã Bald. per tex. in l. iii. C. de episco. aud. quod pro nunc non affirmo. Et in hac materia vide omnino aliqua no. quæ dixi in d. l. de pupillo. §. si pluribus. vbi ẽt aliqua allegaui vltra supra-
80 dicta. Vnũ tñ † nota, & tene menti, q in casibus in quibus supradictum est, q quis põt impetrare abolitionẽ priuatã à iudice. Tñ si quis accusauerit aliquẽ propter pecuniam, vel est in euidenti calumnia, illã abolitionẽ priuatã à iudice impetrare non poterit. Ita dicit Ange. per illum tex. in l. i. C de abolitio. & ideo dicit, quòd hoc notan. est. Et in hac materia dicta Bart. in d. l. Domitius. approbauit Ang. post Bart. in l. ii. de custod. & exhibi. reo. & Pet. de Anchar. in repe. c. canonum statuta. in vers. sed alibi quærit Bar. approbauit dicta Bar. in hac materia, in d. l. Lucius.

HIERO. Hanc materiam satis notabiliter examinat do. Henric. Boyc, in c. licet, in ii. dist. de accu. vbi primo ponit, quid sit abolitio. secundo quot sint eius species. tertio, quis sit effectus cuiuslibet abolitionis. quarto, quando & vsq; ad quod tẽpus liceat ab accusatione desistere. vbi etiã vide late per docto. declarat ẽt not. Alberi. in l. i. vbi Sali. in rub. C. de aboli. glos. not. in c. prohibent. in verb. triplex. ii. q. i. vbi per Docto. Item inquantum dicunt hic Ange. & Augusti. q generalis abolitio non extenditur ad crimẽ falsi &c. adde, quòd idem tenet Anchar. in repeti. c. i. de cõstitu. extra fol. 38. versic. vñ si statuto &c. Nellus in tracta. bannitorum in iii. parte. q. xii. vbi quærit statuto cauetur quòd banniti certã quantitatem soluentes eximatur de banno, an bannitus de falsitate, debeat eximi, vel si statutum dicit, quòd incarcerati debeant relaxari certa quantitate soluta, an carcerati pro delicto falsitatis,

tis, debeant relaxari. & concludit, quòd cõmuniter tenetur quod non, per d. l. Lucius. & ibi Bar. & per l. fallaciter. §. i. C de aboli. quod ipse approbat, & limitat, nisi in carceribus, vel banno nõ essent alii carcerati vel banniti pro alia causa, quàm pro falsitate: nam tunc cum rectus futuro pluralis numeri aliter verificari nõ potest, ad illos porrigetur. arg. ff. ad Trebel. l. fi. cum ibi not.

81 *Filiofamilias accusante, an requiratur consensus patris.*

81 ANGE. † Quæro, qñ filiusfamilias accu-
b sat, an requiratur cõsensus patris. b dico qđ sic, per l. fi. §. necessitatem. C. de bo. q̃ liber. pro quo allego Spe. ita voluisse in tit. de accusato. in versi. Quæro si accusator sit filiusfamilias. Et ibi ponit, quomodo pater p̃stat cõsensum accusationis. Sed Dy. Bart. Bald. & Imol. in l. fi. §. i. ff. de verb. oblig. tenent cõtrarium. & Bart. in l. inter liberos. §. i. & in l. filiusfamilias. ff. de adulter. scilicet. quod imo non requiratur consensus patris, siue accuset, siue accusetur de publico crimine. Quoniã regula est, quod quoties patri non quæritur vsusfructus, non est in illo actu necessarius consensus. d. l. fin. §. i. & est casus in c. fi. de iudiciis. lib. vi. Merito in criminalibus, in quibus patri non acquiritur vsusfructus, non requiritur consensus, siue filius accuset, siue accusetur.

b ¶ Consensus patris. Adde ad hoc Bal. in cõs. 69. in v. vol. & Pet. de Ancha. in consi. 72. Ber.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia adde, qđ Ang. in d. l. inter liberos. §. i. dicit, qđ ista quæstio est dubia. Adde etiã, quod Specu. in tit. de actore. §. i. versi. sed nunquid in publicis. ibi expresse tenet cõtrarium eius, quo dixit in versi. quæro, si accusator. scilicet quod in publicis iudiciis non requiritur consensus patris. Quinimo dicit ibi Ioann. Andr. in additio. quod Guido de Suza. dicebat, quod ẽt in priuatis delictis nõ requirit̃ cõsensus patris, per l. quoties. ff. de noxa. & l. 3. ff. de cõdi. furt. Ego vero ẽt teneo istam partẽ pro qua allego casum, & ibi Bart. põderauit illum tex. in l. post legatũ. §. si filius. ff. de his quib. vt indig. & est bonus text. & ibi Bart. in l. filii nomine. ff. de iniur. dicit tñ Ang. in d. l. inter liberos. quod tutius est qđ pater p̃stet consensum: qa Ioã. And. in gl. sua quã fecit in c. fi. extra de iud. in vi. dixit, qđ reegula est, qđ pater præstare debeat consensum filio in iudiciis: fallit in certis casibus, scilicet in crimine adulterii, & in certis casibus de quibus per eum ibi.

HIERO. In hac materia addatis, quod cũ opi. Bar. transit d. Præpo. in summa. 2. q. 8. col. ix. in prin. versi. Itẽ secũdũ. vbi dicit, qđ gl. in § necessitatẽ, hic alleg. volẽs cõtrariã sñiam, quod cõiter reprobatur p Bart. Pau. Sali. Ioã. Fab. Phil. Cor. Ang. & Albe. de Ros qui refert plures antiquos, qui indistincte tenẽt hãc opi. in d. §. necessitatẽ. Idẽ ẽt tenet Stheph. Aufre. in decisio. capellæ. decis. clxxv. super glo. & hæc est cõis opi. à qua in iudicando non est recedendũ, quicquid dixerit Ang. in d. l. inter liberos. puta qđ tutius est, qđ pater p̃stet consensum. & idẽ vr̃ ẽt velle Bal. in §. necessitate. &c. & cũ Bar. tenet ẽt Iac. de Belui. in sua p̃acti. lib. 2. in rubr. de causis criminalibus criminaliter. &c. col. 2. ver. sed an præsens.

82 *Laicus regulariter non potest clericũ accusare.*

82 ANGE. † Quæro an laicus possit accusare clericũ? dicas regulariter q̃ nõ, nisi in casibus exceptis, & nisi p̃sequat̃ suam, vel suorũ iniuriã: vt no. Spe. in tit. qualiter procedatur in accusatione. §. tertio videndum. versi. & not. q̃ accusatus. & vers. item q̃ est laicus. & quis sit competens in causa criminali contra clericum presbyterum, diaconum, subdiaconum, vel episcopum. not. in Spe. in tit. qualiter in accusa. procedatur. §. quarto loco, per totum. §:

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia adde dicta Gandi. in rubr. q̃s possit accusare vel non. in versi. itẽ repelluntur. clericos & alias ecclesiasticas personas accusa. qui per tex. & in authen. causa quæ fit cum monacho. C. de epis. audien. vult, q̃ tunc laicus repellit̃ accusare ecclesiasticas p̃sonas? quoties corã iudicibus secularibus vult accusare, & melius hr̃ hoc de iure nouissimo, ĩ au-
a then. ad decus & decorẽ. Sed de ista a materia late vide p gl. & tex. lo. And. Innocen. Ant. de Bu. Abb. & Imo. in c. cũ P. mãconella. extra de accu. vbi gl. enumerat oẽs fallẽtias, vbi laic⁹ põt accusare clericũ. & p Spe. in titu. de accu. in i. parte. §. i. versi. itẽ quod est laicus, qui non potest clericum accusare. vbi multos text. de iure cano. allegat.

ADDI-

ADDITIO.

a ¶Sed de ista materia. Tu ultra hoc adde Feder. de Sen. in consi. xciij. & Cepo. in consi. xj. Ber.

HIERO. Vide Bonifa. Vitali. in tract. malefi. in rub. qui accu. non poss. in medio vers. itē clericus &c. & notabilē distinctionē do. Henr. Boyc, in c. de cætero. extra de testib. in i. dist. & adde ꝙ ad accusationē clericorū nullus admittit qui sit ignotus, vel suspectus de fal tate, vel inimicitia. c. accusatorib⁹. c. canonica. & c. accusatores. 3. q. 3. & hoc nisi prius inquiratur de vita, ꝙ fide, & intentione eius: vt in c. quærendum, & c. si qui. 2. q. 7. & ibi per Archi. & per Inno. & doct. vbi do. Ancha. facit no. distinctionem in c. cum P. manconella. de accusa. per Henricum vbi s. 2. dist. & de ista materia vltra hic alle. vide doct. in d. c. de cætero. de testi.

83 *Iudex cōpetens in cā criminali est ordinarius.*

83 ANG. † Quæro, quis est iudex cōpetēs in cā criminali. dic ꝙ ordinarius, non delegatus b, qm̄ causa criminalis nō pōt delegari, nisi à principe: & nisi in certis casibus. l. i. ff. de offi. eius cui manda. est iurisdict. & ibi gl. & doct. & no. Spe. de offi. delegati. §. excipit. in vers. itē ꝙ est delegatus in causa &c.

b ¶Delegatus. Adde & vide omnino Franc. de Are. in consi. lviij. Ber.

AVGVSTI. Tu aūt in hac materia adde q̄ dixi supra in ver. iudicem maleficiorū.

84 *Accusatio si recte producatur, & index non uult ipsam admittere uel postquam admisit, non uult testes super ea examinare, facit litem suam.*

84 ANGE. † Quæro an si producatur accusatio, & ipse iudex non vult ipsam accusationē recte ꝓductā admittere c vel postquā admisit, nō vult testes super ea examinare: dic quod talis iudex facit litem suam, & tenetur in syndicatu. l. argentarius. §. ad hoc nunc. ff. de eden. Ita not. Bal. in l. mācipia. in principio. C. de ser. fugi.

c ¶Admittere. Adde tu qualiter puniatur denegās iustitiam vide Alex. in consi. iij in j. volu. & Car. in consi. cl. & an represaliæ possunt concedi si iudex est negligens in ministrando iustitiam. et vide per Ro. in consi. clviij. & consi. clxxix. B.

AVGVSTI. Tu adde q̄ dixi ī l. 4. §. in eū. ff. de dam. infe. vbi vltra oēs doct. posui materiā qualiter puniantur. Et inquantum isti iudices nolentes administrare iustitiam & ibi pulchra multa dixi vltra docto.

HIERO. In ista materia multa possē adducere, sed esset occupare mēbranas, iō vltra doct. vbi Lud. & Alex. aliqua dicunt in d. l. 3. §. in eū. dabo remissiones, vbi latissime examinatur materia. & videatis Amedeum, qui lat. ss. per tres col. multa congerit in tract. de syn. in glo. super verbo, item in eo & de eo &c. Pari. de Puteo in tracta. de syn. in verbo, negligentiam char. lxxii. & in versi. contra. & in versi. qualiter probetur negligentia. vide not. Bar. in cōs. 102. incip. charissime domine &c. & Cor. in cōs. inc. cōsuluit dominus &c. in i. parte ī princ.

85 *Accusatio pro crimine ciuiliter intentata, an possit etiā pro eodē criminaliter intentari.*

86 *Condemnatus in criminali, an possit conueniri ciuiliter*

87 *Confessio facta in ciuili, quando praeiudicet in criminali.*

88 *Confessio facta in uno iudicio tunc nocet in alio inter easdē personas nisi cōtra illā confessionē in primo iudicio fuerit ꝓnunciatū.*

85 ANGE. † Quærit, si actū fuerit ꝓ crimine ciuiliter, an possit et ꝓ eodē criminaliter accusatio interponi d. Istā q. ponit Bar. in l. p̄tor ait. §. hoc edicto. ff. vi bon rapto. & Imo. in l. interdū. ff. de pub. iud. vbi concludit, qđ si obtinuit in ciuili, indubitanter poterit postea criminaliter accusare, nō tn̄ ꝓbationes in ciuili sufficiunt in criminali: vt l si. C. de proba. & sic iterū produci debent testes: quia testibus, & non attestationibus creditur. l. 3. §. item diuus, & ibi Flo. ff. de testib. faciunt tn̄ acta in ciuili aliqualem præsumptionē in criminali: vt not. gl. in l. si q̄s à se fundū. C. ad l. Iul. de vi. & ibi doct. Sed Bal. in l. 2. C. de eden. in versi. venio ad secūdam partem. & dico, dicit, ꝙ in effectu prædicta sunt vera, qn̄ probatio est variabilis: puta, facta per testes. Sin autē nō posset variari. vt puta, qn̄ in ciuili causa aliquid est cōsensus, vel sunt instrumenta publica producta inter te & me. Tunc talis probatio facta in ciuili: prodest in criminali. l. penul. C. de arbi. & extra de testamen. c. præsentia. si vero reus fuit absolutus, tūc si fuit absolutus: quia

quia crimen non fuit cōmissum. Tunc non potest accusari criminaliter, & hoc casu absolutoria lata in ciuili, parit exceptionē rei iudicatę in criminali. argumento eorū quæ habentur in l. fi. C. de fide instru. Si vero fuerit lata, quia non fuit probatum, tunc præiudicat in criminali. Si vero est lata simpliciter, tunc si ex actis pōt apparere de causa, ex illa videt lata, per notata, in l. si quis ad exhibēdū. ff. de exceptio. rei iudi. Si vero non apparet tunc in dubio, videtur lata
e ex eo, quia nō probatū,[e] per legem Iuliam. ff de condi. inde. ibi. Sed si aliquis fuit accusatus, vel inquisitus criminaliter, & absolutus, an possit ipse de eodē delicto ab alio ac
f cusari[f]. vide tex. gl. Bar. Ang. in l. si cui. §. i. ff. de accusat. & Salic. in l. qui crimen. C. de
86 accusa. † Quid autem econtra, an condemnatus in criminali, possit conueniri ci
g uiliter[g], dic φ sic, si remanent sibi bona. ita dicit Bart. in d. l. prætor ait hoc edictū, φ cōdemnatus in criminali, potest postea ciuiliter conueniri, si remanent sibi bona. Quinimo plus, videtur qđ probationes factę in criminali, faciāt fidē in ciuili, qa cessant rationes, quæ dictæ sunt supra. Vnde ex quo eadē quæstio vertitur inter easdem personas, videtur quod faci fidem. & hoc tenet Bart. in l. ii. §. ii. ff. vi bono. rapto. Sed Imol. in d. l. interdum. tenet contrarium, quia licet sint eædē personæ, tñ causa est mutata. Igitur nō obstat exceptio rei iudicatę, facit quod no. Inn. in c. veniens, extra de testib.

d ¶ Interponi. Adde tu quando probationes factę in ciuili, probent in criminali. vide Paul. de Cast. in consi. cccxxvij. in nouiter impressis.
e Adde vltra dicta Augu. Ari. infra & vide Rom. in consi. cccxxix. Ber.
f Accusari Adde & vide de hoc per Alexand. in cōsi. xj. ij. col. in j. vol. Fran. de Are. in cōsi. lviij. & Rom. in consi. ccxiij. & an monachus punitus per Abb. possit per ordinarium puniri. vide per Roma. in consil. ccclxxv. Ber.
g Ciuiliter. Et an & quando sententia lata in causa criminali faciat fidem in ciuili. vide Bald. in consi. xxix. in j. vol. Ber.

Avgvsti. Tu autem in hac materia adde, φ inquantum dictū est, φ si lata est sñia condemnatoria in ciuili, pōt postea agi criminaliter. Intellige hoc verū, vbi illa ciuilis est intentata ad prosecutionē rei familiaris, sed si sit proposita ipsa ciuilis ad meram vindictā, & condemnatoria est lata, & est satisfactum, tunc non posset agi criminaliter vllo modo. Sed bonus iudex non debet tunc pati, vt præponatur ciuilis, & omittāt criminales, propter magnū præiudiciū, qđ reipub. paratur, sic intelligitur sing. tex. in l. prætor edixit. §. i. ff. de iniur. vbi volēs agere ciuiliter ad vindictā de iniuria, nō debet audiri, sed accuset criminaliter si vult. Ista sunt verba aurea Ang. ī l. i. C. qñ ciuil. actio præiudi. crimi. in i. & iii. col. & Bal. in l. edita. in xxxii. col. C. de eden & infra in seq. q. etiā dicetur & vide do. Ant. de But. & doc. in c. de his extra de accu. Sed aduerte, qa cū supportatione Ang. in d. l. i. male loquitur, inquantū vult, qđ iudex nō debet permittere, φ primo agatur ciuiliter ad vindictā, qa speciale est, vt d. l. prætor ædixit. §. i. scilicet in causa homicidii, quia licet de omni crimine possim agere ciuiliter ad vindictā, & criminaliter, vt no. ī locis supra alle. & si actū sit ciuiliter ad vindictā, tunc indistincte sñia absolutoria, vel cōdemnatoria parit exceptionē rei iud. in cā criminali. Fallit tñ isto casu in crimine homicidii, qa iudex nō debet pati, quod illa ciuilis ad vindictā primo intentetur. & ita dixit Ang. in l. qđ senatus. ff. de iniur. ita intelligēs illum tex. singu. in d. l. prætor. §. i. Quinimo Bar. in d. §. i. hoc dixit. & Sali. in l. ex morte. C. ad l. aquil. in 3. col. & qa ista materia amplissima est, an si actū est ciuiliter, possit agi crimina. vel econtra. Adde oīno pulchra verba Bal. in l. i. C. ad l. Iul. de plagia. & vltra oēs posuit Ang. in d. l. i. C. qñ ciui. actio p̄iu cri. vbi ponit aliqua noua. & ibi vide Sali. & p doc. maxime p Bal. Ang. & Sal. post gl in d. l. ex morte. C. ad leg. aqui. & multas gl. in hac materia alle. Sali. in l. i. C. qñ ciui. actio p̄iu. crimi. Et p doc. maxime p Imo.
87 in c. de his. extra de accu. † Itē inquantum supra dictū est, φ confessio ciuili, præiud. in crimina. Adde, qđ idē tenet Io. And. & alii in c. per inqui tionē. extra de elect. p l. generaliter. in fi. in ratione sui C. de non nume. pecu no. doct. in c. ii. extra de ordi. cogni. Ant. de But. in c cū dilectus. de capellis monacho, qđ est verū in cōfessione prin
a cipali, secus in cōfessione procuratoris[a] qa in eo cessat ratio posita in d. l. generaliter. & sic non nocebit dño in alia causa. Ita elegāter dixit Cōpo. & Io. And. in d. c. per inquisitionē. & Spec. in ti. de confess. §. nunc vi-

dendũ.in ver.sed nunquid cõfesſio.& Pau. de Leaza.in c. fi.de confeſ. qđ eſt notan.ſecundũ d.Ant.de Bu. & Imo.in c.i extra vt lit.nõ conteſt. & plenius per d. Ant.in d.c.
88 per inquiſitionẽ.ad fin.† Et tene menti, ꝙ cõfeſsio facta in vno iudicio, tunc nocet in alio inter eaſdẽ perſonas,niſi cõtra illã confeſsionẽ in primo iudicio fuerit pronunciatum.gl.eſt no.in auth. itẽ poſſeſſor.in gl. q potio.in pign.habe.& ibi Bar.dubitauit de illa gl.ſed vide Bart. in l.Papinianus §. ſed nec impuberis.ff.de inof.teſt. Et vide dicta Inno.in c.mulieri. extra de iureiur. & Bal. in authen. ſed nouo iure.C. de pœna iudi. qui male iudica. & Bald.in l. ſi quis in hoc genus.de epiſ.& cler. An autem ſñia abſolutoria videatur lata, q̃a non fuit delictum cõmiſſum,vel q̃a non probatũ. Adde vltra p̃dicta dicta Bal.& Ang.in d.l.ex morte.C.ad leg.Aqui. & domi.Ant. de But.& Imo. in c.de his extra de accuſ.& Bart.in l. qui Romę.§.duo fratres.ff.de verb.ob.Barto.& Imo.in l.ex duobus.ff. de duobus re. cõiter tenetur q̃a non probatũ,licet Ange. tenuerit contrariũ in d.l.ex duobus. Cuius opinionẽ poſſumus intelligere quando ex actis apparet maleficium non fuiſſe cõmiſſum, prout expreſſe declarant Bal.& Ang. in d.l.ex morte, quia verba ſententiæ generalia ſemper debent limitari ex actis. gl. in c.ſi confirmationem. de elect. in vi.gl.& Bar.in l.ſi quis ad exhibendũ.ff. de except. rei iudi Bald.in c. cum ſuper.ad fi de cauſa poſſeſſ. & proprie. Et de materia vide late per Ang & Sali.vbi latiſsime loquuntur,in d.l.i.C. quando ciuil. actio præiudic. crimi. & ibi Ang.pulchra verba,ponit,an in dubio p̃ſumatur abſolutoriã fuiſſe latã, quia non fuit cõmiſſum delictũ vltra,quia nõ ꝓbatũ.

ADDITIO.

a ℭConfeſsione procuratoris. Adde de hac confeſſione ꝙ præiudicium faciat.& vide per Cepo.in conſi. xxj & ꝙ confeſsio reprobata per iudicem ſit nullius momenti. adde Ro.in conſi.lix.& conſil.lxxj.& ibi idem in confeſsione reprobata ex legis diſpoſitione.

Hiero. In hac materia videtur ita diſtinguendũ,ſcḋm Pet.de Anch.in c.de his.extra de accuſati.aliquibus tñ addatis, ꝙ aut eſt ſecuta abſolutoria ſuper facto,vt q.crimen non eſt cõmiſſum, & tunc non poſsit agi alia, aut pronunciatũ eſt ſuper iure, vt quia non eſt probatũ,& poterit iterũ agi,vt in l.ſi duo patroni.§.idẽ Iulianus ff.de iureiu.& no.Dy.in regula nullus pluribus.de reg.iur lib. vi.fi.col.verſ. dico igitur.aut lata eſt prima ſñia condẽnatoria, & tũc ſine dubio poterit agi ſecundo iudicio, vt in l.i. & ibi Cy.Iac. de Are. Pe.& Alber.de Ro. ſequuntur hanc diſtinctionẽ hoc tñ finale mẽbrũ intellige, ſi iſta cõdemnatoria ſit lata in ciuili tenderet ad vindictã,ꝑ l.qđ ſenatus.& l.p̃tor.§.i.ff.de adult.& ſcḋm doc.in d. l.vnica.& Abb.in c.tuæ. de procu. & Fely. in d.c.de his.in iii.col.in vi.limita. Sed dubiũ eſt, q̃d ſi ſimpliciter lata ſit abſolutoria an videat̃ lata,q̃a nõ fuit cõmiſſum delictũ aut q̃a nõ fuit probatũ. Et breuiter omiſſis opinio.dicatis,ꝙ cõis opi.doc.eſt, quod lata ſit,q̃a nõ probatũ,vt dicit hic Augu.& ita concludunt doct. in d.c.de his.de accuſ. vbi Fely.allegat plures concord. de qua et̃ materia videatis Henri Boyc, in c. cũ dilectus.de ordi.cogni.Secundo inquantũ tangitur hic per Ang.& Auguſt.ꝙ cõfeſsio facta in ciuili,præiudicat in criminali.videatis latiſ.remiſsio.ꝑ Fely.in c.qualiter & q̃ñ extra de accuſa. in §.ad corrigẽdos.in ix.& x.col.& ponit limitationẽ,de qua hic ꝑ Auguſt.vbi eũ videbitis remiſsiue quãdo acta in vno iudicio faciant fidem in alio &c.

89 *Pendente criminali iudicio ſuper crimine intentato per iudicem inquirentem, uel etiam eo finito, an, poſsit ciuilis actio intẽtari per partem offenſam ad ſuum intereſſe.*

89 Ange. † Quęro, an pẽdente criminali iudicio ſuper crimine intẽtato ꝑ iudicẽ inquirẽtẽ,poſsit ciuilis intẽtari ꝑ partẽ offenſam ad ſuũ intereſſe,vel ẽt eo finito,vr̃ ꝙ ſic q̃a regula prohibitiua.l.i.C.q̃ñ ciuilis actio p̃iudicet crimina.habet locũ q̃ñ vnus & idẽ eſt ꝓmotor iudicii criminalis,vel ciuilis,ſed q̃ñ noſta loquitur q̃ñ ſunt diuerſi,vt iud ex & pars.Vnus nõ debet per factum vnius alteri præiudicari,vt in regula,non debet. extra de reg.iur. In contrariũ facit l.i.C.q̃ñ ciuilis actio præiudi. crimi. & quia factum iu dicis,eſt factũ partis.l.ſi ob cauſam.C.de euic.Maxime cũ inquiſitio hodie ſuccedat in locũ ordinariæ accuſationis ꝑ ſtatuta terrarum,vt tractat Bar.in l.3.ff.de adult. igitur &c.Sed tñ ego teneo primam partem quia factum partis, non præiudicat iuri publico

blico ad vindictam publicam l.j.cũ gl. & Bar. ff.ad Sillan. Ita econtra factum iudicis, nõ debet præiudicare parti, quãdo prosequitur suũ interesse.l.qui de crimine.ff.de falci.l.fin.ff.de priua.delict.l.fi.ff.de furt. Quod sane intelligas, qñ actio ciuilis intentata tendit ad prosecutionem rei familiaris, secus si et ciuilis tenderet ad vindictã.iuxta glo singularem, in l.si cum emancipatus. §. si duo emancipati.ff. de colla.bono. Nam si etiam ciuilis intentata fuisset ad vindictam,& non ad prosecutioné rei familiaris, vel pro emendatione damni interesse & expensarũ. Tũc sententia absolutoria lata in criminali, pareret exceptioné rei iud.in ciuili, ideo non põt agere ét ciuiliter, si nauté ageret quo ad resarciendum suum interesse,& expésas operarum deperditarum,& tũc potest agere.ita not. Bar.in l.ait prætor.§.interdum.ff. vi bo.rap.& in l.prætor.§.j.ff.de iniu.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia adde, ꝙ miror ꝙ do.Ang.hic in hac sua quæstione quam formauit in terminis, non allegauerit Bald.in c.i. de appel. in iiij. colum. qui dixit. quod illa regula, posita in l.i.C. quando ciui. act.præiudi.crimi.non habet locum in iudice formante inquisitionem, prout supra formauit do. Ange. quæstionem suam, qui præsupponit, ꝙ formata sit inquisitio per iudicem. Et ratio est, quia sunt personæ diuersæ Iudex & pars. Et multo fortius posset pars ipsa formata inquisitione per iudicem intentare suam ciuilem, si ex tali inquisitione reus condemnaretur ad mortem Ad hoc allego sing.doctrinam Bald.in in l.j. C. de appel.in ij.col. qui dicit, quod vbi quis venit condemnandus ad mortem. Tunc non habet locum titulus quando ciuilis actio præiudicat criminali. quia isto casu, simul & semel possunt cumulari. Et ratio est, quia frustra actor intentaret iudicium ciuile reo mortuo. Et dicit ꝙ est sua cõclusio noua in hac materia. Bene faciũt notata ꝑ Bal. in rep.Peru.in l.edita in xxxij.col.C.de edé.

90 *Accusatus uel inquisitus criminaliter & absolutus an possit iterum de eodem delicto ab alio accusari.*

90 ANGE. †Subsequenter quæro. Pone ꝙ aliquis fuit accusatus vel inquisitus criminaliter & absolutus, an possit iterũ de eodé delicto ab alio accusari. vide tex.gl.Bar.& Ang. in l.si cui.§.j.ff.de accu.& Sal.in l.qui crimen.C.de acc. Et aduerte, quia iste est pulcher passus cõmuniter omnes doct. vbi supra, dicunt, ꝙ absolutus de certo crimine, amplius accu.nõ põt.

91 *Baptisma operatur remissionem peccatorum.*

AVGVSTI. Tu in hac materia adde dicta Canonistæ, in c.de his.extra de accusa.maxime do. Anto. de But.Abb.& Imo.ibi. Et limita prædicta secundum gl. in d.c.de his, quã ibi approbant omnes, nisi quis absolutus esset in foro pœnitentiali, quia poterit iterum accusari, non obstante illa absolutione. Pro qua cõclusione allego etiam tex. quem ponderauit ibi do. Abb.in c. j.de purga. cano. & vide glo. in c.ij.de schismaticis. & glo. in c.admonere. xxxiij.quęst.ij.& glo. in c.qui crimen.vj.q.j. & gl.in c.penul.de pęni.distin.j.& gl.in c.gaudemus.de diuor.& glo.in c.ij. de emp.& vendi.& glo.in c.fi.de tempo.ordi. & Spec.in tit. de accusatore.in v. col.& glo.in c.cum percussio.vij.q.j. & glo.in regula.peccati venia.libr. vj. Sed aduerte, quia do.Anto. de But. & Imol.in d.c.de his.Limitant prædicta, nisi pœnitentia fuisset publica. & hoc voluit Hostiẽ. in c.tuæ extra de procura. licet do.Abb.tenuerit contrarium in d.c.de his. per quandam rationem friuolam, quia tunc dico, ꝙ facta illa absolutione cum publica pœnitentia, non poterit ille talis amplius accusari. Idem dico si absolutio facta in pœnitentia per omnia operatur eundem effectum quem absolutio iudidicialis, ita mirabiliter consuluit Barto. in cõsilio incipien. Minister fratrum de pœnitentia.quem refert, & sequitur Pet.de Ancha.in c.ij.in xiiij.col.de maledi.& ideo si blasphemãti virginem Mariam imponitur pœna lingue per statutum & alio statuto cauetur, ꝙ habéti pacem ab offenso, pœna remittatur, tunc si talis blasphemans egerit pęnitentiam cum isto casu, per talem pœnitentiam remittatur peccatum,& sic habuerit pacem ab eo qui fuit offensus, tunc talis blasphemans, amplius non potest accusari. Item aduerte, quòd licet illæ gloss.in locis supra allega. per me vltra docto. velint, quòd absolutus isto casu in foro pœnitentiali, tamen poterit accusari crimina
91 liter de illo delicto. † Limita etiam. nisi crimen fuerit commissum ante baptisma, quia baptisma operatur remissionem peccatorum, etiam foro iudicialis, vt post baptisma quis non possit accusari. etiam criminaliter. Ita volunt Anto.de Butr.& Imol. in capitu. de his. & est glos. in c. quòd autem. xxxij.q.j. & glo.in c.fine pœnitentia, de consecra. dist.iiij. & in c.quoniam. xlviij.distin.& voluit Arch. l.dist. in summa. Sed contrariam sententiam tenet Abb.in d.c.de his. Innoc. Hosti.& Abba.in cap.gaudemus. de diuor. per text ibi in

 fin. Et

fin. Et ibi materia late examinatur, quia baptisma operatur solum remisiõné respectu Dei. Sed Imo. respondet ad c. gaudemus. ꝙ illud habet locum iure quæsito parti læsæ propter suum interesse, sicut in debito pecuniario. Et sic limitabitur prædicta conclusio doctorum, & firma remanebit opin. contra Hostien. & Innoc. Item adde, & prædicta limita etiam non habere locum, quando quis fuit absolutus, vel punitus in foro ecclesiastico, quia tũc poterit puniri, vel absolui de eodem crimine in foro seculari, secundum Bald. in l. placet. C. de sacrosan. eccle. qui vult, ꝙ pœna spiritualis non tollat temporalem, nec econuerso. Idẽ Bal. in l. si quis in hoc genus. C. de epis. & cle. & Petr. de Anch. in regula, ea quæ. de regu. iur. in xxxvj. col. qui dicit, ꝙ Bald. ita consuluit. licet Bald. non ausus sit decidere in l. j. C. de summa Trini. & fid. catho. in viij. colũ. Et pro hac conclusione est casus in terminis in c. felicis. de pœn. in vj. quem subtiliter ponderauit & induxit do. Abb. in c. tuæ. extra de procura. & ibi Abb. multum exclamant de illo tex. Sed aduertas, quia si ibi speciale inductũ est fauore Cardinalium. ille text. esset in contrarium. Et de materia vide per do. Abb. in c. cum sit. extra de foro compe. per do. Card. & Pet. de Anch. in cap. ij. extra de adult. per do. Abb. in c. de causis. in pen. col. extra de offi. delega. per Abb. & Imol. in c. j. extra de offi. ordina. per Bal. in l. nemo martyres. C. de sacrosan. eccle. alias limitationes vide per doct. in d. c. de his. in locis supra alleg.

HIERO. Inquantum concludit Angel. ꝙ absolutus de certo crimine, amplius accusari non potest. Adde ꝙ idem tenet Bonifa. Vitali. in suo tract. maleficio. in rub. qui accusari non possunt post medium, sed circa istam regulam, quæ traditur in c. de his. extra de accusa. vide ibi Fely. qui ponit xiij. limitationes quas tamen colligere poteris ex notabili distinctio. do. Henri. Boyc. super d. c. colum. ij. versicu: sequitur de secundo membro &c. & per Præpo. notabiliter. ij. q. v. cap. habet. fin. colum. Sed quæro, aliquis fuit accusatus ꝙ Titium vulnerauit cum sanguinis effusione, vel cum spata, aut adiecta alia qualitate, vel econuerso fuit accusatus simpliciter sine expressione qualitatis, & quia illa qualitas non fuit adiecta, vel nõ fuit probata, ipse fuit absolutus, quæritur an de nouo poterit accusari qualitate detracta vel adiecta? vide Bartol. in l. denunciasse. §. qui tamen. ff. ad legem Iul. de adulter. & in l. senatus. ff. de accusatio. vbi facit quandam distinct. Ad cuius tamẽ declarationẽ. vide Practicum Papien. in sua practica in forma inquisitionis. in verbo, hæc est quædam. colum. ij. versic. sed circa hoc insurgit. & per Fely. in d. cap. de his. in ix. & x. limitatione. Item inquantum Augustin. reprehendit hic Abb. dicendo rationem Abba. fore friuolam &c. dic quòd cum domi. Abba. tenent Maria. Fely. & Aret. in dicto c. de his qui respõdit motiuis in contrarium adductis.

Item ad id quod tangit hic August. de crimine commisso ante baptismum &c. Adde quod communis opin. doct. tenet, quod baptismus non liberat bãptizatum à pęna delicti, in prędiudicium reipub. & hoc tenet communiter docto. in cap. gaudemus. vbi Innocent. Ioan. Andre. Pe. de Peru. Hostien. & Abb. post glo. ibidem Abb. in cap. de his. extra de accusatio. vbi idem tenent Maria. Soci. Are. & Ioã. de Ana. & hanc dicit cõmunem hanc etiam tenet Cardi. in clemen. j. §. sane q. xiiij. de vsuris. & idẽ domi. Philippus Decius, in cap. quæ in ecclesia rum. de constitu. colum. vij. in medio versicu. tertio & vltimo &c. vbi eam dicit communem, & fundat bonis & nouis fundamentis. & hanc etiam dicit communem Felyn. in dicto c. de his, licet ipse sequatur limitationẽ, seu opin. Ioan. de Imol. & cum communi opi. tenet egregius doctor do. Henri. Boyc, in dicto c. gaudemus. fi. colum. in ij. distin. vbi allegat plures antiquos. qui hanc opin. tenuerunt.

Item circa limitatio. quam ponit hic Augustin. de punito vel absoluto in foro ecclesi. &c.

Adde, hanc etiam limitationem ponunt docto. in capitu. de his. vbi Fel. in xij. limitatio. qui allegat plures concor. cui vltra per eum positas. adde quod idem tenet ibi Aret. in iij. colum. in fin. & Henri. Boyc, in sua no. distinctio. colum. iij. in fin. versicu. aut est tale &cę. idẽ Aretin. consil. lviij. incipien. diligenter considerátis &c. in secundo dubio. Ioan. Bapt. de sancto Seueri. in l. prima. C. de summa trinita. colum. xj. in fin. versicu. super iij. quęstione & latius per domi. Barba. post Abb. in capitu. primo de offic. ordina. colum. antepenult. versic. capio tertium &cæ. Cataldi. in tracta. de syndica. quæstio. clxx.

92 *Accusationem falsam qui produxit, an ex hoc accusari possit lege Cornelia de falsis.*

92 ANGE. † Quæro, aliquis produxit falsã accusationẽ, vtrum ex hoc posit accusari lege Cornelia de falsis. Dic, ꝙ aut dicitur ꝙ accusabit

bit me calumniose de falso crimine, & non vero, qđ non probauit, & tunc est pœna calumniæ. l. i. §. i. ff. ad Turpil. Si vero accusatur, ꝙ produxit falsā accusatione cōtra me, propter quod obtinuit à prętore me citari, & contra me procedi, & sic ꝑ obreptionē à prætore impetrauit, tunc est pœna falsi, vt est casus, & ibi Bar. in l. si qs obrepserit. ff. de fal. quod no. qa virtus stat in modo practicandi, an cadat in calumniā, vel in falsū.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia adde quod Bal. in l. quicunque. in fin. C. de seruis fugitiuis, reprehendit Bar. & dicit qđ

a Bar.[a] in hoc fortiter errauit, qa isti sunt tituli diuersi, & de calūniatoribus, & de falsis, & ꝙ in capite legis Corneliæ de falsis, non cōprehēditur accusans falso, sed cōprehenditur in l. hernia. Vnde concludit, ꝙ si quis produxit falsam accusationē narrādo, nunquam punitur pęna falsi. Sed si vlterius deliquit producēdo falsos testes, & falsa instrumenta, fortius punitur, qa pęna falsi. l. i. ff. de falsis. Et subdit, ꝙ d. l. si qs obrepserit. quā Bar. allegauit, debet intelligi obreptione probatoria, nō narratoria. Et ideo Bald. ibi ꝑ multa argumēta alia concludit, ꝙ impossibile est, ꝙ solū accusans aliquē de falso, teneat pœna falsi, nisi prosecutus sit in ꝓducēdo falsos testes, vel falsa instrumenta, & hoc mihi placet. De materia vide per Bal. in l. ii. C. qui accusa. in vlt. col. & ꝑ Bal. in l. data opera. in nona col. ibi, verbi gratia, dicit statutū, quòd producens falsam accusationem, teneatur pœna falsi.

ADDITIO.

a ¶Quod Bart. Adde quod opin. Bar. tenet Alex. in consil. xl. in j. volumi.

93 *Accusator & iudex dum aliquis accusatur, qñ debeant in accusatione uel inquisitione facere mentionem de scientia delinquentis.*

93 ANGE. † Et nota quòd accusator dēt aduertere, & idē in iudice inquirente, ꝙ qñ quis accusatur, ꝙ nihil fecit, & sic de omissione, vel negligentiā, tunc scientia est de substātia delicti, vt l. si. ff. de decre. ab ordi. facien. & istud est bene not. vbicunque qs accusatur, ꝙ nihil fecit, debet in accusatione, siue in inquisitione fieri mentio de sciētia, vt puta si accusatur villa, ꝙ non cœpit malefactorem, debet dici in inquisitione, sciens, vel scire debens &c. Idem si accusatus syndicus ꝙ non denunciauit malefactorem, sed si quis accusatur quòd aliquid fecit, puta qđ vulnerauit, vel quid simile, ꝓcedit accusatio vel inquisitio, licet nō fiat mentio scientiæ vel supinæ ignorantiæ quę pro scientia reputatur. Ita no. glo. aurea q̄ istā dat doctrinā in l. ex maleficiis §. longe minus. ff. de actio. & obl. facit, l. j. C. de falsa mone. Ita dicit Bal. in l. i. C. qui accusa. non possunt, versi. super secundo præmitto.

AVGVSTI. Adde tamē quòd ista con

b clusio ita generaliter tradita[b] videtur falsa qa dico, ꝙ imo pōt esse quòd aliquod delictum est commissum in faciēdo, & tamen accusatio vel inquisitio non procedit, nisi in accusatione vel inquisitione apponatur scientia, ad hoc allego Bart. ita dixisse per illum tex. in l. omnes. C. de agri. & cēsi. lib. xi. licet aliqui habeant in tit. in quibus causis coloni censi. dominos accusare non pos. eod. lib. qui per illum tex. dixit, ꝙ licet per statutum præstanti opem bannito debeat truncari manus: Tamen si quis opē bānito cōmittēti delictū præstat, dēt poni ī inquisitione, formata cōtra præstātē auxiliū, ꝙ sciebat illū esse bānitū. Idē dicit Ang. in l. i. C. de nili agge. non rumpen. in secunda col. ꝙ si præstans opem nobili acrius debet puniri, debet probari illum popularem qui præstitit opē debere habere scientiā, quòd cōmittens delictum erat nobilis. Et ita dicit obtinuisse Perusii. Præterea confunditur prædicta doctrina per glo. & Bar. in l. i. ff. de receptatoribus. vbi recipiens bannitum debet puniri. Tamen hoc verum si est proba

c tum & articulatum illum scienter[c], sciuisse esse bannitum & receptasse. pro qua cōclusione est tex. & ibi Bar. in l. ii §. i. ff. de incēdio. rui. nau. & est tex. & ibi Bar. in l. i. C. de sena. lib. xii. & tex. & ibi Bar. C. de colo illiricis. l. i lib. xi. & tex. in l. metodorum. ff. de pęnis. & ibi Bart. Ista ergo delicta committuntur in faciendo, & tamen scientia debet poni in accusatione vel inquisitione, & sic prædicta videtur falsa. De qua materia vide etiam per Bal. in l. data opera. C. qui accusa. nō poss. & Domini. de sancto Gemi. in c. cōcertationi, extra de app. super gl. in verbo, sciuerit. in vi. Vnū tamē scias ꝙ si ciuis

d probaret se ignorasse[d], & est diuerso probaretur ipsum illā ignorantiā affectasse, ille talis habetur pro sciente. Ita voluerunt do.

de Rota in nouis decisionibus.ccliiii.in fin. & est gl.quã ibi ponderauit ad hoc Dñi.de sancto Gemi.in c.fi.§.vt autẽ.de offic.delegat.in vi.& glo.in c.ad falsariorũ.de crimine falsi.& gl.in clemen.i.de consanguini.& affini.& glo.in c.eos.de tempo. ordi. in vi.

b Generaliter tradita. Adde circa hæc dicta. & vide Bar.in cõsi.cij.incip.charissime domine,isti nostri. vbi late ponit qualiter probetur negligentia villæ in capiẽdo malefactorẽ,& qualiter diligẽtia.& vide ẽt Ro.in proposito consi.cv. Ber.

c Illum scienter. Adde tu circa hoc & vide Ro.in consi.ccccclxxiij. Ber.

d Se ignorasse. Adde circa hoc & vide Roma.in consil.ccclxxxj. Ber.

Hiero. In hac materia inquantũ Ange.limitat dictum Bal.in l.i.C. qui accusa. non poss.videlicet, nisi actus ostenderit sciẽtiã,dato ꝙ accusator nõ reprimat scientiã, alias autẽ si actus nõ ostenderit scientiam, qđ procedat dictũ Bal. addatis ꝙ idẽ tenet Fely.in rub.de accu.extra.Itẽ addatis Bar. cõsi.cii.inci.charissime dñe.vbi consuluit, ꝙ ad hoc vt syndicus nõ denuncians maleficium incidat in pęnã,debet probari,ꝙ habuit scientia,quia qñ aliquis tenetur ad aliquid faciendũ in genere, vt in casu nostro, syndicus ad denunciandum malefactores, tunc ad ostendendũ negligentiã syndici,debet primo probari syndicũ sciuisse maleficiũ esse cõmissum. ꝑ l.qdã decedens §. fina. cum l. sequen.ff. de admi. tuto. vbi periculum tunc tẽporis spectat ad tutorẽ, ex quo innotuit sibi se esse tutorẽ,quã sñiam sequitur do.Corne.cõsi.c.incipien. cõsuluit do. Bal.& c.in prima parte, vbi allegat quãplures tenẽtes doctrinã Bar.in d.cõsi.& ꝑ hoc facit tex.iuncta doctri.Florian.ibi,in l.quotiẽs.ff.ad l.aqui.vbi dicit Flo.ꝑ illũ text.qđ villa non teneaĩ de robaria cõmissa in eius territorio, nisi fuerit sciens, sed cõtra hanc absentem Ang.facit qđ voluit Bar.in l.nec exemplũ.C.ad leg.Cor.de falsis.vbi dicit, ꝙ qñ quis accusat aliquẽ de falso, non est necesse ꝙ dicat, ꝙ cõmisit falsum scienter & dolose,qa ista tacite includuntur,& ideo pro concordia mihi vr̃ inhęrendum doctrinæ Bald.in anthen.habita. C. ne filius pro patre quia distinguit, ꝙ aut qualitas exprimẽda in libello tacite inest ex natura facti, ꝙ concludat libellus per locum ab effectu, vt in l.consti. ff.in §. duabus. vbi per Iaco. de Are.Cy.& Bal.de hoc notatur,aut qualitas possit adesse, & abesse, & tunc secus, per l.merito.ff. pro socio.

94 *Instigans,uel solicitans quod iudex torqueat et condemnet reum ad uindictam publicã, & per iudicem puniri, non poterit postea agere ad uindictam per iniuriam suam.*

94 Ange. † Et tene menti tu cui iniuria illata fuit qa si iudicẽ instiges ac solicites,ꝙ malefactorem torqueat atque cõdẽnet ad vindictam publicam, ꝙ si fuerit punitus ꝑ iudicem, tu non potest postea agere ad vindictã ꝑ iniuriã tuam,qa eo ipso ꝙ fuit tortus & condemnatus,satisfactum est tuæ iniuriæ,secundum tuã voluntatẽ. Vnde videris illam iniuriam pro tua emendatione remisisse,vt est tex.& ibi Bartol.in l. sed & si vnius.§.si ante.ff.de iniur.facit l.interdum. §.qui fidẽ. ff.de fur.Vnde sis cautus, ꝙ ista non facias,aut quando facis,semper protesteris ad hoc,vt postea possit agere pro tua iniuria.l.fi.ff.de iniur.

Avvsti. Adde tu quod Bar.in d.§.si ante nihil dicit de hoc sed, est Ang.ibi, q ita põderat illũ tex.& ibi certe est casus, & illũ tex.põderauit ẽt Bal. ĩ l.fi.ff.de in ius vocã.

Hiero. Et hic dixit Albe. de Rosa.in l.interdũ.§.qui furem.ff.de fur.per illũ tex. ꝙ si passus furtum sua authoritate ducat furem coram iudice,qui tantum de ciuilibus cognoscit,ꝙ hoc ipso videtur actionem criminalem & pœnam remittere,de qua materia vide Alex.in apost.ad Bar.in d.l.si ante.vbi alleg.no.ĩ l.si ab hostib.§.i.ff.so.ma.

95 *Liberum corpus æstimationem non recipit,sed si quis in aliquo membro est debilitatus à Titio, tunc propter expensas medicorum & medicinarum,et operas quibus cariturus est, poterit agere ut sibi emendetur damnum, secundum taxationem iudicis.*

96 *Libellus in actione iniuriarum qualiter sit formandus.*

95 Ange. Nota etiã,ꝙ liberum corpus nõ recipit æstimationem.Sed si membrum est tibi debilitatum à Caio, vel fuisti vulneratus,& propter vulnera & membri debilitationẽ expendisti in medicis,& caruisti,& cariturus es multis operibus,tũc propter hoc bene potes agere, vt tibi emendetur dãnũ, secundum taxationem iudicis. & vtroque

est

est casus in l. fina.ff.de his qui deiece.vel effu. & insti.de obliga. quæ ex quasi delict.in §.pe
a nul.qđ no.in modo practicandi,[a] ne tu erres.
96 † Qualiter aũt debes formare libellũ in actione iniuriarũ,no.Bar. in l.iniuriarum.ff. de iniurijs.videlicet, duplici modo. Vno modo, referendo se ad dãnũ videlicet, ꝙ dicat prius voluissem esse passus tantum damnum q̃ tantam iniuriam. Vel secundo referat se ad lucrum videlicet, noluissem esse lucratus tantũ, & pati tantã iniuriã. Ratio, quia cum agitur ex maleficio,habetur ratio cuiuslibet interesse intrinseci, vt not.glo.in d.l. iniuriarũ. Et aduertas,ꝙ aliqui ibi in glo.tenet ꝙ tale interesse potest probari per sacramentu iniuriam passi,taxatione iudicis preambula. argu.l.videamus.§.pen.ff.de in litē iur.Sed Bar.ibi tenet, ꝙ imo potius fiat ęstimatio iudicis allegat.d.l. sed si vnius.§. seruus meus.ff.de iniu.Et istud tenet Azo.in summa illius tituli. ex quo Bar. infert,an in libello iniuriarum certa quantitas sit exprimenda, & dicit quòd eo casu quo taxatio facienda est officio iudicis, certa quantitas apponi non debet, si autem sit facienda sacramento iniuriati,tunc certa quantitas apponatur lege continuus.§.qui illud.ff.de verbo. obliga. Ego autem practicando semper appono certam summam cum iuramento,& postea subdo,& plus & minus, vt videbitur iudici,& eius officio,& eius taxationi &c. Et sic vtrunque intento simul & diuisim.

ADDITIO.

a ℂ In modo practicandi. Adde Roma. in consil. cclxxviij.& Barba.in consi.xxxv.vbi ponit de iudice inquirente. Ber.

AVGVSTI. Tu in hac materia quomodo formetur libellus in materia iniuriarum. adde gl.in c. si canonici. extra de officio ordi. lib.vj. Sed vltra omnes late posuit materiam
b & formam [b] Specu.in titu.de iniu. in §.j.per totã.j.col.vbi in proposito multa pulchra dixit.Et adde Bal.in l.ij. C.de sen. quæ sine cer. quanti.j.col. & ibi Sali. & late ꝑ Sali.in l.atrocem.C. de iniu.per Cyn.in l. si non conuicij. C. de iniur.ꝑ Bal.in c.j.§.iniuria.de pace iur. fir.ꝑ do.Abb.in c.j.in fi.& ibi per Imo.de iniurijs & damno dato.in fi. Et ibi vide do. Abba. ad illã quæstionem quam supra posuit do. Angel.hic ante istam.& per docto. in c.in nostra extra de iniurijs & dam.da.Et vide Angel.in consi. xciiij.incipiente, super puncto primo. & ibi vide formam libelli & ęstimationis iniurię & vide in consilio. ccxlvij.vbi ipse Ang. ponit an possit concludi ad pœnam applicandam fisco si ciuiliter agatur.

b Et formam. vltra relata hic per do.Aug.vide Ang.in consi.xciiij.in princ. incip.super puncto & Alex.late in consi.ccix.in ij.vol.Ber.

HIERO. De hac forma libelli in actione iniuriarum, vide Iaco. de Bel. in sua practica in prin.vbi ponit formam libelli in quo totam suã practicam fundauit late per Iaso.post alios in prin.de actio.vbi ponit,an locus & tempus commissæ iniuriæ sit apponendus in libello. vbi cõcludit ꝙ sic,per l.iniuriarum la j. & ibi Bart.ff.de iniu. Item an debeat inseri qualitas personæ iniuriatæ. Itẽ & æstimatio iniuriæ. colum.xvj.ver.in eadem glo.& cap.de quibus omnibus per Iac. vbi supra & per Pet.Iaco.in sua practica de libellis in forma libelli de iniurijs.vbi ponit formã libelli tam de iniuris ex l. cornelia,q̃ prætoria, cũ suis declarationibus.

97 *Iudex non tantum quando principaliter aditur per uiam accusationis criminaliter, sed etiam si aditur ciuiliter super delicto, potest reum punire de delicto.*

97 ANGE. † Vltimo addo hęc quod iudex nõ tantum quando principaliter aditur per viam accusationis criminaliter, potest reum punire de delicto,sed etiam si additur ciuiliter, & ciuili modo super delicto. Tamen iudex pendẽte officio ciuiliter intentato, si reperit reum de delicto fore culpabilem,poterit eum criminaliter punire.l.quos retrahi. & ibi Bar. C. si aduersus libertatem.l.iij.C. de condi. ob turpem causam.ff.de calum.l.pen.

AVGVSTI. Adde tu ea quæ dixi supra, super verbo,(iudicẽ maleficiorum.)adde tex. & ibi Bart.in l.pen.ff.de calum. & per Bal. in l.nullum.C.de testi.licet aliter videatur loqui Bart. in l.diuus.la ij.ff. de fal. circa ea quæ dixit in d.l.nullum.

HIERO. Miror ꝙ in hac notabili & contingenti q.isti patres tam sicco pede (vt dicã) pertransierint,aliter eã non declarando. Ideo pro eius dilucidatione aduertendũ est ꝙ conclusio ista sic simpliciter intellecta est falsa, quia iura allega.hic per Ang. nõ bene hoc probant,nec Bart. ita indistinctè ea intellexit, vt infra dicã,sed pro hac ẽt cõclu.allegantur per Bar.in l.pen.hic allega.hęc tria iura de quibus hic per Ang.videlicet text. in l. quos retrahi. ibi,non dubitaturus ẽt grauiorẽ &c. Secũdo tex.in l.iij.de ord. &c. ibi, cõcussiones crimẽ inultũ nõ patietur.Tertio tex.in l.pe.ff.de ca-

lum.in fi.ibi pro modo delicti pœnã irroget. Quarto tex.in l.diuus.ff.de re iudic. ibi, rem seuere iudica. Quinto tex.in l.j.ff.de concussio.ibi, & delictum coercet. Sexto tex.in l. medicus.ff.de varijs & extraor.cogni.ibi, in ciuile factum præses prouinciæ coercet. Septimo tex.in l. interdũ.§.qui furẽ.ff.de furt.ibi, maxime si iudex aliquid in eũ cõstituerit. Octauo tex.in l.iiij. §. si dicantur.ff.fin. regun. in quibus iuribus videtur probari quod iudex qui cognoscit de crimine ciuiliter,eo cõperto, põt ex officio suo delinquentẽ criminaliter punire. Attamen, vt dixit, Bart.in d.l.pen. de calumniatoribus. ff.vidẽs ꝙ quidam,per d.ll.volebant,ꝙ l.interdũ.de pub.iud.ff.quæ dicit, ꝙ non potest concurrere ciuilis cum criminali, quod debeat intelligi in iudicijs publi. & non in priuatis,per d.ll.quod.Bart.placuit, quia in priuatis,non potest cõcurrere ciuilis cũ criminali,si intententur principaliter, per regulam, quia absolutoria lata in vno,præiudicat in alio, vt l.ij.§.j.ff.vi bon rap.& in l.j. quando ciuilis actio.crim.præiu.ideo posuit duos intellectus ad omnes prædictas. ll. Primus, ꝙ d.ll. intelligantur,ꝙ sint duo iudicia, & hoc ne repugnet regula l.ij.§.j.ff.vi bono.rap. & l.j.ff. quando ciuilis actio &c. videlicet,ꝙ absolutoria lata in vno,præiudicet in alio, & istũ etiã tenuit in l.quos retrahi.dicit,quod ex illo tex. non apparet,an ex eodẽ iudicio vel diuerso iudex criminaliter puniat,ideo remittit se ad dicta per eum in l defuncto.de pub.iud.ff.& ita intellexerunt l. quod euitandi, Bald. Salic. & Guido. papæ. ibi dicentes, ꝙ d.l. intelligitur, non ꝙ ex eodem processu, & ex eadem instãtia ex qua agebatur ciuiliter, imponatur pœna criminalis,sed cum per primam cognitionẽ de delicto sit iudici notificatum, ꝙ talis notificatio habeatur loco denunciationis, sicut dicitur de fama,qua mediante,iudex procedit super crimine,vt in l.j.§.si publico. ff de adult. Secundus intellectus est,quem tenet Bart. in d.l.pen.& d.l.defuncto,& in l. interdũ.§. qui furem.ff.de fur.videlicet,ꝙ dicamus,ꝙ quando formatur libellus seu accusatio de damno dato,vel robaria facta, dicendo, peto eum puniri,& condemnari, & rem mihi restitui, seu damnum emendari, ꝙ talis libellus procedat, & quod non sum visus intentare ciuilem & criminalem in eodem libello, sed quòd videor intentare criminalem tantum,& incidenter implorare officiũ iudicis,vt incidenter faciat mihi rem restitui,seu damnum emendari, & ꝙ ita intelligantur omnia iura supra allega.& ita etiam declarat idem Bart.& singu. in l.ij.§.j.ff.vi bono.rapt.Flo. in l.iiij.§.si dicantur.Ioan.de Imol.& Ang.in l.interdum.ff.de pub.iudi. Salic.in lege si quis ad se fundum.ff. ad l.Iuliam.de vi &c. & sic videntur concludere, ꝙ quando formatus est libellus eo modo quo supra quòd tunc iudex maleficiorum per d.iura, cognoscit principaliter de delicto, & incidenter facit rem restitui, seu damnum emendari,ex quo colligitur,ꝙ dicta iura non probãt,quòd ibi principaliter agitur ciuiliter, & quòd iudex ex officio suo punit criminaliter,sed quòd agitur principaliter criminaliter, & incidenter petitur restitutio. Quia domini aduertatis, quòd licet iste secundus intellectus in se sit verus,videlicet quòd quando formatus est libellus eo modo quo supra quòd iudex maleficiorum possit incidenter ex imploratione officij condemnare ad restitutionem rei seu ad emendationem damni, tamen non potest adaptari ad omnia supra dicta iura. Primo, quia in lege quod euitandi, principaliter intentata est actio ciuilis ad restitutionem pecuniæ. idem in lege quos retrahi. & in lege penul.& in lege diuus.ibi principaliter fuit petita restit.& in l.j.de concussio. licet in alijs videatur principaliter intentata criminalis. Secundo, quia prædictus intellectus diuinat ad dicta iura. Tertio, quia in eis non constat an eo iudicio, an diuerso, & ideo videtur verior primus intellectus scilicet quòd ex nouo processu ex iudicis officio formato possit punire criminaliter, & sic quòd in citato ex priori processu,procedat ad criminalem, vt supra dictum fuit,quòd si aliter diceremus,sequeretur quòd ex probationibus factis in ciuili,posset quis puniri criminaliter, quod non est dicendum,cum in criminalibus requirantur probationes luce clariores. vulga.l. sciant cuncti. de probatio.C.cum ibi no.& in expressis terminis declarando istum secundum intellectũ Flo.in d.l.si dicantur.dicit hoc non procedere econtra scilicet si principaliter intentaretur ciuilis, quòd de criminali non potest cognosci accessorie propter disparitatem probatio.allegat d.l.sciant cuncti.& Bart. in dicta lege secunda. §. primo.ff.vi bono.rapt. pro quo faciunt quæ infra dicam in distinctione. & per hoc tollitur illa ratio Paul.de Cast.in l.quæsitum.C.de ser.fugi.& in dicta lege quos retrahi. vbi dicit,quòd sicut potest iudex maleficiorum principaliter aditus super crimine incidenter cognoscere de causa ciuili, per dictum §.qui furem.hoc est cõdemnare eum ad mortem,

tem,& incidenter facere restit.de re, ita etiam econtra, iudex qui cognoscit de causa ciuiliter, possit reperto crimine circa contingentia causæ ex officio suo extra ordinem punire, sed,vt dixi, ista parificatio non procedit ratione de qua supra. Præterea sequeretur, quòd duo specialia concurrerent circa idem, contra lege prima & ibi not.C.de dotis promissione, quod ita probatur.quia cum de iure nemo sine accusatore debeat,puniri,vt in lege rescrip. § si quis.ff.de mune.& hono.c.j.vt eccle. benefi.si iudex ex probationibus factis in ciuili puniret criminaliter, sequeretur quòd dictæ probatio. haberentur loco accusatoris,& loco probationum, & sic concurrerent duæ fictiones seu specialitates,cum nemo possit fungi loco accusatoris, & loco testis, vt in cap. nullus.iiij.q.iiij.domini.pro vera intelligentia sic distinguendum fore arbitror Aut loquimur de iudice causarum ciuilium tantum,aut criminalium tantum, aut criminalium & ciuilium insimul. Primo casu dico quòd iudex ciuilium causarum non poterit criminaliter punire quia ad hoc, vt quis possit de maleficijs cognoscere & punire, requiritur quòd habeat merum imperium.l.imperium.& l.cauere.ff.de iurisd.omn. iud.cum ibi plene not. & l.j.ff.de offic.eius cui man. est iurisd. de quo late per Angel.supra in gloss.in verbo,per iudicem maleficiorum. sed debet illum delinquentem remittere ad iudicem competentem, per text. not. in l.quicunque.C. de ser. fugi.ibi,compe.iudic.&cęt. vbi hoc tenent Rapha. & Guido papæ. vbi Salicet.hanc tenens allegat text. quem dicit fore notabilem & menti tenendum.in l.fina. de in ius vocan.ff. & pro hoc facit doct. Bart. idem volentis in lege diuus Pius.ff.ad leg.Cor.de fal.quem sequitur Aret. in rubr.de iudi.extra. colum.iiij. in fin. de qua doctri. videbitis latius infra in gloss.super verbo, falsatio.in verbo, quæro,testis dixit falsum coram iudice &cætera.

Secundo casu quando est iudex maleficiorum tantum,dico quòd talis iudex non competens in causæ ciuili principaliter intentata, vt l.solemus.§.latrunculator.ff.de iudi.& ibi docto. sed bene quando cognoscit de ciuili incidenter, & de tali ciuili,quæ descendit ex eodem facto, de quo criminaliter cognoscit, vt lege interdum.§.qui furem.ff.de furtis. & in dicto.§. si dicantur. & vult Bartol. & communiter Docto. in dicto. §. qui furem.cum concordan. de quibus supra & tunc non cadit dubitatio, cum iam de ipso delicto cognoscit & punit, sed dubium est, quando de causa ciuili cognoscat principaliter propter absentiam iudicis causarum ciuilium, quod potest, secundum Angel. in repetitio. l.si vacantia.de bonis vacanti.libro x.vel quando agitur condictione furtiua, quia tunc debet intentari coram iudice maleficiorum, secundum Bald.in leg.si pro fure. §.fina. ff. de cōdic.furti.quem sequitur Cataldi. in tractatu de syndi.quæst.cxcviij.qui tamen male intellexit Baldum vult, quòd generaliter quando agitur de maleficio ciuiliter, debeat agi coram iudice maleficiorum, & non coram alio, quia Bal.tantum loquitur quando agitur condictione furtiua.nam disputando Bald.an condictio furtiua nascatur ex delicto vel quasi,vel ex contractu vel quasi, dicit secundum Dynum, quòd quantum ad natiuitatem, est ex maleficio, quantum ad effectum, est anomala, vnde ex hoc infert, quod si deputatus sit vnus iudex super maleficijs, & alius super alijs causis, si agatur cōdictione furtiua,quòd agi debet coram iudice maleficiorum. & hoc, quia quantum ad natiuitatem, oritur ex maleficio, vt in l.si ambo.§.quoties.ff.de compēsa.& his duobus casibus, an iudex reperto delinquente culpabili, poterit cum criminaliter punire,dic vt in sequenti membro. Tertio casu, quando est iudex ciuilium & criminalium, & sic habens merum & mixtum imperium, & hic cadit hæc.quæstio.si actum sit ciuiliter de crimine,an eo comperto possit ex officio suo criminaliter delinquētem punire, & in hoc distingue, aut finita causa ciuili vult nouum inchoare processum,aut non. Primo casu subdistingue, aut vult punire cum vigore probationum seu actorum causę ciuilis,aut vigore confessionis in ea habitæ. Primo casu dico,quòd licet verum sit,quod talis iudex possit procedere ex officio ad criminalem sine alio accusarore, vt voluit Bald.Salicet. & Guido.papæ, ita intelligendo tex. ibi in d l. quòd euitādi.& hoc quia incitatus fuit ex priori processu & sententia,vt in l.j.§.si publico. ff.de adult.non tamen poterit cum punire vigore talium probationum & actorum, quia probationes in causa ciuili factæ, non plene probant in criminalibus,in quibus luce clariores requiruntur probationes,vt in l.sciant cuncti.de probatio. C.vbi Paul.de Cast.plura ponit exempla.tum etiam,quia iudex debet videre qua voce, qua trepidatione testes deponunt,vt in l.de minore.§.tormenta.ff.de quęstio. & in authen, apud eloquentissimum. in fi.C.

fi.C.de fide instru.& hoc maxime,cum consuetudo admittat examinationem testium per tabellionem in ciuilibus,quod non facit in criminalibus, est tamen bene verum , quod dictæ probationes facerent aliqualem probationem & adminicularentur. vt in l.c.v. cum ibi not.ff.de adult. & per Barto. in l.i.§.i.ff. vi bono.rapto.& quod tales probations in causa criminali non faciant plenam fidem , tenet gloss.in verbo , destinatus. & ibi docto. vbi not.Salic.in l.si quis ad se fundum.C.ad l.Iul. de vi.Abb.& do docto. in c.i. de iudi.& in c. per inquisitionem.de elect. doct. in in c.j de excep.vbi late Fely. Abb.& Mod.in c.qualiter & quando. de accusa. vbi Felyn. plures dat concor.& hanc communem opi. late prosequitur per concor. Alex. post alios, in l.ii.C. de eden.vbi Albe.notabiliter loquutus est in hac materia.Et aduerte ne te faciat dubitare dictum Inn. in c. qualiter. de accu. vbi voluit,quod cõuictus de crimine ciuiliter,ꝙ potest per ipsum superiorem priuari beneficiis vigore sententiæ primæ,in alia temen instantia,cum quo dicto communiter ibi pertranseunt doct.quia idemmet Inno.tenuit contra rium in d.c.per inquisitionem. & eum reprobat Abb. in d.c. qualiter. quem sequitur ibi Felyn.& in veritate magis communis opin. doct. est illa quã supra dixi, videlicet , ꝙ nec probationes factæ in causa ciuiliter intentata super crimine, nec ipsa sententia faciant plenã probationẽ in causa criminali, nec ita firmant oẽs doct.vbi supra cũ plu.concor. per eos tradi. Secundo casu scilicet quãdo ex confessione facta in causa ciuili constat de crimine , & tũc dico,ꝙ sic,secundum Inno.in c.per inquisitionẽ.extra de elect.vbi late doct.& Abb.& Moder.in c.at si clerici.de iudi. & in c.ij. de confes.Bal.in l.ij.C.de eden.per l. locũ.§. si quis. ff.de tabu.exhib.q. tamẽ tex. videri meo hoc non probat,licet bene probet, ꝙ acta facta in ciuili probant in criminali. & ad hoc illũ not. Old.Iac.de Aret.& Bart. vbi Alber. de rosa. declarat, ꝙ faciunt aliqualem probationem, non tamen ꝙ plene, & ita idemmet Alber.declarat illum tex.in d.l.ij.de eden. prout etiam dicit glo.in d.l. si quis ad se fundum. tenent doct.in c.j.de excep.vbi late Fely. & Moder. Abb.& doc.in locis supra alleg. Alex.late post alios in d.l.ij. de eden. vbi ponit plures concor.hanc tamen conclu. limitabitis secundum doc. vt supra,multis modis,& primo intelligetis eam in confessione principalis, & non procu.per l.generaliter.C.de non nu.pec.Secundo in confessione vera & non ficta, per l.iij. de fide instru.& l.iij.§.diuus. ff. de iure fisci. alias aũt limitatio,videatis per Fely.in d.c.qualiter & quãdo.& in d.c.j.de excep.& Alex.in d.l.ij.de eden. vbi melius omnibus posuit do. Riminal.col pe.& fi.sed aduertendũ est domini,ꝙ licet multi pertranseant cum opi Innoc. de qua in d.c.per inquisitionẽ,non aliter considerantes,tamẽ glo.in c.ex pœnitentibus 50.distin.videtur sentire contra.& idem tenet expresse Marianus Soci.consi.viij.incip.visis & diligenter col.iij.in medio. vbi refert idem tenere.Ioan.And.in c.cum contingat.de off. de lega.& idem ẽt tenet magnus practicus in criminalibus do.Vitalinus in tract.malefi.in rub. de confessione.in fin. & pro hac sententia faciunt not,per Bar.in l.si confessus.ff. de custo. & exhib.reor.& Ioan.de Anania,in d.c.qualiter & quando.qui allegat Ant.de But.idem tenere, per text.in c.olim.de rescrip. vbi Anto. dixit dictum Inno.in d c.per inquisitio. debere non procedere, quando confessio facta fuit in causa ciuiliter intentata super crimine, & ideo Abbas in c.qualiter & quando. de accu. in fin.dicit concludendo, ꝙ sola confessio nõ sufficiat ad condemnationem, sed quod possit reus compelli vt perseueret in confessione sua,vel vt det intellectum confessioni suæ, & quod ita intelligatur dictum Inno. in d.c. per inquisitionem.cum orta sit suspicio non leuis contra illum ex illa confessione , arg. l. capite quinto.ff.de adult.& hæc opi.humanior & verior videtur. Secundo casu principali, quãdo scilicet non inchoato alio processu vult iudex in eadem instantia ciuili punire criminaliter,prout hic simpliciter dixit do. Angel. & hoc casu dicatis iudicem non posse eum punire,quia iura hic alleg. hoc non probant. Imo Bart.vt supra dixi, voluit secundum primum intellectum, quòd d. ll. intelligerentur quando ex alio iudicio de nouo intentato iudex procedit ad criminalem,quia in d.iuribus non apparet an eodem iudicio,an vero diuerso, & hunc intellectum sequuti sunt in d. l. quod euitandi. Bald.Sali. & Guido papæ.& pro hac opi. est text.secundum vnum intellectum in c.ij.de confessis.& dictum Innoc. quod supra retuli in d.cap.per inquisitionem. de electio . quod ibi,& in cap.j.de iudicijs.& in c.j.de excep.& in c. cum dilectus.de ordi. cogni. & in cap. qualiter & quando. de accusa. communiter approbant doct. dicentes iudicem , nec ex probationibus sententia, nec etiam confessione non posse procedere ad criminalem,

lem, nisi nouo inchoato processu: hoc est vel per inquisitionẽ ex suo offi. ꝙ per l.capite quinto. vel accusatione de nouo intentata à patre: vt vult gl. à minime reprobata. in l.i. de concussio. quam approbat Albe. in d.l.ii. de edendo. C. quæ tenet. Reliqua aũt circa materiam vide in locis supra alleg.

AD LECTOREM.

Charissime lector, iste domi. Hieronymus infirmitate superueniente vltra non processit: quapropter nos necessitate coacti, finem operi imposuimus.

SVMMARIVM.

1 *Denunciare quid sit.*



NEC NON ad denunciationem Ioannis Ambrosii ministralis capellæ. S. Petronii.] Hic tractatur materia denunciationis. Et dico, ꝙ iudex non debet credere, quod ista forma hic in isto processu sit forma communis, videlicet quia quandoq; iudex format inquisitionẽ ex mero officio, aliquãdo solummodo ad denunciationem officialis. sed per raro istis tribus modis formatur inquisitio: & ideo ista tria simul cumulaui, vt commodius possem separatim tractare de accusatione, inquisitione, & denunciatio
1 ne. †Primo igitur quærendum est quid sit denunciare. Et dico, ꝙ Sali. in l. ea quidẽ. C. de accusa. reiectis aliis diffinitionibus. dicit,
a ꝙ denunciare a est crimen alicuius deferre apud competentem iudicem sine inscriptione legitima ad pœnam peragendam, vel aliam legitimã pœnam subeundã, & ista diffinitio declarationẽ recepit ex sequẽtib.

ADDITIO.

a Denunciare. Adde quomodo cognoscatur denũciatio iudicialis, vide Cal. in cõs. iiij. in ti. de ac. Ber.

AVGVSTI. Tu autẽ in hac materia adde, ꝙ Gãd. in opere suo maleficiorũ, sub rubrica, quomodo de maleficiis cognoscatur per denunciationem. in prin. dicit, qđ denũciare nihil aliud est, q̃ deferre aliquem reũ criminis allegat. l. ea quidem. C. de accusa. & l. ab accusatione. §. denunciatores. ff. ad Turp. & idem dicit Guido de Suza. in tractatu maleficiorum, sub rubrica de denunciatoribus. Adde etiam ꝙ Specu. in titu. de denuncia. §. i. ponit diffinitionem denunciationis aliter. Sed ibi intellige dicta Specul. in denuntiatione euangelica. licet postea Specul. dum allegauit ibi tex. in d.l. ab accusatione. §. denunciatores. voluerit diffinire denunciationem de qua supra.

2 *Denũciationis plures sunt species, quia quadã euangelica, quædam criminalis, quædam regularis, & quædam iudiciaria.*
3 *Quis potest denunciatores constituere.*

2 ANGEL. †Sed quæro, quot sunt species denũciationis? & dico, ꝙ plures sunt species denunciationis: alia euangelica, alia canonica alia regularis, alia iudiciaria: vt dicit Sali. in d. loco. & Bar. in extrauaganti, ad reprimendũ, in verbo, ꝑ denunciationẽ: & ꝑ canonistas in c. nouit. extra de iudiciis. Tamẽ hic solũ tractatur denunciatione iudiciaria. Et primo tractabitur de causa efficienti, videlicet quis posset istos denunciatores constituere. Secundo tractabitur de causa materiali, qui possunt denunciatores constitui.
3 †Tertio aliqua dubia mouebũtur in materia. Primo igitur querendũ est de causa efficienti, quis potest tales denunciatores constituere. respondetur secundum Bart. in l. diuus. ff. de custo. & exhib. reorũ, videlicet, ꝙ quilibet iudex, vel vniuersitas, quæ habet
a merũ & mixtum imperium a vt l.i. §. q ex. ff. de offi. præf. vr. & l. diuus. ff. de custo. re. vnde iudex paruus q habet tantũ iurisdict. vel iudex delegatus, non potest tales officiales denunciatores creare: vt in dictis iuribus. facit. l.i. C. de decurionibus. lib. x. & l. i. §. denunciatores. ff. ad Turpil. bene affirmat Salic. in d.l. ea quidem. in princ.

ADDITIO.

a Imperium. Adde, & dic vt per Paul. de Cast. in consi. ccxxxij. in ij. impressis. Ber.

AVGVSTI. Adde tamen, ꝙ ista conclusio videtur falsa: q a imo videtur, quòd quilibet admittatur ad denunciandum crimina, dũmodo sit bonæ famæ, & bono zelo se moueat. de hoc est casus in c qualiter & qñ. extra de accu: quinimo videtur casus in d.l. ea quidem. C. de accu. in ver. ibi, publicũ officiũ: vbi Ang. ibi exponit, id est officiales deputatos à publico: per quẽ tex. ibi dicit

dicit Ang. ꝙ alii non deputati à publico, nõ admittuntur ad denunciandũ maleficia: q̃a non reperitur lege cautum. Sed aduerte, q̃a per prædicta nõ recedo ab opi. Bar. non ob. c. qualiter & quando. quia ille tex. loquitur in denunciatione, quæ fit ad iniungendam pœnitentiã. Et de hac non loquitur q̃ denũciatio fieri nõ potest, nisi p̃cedente monitione, vt ibi habet̃ in tex. vnde ille talis denũciatur non opus est, ꝙ constituatur ab alio iudice vel vniuersitate: sed quilibet admittitur ad denunciandũ, vt supra dixi. Et sic dixit. Ang. in d. l. ea quidem. in princ. nõ ob. tex. in d. l. ea quidem. quia intelligo illũ tex. ꝙ satis deputat⁹ est officialis à publico, si est deputatus vel ab vniuersitate, vel à iudice.

4 *Denunciator quis possit constitui.*

4 ANGEL. †Secundo principaliter quæritur de ratione subiecti vel materiæ, q̃s possit constitui denunciator. Bart. in d. l. diuus. in versic. sed quæro qui p̃nt cõstitui. dicit, ꝙ omnis qui admittitur ad accusandum, admittitur ad denunciandũ: & omnis q̃ prohibetur accusare. iuxta. l. qui accusare, cum l. sequenti. ff. de accus. prohibetur denunciare: vt c. cũ omni. extra de accu. ita dicit Sali. in d. l. ea quidem. ver. tertio ratione materiæ. ex quo no. q̃d cũ per l. q. accusare. & l. seq̃ẽ ff. de acc. prohibeãtur infames accu. q̃d etiã infamis prohibetur denũciare. Sed dicit do. Ang. q̃d credit cõtrarium & ita cõmuniter obseruatur. nam isti denũciatores constituuntur & sunt officiales viles & minimi, & nuncii, sed nuncius etiam infamis potest cõstitui. l. i. C. de infa. lib. x. ergo &c. Præterea dico, denunciatori seu officiali nõ creditur, nisi probetur postea crimẽ per eũ denunciatum. Sed solum facit ꝙ iudex inquirit, vt d. l. ea quidem. ergo &c. Præterea deputatio & mandatum iudicis constituentis istum infamem ꝓ denunciatore, ipsum habilitat: vt l. furti. §. si quis iussu. & ibi not. ff. de infa. Et maxime cum vt plurimũ fiũt tales etiam inuiti eliguntur ad tale officiũ. vnde ego sic distinguerem: aliquis denũciat

b motu proprio,[b] & tunc verũ si dictum Bar. q̃a eadẽ est rõ in denunciãte, sicut in accusatore, aut denũciat virtute sui officii, q̃a fuit deputatus à iudice, vel forte inuitus: & tũc ĩfamis põt esse denũciator & ex necessitate officii hoc facit, igit̃ nõ põt repelli vt infamis, sicut dicimus ĩ nũcio, vt dictũ est supra.

b *Motu proprio. Adde & tu vide pro opini. Bart. Petr. de Ancha. in consil. ccccxvij. Ber.*

AVGVSTI. Tu autẽ in hac materia adde, & dic ꝙ videtur ꝙ do. Ang. rectius lo-

c quatur cõtra Bar.[c] inquantũ dixit, ꝙ infamis admittitur etiã ad denũciandũ. ꝓ qua cõclusione allego decisionẽ ĩ terminis quã ipse ignorauit. nam gl. in terminis in c. si peccauerit. ii. q. i. gl. magna, tetigit istã difficultatẽ, & arguit ad partes & tandem concludit infamem posse denunciare, licet nõ possit accusare, & licet gl. ii. q. viii. in summa in gl. magna, videatur tenere, ꝙ infames repellantur ad denunciãdum, tñ dum gl. in hac materia remittit se ad no. per ipsum. in d. c. si peccauerit videtur velle, ꝙ infames admittantur ad denunciandum, sed contrariã gl. allego in c. præterea. extra de testi. cogẽ. vbi ponderat ibi esse casum, ꝙ infamis non admittatur ad denunciandum, & maxime secundum do. Ant. de But. cum denũciator habeat aliquid de publico, & ibi gl. pro hac parte allegat bonũ tex. ĩ c. cũ dilectus. extra de accu. & tex. ĩ c. ĩ tua extra despõ. & vide Spec. in tit. de denũc. in §. q̃s denũciare possit. in ver. sed nũquid infamis, qui late disputat istã materiã pro & cõtra, & ibi tñ vr̃ cõcludere, ꝙ si quis cogeret̃ denunciare, infamis admitteretur ad denunciandum alias secus. Ego vero indistincte approbo dicta Bart. ꝙ ille qui non potest accusare, non potest denunciare, & ideo infamis non potest accusare, ergo non potest denunciare ꝓ superius allegata. Et ideo recte dixerunt domi. Ant. de But. & Imo. in dicto. c. in omni. q̃d iura quę dicũtur infames admitti ad denunciandum, loquuntur de denunciatione euangelica: secus in denunciatione iudiciali, quia infamis repellitur. ibi tamen limitat

d domi. Ant. de But.[d] istam materiam, nisi in ista iudiciali denunciatione accusatus esset diffamatus ab aliis personis, quia tunc infamis denunciator admitteretur, & istam partem credo verã, non ob. q̃d infames admittunt̃ ĩ nũcios, q̃a illa l. i. C. d̃ infami. hoc nõ dicit. sed casu q̃d hoc verũ esset, nos loquimur ĩ denũciatoribus denũciãtibus maleficia, & vbi agit̃ d̃ vita hominis, ergo cautius agẽdũ est arg. l. sciãt C. de ꝓba. c. vbi periculum. extra de elec. lib. vi. imo pertineret ad officium iudicis repellere hos infames. l. quos prohibet. ff. de postu.

c Loquatur contra Bar. Adde tu in proposito. & vide Petr. de Ancha. in consi. ccccxvij. vbi tenet, ꝙ infamis non potest esse denunciator quando statutum dicere ꝙ stetur dicto denunciatoris.

d Do. Ant. de Butr. Adde quod contra hanc limita. facit quod voluit Rom. in consi. ccxliiij. vbi ꝙ in notorijs. accusator non admittatur iusta exceptione puta inimicitiæ. Ber.

5 *Denunciatores tenentur iurare in principio officij sui, quod bene & legaliter exercebunt officium suum.*

5 Ange. † Et aduerte, quòd isti denunciatores tenentur iurare in prin. officij sui, quod bene & legaliter exercebunt officium suum ita dicit Ang. in l. si vacantia. C. de bon. vacan. in prin. sicut nuncij tenentur etiam iurare l. comparationes. C. de fide instrumen.

Augusti. Tu autem adde Gandi. in tract. malefi. sub rub. qualiter cognoscatur de maleficijs per denunciationē. in fi. ij. col. qui idem voluit, ꝙ isti denunciatores teneantur suscipere istud iuramentum, ꝙ fideliter & legaliter exercebunt officium suum. Idem dixit Spec. in tit. de accusa. §. j. in ver. pen. in iij. parte. & hoc iuramentum est maxime efficaciæ, vt declarat ibi Gandi.

6 *Denunciatores ad quem finem & effectum constituantur.*

6 Ange. † Tertio quæro ratione finis & effectus ad quē finē & effectū isti denunciatores constituantur? Respondeo secundū Sali. in d. l. ea quidē. in ver. iij. ratione finis, vt eorū denunciationibus mediātibus puniantur delicta, & per consequens prouincia remaneat purgata, vt l. congruit. ff. de offic. præsi. nam facta denunciatione per syndicum villæ, iudex duobus modis potest procedere, secundum quod dicit Bart. in dicta l. diuus. in versi. vlterius quæro quid sit. videlicet, vno modo super denunciatione simpliciter procedendo, & isto casu possunt opponi omnes exceptiones, quæ possunt opponi contra accusatorem, vtputa, talis non est, nec esse potest legitimus denunciator, arg. l. qui accusare. ff. de accus. Item potest procedere iudex per inquisitionem quā facit propter denunciationē, tūc illæ exceptiones secundū Bar. ibi, cessabunt in personam illius denunciatoris & allegat tex. in c. licet Hely. extra de simonia. Sed inquantum Bar. dicit, quando simpliciter iudex super denunciatione procedit, ꝙ potest opponi exceptio sicut contra accusatorem, nō credo verum, quoniā iste denunciator eligitur ex publico, & vi tute & ex necessitate officij dicitur habilis, vnde dictum Bart. puto verum, quando non est ad illud officium deputatus, sed motu proprio denunciat. pro hoc facit ꝙ not. Sali. in d. l. ea quidem. versi. vij. quæro.

Augusti. Tu aūt in hac materia adde, ꝙ Gand. in tract. malefi. sub rub. qūo de malefi. cognoscatur per denuncia. & Spec. in tit. de accusato. in iij. par. §. j. ver. pen. aliter loquuntur, dū tractāt istā materiā, quis sit finis & effectus istorū denunciatorū, & in specie declarāt finē istorum denunciantium. Nam dicunt, ꝙ quādoque nocturni custodes iurati ponūtur, vt quoscunque sub noctis silentio transeuntes capiant, & denuncient puniendos, quandoquē et ponuntur custodes ad custodiam alicuius passus, vt quoscunque inuenerint cum rebus vetitis transeuntes capiant, similiter denūciēt & præsentent, nonnunquam etiam ponuntur custodes ad agrorum custodiam, vt fructuum depopulatores eodem modo denuncient & præsentent, & similiter quadrupedes in prædijs damnum dantes. Et hi denunciatores nō tenētur accusare, nec iurare de calumnia. Sed solum faciunt denunciationem, quibus creditur propter officium sibi commissum, & hoc secundum diuersas consuetudines locorum. et sic facta tali denūciatione, ipsis creditur, & hoc propter iuramentum ꝙ iurauerunt à prin. sui officij, ꝙ legaliter & fideliter exercebunt illud, adeo ꝙ nisi denunciatus probauerit suā innocentiam, condemnabitur ex tali denunciatione, quæ quo ad hoc fidem & probationē facit, & ita de consuetudine obseruatur. hæc Gandi. & Spec. in loco supra allegato. ex quibus habes, ꝙ officium denunciatoris quandoque solum non est in denunciando, sed etiam in capiendo. Item effectus denunciationis est quòd sine alia inquisitione sequitur condemnatio. nihilominus nō recedo a doctrina Bar. quia etiam propter illam denunciationem iudex poterit formare inquisitionem suam. an autem tali denunciatori credatur, infra dicetur in materia. Et an exceptiones possint opponi, ego teneo cum Bart. & quòd d. Angel. hic male dicat per ea quæ supra dixi in proxima. q. præcedenti, & secundum do. Ang. sequeretur ꝙ licet denunciator sit deputatus de publico, & denunciaret me occidisse Titium, & esset inimicus meus, ꝙ ego non possem opponere denunciatorem inimicum meum esse, contra no. in c. cum oporteat. & in c. qualiter & quando. extra de accus.

Denunciator

7 *Denunciator an teneatur denũciare omnia maleficia et impunita de iure, consuetudine, uel statuto, ut quia pater occidit adulterum.*

7 ANGE. † Quæro an iste denunciare omnia maleficia, etiam impunita de iure, consuetudine, vel statuto, vt quia pater occidit adulterum, vt in l. nec in ea. ff. de adult. dic ꝙ sic quoniam cognitio iuris, vtrum tale delictum sit punibile vel non, nõ spectat ad eum, sed ad iudicem l. fin. §. diuus. & ibi hoc not. Bart. ff. de publi. & ibi Imol. & Bartol. in l. si quis in graui. § maritus. ff. ad Syllan. & dicta l. diuus. in versic. vlterius quæro. & in l. j. §. qui denunciationem. in pen. quæstio. ff. ad Turpil. & Sali. in dicta l. ea quidem. in princ. in versicu. quarto quæro circa ipsius constituti. licet secundum Rom. in contrarium posset argui, ex no. per Bald. in d. l. decuriones. C. de infami. quia licet maleficium non puniatur, tamen maleficium est, vt l. si vxori. ff. de fur. & l. respiciendum. §. facta. ff. de pœnis. sed Roman. in d. §. maritus. tenet opin. Bart. pro quo allegat tex. & ibi Bal. in l. j. & ij. C. vt nemo priuatus, sed vide quæ dicam infra in ista glo. in versi. quæro, vtrum maleficium commissum per Titium casu fortuito, &c.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia adde, ꝙ cõtra istam communem sententiã alleg. bo. tex. in l. si seruus. C. de his qui ad eccl. confu. & ibi Bar. dicit, ꝙ si delictum est commissum in casu permisso à lege, quia occidi Titium ad mei defensionem, ꝙ ista accusatio non debet recipi. pro hac parte allego etiam doctrinam Bartol. per illum tex. in l. cum quidam. §. fin. ff. de acquiren. hæredi. & in l. fina. qui dicit, ꝙ stante statuto, ꝙ fama præcedente syndicus teneatur denunciare omnia maleficia, ꝙ si fama præcedit, quòd syndicus ipse commisit delictum quod isto casu syndicus non denunciando non incidit in pœnam. nihilominus allego Pet. de Anch. in proprijs terminis tetigisse istam difficultatem in clemẽ. præsenti, extra de censi. vbi facit mentionem de illa doctrina Bart. in dicta l. fina. §. diuus. & tandem arguit pro & contra, & approbat illam doctrinam Bart. ꝙ imo syndicus tale maleficium tenetur denunciare, & ista opin. mihi placet. Limito tamen communem opinionem, nisi notorium esset illum occisum fuisse bãnitum, quia tunc maleficium non tenetur denunciare. Item communem opinionem limitat Angel. in l. ne quis vela. C. vt nemo priua. titulos prędijs suis imponat.

8 *Denunciator, an quemlibet delinquentem denunciare teneatur.*

8 ANGE. † Quæro, an quemlibet delinquentem denunciare teneatur. Bar. in d. l. diuus. in ver. quæro vtrum iste denũciator. dicit, ꝙ nõ, sed solum quos accusare posset, vt l. iniquum. & l. pen. & fi. C. qui accus. non pos. sed Sali. in d. l. ea quidẽ. in ver. quæro an quemlibet delinquentem. in contrarium allegat necessitatem publici officij. facit l. quæsitum. ff. de in ius vocan. sed respondet, ꝙ ibi loquitur in tutore, non tamen in accusatione, quam nec tutorio nomine gerere potest. C. si tutor non gesser. l. j. sed quia officium istius est principaliter deputatum ad maleficia denuncianda, ideo videtur, ꝙ apud eum sint partes iudicis. hinc est, ꝙ Romulus fecit mori fratrem, qui transcendit mures, quasi violata le. l. fi. ff. de re diuisio. & desertorem militiæ filium, pater defert & denunciat. l. milites. ff. de re milita. & tutor nomine pupilli contra patronum implorat officium iudicis, & suspectum iudicem denũciat, vt d. l. j. si tutor non gesserit. Item quia non facit, vt ipse sed tanquam alius, vt C. de administra. tut. l. cum quidam. & hoc credo verum. facit. l. minime. ff. de relig. & sumpt. fune.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia adde, ꝙ veritas istius difficultatis dependet ab illa q. quæ fuit disputata supra in hac glo. in ij. q. principali. vbi Bart. voluit, ꝙ omnis qui admittitur ad accusandum, admittatur etiam ad denunciandum, alias secus, quæ conclusio an vera sit vel falsa, dic vt ibi.

9 *Denunciator an excusetur à denunciando, si ignorat nomen illius qui maleficiũ cõmisit.*

10 *Syndici qui uolunt se excusare super ignorantia, debent probare de diligenti sua inquisitione.*

9 ANGE. † Quæro, an excusetur ex eo quia ignorauit nomen illius qui maleficium commisit. Bartol. in dicta l. diuus. in versic. vlterius circa legem nostram. dicit, quòd sic. per l. si ideo. C. de his quibus vt indig. sed Bald. in l. duobus. §. fina. ff. de iureiuran. dicit, quòd si ignoratur, quis licet sciatur quòd maleficium sit commissum, puta in multitudine hominum est commissum maleficium, & ignoratur quis commiserit, vel de nocte est commissum, & syndicus fecit priuatam inquisitionem, vel in domo, vel in villa, ꝙ excusatur

cusatur.per l.si cum exceptione.§.in hac.ff. ꝙ met.cau.sed Sal.in d.l.ea quidem.in ver. sexto quæro,an excusetur.dicit,ꝙ pōderāda sunt verba statuti loquentis de his denunciatoribus,quia aut sint scripta in rem, aut personā,aut vtroque modo, si in rē,vt puta syndici villarū teneatur denunciare omnia maleficia in villis eorum commissa, & tunc licet ignoret à quo ipsum maleficiū sit cōmissum,tñ ipsum maleficiū denūciare debet.si vero loquitur in personā, puta qđ denunciet syndicus oēs qui maleficia commiserint,tūc si ignoraret malefactorē, non tenetur denūciare maleficiū qa denūciatio maleficii,tunc in cōsequentiā venit ad denunciationē personæ maleficiū cōmittētis. Et ad hoc bene facit.d.l.si ideo.Si vero vtroque modo sint scripta vt denūciēnt omnia maleficia in eorū villis commissa,& omnes personas q̄ illa cōmiserint,& tūc licet malefactor ignoretur,nō excusatur syndicus ad denūciationem maleficii. sicut dicimus in simili de pceptis factis ab arbitro.l.celsus.§.i.ff.de arbi. Sed aduertas, quia iusta causa
a ignorātię aad excusandū syndicū est,si maleficium sit clam & occulte de nocte cōmissum,vel in loco in quo homines de raro vadunt.l.i.§.occisorū.& ibi omnino vide Bar. ff.ad Silla.& in l.semper.§.super hoc interdicto.ff.ꝙ vi aut clā & ibi Bar. & in l.auus. & ibi Bar.ff.de calū.& Bar. in d.l. diuus in vers.sed quid si nō denunciauit intra tēpus. facit ꝙ no.Bar.in l.fi.ff.si q̄s testa.liber esse iuſ.fue. & quod not.Bald.in l.id quod pauperibus.C.de episcop.& cleri.in l.si quis nō dicam rapere.C.de sacrosanctis ecclesi.

ADDITIO.

a ¶Iusta causa ignorantię. Adde tu quod tēpus non currit syndico nisi a die scientiæ.ita Ro.in cōsil. ccxviij.& ꝙ non teneatur denunciare maleficia facta clam.Adde eundem Roma.in consi.vij.& Alexan.in consi.xxiiij.in ij.vol.& vide ad hoc late per Bar.in cōsi.suo inci.clarissime d. Ber.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia adde,qđ nemini dubium,quod ignorantia excusat syndicum,qui tenetur denunciare. ita voluit Ang.ꝑ illū tex.in l.si cum exceptione.§.in hac actione, in i. colū.ff. ꝙ met. caus.& ibi ponit etiam exemplum,quando maleficium de nocte fuit commissum , vel in multitudine,& ignoratur quis cōmiserit. & ꝙ ignorātia excuset,voluit Ang.ꝑ illum tex.in l.semper.§.hoc interdictū.ff.ꝙ vi aut clā.& est bonus tex in l.i.C. de fals.mone. & ibi Bal.pōderās illū tex.ibi tñ dicit, quod licet ignoret à principio,si tñ postea superuenit scientia,tenet̄ syndicus denūciare ad idē est bonus tex.& ibi Bal.in l.cū ancillis. C.de incest.nup.vbi per illū tex. idem dicit Bal.ꝙ ignorātia excusat syndicum, tamen si superuenit scientia,tenetur postea denunciare,per illum tex.& ibi disputat, quid si finito officio postea superuenit scientia? & de hoc infra etiam dicetur.& in tm̄ ignorātia excusat syndicum,ꝙ si statuto cauetur, ꝙ syndici teneantur denunciare maleficia, nec apponitur quando,semper intelligitur à tempore scientiæ, nec intelligas statim à tempore scientiæ syndici hoc est cum præcipiti festinantia,sed perquisita veritate. ita voluit Bal.in d.l.cum ancillis.in argu.allegat bonum tex.in l.ii.§.cōfestim.ff.ad Ter-
10 tul.† Tene tñ menti in hac materia vnum singulare verbum,ꝙ syndici qui volunt se excusare super ignorantia nunquam erunt excusati,nisi probent de diligēti inquisitione eorum.aurea est doctrina Bal.ꝑ bonas rationes in l.i.C.ad mac.quam doctrinam semper teneas mēti, quia alias regulariter ignorantia præsumitur, vt ibi notat̄. Ade tñ ꝙ do.Ant.de But.in c.ab excōicato. extra de rescrip.faciens mentionem de do. Bar.dixit ꝙ licet scientia p̄sumatur in syndico cōmisso delicto, tñ eoipso qđ probat se inuestigasse malefactores,& iurat etiam se non potuisse inuenire,hoc modo probatur ignorantia.dic vt ibi per eum. In hac materia vide pulchrum consilium Pau.de Castr.consil.ccxxvi. de quadam muliere, quæ fuit impregnata,an tale delictum debeat denunciari postquam peperit,& an tale tempus sit continuum.vel vtile,& currat ignoranti. & vide Alber.de Rosa.in iii. parte statutorum q.lxxx.qui ponit, an isti teneantur denunciare furta nocturna & similia,vel si maritus de nocte occidit vxorē.

11 *Syndicus si præuētus fuerit in denūciādo ab iniuriato,uel à iudice inquirēte, an puniatur.*

11 ANGEL. †Quid si fuit syndicus in denūciando ꝑuentus ab iniurato,vel à iudice inqrente, an puniat̄ syndicus.Rñdeo quod non

non, si nō potest ei negligētia imputari.l i. §.eleganter.ff.de lib.agno.& vide omnino Bar.in d.l.diuus.in vers.qd si talis denūciator.& Sal.in d.l.ea quidē.in ver.nec puemiētia accusatoris.de hac tamē materia latius dicet infra in ver.qd si debet syndicus denunciare.& ego ibi dicā,& vide Bar.in l.sororē.& ibi Bal.& Ang.C.de his qb.vt indi. AVGVSTI. Tu in hac materia adde Albe. de Rosa.in ii. parte statu.q.lxii. qui eleganter loquitur.

12 *Denuncians non debet se subscribere ad pœnam talionis.*

12 ANGEL. † Quæro,an denuncians debeat se subscribere ad pœnā talionis,dic ꝙ nō,vt est casus in d.l.ea quidē, nō ob.l. fin. eod.ti.qa loquit in accusatore, nos loquimur.ī denūciatore:ita dicit Bar.ī d.l.diuus. in vers. quęro vtrū ille q denūciat.& Sal.in d.l.ea quidem,in ver.quæro,an denunciās. AVGVSTI. Adde tu,ꝙ illud idem voluit Bal.in l.ea quidē.C.de accu.in vers.q̄ro vtrum ordo iuris sit seruandus super notorio. Et melius Ang. in d.l.ea quidē in fi.i.col.& dicit,ꝙ ita seruatur de consuetudine. Adde tamen,ꝙ licet syndicus nō teneatur se subscribere, tamen illa denuncia sua
b quam facit iudici,debet esse inscriptis. b Ita volunt doct.maxime Bal.in l.fi. C.de neg. gest.per bonas rationes.

b ¶In scriptis. Adde tu circa hoc vide Alexan.de Imo.in consi.lxxi.in iij.volu.B.

13 *Denunciari an debeāt solā maleficia notoria.*

13 ANGE. † Quæro,an maleficia notoria tm̄ possint denūciari? Cy.& alii doct.in l.ea quidē.C.de accu.dicunt, ꝙ illa notoria tm̄ possunt denūciari.se Sal.ibi. in vers. octauo q̄ro,q̄ delicta &c.tenet cōtrarium,ꝙ ēt non notoria debēt denunciari, dūmodo ꝓbari possint.l.i.§.quies.ff.de offi.p̄fe.vrb. & d.l. diuus.vel dic.dicit ipse, ꝙ maleficia debēt esse notoria:sed nō est necesse malefactorē hoc notorie fecisse,vel notoriū esse,ideo iudex inqrit an ꝑsona denūciata illud crimē fecerit necne,& sic concordat opiniones. AVGVSTI. Tu autē in hac materia adde, & dic ꝙ imo de iure ciuili nemo admittit ad denunciandū,nisi sit deputatus de publico,& opus est ꝙ crimē sit notorium.Et iste est casus in d.l. ea quidē. & ibi Bal.summat hoc modo illū tex.sed de iure can. quilibet bonę famę,motus bono zelo, admittit ad denūciādū,præcedēte primo admonitione charitatiua,ꝑ tex.in c.qualiter & quādo.el ii.extra de ac.Et ideo Ang.in d.l.ea quidē.ī prin.dixit,in foro ciuili seruabis leges,in foro cān.seruabis cānones.Et hoc est qđ voluit dicere Gād.in trac.maleficio.ī rub.qualiter ꝓcedat in maleficiis ꝑ viā denūciationis.& Spec.in ti.de denūciatione.§.i.in i. & ii.col.qui ponit de denunciatione iudiciali.

14 *Denunciatori an credatur,& sic an denunciatio habetur pro plena probatione.*

15 *Officiali,creditur & eius dicto statur, & si statuto hoc expresse dicatur, intelligitur donec denunciatus probauerit contrarium.*

16 *Denuntiatori an credatur donec propter contrarium,& contrarium probari potest etiam si statuto cauetur, quod eius dicto uel iuramento stari debeat.*

17 *Stante statuto quòd stetur dicto alicuius, potest probari contrarium.*

18 *Statuto dicente, quòd de damno dato stetur iuramento accusatoris usque ad quantitatem decem librarum licet accusator iurauerit, tamē iudex poterit taxare prout sibi uidebitur falsitatem uel calumniam continere.*

19 *Si inquisitor hæreticæ prauitatis aliquem de heresi condemnauit,et ad iudicem secularē remisit puniēdū, an requiratur nouus processus.*

14 ANGE. †Quęro,an denūciatori credat, & sic de effectu huius denūciationi an habeat ꝓ plena ꝓbatione.Barto.in l.diuus.in vers.q̄ro qs sit effectus denūciationis. concludit,qđ talis denūciatio ī delictis grauib⁹ nō facit plenā fidē.d.l.ea quidē.si vero delicta nō sunt grauia,Bar.distinguit,q̄a aliquādo ponit denūciator ad denūciandū illud, qđ inuenit vere,& illud,qđ ipse vidit exēplū mittit aliquis ad inuestigandū ludētes ꝑ ciuitatē,& tūc credit tali officiali referēti, vt d.§.quies.Si vero nō mittit ad referendum q̄ vidit, sed q̄ auditu percepit ex relatu aliorum,& tunc ei nō credit ad punien-
a dum,sed ad inquirendum, a vt d.l. diuus. sed de hoc latius per Bar.ī d.l diuus.in ver. sed quoniam dixi.sed fortius,nec etiam credit iudici,sicut dicimus,in inquisitione hæreticæ prauitatis,qui condemnatum de hęresi tradi puniendum iudci seculari, nam tunc iudex secularis non tenetur stare ꝓcessu

cessu inquisitoris: sed pōt de nouo crimen examinare, & nouum processum facere. in authen. de san. epis. in §. si vero crimen. ita dicunt Guil. & Bart. in d. l. diuus. sed Sali. in d. l. ea quidem, in prin. in versi. x. q̄ro dicit, caue tibi. qa d. §. si vero crimē. loquit̄ quādo episcopus remittit degradatū cōdēnādū nos vero loquimur ī iā cōdēnato, cuius executio mādatur iudici seculari. tñ non habet ipse cognoscere de viribus sententiæ: sicut nec in ciuilibus, cū vnus iudex alii rescribit, vt exequatur rescribentis sentētiā: vt C. de iudi. l. ꝓperandum. §. sinautē reus. & ꝓ hoc bene facit c. sup eo. de hære. lib. vi. vbi dicitur, quòd hæretici b deprehēsi per inquisitorē, sine vlla audientia relinquantur iudici seculari: & sic executor merus est iudex secularis: vt est casus ī c. inquisitionis tenor. de here. lib. vi. vbi dr̄, quòd sententiam inquisitoris, vel episcopi, iudex secularis debet sine mora contra ipsum de hæresi dānatum executioni mandare. Præterea caue, secundum Sali. ibi licet cognitio & condemnatio de hæresi olim spectaret ad iudicē secularem, vt l. cuncti. & l. quicunq;. C. de hæret. tñ secus est hodie de iure canonico, sed ad inquisitorem hæreticæ prauitatis, vel ad episcopum tantū. ita quòd non ad iudicē secularem, & ideo cessaret. §. si vero crimen. & ibi no. glo. & habet locum. §. ibi sequens: videlicet. §. si aūt ecclesiasticum. est aūt crimen hæresis ecclesiasticū tm̄: vt habetur in d. c. Et aduerte quòd inquātū supra dictum est, secundum Bar quòd credit̄ officiali qñ mittitur per ciuitatē ad videndum ludētes vel portantes arma: nā hæc doctrina venit limitāda per quandam aureā decisionem Iac. de But. in l. i. C. de re iudi. vt refert Sali. in d. l. ea q dē. in d. loco. & in d. versi. videli-
15 cet, quod † ei creditur & dicto eius statur, & si statuto hoc expresse dicatur, intelligit̄ donec denunciatus c probauerit contrariū. d. l. i. C. de re iud. Et in hac materia pulchre hoc no. Ang. & Imo. in l. qui bona. §. qui dāni. ff. de dam. infe. & ibi cōcludit Imo. ꝙ aut statutū vel lex dicit stari debere simplici dicto alicuius, aut stari debere sacramecto alicuius. Primo casu vr̄, quòd intelligat̄ stari debere in dubio, nisi aliud in cōtrarium ꝓbaretur, ēt si forte sit talis qui sit officialis, & iurauerit fideliter exercere officium, per no. p Ia. de Bu. in l. i. C. de re iud. Secundo casu principali aut lex vel statutū vult stare sacramento alicuius ꝓcedente cōtumacia alterius cum dolo, de qua constat, & tūc vr̄, quòd stari debeat iuro, nec cōtrarium ꝓbari possit, ꝑ ea q̄ habentur in auth. sed nouo iure. de ser. fugi. & l. si qñ. C. vñ vi. & c. fi. extra quòd met. cau. & hoc operat̄ delictū delinquentis de cuius delicto aliàs non constat aliter de delicto, & tunc aut lex dicit in subsidium stari debere sacramento, et nō potest probari cōtrarium statutum. §. i. de rescri. lib. vi. & in Spe. de offi. iudi. in fin. & ibi per Io. And. rō, quia iuramentum ēt succedit in locū alterius probationis, & non est dubium, ꝙ si alia probatio fieret, nō posset contrarium ꝓbari, aut lex vel statutum dicit simpliciter stari sacro: et tunc si sumus in spiritualibus, poterit iudex ex officio, nō obstāte sacramento: inquirere veritatē per supra dicta, aut nō in spiritualibus, & tunc si expresse nō disponat in casu quo q̄ritur, sed fit extensio per quandā similitudinem, tunc vr̄ posse ꝓbari cōtrariū, per no. Ioan. And. in c. 2. de iureiu. aut expresse disponit in casu quo q̄ritur, & tunc est dubium. Nā vr̄ quòd amplius non debeat agitari, ne ꝑiurium detegatur, vt l. nam & postea. §. i. ff. de iureiu. qđ tñ intellige vt supra dixi, aut aliter cōstet de malefi. aut nō, vt plene colligit̄ ex no. per Imo. in d. l. qui bona. §. qdā.

ADDITIONES.

a ℭSed inquirendum. Adde ꝙ Bart. in d. l. diuus. sequitur do. Alex. in consi. j. in iiii volu. Ber.

b Hæretici. Vide Augusti. infra in sua addi. in fin. & quæ ibi ponit Hiero. Chu.

a Sed Bal.[a] in quodā suo consil. quod incipit, Cum appareat Petrus &c. dicit, ꝙ talis recognitio est de cautela: non autem de necessitate. Sed ego dico, quòd imo est de necessitate per rōnes Bal. in l. demonstratio. quinimo plus, quòd melior practica est & forte necessaria, quòd talis bānitus non tm̄ se recognoscat, vt dicit Bar. sed addatur, quòd tale crimen de quo cantat bannum, & cōdēnatio, loco, & tēpore, modo & forma in ipso processu contenta ipse cōmisit: tūc facta dicta confessione, poterit fieri dicta executio. Aliàs aūt cū tale bānū, & cōdemnatio facta in contumacia dicti bāniti non probet dictū bānitum tale maleficium cōmisisse: vt no. Bar. in l. si ideo. in prin. ff. de euic. & Bal. in l. transigere. C. de transac. circa medium. Necessariò sequitur, quòd iste magis est bānitus ꝑꝑ contumaciā, q̄ quòd tale delictum cōmiserit: arg. l. si repudiantis. §. fi. ff. de inof. testa. & ideo iste dānaretur absq; delicti ꝓbatione, quod est inconueniens. Vnde vt appareat, ꝙ ex delicto, & non ꝑꝑ eius cōtumaciā fiet executio ita acriter, quia decapitatur: semper vtile, imo necessariū mihi vī, ꝙ bannitus confiteatur se tale maleficiū cōmisisse, vt dictum est: & ita ēt sentit Ange. & Imol. in d. l. inter stipulantem. §. i. & hoc ēt vī sentire Bartol. in d. l. inter stipulantem. §. Stichum.

Stichum. in fin. si recte ponderentur verba Bar. vnde dicit, quòd si iudex nõ potest hãc cõfessionem extorquere, habeat probationes, quòd iste est ille homo qui de hoc maleficio inculpabatur, vel qui illud fecerit: Sic ergo Bar. vult quòd probet quòd illud maleficium cõmiserit: clarum quod sentit, ꝙ si tu iudex si potes & eandẽ confessionem ab eodem tu exigas, ꝙ illud maleficiũ cõmisit. Et de materia vide per Bart. in d. l. diuus. ff. de cust. reo. & Bal. & Imol. in l. si quis seruũ. §. inter duos. ff. de leg. ii. & Ang. & Im. in l. ii. ff. de lib. & posth. & Imol. in d. l. demõstratio. & vide Ang. i l. hac cõsultissima. C. q te. face. pos. & in l. i. C. de sent. q̃ sine cer. quãti.

ADDITIO.

a ¶Sed Bal. Adde tu, & vide Bal. in consi. lxxiiij. in v. volu. Ber.

Avgvsti. Tu aũt in hac materia adde ꝙ mihi vr̃ verior illa sententia Bar. ꝙ ille cõfiteatur se esse illud corpus, & non sunt necessaria illa, q̃ dicit do. Ang hic, ꝙ confiteatur[b] quòd ipse cõmisit delictũ: & pro sentẽtia Bar. allego Bal. ĩ l. volũtatis. C. de fideic. & hoc dixit in terminis Bal. in l. hac consultissima. C. qui test. face. pos. & Bal. in l. i. C. si vnus ex pluribus. & Imo. in d. l. demonstratio. & licet Ange. tenuerit cõtrarium in l. ii. ff. de lib. & posth. & Ang. & Imo. in d. l. inter stipulantẽ. §. i. per aliquas rationes, quibus faciliter respondetur per Imol. in d. l. ii. & in d. l. demõstratio. & per Bald. in d. §. si inter duos. per quẽ patet, ꝙ hic do. Ang. male loquitur. Nec est verum, ꝙ Bart. in d. l. inter stipulantẽ. §. i. hoc dixerit, si recte eius verba ponderentur. Sed bene verũ est ꝙ cautius faciet iudex, si ipse interpretetur, quòd de hoc corpore sensit in processu & banno: quod quidẽ facere põt. l. ab executore. in princ. & hoc Bar. vult. ff. de appel. & Bal. in l. nõ ignorat. in fin. C. de fruc. & lit. expẽ. Sed adde ꝙ contra istã doctrinã arguit terribiliter Ang. in l. eum quẽ temere. ff. de iud. in fi. prin. vbi probat, quòd lata sententia, ista interpretatio non põt fieri p iudicẽ. & aliquid de materia per Ang. in l. his verbis. ff. de hær. insti. & vide Alb. de Rosa. in iiii. parte statutorũ. q. liiii. qui disputat ibi: an bannito capto, statim debeat fieri executio contra ipsum. Tẽpera tñ pdicta, quòd licet bannitus miles cõfiteretur se esse corpus de quo in citatione & bãno, tñ si tunc opponeret exceptionẽ, q̃ si fuisset apposita à principio, ipse bannitus iudiciũ suscipere non cõpelletur: quòd tunc iudex declarabit iudicium & bannũ fuisse nullũ. ita dicit Bar. in l. nõ vr̃. in fi. ff. de iudi. Quinimo cõsuluit Pau. de Cast. in suo cõs. xxx. quòd si post terminũ bãni cõpareat bãnitus, & neget se cõmisisse delictũ, qđ videbaẗ tacite cõfessus ex contumacia ex forma statuti, ꝙ ipse ẽ audiẽdus. ibi vide. Et de materia an statim dẽat fieri executio cõtra bãnitũ captũ sine nouo ꝓcessu, vel opus sit, ꝙ iudex faciat ipsum se recognoscere eẽ illud corpus. Late posuit do. Nellus in tract. bannitorum. in ii. parte ii. temporis. q. xxxiiii.

b **Confiteatur. Adde circa ista vide Cepol. in consilio vigesimoprimo.**

4 *Inquisitus habens nomen singularissimum, ut est in gallopresso, non debet per alia nomina demonstrari in inquisitione.*

4 Ange. †Quæro, quid si habet nomẽ singularissimum, vt est ĩ gallopresso, vt no. gl. in l. hac consultissima. C. qui test. face. poss. Rñdeo quòd sufficit in inquisitione solum nomẽ suum sine alia demõstratione apponi. Aliæ autẽ demõstrationes & pronomina apponuntur vt certus reddaẗ. Sed si certus est, ex sola proprii nominis appositione, nõ est necesse, quòd alia apponãtur. ita voluit Bar. in d. l. demonstratio. ff. de cõd. & dem.

Avgvsti. Tu autẽ in hac materia adde, quòd vera est ista conclusio, quòd ẽt in criminalibus opus est, quòd persona appareat certa, quã intendit iudex punire. Et addatis d. Bar. in l. libellorum. in fin. prin. ff. de accu. q. dixit, quòd persona ita debet exprimi, quòd certa reddaẗ p duas demõstrationes, vt Petrus filius talis de tali loco, nisi eẽt ita singulare nomen quòd ꝑsona redderet p se certa. & alleg. d. l. hac consultissima. Nã voluit ibi Bar. loqui de gallopresso. & idem dixit Bal. in l. certum. ff. si cer. pet. de isto gallopresso. & not. Doct. per illum text. in l. i. & ii. ff. de lib. & posthr. & ibi Ang. loquitur de illo qui vocabatur Papasaua.

5 *Demonstrationibus pluribus appositis in inquisitione quàm sit necessarium, si una demonstratio non necessaria, falsa sit, non uitiabitur inquisitio.*

ANGE.

ANGE. † Quæro, quid si plures q̃ sufficiãt demonstrationes apponantur: puta, q̃a dicit Titiũ Sempronii beccariũ de Gallutiis capellæ sancti Blasii: & ipse non est de Gallutiis, sed de Pepolis: An talis adiectio falsa vitiet inquisitionẽ, cum aliæ oẽs demonstrationes sint veræ. & Bar dicit ꝙ nõ: in d.l. demonstratio. in versic. 6. quæro quõ &c. & in vers. & licet aliqua demonstratio: quia quicquid adiicitur vltra necessariã demonstrationem frustra fit, & nõ vitiat. l. i. §. fin. ff. de dote præleg. & l. i. in prin. C. de rei vxo. act. sicut dicimus in simili, ꝙ in summariis põt ꝓcedi, & in executiuis sine libello. Si tñ fiat libellus & ineptus, non nocet, vt dicunt glo. & doct. in l. vinum. ff. si certum peta.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia adde ꝙ nunc nõ intendo examinare illã difficultatẽ quã posuerunt Doct. in l. vinũ. quia maxima est dubietas de iure an sit vera cõclusio, ꝙ multæ decisiones reperiuntur in con
a trariũ. Sed in princip.[a] q. adde, quòd Bart. idẽ expresse affirmauit in l. i. §. fi. ff. de dote prælega. quia illa falsa demonstratio nõ habet vitiare id, quod certũ erat per alias demonstrationes. & nota. in l. si quis in fundi vocabulo. ff. de leg. i. Sed hic adde quæ dicã infra in seq. q. in additionibus meis.

ADDITIO.

a Sed in princip. q. Adde circa hoc Rom. in consil. ccc. lxiii. & quando vna demonstratio est falsa, & veræ sunt aliq. vide Alexan. in consil. lxxiij. in iij. volum. Ber.

6 *Error in nomine proprio patris ipsius inquisiti, an vitiet inquisitionem, ut si dicatur, Titius Caij, cum esset Titius Sempronij.*

6 ANGE. †Quid aũt si erratum fuit in nomine patris: vt quia erat Titius Caii, & fuit citatus Titius Sempronii, an vitietur ꝑ hoc inquisitio? Rñdeo: aut sub tali & propter talẽ citationẽ & inquisitionẽ ipse cõparauit & sub tali nomine ipse litigauit, & contra hoc nõ opposuit: & tunc talis processus ꝑ hoc non vitiatur: quia tã iudex q̃ partes habent istũ pro Titio Sempronii. Si vero fuit cõtumax, & in cõtumacia ꝓcessum fuit, & cõstat ꝙ ille est homo qui fuit de tali crimine diffamatus & inculpatus, licet fuerit in nomine erratum, valet processus: & sic si fuerit de tali crimine diffamatus, ꝑ hoc, & propter processum ꝑdictum ipse se absentauit, & cõtulit ad a'ia territoria, & vt bannitus stabat, & capi timebat ne decapitaretur. Tunc talis error nominis nõ vitiat. Si vero cõstaret hunc fuisse conuentũ sub nomine Titii Sẽpronii, & cõstat ꝙ non est Sẽpronii, sed Caii. tunc processus vitiat. Ita dicit Bar. in d.l. demõstratio. in vers. 6. quęro quid in iudiciis. hoc verum, vt dicit Bar. nisi illæ demonstrationes essent ita veræ, ꝙ sufficerẽt vt supra dictum est.

b AVGVSTI. Tu autẽ[b] in hac materia adde, ꝙ vera vr̃ illa cõclusio: quòd si ille Titius cõparuit tãquã Titius Sẽpronii, & non opposuit, sibi imputet. Et ideo dixit Ange. i l. cũ quẽ temere. de iud. quòd si inquisitio est formata cõtra Titiũ: & duo erãt Titii in ciuitate: & vnus cõparuit qui fuit citatus, in veritate nõ erat ille de quo iudex sensit: quia ille talis nõ cõmiserat illud delictũ, q̃d faciat quòd iudex interpretetur, & declaret se de illo Titio non sensisse. Aduerte tñ inquantũ Bar. in d.l. demõstratio. & in d.l. i. §. fi. voluit, ꝙ licet sit erratũ in nomine patris: si tñ per alias cõiecturas appareat, ꝙ ille est illud corpus, de quo in dispositione, ꝙ talis error nõ vitiat actum maxime si sunt duæ demõstrationes veræ, vt in exẽplo. Pone ꝙ citatur Bart. Petri de Saxoferrato legũ doctor. Nã licet nõ sit verũ ꝙ vocet Bar. Petri. sed quia erat de Saxoferr. legũ doctor: satis probat nõ esse erratum i corpore. Adde tñ ꝙ Pau. de Cast. in l. testãtõ quidã. ff. de cõd. & demõ. dicit ꝑdicta nõ habere locum vbi essent expressæ quatuor qualitates, & duæ cõuenirent, & duę nõ: quia tunc dispositio viciatur: quia res efficitur dubia. quod intelligo verum, qñ illę q̃ conueniebant huic rei, cõueniebant alteri, quia tunc dispositio vitiatũ. Ita voluit Pau. de Ca. in l. si in noĩe. C. de test. per ea q̃ hñr in l. i. §. fi. ff. de dot. ple. Vnde ad ꝑdicta d'co, ꝙ si iudex citat Titiũ Sẽpronii beccariũ de Galluciis capellæ sancti Blasii: & ipse non est de Galluciis, sed de Pepolis, q tenet citacio, quia reperiunt aliæ demonstrationes veræ saltẽ duæ. s. quòd est Titius beccarius capellæ S. Blasii: quia illæ duæ demonstrationes veræ vincunt illã falsam. Sed si citaret Sempronium beccarium de Galluciis capellæ sancti Blasii, sed nõ esset Titius Sempronii, sed Titius Caii, & sic errauit in vna demonstratione, scilicet de

Galluciis, quia volebat dicere de Pepolis, & errauit in alia, quia dum dixit Sempronii, volebat dicere Caii. & sic volebat dicere Titium Caii beccariũ de Pepolis capellæ sancti Blasii. tunc isto casu citatio & processus nõ valerẽt: q̃a licet hic essent duæ demonstrationes veræ, erant aliæ duæ falsæ, q̃ faciebant rẽ dubiã. Limito tñ secundũ Pau. de Ca. si illæ duæ qualitates falsæ alteri Titio de Galluciis conueniebãt, alias nõ, vt dixi supra, quia tunc cum nõ cõstaret de corpore, citatio non valuisset. & late dixi in l. si q̃s ĩ fundi vocabulo. ff. de de legatis primo.

b ¶ Tu autem. Adde tu & vide Alex. de Imo. in consi. lxxiij. in iij. vol.

7 *Error in nomine proprio inquisiti cum constat de corpore, non uitiat inquisitionem.*

7 ANGE. †Subsequenter q̃ro, q̃d si sit erratum in nomine ꝓprio delinquẽtis cum de corpore cõstet. Respõdeo, non vitiat ꝓcessus nec inquisitio. vt l. si ĩ iudiciis. ff. de iudi.

AVGVSTI. Aduertas, tñ ꝙ recte dixit, cũ de corpore cõstet, q̃a si non constaret de corpore: q̃a erãt duo Titii in ciuitate, & iudex citaret Titium: ille qui fecit facere illã citationẽ illo mõ, dẽt condẽnari in expẽsis. gl. Bal. & Ang. in l. eum quẽ temere. ff. de iudi. Scias tñ, ꝙ ille sic citatus tenetur cõparere & allegare exceptionẽ, vel ꝙ citatio est obscura, vel quòd nõ est ille Titius. Ita dixit Bal. in d. l. eum quẽ temere fuisse iudicatum Florentiæ: licet Ang. ibi aliter loquat̃.

8 *Error confinium loci delicti non uitiat inquisitionem, si constat de quo loco sensit iudex*

8 ANGE. † Quid si est erratum in confinibus delicti, cur tñ cõstet de quo loco iudex hic sensit. dic ꝙ nõ vitiat̃ inquisitio. l. patronus. §. Sempronio. ff. de leg. iii.

AVGVST. Tu adde no. ꝑ doct. in d. l. si q̃s in fundi vocabulo. de leg. i. & ibi late dixi. & doct. in l forma. §. ff. de censi. ꝑ Bar. in l. cum pater. §. fi. ff. de leg. ii. vide no. in l si fortidianum. C. de leg. vide Bald. in l. pen. in x. col. C. de exec. rei iud. q dicit, ꝙ error cõfiniũ etiam non vitiat sententiam.

9 *Error loci originis uel parochiæ delinq̃ẽtis nõ uitiat inquisitionẽ dũmodo cõstet de corpore.*

9 ANGE. † Quid si est erratum in terra siue loco originis delinquentis, vel erratum fuerit in parochia? dic ꝙ nõ vitiat inquisitio l. quoties.. in prin. ff. de hære. insti. dummodo de corpore cõstet. intãtum ꝙ dicit Ang. & Imo. in l. his verbis. §. i. ff. de hære. instit. ꝙ semel fuit Bononiæ vnus decapitatus q̃ non credebat bannum suum valere, quia erat de alia terra quam diceretur in bãno: quia cõstabat de corpore, quod not.

AVGVSTI. Tu autẽ in hac materia adde, ꝙ verum est, ꝙ vbi cõstat de corpore, error in patria non vitiat dispositionẽ. Sed limito ꝑdicta vbi patria nõ esset de substãtia actus, alias secus, quia sc̃d m diuersas patrias erãt diuersæ pęnæ: quia tunc error patriæ vitiaret inquisitionẽ. Ita ad hoc allego doc. ĩ c. significãte. extra de rescri. maxime Imo. in illa q. de illo qui impetrauit rescriptũ cõtra Titiũ doct. de diocesi. Ferrariẽsi, & erat Reginus: quia si cõstabat ꝑ alias circunstãtias de corpore Titii. tñ ratione patrię propter dictas, rescriptum obtinuisset &c. vide. Nam communis sentẽtia est, ꝙ ille error ĩ diocesi, vel patria vitiat dispositionem, etiã si constat de corpore. vide tamen quæ dixi in d. l. si quis in fundi vocabulo.

10 *Error in nomine artificij, quia dixit beccariũ cum esset faber, non uitiat inquisitionem, si constat de corpore.*

10 ANGE. † Quid sit erratum fuit in nomine artificii, q̃a dixit beccarium, cũ esset faber c. dic quòd si de corpore constat non vitiatur inquisitio l. qui habeat flaccum. ff. de reb. dub. ita dixit Bal. in l. si quis in fundi vocabulo. ff. de leg. i.

c ¶ Faber. Adde & vide Ludo. Roma. in consi. cccxliiij. Ber.

AVGVSTI. Tu adde q̃ ibi dixi. Adde tñ ꝙ ista cõclusio vr̃ falsa. Nã error in nomine appellatiuo, vitiat dispositionem. d. l. si quis in fundi vocabulo. vñ cum dico beccarium, cum esset faber, videtur erratum in nomine appellatiuo, & sic vt dixi, videtur vitiari dispositio, cum ẽt de corpore cõstet d. l. si quis in fundi vocabulo. & ideo pro pleniori doctrina & vera solutione illius tex. in d. l. qui habebat flaccum. vide Bald. in l. si in nomine. C. de testa & aliquid in l. si Fortidianum. C. de lega.

Error

11 *Error in proprio nomine iudicis non vitiat inquisitionem.*

11 Ange. †Quid si iudex erat ĩ ꝓprio suo nomine, an per hoc vitietur inquisitio? vĩ quod sic, quia error in suo nomine proprio videtur supinus, vt in l.fi.C.de hæred.insti. Tñ ille tex.vult cõtrarium, q̃a licet sit supinus si tñ erretur, non vitiatur institutio, & sic non debet inquisitio vitiari. vt no. Raph. in d.l. si quis in fundi vocabulo. in princip.

Avgvsti. Tu in hac materia adde, ꝙ a ista decisio vĩ falsa a, quia Bar. Bal. Ang. & doct. in d.l.fi.C.de hære.insti. contrariũ volunt, quòd imo vitietur dispositio ꝑꝑ errorẽ nominis ꝓprii. Et Ro. in l. si ĩ noĩe.C. de testa. & Mod. & ibi late scripsi. in d.l.si q̃s in fundi vocabulo.ff. de leg i. vbi ẽt vltra legistas dedi aliã pulchrã limitationẽ q̃n error in nomine proprio vitiat dispositionem.

ADDITIO.

a ¶ Videtur falsa. Vltra dicta hic adde, ꝙ non solum error in nomine proprio testãtis vitiat testm̃, sed etiam in nomine proprio patris ipsius testãtis vitiat institutionem. ita consuluit Ro. in consi. clxxix. dic tamẽ ꝙ error nominis iudicis vel partis, non vitiat rescriptum. ita ipse Roma. in consi. cccxliij. quem etiam vide ad q. sequentẽ. Ber.

12 *Error in proprio nomine delinquentis non autem dignitatis seu artificij, etiam vitiat inquisitionem.*

12 Ange. †Quid aũt si esset error in nomine ꝓprio delinquentis, sed nõ dignitatis seu artificii: vt quia inquiritur cõtra Titium potestatẽ Aretii, & Sempronius est potestas Aretii, an teneat inquisitio? dic ꝙ sic q̃a attẽditur artificiũ siue dignitas, ꝑꝑ quã dignitatem & artificiũ administratum contra eũ inquiritur, licet sit erratum in nomine proprio: vt no. Bar. per illum tex. in l. pen. ff. de reb. dub. & in d.l. demonstratio. in princ. in ver. item est aduertendũ quòd quãdo &c.

Avgvsti. Adde, ꝙ ista cõclusio est vera, ꝑ ea q̃ tradidi late in d. l. si q̃s ĩ fundi vocabulo. ff. de leg. i. secutus sñiam Bal. in l. si in nomine. C. de testa. & maxime, quia vbi constat de corpore ꝑ alias demõstrationes, error in nomine proprio non vitiat dispositionẽ. d.l. si in nomine. C. de testa. cũ simil.

13 *Statutum dicit quòd pœna augeatur si quis offendit anciãnu, Titius offendit Petrũ ab ancianatu remotum de proximo, dic quod augebitur pœna.*

13 Ange. †Et diligenter põderanda sunt verba nr̃æ inquisitionis: q̃a homicida erat nobilis. Quid ecõtra, si offensus erat nobilis in dignitate de p̃senti, vel præterito, vt puta. Pone quòd statutũ vult, ꝙ pęna augmenteẽ si q̃s offendat ancianum, vel ptãtẽ aliquis offendit aliquẽ ab ancianatu, vel potestaria remotũ de ꝓximo: an pęna augmentetur. Ro. in l. si quis in graui. §. de his. ff. ad Silla. alle. Albe. q. tenet, quòd sic ĩ tractatu statuto. ꝓ quo alleg. text in l. fi. ff. de decu. & tex. in l. pe. C. eo. tit. facit. l. frustra. b C. de sen. pass. Sed Ro. b ibi dicit fortiter se dubitare, cũ qualitas adiũcta verbo, debeat intelligi secundum tẽpus & actum verbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. Cum ergo statutum loquatur de potestate, nõ debet intelligi de remoto, siue de eo qui finiuit officium. l. si vero. §. de viro. ff. solu. mat. & l. cui eorũ. §. affinitas. ff. de posthu. Nec ob. d.l. fi. & d. l. pe. q̃a ibi expresse fit mẽtio de remoto à decurionatu, nõ autẽ est ita in statuto. Et ꝓ hoc inducit casum in c.i. de vasallo qui cõtra cõstitutionẽ: vbi vasallus liberatus non tenetur defendere dominum vt prius ita nec offendere: & si dominus offenderetur à vasallo liberato, vasallus non tenetur eadem pęna, sed alia iudicis arbitrio: vt dicit tex. iuncta glo.

b ¶ Sed Roma. Adde tu ꝙ pro opi. Rom. facit quod consuluit Pau. de Ca. in consi. lxviij. vbi statutum de compromisso fiendo, non comprehendit socrum & nurum mortuo viro. Ber.

Avgvsti. Tu aũt in hac materia adde id q̃d dixit Bal. no. in l. obseruare. §. ꝓficisci. ff. de offi. ꝓconsul. & leg. in vii. q. qui dicit in propriis terminis, quòd stante statuto, quod si q̃s offenderit ptãtem puniatur in tantum, non intelligitur de remoto, sed de præsenti. & allegat in argumentum d. §. affinitatis. in d.l. cui eorũ. & hoc intelligo ꝓcedere, & idẽ esset ĩ ancianis & aliis prioribus. Limito tamen prędicta singulariter ꝙ si statutũ loquereẽ de officialibus, q finito officio tenẽtur stare ad syndicatum: statutum loquẽs puniendo iniuriantes huiusmodi officiales, comprehendit etiam officialem remotum ab officio, qui fuit offensus

sus durante syndicatu suo, dũmodo, fuerit offensus tẽpore syndicatus, ratione illius officii finiti, ita singulariter dixit Bal. ĩ d. §. proficisci. in vii. q. arg. l. i. C. vt causę post puber. adsit tutor. Et hęc no. quia alias vidi de facto hanc q. Ro. voluit allegare Alber. in ii. parte statutorum. q. xviii.

14 *Si Titius qui naturaliter est nobilis, statuto fiat popularis, & desierat esse nobilis, quomodo intelligatur.*

14 ANGE. †Quid autẽ si quis naturaliter nobilis est, sed ex forma statuti efficitur popularis, vt fit Florentiæ, ꝙ magnas efficitur de populo & desinit esse nobilis, quo intellelligitur? dic ꝙ quo ad ea quæ cedunt ab eius fauorẽ, desinit esse nobilis, sed non ad ea quæ cedunt in eius odium, vt no. Bar. ꝑ illũ tex. in l. i. C. de infa. li. xii. facit quod ipse not. in l. i C. de dignitatib. li. xii. & facit l. actionum. §. item qui sunt. ff. pro socio. ſm Ro. in d. §. de his. facit quod no. Bar. in simi. in l. i. ff. de leg. i. in ver. & faciunt prædicta. quod singulariter no. q̃a si Florentiæ vnus qui erat nobilis & magnus effectus sit postea popularis & delinquat, tamẽ punietur pęna magnatum, & sic maiori, non aũt pęna populariũ, & sic minori, quia quo ad sui odium non desinit esse nobilis.

AVGVSTI. Adde tñ ꝙ ista decisio vr̃ ꝑ tex. in l. ex ratione. ff. de excu. tut. per quẽ tex. dicit ibi Bal. ꝙ si comitatiuus dẽt tractari vt ciuis, nedũ dẽt tractari vt ciuis quo ad fauorẽ, sed quo ad odiũ. Et idẽ vult Bal. in l. qđ fauore. in vii. op. C. de legi. & Pau. de Ca. in l. si duo. ff. de acqui. hære. & in l. nulla. ff. de legi. Sed q̃a ista est maxima difficultas, & multæ decisiones Bar. & Bal. & canonistarũ reperiuntur contrariæ, ideo me remitto ad ea quæ dixi in l. i. ff. de lega. i. c vbi multas decisiones allegaui.

c ¶ ff. de lega. i. Adde tu, ꝙ verba statutorum vel reformationem quibus nobiles efficiuntur populares, sunt, ponderanda per ea quæ ponit Ro. in consil. lxxxiij. vbi ponit, ꝙ statutum disponens, ꝙ inter affines fiat compromissum, & alio statuto existẽte, ꝙ aliquis nõ intelligatur de tali agnatione esse, & habeatur vt extraneus, an hoc non obstante poterit fieri compromissum. Ber.

15 *Iudice procedente contra aliquẽ tanquã cõtra insignẽ latronẽ, & ita condẽnante, cum pro sñia præsumatur, nõ potuit cõdẽnatus appellare, dicendo se esse latronẽ, sed nõ insignẽ.*

15 ANGE. † Et tene bene menti, & hic in nostro ꝓcessu procedit tanquã cõtra homicidã, & ita dãnatur. qđ facit si iudex ꝓcedit cõtra aliquẽ tanquã contra insignẽ latronẽ, & ita cõdemnauit. ꝙ cũ ꝓ sñia præsumat. l. herennius. §. i. ff. de euictio. nõ poterit cõdẽnatus allegare ꝙ nõ est insignis, licet sit latro, ad hoc vt possit appellare ita dicit Bar. sing. in l. cõstitutiones. ff. de app. & ipsũ sequit Imo. qđ singulariter nota, ꝓ inquirentibus q̃ solent dicere in inquisitione cõtra Caiũ publicũ & insignẽ furẽ & latronem, & in inquisitione dicunt similia verba, vt ita præsumat nisi in cõtrariũ probet.

AVGVSTI. Adde ꝙ ista cõclusio an sit vera vel falsa, pendet ab his quæ dixi in repet. l. sciendũ. ff. de verb. obl. vbi disputaui, an præsumatur ꝓ sñia qñ iudex in sñia dicit, viso libello, visa litis contestatione &c.

SVMMARIVM.

1 *Statuta sunt in aliquibus locis, quòd alia pœna sit in ciue, alia in forense.*

2 *Statutum imponens maiorem pœnam forensi quam ciui, an ualeat.*



DE Bononia homicidam.] Ideo apponunt ista verba, vt sit maior demonstratio vt supra in gl. præcedente dictum est, & dic

1 vt ibi.† Ac etiã, qñ in aliquibus ciuitatibus & locis sunt statuta, ꝙ alia pęna est in forẽse, alia in ciue. Vnde, vt iudex postea in limitatione pęnarum sciat & possit pęnã de delicto secũdũ qualitatẽ personarũ cõmensurare l. auxilium. §. in delictis. ff. de mino. Ideo talia verba à iudice in inquisitione ap

2 ponuntur.† Quid aũt si statutũ vult, ꝙ maior pęna imponatur forẽsi &c. an valeat tale statutum? & vr̃ ꝙ nõ, qñ lex, siue statutum, debet esse vniuersalis, non particularis, alias non valet. l. Antiochensiũ. & quod ibi no ff. de priui. credi. Pręterea lex, vel statutũ debet esse sancta, & honesta, vt i. q. v. c. hoc quippe & l. ii. & iii. ff. de legi. sed nõ põt dici honestũ statutum, qđ pariter nõ punit delinquẽtes, ac ẽt cũ ꝑ statutũ ciues redderẽtur audaciores & forenses timidiores, cum maiori pęna timerent affici, arg. l. i. §. quę honorandę. ff. quarum rer. actio nõ datur. & quod ibi Bar. In cõtrarium ꝙ valeat statutũ, qñ ciuitas põt grauare ciues suos

muneribus realibus, & personalibus,& mistis,& nō forenses.ff.de mune. & hono.per totā.l.incola.ff.ad municip.l.ii.ff.de iure immuni.l rescripto.§.fi.& ibi gl. & Bart.ff. de mune.& honor.Ergo non est mirum, si ciuitas pōt postea ciues suos in alio alleuiare,vt minori pęna de pari delicto afficiant q̄ forēses,arg.l.eū qui.in prin.ff.de iureiur. AVGVSTI. Tu in hac materia adde,ꝙ vera est ista conclusio.ꝙ tale statutum va-
a leat quod punit in plus forenses [a] q̄ ciues quia in delictis est ista vna maxima, ꝙ lex non debet esse tm̄ vniuersalis & generalis quo ad oēs, quin habeatur distinctio personarum,vt in vno eodemque delicto maiori pœna afficiatur vnus plusquam alter. Iste est text.in l.in seruorū. in prin.ff.de pęn. & ideo dixit iuriscōsultus in l.aut facta in versi.persona dupliciter spectat, eius qui fecit & eius qui passus est.ff.de pœnis.ꝙ ad puniendū malefactorē ad pęnā infligendā, iudex debet animaduertere ad conditionem personę.Vnde non est nouū,ꝙ de pari delicto vna persona puniatur plusquā alia,vt ibi habetur,& dic vt dicam infra in seq. q.

ADDITIO.

a ¶Forenses. Adde tu & dic vt etiam per Cepo, consilio, xl.

3 *Nomine patriæ delinquētis non existente in inquisitione, præsumitur quòd talis sit de loco in quo sit iudicium.*

3 ANGE. † Quid autē si dicta verba videlicet,(de Bononia)non apponantur,an in dubio præsumatur de Bononia,vel Forensis? dico ꝙ in dubio p̄sumit̄ de loco vbi iudiciū,accusatio, vel inqsitio agitat̄.arg.no.in l.q̄ cōditio.§.cū ita.ff.de cōd.& demō.& l.nulli.C.de epis.& cle.q̄a ista qualitas videlicet,ꝙ sit forēsis cū nō sit apposita,nō p̄sumitur, nec subintelligit̄.l. ita stipulatus.§. Chrysogonus.& qđ ibi no. ff.de verb.obl. Et p̄sertim cū ista qualitas sit cā fundamentalis iudicis ad imponēdā maiorē pęnam. Ideo fuit de necessitate apponēda in inquisitione approbāda,& nō apposita & nō probata nō pręsumitur, & sic solū pœna ciuiū & nō forensiū pōt imponi, q̄a iudici hoc facere & ꝓbare incumbebat,cū sit causa suę intentionis. arg.no.per Bar.in l.in illa stipulatione si cal.& l.hoc iure.ff.de verb. obl. AVGVSTI. Tu autē in hac materia adde ꝙ vera est ista cōclusio, ꝙ in dubio quis præsumat̄ esse de illo loco vbi repertus est, siue viuus,siue mortuus.Et ideo dicit Ang. in l.si cū exceptione.§. in hac. ff. qđ metus cau.ꝙ stāte statuto,ꝙ maiori pœna puniat̄ ille q. occidit ciuē,ꝙ forēsem,& aliquis occidit aliquē in dubio alio nō docto,ille mortuus p̄sumit̄ esse ciuis & nō forēsis,q̄a ī dubio q̄s nō p̄sumit̄ forēsis.de hoc v̄r esse tex. in l.i.ff.ad municipa. quē tex. pōderauit ibi Bar.in illa qō.ibi, quæro quid si est aliquis cuius ignorat̄ origo paterna vel materna, late dixi in rub. soluto matri.in addi.meis.

4 *Statuto dicente quòd forensis plus puniatur quā ciuis, quis dicetur tunc ciuis? dic quod ciuis est origine propria, paterna uel auita.*

5 *Ciuis quomodo efficitur quis quādo hoc nō cōsequitur origine sua, aut paterna, uel auita.*

6 *Ciuis ex priuilegio dicente quòd habeatur pro ciue, an actiue et passiue habeatur pro ciue.*

4 ANGE. † Quæro stāte, statuto ꝙ forēsis plus puniatur &c.quis dicatur forensis? dic vt dicit Bar.in simili.in suo tracta.repræsaliarum.in principali q.in ver.ad tertiū quæritur an ciuibus nostris &c. & in versi c. ad quartum quæritur.& in versi.ad quintum. & in versi.ad sextum.vbi in effectu concludit, ꝙ ciuis est origine propria, paterna, vel auita.vt l.assumptio.& qđ ibi no.glo.&
5 Bar.ff.ad municip. † Si autē ibi natus non sit,& tūc est effectus ciuis, & tūc si dictū sit ꝙ in oībus & ꝑ oīa sit ciuis & ꝓ ciue habeatur, & tūc dēt sibi imponi pęna vt ciui originario.l.si maritus.§.lege Iul.& ibi Bartol ff de adulte.& l.si is q̄ pro emptore,circa mediū.ff.de vsuca.& hoc est verū, si factus est primo ciuis dicto modo ante dictū maleficiū,alias sibi nō ꝓdesset, vt l.qs postea quā.ff.de iudic. & facit qđ plene not. Bar.in l i.ff.de pœn. Si autē quo ad q̄d habentur pro ciuibus, & non quo ad omnia, vt scholaris,vt l.ii.C.de incol.& tunc in his q̄ ad eorū cōmodū spectant,habent̄ ꝓ ciuibus,& sic quo ad pęnę minorationē.In his vero q̄ ad eorū damnū spectant,nō habentur ꝓ ciuibus,vt no.doct.in l.qđ fauore.C. de legi.& in l.i. & ii.C.vbi de crimi.agi op. Si autē statutū diceret, ꝙ tales tractarent̄ vt ciues, animaduertēdū est, ꝙ talia verba nō faciūt eos ciues,vt ff.de verb.sign.l.mercis loco in prin.& quod ibi no.gl.& Iac. de

Are.

Are.importãt tñ illa verba, ꝙ in ijs quæ de iure possunt consequi vt ciues tales qui haberi debeant pro ciuibus consequantur, ita ꝙ intelligitur addita dicta qualitas, scilicet vt tractentur vt ciues. sicut dicimus in simili, ꝙ tutor loco domini habetur, intelligitur in his quę de iure fieri possunt, vt l.si fundum.§.si tutor.ff. pro empto. Alij aũt omnes dicuntur forenses. & in his habet locũ augmentatio pęnæ, nisi steterit in ciuitate per decem annos, quia ipso iure habentur pro incolis, & non forensibus, vt d.l.ij.C.de incolis.& ibi glo.& Bar.in d.l.j. & ij.& ibi do.C.vbi de cri. agi opor.& in authẽ. qua in prouincia.C.eo.ti.quæ oĩa singulariter tene menti, quia vt plurimum statuta terrarũ imponũt maiorẽ pęnã forensibus, vt scias cognoscere qui sint forenses, & qui non.

a AVGVSTI. Tu autem [a] in hac materia adde inquantum do. Ang. hic cõcludit, quòd stante statuto, quòd maior pęna sit in forense q̃ in ciue, quòd ad hoc vt quis nõ sit forensis, sed dicatur ciuis, & ꝙ ciuis dicitur proprie origine propria, vel paterna, vel auita, per doctrinam Bartol.post gloss.in l.assumptio.ff.ad muni. Sed addatis, quòd imo etiam si esset aliquis qui haberet incolatum vel domicilium in aliqua ciuitate, potest dici ciuis illius ciuitatis. & ad hoc allego glo.sing. in c.statutum. §.cum vero.in versic. eiusdem ciuitatis. & in versi.vnam dietam in fin.extra de rescri.in vj. vbi gl.dicit.quòd si habet domicilium in vna ciuitate, dicitur esse de illa ciuitate, & ideo Domi.de sancto Gemini. ibi ponderabat illam ad gloss. adhoc, vt ille qui habet domicilium in vna ciuitate, possit dici ciuis illius ciuitatis, & maxime in fauorabilibus, non autem stricté & proprie, & alleg.l. ciues. cum glo. ibi.C. de appel. Et certe hoc etiam ibi voluit Bald.in d.l.ciues. per ea quæ habentur in l.ciues.C.de incol.& idem dixit Pau.de Cast. in l.in prouinciali.§. si in publico.ff. de oper. no.nuncia.qui per not.in l.prima.ff. ad munici.& per not. per Bartol.in tracta.repræsalia. in v.q.princip. dixit, quòd si forensis subiret onera ciuitatis & ibi haberet domicilium, etiã quo ad commoda habebitur pro ciue. Ergo in proposito, cum tractatur in casu nostro de fauore, hoc est quòd talis delinquens habeatur pro ciue, & sic in minori pœna afficiatur, videtur quòd forensis habens domicilium in vna ciuitate quo ad ista commoda ciuium, debeat haberi vt ciuis. Et an ista conclusio sit vera vel falsa, dic vt dixi in additionibus meis,

b in d.§.si in publico. † Et inquantum dictum est, ꝙ si aliquis ex priuilegio habetur pro ciue in omnibus & per omnia, [b] vel sine his verbis dictum est ꝙ talis habeatur pro ciue, an actiue & passiue debeat haberi pro ciue, vel quo ad commoda, vel incommoda. De hac materia adde no.per Ang.in l.ij.§.furiosus.per illũ tex.ff.de iure codicil.& Bald. in l. quod fauore.C.de legi.in vij. opp. & Paul.de Cast. in l. si duo.ff.de acqui.hære. & in l. nulla.ff. de legib.& per Bar.in l.non tantum.& in l.si emãcipa.ff.de contratab. Et Bald.in l.ea lege. C.de condict.ob caus. & Ang. in l. diuus. per illum tex.ff.de testa.mili.& Ang. in l. si à milite. eo. ti.& adde Bald.in auth.habita. C. ne filius pro patre.in ij.colum. & Bald. in prœmio.ff. Et Bal.in l.si Rufinus.C.de testamen. mili. per Rom. in l. adoptiuum.§. patronum. ff. de in ius vocan.Pet.de Anch.in repe.cap.canonum statuta.extra de iudi.in ciiij.col. & Ang. in l. j.ff.de leg.j. Ang.in l.tale.§.j.ff.de hæred. insti.& ibi Imol. Fulg. & Rom. in d.l. si Rufinus.& Ro.in l.si is qui pro emptore.ff.de vsucapio. Et prędicta limitabat Paul. de Cast. in d.l.si Rufinus & Paul.de Ca. in d.l. si duo.ff. de acquir.hæredi.& Albe.de Rosa.in quæstionibus statutorum.in prima parte q.lxx.in ver. Item quæro statuto cauetur, ꝙ ciues habentes discordiam.

ADDITIONES.

a ¶ Tu autem. Adde tu vide pro confirmatione eorum quæ hic dicuntur, quæ voluit Fran.de Are. in consi.lxx vij.vbi alleg.gl.in d.c. statutum. & ad illam respondet. & fortificatur per ea quæ voluit Alex. in consi. clxvij.in ij. vol.& vterque alleg.Bar.in consi.quod incipien, quidam est effectus ciuis.et vide Raph.Cu.in cõsi.clxx de Bu.in consi.xxj.vbi alleg. dictam glo. Ber.

b In omnibus & per omnia. Adde tu & vide Alex.de Imol.in l.i.ff.de leg.j. Rom. consi.lxii. xcii.& ccvi.vbi bonum verbum.& inquantum supra Ang.dicit quod qui stetit in ciuitate per decem annos habetur pro incola, adde Ang.de Pe. in consi.clxxviii.Ber.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitione eadem proceditur contra principalem, & præstantem opem.*

2 *Inquisitione facta cõtra plures, non retardatur processus contra præsentes propter absentes & contumaces.*

3 *Adulterij crimẽ nõ patitur quòd ex eadẽ inquisitione & eodem processu procedatur cõtra masculum & fæminam.*

4 *Incestus crimen patitur quòd contra plures delinquentes simul & semel inquiratur.*



T Andream Marci lanificem capellæ sancti Blasij de Bononia auxiliatorem.] † Nota ꝙ
1 ex eadem inquisitione proceditur contra principalem & accessorem, seu opem præstantem, quod fieri potest. Et idem contra principales & opē præstantes ex eodem facto & delicto, & eodē tēpore & loco cōmisso, vt C. de accusa. l. si quis homicidij, & quod ibi not. doct. in l. nihil. §.
2 fi. ff. de adulte. † Aduertas tamen, ꝙ isto casu quando inquiritur contra plures, ꝙ propter absentes & contumaces nō tractatur processus contra præsentes & econtra, vt est tex.
3 & ibi Bart. in l. non idcirco. ff. de iudic. † quod fallit in crimine adulterij, quia ex eadem inquisitione & processu non potest procedi cōtra masculum & fœminam adinuicem adulterantes. l. si maritus. §. fi. de adulte. Ita dicit Cy. in l. iij. C. de sepul. vio. & Bart. in l. hos accusare. §. lege Iulia. ff. de accusa. & Bar. in l. inter liberos. §. filiusfam. ff. de adult. Et no. glo. in l. si cui. C. si reus vel accusator mortuus fuerit. Et aduertendum est, quòd dictus Andreas nihil aliud fecit, nisi quod semper astitit dicto maleficio, vt dictus Titius habilius committere posset, vt patet in dicta inquisitione, sed dicta verba, semper astitit maleficio, sunt tantæ importantiæ quantæ si diceretur, auxilium & fauorem præstitit. Ita dicit Bart. in l. si seruus. §. fin. ff. de fur. circa fin. & in l. si in rixa. in versi. datis his regulis. ibi, tamen aduerte &c, ff. de sicca. facit quod not. Bald. in l. non ideo minus. C. de accu. & Bart. in l. in furti. §. ope. ibi, quandoque quis præstat auxilium in ipso actu &c. ff. de fur. & vide quæ dicam infra in glo. in verbo, (dicto maleficio semper astitit &c.)

AVGVSTI. Tu autem in hac materia adde ea quæ dixit Bar. per illum tex. in l. de vno quoque. ff. de re iudi. qui multa allegando, dixit idem quod dixit in d. l. non idcirco. videlicet, quòd non debet retardari processus propter contumaciam aliorum, & idem econtra. & ibi vide Moder. quia ista est vera sententia. Et hoc ne delicta remaneant impunita, & hoc pertinet ad officium iudicis. l. congruit. ff. de offi. præsi. Dixi etiā in l. iiij. §. hoc aūt iudiciū.
4 ff. de dam. infe. † Et inquantum do. Ang. limitabat hoc non procedere in crimine adulte-
c rij, [c] quia cōtra plures simul & semel delinquētes non pōt inquiri. Adde Cy. Bal. Ang. Sali. & doct. in l. reos. C. de adult. qui ita dicunt per illū tex. & ibi Ang. dicit, ꝙ est speciale in illo delicto. Limita tamen hoc nō limitare in crimine, incestus, quia contra plures simul & semel cōmittentes illud delictū pōt inquiri. tex. est in l. vim passam. §. incesti. ff. de adulte. & in l. qui pupillam. in fi. ff. eo. tit. & licet glo. voluerit destruere illos tex. Tamen Bar. in l. hos accusare. §. j. ff. de accus. damnat illas gl. Secundo, limita hoc debere intelligi qn̄ quis vellet accusare adulterum & adulterā, quia non potest, qui commiserunt simul & semel illud delictum sed si vellet accusare adulterū, & opē præstantem adulterio, tunc tenet processus, text. est sing. in l. nihil. §. fi. ff. de adulte. ita etiā dicit Sali c. in l. reos. C. de adult. & hæc omnia nota, quia sunt quotidiana & pulchra.

c **In crimine adulterij. Adde tu non adulter & adultera possint simul & semel accusari uide Bal. in consi. cclxxxj. in iiij. vol. Ber.**

5 *Opē præstare maleficio quot modis quis dicatur.*

5 ANGE. † Quæro, quot modis dicatur qs
d præstastare opem? [d] Respondeo, ꝙ maleficio præstare opē dicitur duobus modis, ante maleficium, vt præstando ferramenta, & præstādo domum vbi se reponant, & de committendo maleficio loquantur, vt l. si pignore. §. fi. ff. de furt. & l. qui domum. ff. de adulte. vel assistēdo dicto maleficio. ita dicit Bar. in d. §. ope. ibi, venio ad secūdum. ff. de fur. Post vero maleficium præstando opem, vt puta ad euasionem homicidæ, etiam tunc non dicitur proprie præstare opem maleficio, sed alio modo, vt no. ibi Bartol. circa finem.

d **Præstare opem. Adde tu qualiter dicatur opē præstare, & vide Bal. in consi. ccxx. in iij. lib. Cepol. cōsi. j. & Pau. de Cast. in consi. ccxxvij. Ber.**

AVGVSTI. Tu autē in hac materia adde, ꝙ melius posuit istam materiā Ange. in l. j. C. de nili aggerib. nō rumpendis, vbi ponit quot modis dicatur prēstare auxilium. Sed aduerte
a inquantum Bar. [a] & alij volunt, ꝙ quis præstando auxilium post maleficiū proprie non sit auxiliator. Adde ꝙ contra istam determinationem tenebat expresse Gandi. in tract. malefi. sub rubri. de pœna associantis & fugere facientis, vbi expresse decidit, ꝙ imo dicit præstare auxilium post maleficium commissum. & allegat text. in l. 3. §. si quisquam. ff. ad Silla. & certe ille tex. videt destruere cōmunem sententiam doct. Sed vide Bar. multum eleganter in d. §. si quispiā. respondentē ad motiua Gandi. Et de materia vide Alber. de Rosa in quarta parte statutorum questio, xxxiiij.

qui

qui facit mentionem de illa doctrina Gandi. in loco supra allegato per me. Limito tamen, ꝙ si cōsilium præcesſit auxilium prestitum post maleficium, ꝙ tunc ille talis tenetur de auxilio. Ita eleganter dixit Bar. in d.l. in furti. §. ope. puta, consulo vt occidas Titium, quia postea trāsfugabo te extra territorium in vna naui, & alias istum casum habui de facto: Adde vnam pulchrā limitationem quam ponam nūc in additionibus meis infra in sequenti quæstione vbi præstando auxilium post maleficium perfectum proprie dicitur præstare opem.

ADDITIO.

a ¶ Inquantum Bart. Adde tu ꝙ opi. Bar. sequitur Cepo. in dicto cōſ. j. Et pro limitatione Bartol. in d. §. ope. adde Bal. in consi. ccccxvj. in j. volu. vbi dicit, ꝙ quidam nimis rigorosi dicunt, ꝙ vbi cōsilium coniungitur cum ope, ꝙ debet puniri vt principalis, & quod de æquitate putat contrariū esse tenendum. Ideo ibi refert & sequi consilium do. Phili. de Regio, & ꝙ præstans consilium homicidio cum ope, debeat puniri pœna arbitraria. adde Cepo. in consi. xxvij. Ber.

6 *Statuto dicente, si quis bannito opem & adiutorium præstiterit, qualiter intelligatur.*

7 *Statutum dicente, si quis dederit auxilium alicui ad maleficium committendum, qualiter intelligatur.*

8 *Statuto puniente absolute, operatur quòd si quis præstiterit auxilium post maleficium perfectum, ille talis puniatur ac si uere præstasset auxilium maleficio.*

9 *Auxilium præstare an dicatur quis supplicando principi, uel aduocando.*

10 *Statuto dicente quòd bannito non possit præstari auxilium, testificans pro bannito incidit in pœnam.*

6 Ange. † Si autem diceret statutum, si quis bannito opem & adiutoriū præstiter qualiter intelligat. no. Bar. in prin. d. §. ope. vbi dicit, ꝙ quandoque statutū punit auxilium non respectu certi actus, puta quia statutum dicit, si quis auxilium dederit bannito. quādoque statutū punit auxiliū respectu certi actus, vt quia dedit auxiliū ad maleficium cōmittendū. Primo casu auxilium intelligitur multum late pro quolibet adiutorio, siue mutuetur pecunia, siue pariter, associet, siue quicqd aliud faciat qđ ad eius vtilitatem pertineat, probatur in l. 4. ff. ad l. Iuliā maiest. ibi, cuius de opera &c. & ibi vide Bar. Prædicta vero nō habent locū, qñ procuraretur ꝙ rebanniretur per superiorē per viā gratiæ vel iustitiæ vt ibi late per Bar qa nō dicit dare auxiliū, taliter ꝙ ipse procurās puniat. Sed aduerte, ꝙ Bart. in l. post legatū. §. sunt qui putant. ff. de his qui. vt indi g. dicit per illū tex. ꝙ aduocādo pro bānito, est p̄stare auxiliū & fauorem. Vnde dicit, sis cautus ne sis ꝓ eo aduocatus, nec ꝓ eo fideiubeas nisi mandato iudicis, alias in pęnā incurreres, ar. d.l. cogita. Sed de p̄stante auxiliū ante maleficiū, & in ipso, & post ipsum, vel ad euadendū, vel ꝑ viā iustitiæ, vel ꝑ viā gratiæ, vel per viā supplicationis vel misericordiæ, vel pręstādo alimēta, vel reprę̄sentādo, vide latius ꝑ Sal. in l. j. C. de raptu virgi. in ver. nunc transeamus &c. dicūt ibi, qa hic esset longum rescribere. Si

7 aūt † punitur auxiliū respectu certi actus, distinguit aut ante maleficiū, vt scalas accōmodando, & tenet, vt l. si pignore. §. fi. ff. de furt. aut in ipso maleficio, & idē, vt d.l. i. Sinautē post perfectum maleficiū vt puta ad euadēdū, non dr̄ proprie præstasse opē maleficio, vnde non tenetur simili pęna sicut cōmittens maleficiū, sed arbitrio iudicis tenetur, vt l. i. & ii. C. qui latrocini. vbi vide Bal. & Ang. & plene no. Bar. in d.l. ope. Et istam materiam an & quando quis dicatur præstare opem & auxilium vel consiliū, & qua pœna teneatur, vide infra in glo. in verbo, (dicto maleficio &c.) vbi latius dicam. Avgvsti. Tu autē in hac materia adde, quod dixit Ang. in l. i. C. de nili aggerib. nō rūpendis. in fi. ii. col. ꝙ vera est illa cōclusio, ꝙ qñ per statutū punitur auxiliū nō respectu certi actus, ꝙ illud auxiliū capit ibi late, & dixit vnū notabile verbū, ꝙ intantū

8 capit late, † ꝙ si quis post maleficiū perfectum præstiterit auxiliū, ille talis punit ac si vere p̄stasset auxiliū maleficio, ꝑ d.l. 4. ff. ad l. Iuliā maiesta. quod no. Et adde, ꝙ vera est illa conclusio, ꝙ quis mutando pecuniā, dicitur præstare auxiliū. Ita dicit Bart. in l. si sciētē. ff. ad leg. Pompē. de parricid. Et inquantū supra dictū est, ꝙ dubiū est in

9 iure, † an quis supplicando principi, vel aduocando quis dicatur præstare auxiliū, & reperitur quod Bar. est sibi cōtrarius. Adde, ꝙ prima facie videtur ꝙ vera sit illa cōclusio Bar. quam posuit in dicto. §. sunt qui putant. pro qua conclusione allego glos. &

quod ibi Bar. in l. post legatũ. §. his vero. ff.
10 de his quibus vt indig. in fin. qui † dixit, ꝙ si statuto cauetur, ꝙ bãnito nõ possit p̃stari auxiliũ, alias incidit in pœnã, ꝙ si q̃s testificatur pro bannito, incidit in pęnam, quia testifican. dicitur auxilium præstare: Præterea in hac parte videt̃ text. in l. quisquis. C. ad legẽ Iuliã maiesta. vbi nec potest supplicari principi pro cõmittentibus crimen læsæ maiestatis. Nec dicas ꝙ ibi sit speciale, quia ad idẽ allego casum in l. quicunque. C. de episc. & cler. vbi habetur, ꝙ si episcopus, vel aliquis habens dignitatem spiritualem molitur aliquid contra ciuitatẽ suam, pro eo quis non põt supplicare principi. Sed his non obst. t neo contrariã partem, & falsa videt̃ illa cõclusio Bar. quã posuit in d. §. sunt qui putant. & in d. §. his vero. & vera est sñia Bar. in d. §. ope. & allego pro hac parte Alber. de Rosa. in iiii. parte statutorum. q. xxxii quæ incip. item quærit ipse Gand. qui faciens mentionem de quadam Gandi. in tract. malefi. sub rub. de bannitis. in versi. itẽ pone continetur in statuto, ꝙ nullus præstet auxiliũ consiliũ & fauorẽ ipsis bannitis. ibi Gandi. volebat, ꝙ si aliquis aduocatus, vel alius pro eo iuit coram iudice pro bannito ad allegandũ causas absentiæ, ꝙ iste talis vr̃ defendere & fauorẽ præstare ipsi bannito si hoc facit corã iudice, secus si corã alio. Et sic ibi Gandi. voluit id quod voluit Bar. in d. §. sunt qui putant. Sed ipse Alber. de Rosa. in d. iiii. parte statutorũ. q. xxxii. dicit, ꝙ ista decisio est nimis dura & periculosa. & cõtra tenẽtes cõtrariã partẽ arguit hoc modo. Nã officium aduocationis & allegãdi causas absentię est publicũ, & publicæ vtilitatis, vt ff. & C. de postulãdo. & l. seruũ quoque. §. publice. ff. de procur. Ergo tale faciẽs pęnã nõ meret̃. l. Gracchus. C. de adul. Et de talibus nõ debet intelligi statutũ, sed de dãtibus auxiliũ, consilium & fauorẽ extra iudiciũ. Omnia enim iura loquẽtia de auxilio, consilio, vel fauore, videntur loqui de auxilio extraiudiciali. C. de his qui latro. l. ii. c. sicut dignum. §. f. extra de homici. & ibi per Innoc. c. i. de schismati. lib. vi. Item dicit, ꝙ est speciale in crimine læsæ maiestatis, quod quis pro tali non possit interced ere, vel allegare coram principe. alleg. d. l. q̃squis. & istã partẽ puto veriorem de iure. Nec obst. d. l. quicunq; quia speciale est in illo casu, vt dicit Ang. in l. in furti. §. ope. ff. de fur. Pręterea idẽ ibi est casus, ꝙ in d. l. q̃squis. & licet Albe. multa alleget in contrariũ ibi, tñ dicit, ꝙ prima opi. est verior. & ideo subdit ipse, ꝙ existẽs Romæ corã papa Benedicto. xii. pro dñis vicecomitibus de Mediolano, q̃ fuerant dãnati de hæresi per Ioãnem papã. xxii. & iniuste, cũ peteret dictos processus annullari in publico consistorio, fuit sibi dictũ per vnũ ex cardinalibus, ꝙ caueret ne incideret in fautoriã hæreticorũ & ꝙ ipse ꝓtestatus est, ꝙ hoc nõ erat p̃stare auxiliũ, corã superiore defendere aliquẽ. Secus si extra iudiciũ aliter q̃s p̃staret auxiliũ, & ita dicit, ꝙ alias obtinuit Pergami. Remanet ergo defensata opi. Bar. in d. §. ope. & hęc omnia not.

11 Principali conuento de crimine, an liberetur auxiliator.

12 Pluribus delinquẽtib. qualiter debeãt puniri.

13 Pluribus delinquentibus iuri alieno subiectis, quæ erit pœna.

14 Villa tenetur capere malefactorem sub certa pœna si plures fuerint malefactores, & nullus capiatur, an villa teneatur pluribus pœnis, uel una tantum.

15 Auxiliãtibus & mãdantibus pluribus existentibus, an satisfactio pœna unius liberet alios.

16 Delicto uno commisso à familia seruorum, dominus tenetur tantum pro uno delinquente, si delictum fuit commissum uniformiter, secus si diformiter.

11 Ange. † Quæro an Caio principali
a conuento [a] de crimine, liberetur ipse Andreas. inter gl. sunt opiniones. Dy. dicit, ꝙ si esset mera pœna ex parte conuenti & agẽtis, & si deliquit vt vniuersitas vel vt familia, & tũc vnius solutio liberat alios. ff. si fami. fur. fecis. dica. per totũ. Si non comprehenduntur sub vno nomine, & tũc siue fecerint communicato consilio siue proprio motu, quilibet tenetur insolidũ, nec vnius solutione liberatur alter, vt l. si id quod. §. fi. & ibi Bar. ff. de iurisd. omn. iudic. & l. itẽ mela. §. si plures. & ibi Floria. ff. ad legem Aquil. de quo p̃ Bar. in l. semper. §. quod si in sepulchro. ff. quod vi aut clam. & l. i. si fami. fur. fec. dica. & l. si plures ff. arbo. fur.
12 cæs. † Et aduerte. qualiter puniantur, q̃a si oẽs æqualiter delinquũt, tunc æqualiter puniẽt, vt l. si plures. ff. de iniur. Si vero inæqualiter

qualiter delinquũt,tũc quilibet puniũtur secũdum sui delicti qualitatẽ, & sic factum vniuscuiusque debet per se contemplari, vt d.§.si plures.& l.si in rixa.ff.de sicca.& ibi dixit Bartol.Si vero est tale delictum cuius ratione pœna debet imponi ex parte rei, sed ex parte actoris est interesse,& tũc licet de rigore vno conuento alter sit liberatus, tamen de æquitate liberatur ope exceptionis, legis perceptione.& ibi Flor.ff.de his qui deiecerunt vel effude. Si vero proprio animo delinquunt, & tunc aut concurrunt in idem tempus, & tũc vnius conuentio & perceptio liberat alium, vt l.j.§.j.ff.de his qui deiece.vel effu. Si vero diuersis temporibus, tunc vno soluente, alter non liberatur, quod patet, quia vbi agitur rei persecutoria, vno soluente, non liberatur alter,vt l.j.§.qui rem.ff.de fur. Ergo idẽ quãdo ex altera parte est pœnalis,vt l.ita vulneratus.ff.ad legẽ Aquil. vel etiam possumus breuiter distinguere. Aut sumus in delictis ꝓprie, & tunc pœna vnius corporalis vel pecuniaria non liberat consocios, vt d. Imola. §.si plures.aut loquimur in quasi maleficijs,& tũc vno soluente, vel pęnam sustinente, reliqui liberantur, vt not. Bartol.in l.ex maleficijs.§.pen.ff.de actio.& obligatio. Et idem quando sunt plures officiales & publicę personę simul delinquentes in officio, & tunc sufficit solui vnam pęnam per vnum & alij liberantur, q͂a omnes reputantur pro vno, vt l. si multi. ff. de publi.& l.ij.de iure fisci. ita dicit Barto. in dicta l.si id quod.§. fina.ff. de iurisdict.omn.iudic. & in d.l.si in rixa.in fin.ij.colum. facit. l. tres.& ibi not.Bartol ff.de administra.tuto.& in l.sacrilegij capite.§.j.ff. ad leg.Iul. pecu. Et prædicta procedunt quando ille qui soluit pęnam, commisit maleficium, vel opem præstitit de quo inquiritur, vel est vnus de malefactoribus dicti maleficij. Si autem maleficium in veritate non commiserit, nec fuerit particeps, licet maleficium contra eum in tentatũ confessus fuerit, & pœnam soluerit, tunc talis pęnæ solutio non liberat verum delinquẽtem, vt l.qui seruum.ff.de interroga.actio.& not. Angel.& Imol.in l. quoties.§.j.ff.soluto matrimo.vnde reperto postea malefactore cõtra eum de dicto delicto poterit iterum inquiri & pœna imponi, non obstante sententia cõdemnatoria & solutione pœnæ facta per confitentẽm, quod not. Et prædicta procedũt quando plures homines liberi delinquunt.

13 † Si vero alieno iuri sunt subiecti, distingue, aut delinquit quilibet ex proprio proposito,non simul communicato consilio, & tunc dominus tenetur pro quolibet, non pro vno tantũ, vt l.si familia. secundum primã solu.ff. de iuris.om.iudic. Aut omnes delinquunt cõmunicato cõsilio, & tunc aut domino sciente, & dominus tenetur pro omnibus, vt l.j. ff. si famil.fur.fecis.dica. Aut domino ignorante,& tunc aut est vnum maleficium, & dominus tenetur pro vno,vt d.l.si familia.in fin. aut sunt plura delicta, & tunc aut agitur criminaliter, & sic ad vindictam publicam vt in albo corrupto,& tunc pro omnibus tenetur, vt d.l. si familia. Aut agitur pro vindicta priuata, & sic ad pœnã parti applicandã,& tunc tenetur tanquam pro vno ac si delictum fuisset commissum ab vno seruo tantum,& nõ à pluribus,vt l.illud. ad leg. Aquil. & intellige si tempore commissi delicti erat vna familia,alias secus,vt l.quod ait prætor.in fin.de noxa. & hæc sunt verba Bart.in d.l.si familia.

14 † Ex his terminatus talis q.villa tenetur capere malefactorẽ sub certa pœna, fuerunt plures malefactores simul & nullum cœpit, an teneatur villa de pluribus pœnis, & sic tanquam pro pluribus malefactoribus non captis,dicas quod pro vna pœna tantum, ac si pro vno malefactore non capto quem capere villa debebat,& tenebatur virtute statuti,& non pluribus pœnis tenebitur dicta villa,ita determinauit Dyn. & Bar. in d.l.si in rixa. De ista tamen quæstio. latius. dicam infra in gloss. in verbo, (fama publica &c.) versi.(quæritur econtra statuto caueatur &c.)sed hic aduerte,quia hic fuit vnus qui præstitit auxilium malefactori.

15 † Quid autẽ si auxiliantes & mandantes erant plures,an satisfactio pœnæ vnius liberet alios auxiliantes, si simul mandauerint & auxiliati fuerint. Dic ꝙ non,vt est tex.& ibi not.in l.si plures serui. ff.de noxa.& not.Bart.in l.j.in fi.prin.ff. si fa. fur.fecis. dica.

ADDITIO.

a Conuento. Adde tu an confessio principaliter delinquentis noceat accessorie delinquenti. Adde & vide Bal.in consi.xxxv.in v.vol. Ber.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia adde,ꝙ illa prima distinctio quam primo adduxit do.Ang.in hac materia, de verbo ad verbum fuit Bar.in l.semper. §. quod si in sepulchro.ff.quod vi aut clam.

16 † Sed in hac materia adde vnam pulchram limitationem, ꝙ licet supra conclusum fuerit, quòd vbi maleficium vnum est factum à familia seruorum,

dominus tantum tenetur pro vno delinquente, puta si familia commisit vnum furtũ. Nam intelligas hoc verum, quando delictum factũ fuit ab omnibus vniformiter commissum, secus si difformiter, quia vnus cõmisit furtum manifestum, alius non manifestum, vt est tex. in l. si quis per fundum. in fin. ff. de furt. quẽ Ang. ad hoc dixit esse not. perpetuo, & alibi non esse. Et in hac materia vide pulchra verba Gandi. in tract. malefi. sub rub. de pœna associantis & fugere facientis homicidam. in versi. pone etiam de facto aliam quæst. qui arguit, & in terminis quæstionis nostræ principalis, imo videtur ꝙ si iste Andræas præstitit auxilium Titio, vt occideret, & secuta occisione si Titius fuit punitus, ꝙ Andreas auxiliator non debet puniri, quia regula extat, quòd vbicunque sunt culpabiles eiusdem delicti, & appareat ex cuius ictu perierit occisus, ille solus punietur de occiso, & cæteri de occiso liberãtur. l. item mela. §. si plures. ff. ad leg. Aquil. l. quoniam. C. de vi publica not. in l. si in rixa. ff. de sicca. ibi tamen Gand. arguit pro & contra tandem concludit ꝙ pœna vnius non libe rat alium. & adde Gand. in rub. de pœna imponenda pluribus delinquẽtibus. & vide Bal. in l. j. C. si plures vna sententia. in ij. colum. & Bal. in l. j. C. de condi. furti. qui decidit. quæst. de villa quæ tenebatur capere malefactorem, & plures fecerunt delictum, & villa fuit negligens. & adde Bar. in l. cum si exhibuissent. §. si plures. ff. de publi. Et in principali materia adde Innocen. in c. sicut dignum. extra de homicid. & per Cyn. in c. significasti. eo. ti. Alias limitationes prosequere per Mod. in d. l. si familia. ff. de iuris. om. iud. & in d. l. si id quod. §. si. ff. eo. tit. & omnino vide arg. Gand. pro veritate inuestiganda, quæ ipse posuit pro & contra in d. rub. de pœna associantis & fugere facientis, quem supra allegaui.

17 *Auxiliatoribus & mandantibus existentibus pluribus, an satisfactio pœna vnius liberet alium, si simul mandauerint.*

18 *Auxilium prebente vno pluribus, an vna pœna tantum tenebitur.*

19 *Delinquentes plures & diuersa facta committentes, quomodo tenebuntur.*

20 *Delinquente primo non inferente vulnus letale, quomodo tenebuntur alij.*

21 *Vulnere letali illato & non apparente à quo, an vno libello plures poterunt accusari.*

22 *Pluribus existentibus percussoribus & non apparente ex cuius ictu mortuus perierit, quãdo debent omnes condemnari uel non.*

23 *Vulnere uno letali illato, pluribus existentibus delinquentibus, quando omnes debent puniri vel non.*

24 *Vulnere uno letali illato, & alio non letali, quando omnes puniantur uel non.*

25 *Pluribus præstantibus auxilium qui armati erant ad hoc ut unus aliquem bastonaret, & ille occidit, illi non condemnabuntur tanquam occisores.*

Ang. Et aduertas, quia hic fuit vnus
17 qui præstitit auxilium malefactori. † Quid autem si auxiliatores & mandantes erant plures, an satisfactio pœnæ vnius liberet alios auxiliantes si simul mandauerint, & auxiliati fuerint? dic ꝙ non, vt est tex. & ibi not. in l. si plures serui. ff. de noxa. & not. Bart. in l. j. in fin.
18 princ. ff. si fa. fur. fecis. dica. † Quid autem si
a vnus præstitit auxilium pluribus [a] malefactoribus simul, an teneatur pro pluribus auxilijs pluribus pœnis? dicas ꝙ vna pœna tantum tenetur, tãquã omnes illi malefactores pro vno reputentur, cum tractetur de puniendo illum auxiliantem propter illorum delictum. Ita terminauit Dyn. & Bartol. in d. l. si in rixa. in ij. colum. Prædicta procedunt quãdo auxilium & mandatum præstitum est per vnum pluribus vnum maleficium committentibus, secus si diuersa maleficia, quia præstans auxilium vel mandans, pro vno quolibet tenetur, vt di
19 cit ibi Bar. † Si vero plures delinquentes simul & diuersa facta fecerunt, quia vnus intulit vnum vulnus, alter aliud, quomodo teneantur. Si inferens vulnus letale primo percussit, & alij qui non intulerunt vulnera letalia secundo percusserunt, tunc omnes tenentur de occiso, vt l. qua actione. § sed si seruum egro-
20 tum. & ibi Flo. ad legem Aquil. † Si autem qui primo percussit non intulit vulnus letale, tunc secundi & non primi tenentur de occiso d. l. Item mela. Et hoc quando ista possunt apparere. si autem non apparet ex cuius ictu perijt, quia nulla vulnera per se erant letalia, sed simul iuncta sic, tunc omnes tenentur de occiso, ita dicit Innocen. extra de homici. c.
21 significasti. † Si vero illatũ sit vnum vulnus letale, apparere autem non potest quomodo illatum fuerit, quia ignoratur quis illud letale vulnus intulerit, & delictum commiserint simul, licet diuersa & delicta & facta tunc vno libello, etiam mille, possunt accusari, vel contra eos simul inquiri, etiam de occiso,

ſo,ſiue de vulnere letali.facit quod no.in l.qui pupillū.§.fi.& ibi Bar.& l. vim paſſam.§.inceſtu.ff.de adult. licet quidā Alb.Pap. teneat contrariū.ſed opi.glo.Dy.& Bar.cōiter tenetur de quo vide latius per Sali.in l.qm̄ multa. C.ad leg.Iul.de vi verſic.quæro vt prædicta & c.niſi fuiſſet vnus autor tumultus & belli, licet poſtea multi coadunanti ſint,quia ſecundum Salic. ibi in verſi.quæro extra gl.vbi punitur &c.quia tunc autor ſolus de occiſo tenetur,& alij de culpa,vt d.l.quoniā.& eſt ratio, quoniam omnes tenentur.nam omnia iſta reputātur pro vno facto, vt l.ſi quis homicidij. & quod ibi not.C.de accuſa. Fallit in crimine adulterij, vbi maſculus & fœmina nō poſſunt ſimul accuſari, vt l. ſi maritus.§.fi.& ibi Bart.ff.de adult.& ſupra dixi.

ADDITIO.

a ¶Auxilium pluribus. Adde tu ſatis in propoſito Bar.in conſi.ccxiij.incip.lege municipali cauetur vbi ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ præſtans auxilium ad maleficium committendum puniatur in mille, an præſtans auxilium pluribus ad committendum maleficium debeat puniri pro quolibet delinquente in mille, concludit ꝙ non. Ber.

AVGVSTI. Tu autē in hac materia adde, ꝙ periculoſa videtur illa deciſio Bar.poſt gl. in d.l.ſi in rixa.inquantum voluit in illo articulo,ꝙ ſi non apparet ex cuius ictu quis periit,ꝙ omnes debent decapitari, quia certe iſta videntur eſſe contra determinationem glo.in
22 l.itē mela.§.ſi plures.ff.ad legem Aquil.†Sed dicatis, ꝙ poſitio ꝙ doctrina Bar.& gl.ſit vera, tñ ego limito ꝙ illa doctrina debet procedere qñ omnes qui erāt in rixa percuſſerunt, & erant tot vulnera quot perſonæ vulnerantes, ſed ſi erant decem ſimul in rixa, & reperitur ꝙ homo mortuus non habet niſi vnum vulnus tātū,vel tria vulnera, tunc dico,ꝙ oēs decem nō debet decapitari,imo nemo. ad hoc allego in terminis Arch, in c.fi.xxiij.q.vlti,& idem voluit Ang. in d.l. ſi in rixa.& Ang.in l. qm̄ multa.C.ad leg.Iul.de vi.& Specu. in tit. de homicid.§.j.verſi.ſed pone ꝙ quatuor.& ideo tex.in d.§.ſed ſi plures.in d.l. item mela.præſup. ponit ꝙ omnes vulnerauerunt, & ideo ibi Bald.dicit, ꝙ in illo.§.conſtabat omnes deliquiſſe,ideo omnes puniuntur de occiſo,quia omnes vulnerauerunt.& ita cōſuluit. Petr.de Anchara.in terminis. in conſilio ſuo.
b ccxvij.b & ad hoc allego illum magnum practicum Gandi. in tract. malefi.ſub rubr. quomodo puniantur plures aliquem vulnerantes,& illo vulnerato decedente ex aliquo dictorum vulnerum, quia in criminalibus nemo ex præſumptionibus debet damnari.l. abſentem.ff.de pœnis. maxime capitaliter, licet ipſe non alleget.eſt caſus in c.afferte.extra de præſumptio. & ibi hoc notant Ioan. And. & omnes,maxime cum in maleficijs debeant eſſe probationes luce meridiana clariores.l.vlti. C.de proba.nec debemus vti mendicatis ſuffragijs.l.ſinguli.C.de accuſa.& iſte non poteſt probare cuius ictu ſit mortuus, igitur &c.& ideo dicit text. in d.l. ſi in rixa.ꝙ ictus vniuſcuiuſque eſt contemplandus. cum ergo deficiat vera probatio,ſcilicet quis eorum occiderit,neuter de occiſo debet damnari ad mortem.l.duo ſunt Titij. ff. de teſta. tutela. nam cum non apparet ex cuius ictu perierit, pœna eſt potius molienda. l. interpretatione. ff. de pœn.& ideo dicit Gandi. ꝙ cum iſta quæſtio veniſſet de facto, conſilio plurimorum ſapientum non occidit illos malefactores, ſed quia conſtitit ipſos deliquiſſe, condemnauit ipſos in pecunia, ne maleficia remaneant impunita.l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. Nec obſt.illa glo.in d.l.ſi in rixa.quia eſt falſa, ſecundum Gand.quia nemo ex præſumptionibus debet damnari, vt ſupra probatum eſt. Nec obſt.tex.in d.l.item mela.§.ſed ſi plures. & l. ita vulneratus.quia locum habent quando ciuiliter agitur ex l. Aquil.pro damno dato ex ſeruo occiſo,vbi ex præſumptione habita contra reos quilibet inſolidum ad damnū emendandum condemnatur,ſed aliud vbi criminaliter agitur,vt ſupra dictum eſt. Et ad hoc in terminis allego Bald. in l.j. §. cognoſcit.ff.de offic.præfec.vigil. qui dicit, ꝙ ideo in d.§.ſed ſi plures. omnes puniuntur,quia pecuniariter puniuntur, non autem pœna capitali. & ita voluit Bartol. in d.§. ſed ſi plures.
23 †Intellige tamen prædicta ſecundum Bar.in d.l.ſi in rixa.& Ioan. And,in d. cap. ſignifi. & Gandi.in loco ſupra allegato, procedere quando in rixa iſta ſunt facta, & ſic tunc non animo deliberato, ſecus ſi animo deliberato iuerunt omnes, & vnus percuſſit, nec apparet ex cuius ictu,tunc omnes tenentur tanquam videantur præſtitiſſe auxilium vnus alteri. ita etiam voluit Spec.in loco ſupra alleg.& colligitur ex doctrina Ang. poſt Bart. in d.l. ſi in rixa,& Bart.in d.l.item mela. §. ſed ſi plures.
24 †Sed aduerte inquantum doctores volunt in locis ſupra alleg. ꝙ ſi primum vulnus eſt letale,alter ſecundo dedit vulnus non letale,cum in corpore non ſano illud ſecundum vulnus eſt

est letale in rixa, ambo debent decapitari, intellige prædicta quãdo inferius secundũ vulnus non letale omnino efficitur letale in corpore non sano, sed si constaret secundũ vulnus illatum in corpore vulnerato non esse letale, nõ haberet locũ decisio Bart. per rationes ipsiusmet Bar, puta vnus dedit vnũ vulnus letale in rixa in capite vulnerati, si superuenit secũdus, & percussit vulneratũ vno vulnere paruo in vno digito, tunc non diceremus hunc secundũ debere decapitari per rationes Bart. quia non omne vulnus illatũ secundo loco in personã iam vulnerati, tale secundũ vulnus est mortale. nam Bar. præsupponit, ꝙ secundum vulnus efficitur mortale propter primũ vulnus, sed Bar. necessario non decidit, ꝙ omne vulnus secundo illatũ sit mortale. & hęc probatur per dictũ. §. si quis seruum ægrotum. & per doctrinã Bar. in d. l. si in rixa. Bene faciunt notata in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. Vltimo in hac materia adde vnum pulchrum consi. Paul. de Cast. in cõsi. suo. clxxxix. quod incip. In Chri
25 sti nomine amen. in causa incarceratorũ. † ꝙ si plures præstiterunt auxilium, qui erant armati, ad hoc vt vnus bastonaret aliquem, & sic cum baculo verberaret, & ille talis postea occidit, ꝙ auxiliatores non debent condemnari tanquam occisores, sed tanquam præstantes auxilium homicidio, quod no.

b ¶ In consilio suo. ccxvij. Adde ꝙ hic dictum Pet. de Anch. sequitur Alex. de Imol. in consi. xv. in j. volu. & in consi. xiiij. in iij. vol. Cepo. in consi. xli. & idem Alex. in consi. lxxxi. in v. volu. & vide Paul. de Cast. in consi. cxcij. in prima stampa. & ccxciiij. in secunda stampa. Ber.

26 *Accusare possumus diuersos de diuersis delictis & temporibus, dummodo tantum duos accusamus, nisi nostram uel nostrorum prosequamur iniuriam.*

27 *Iudex eodem tempore potest inquirere contra mille de diuersis criminibus, diuersis temporibus commissis.*

26 Ange. † Si vero vult aliquis diuersos de diuersis delictis & temporibus commissis accusare, & duos tantum tunc potest accusare l. cum rationibus. quod & ibi not. Ang. & Bal. C. qui accusa. non pos. diuersis tamen libellis, vt l. hos accusa. § lege Iulia. ff. de accus. plures
a vero quàm duos [a] non põt eodẽ tẽpore habere accusatos, nisi suam vel suorum prosequatur iniuriam d. l. cum rationibus. ita dicit Bart. in d. §. lege Iulia. & Cyn. in l. iij. C. de sepulc. viol. & vide Bar. in l. inter liberos. §. maritus
27 ff. de adult. † Præterea procedunt in accusatore, sed in iudice inquirente dic, quòd potest eodem tempore mille de diuersis criminibus, diuersis temporibus commissis habere inquisitos, ne delicta remaneant impunita l. ita vulneratus. ad leg. Aquil. facit quod not. Bart. in l. ij. §. si publico. de adulterijs.

ADDITIO.

a ¶ Quã duos. Adde Lu. Ro. in consi. cccxliij. Ber.

Avgvsti. Tu aũt in hac materia adde glo. in l. qui accusare. ff. de accus. circa medium glo. magnæ, quæ ẽt reddit rationem quare ille qui accusauit duos, non põt tertiũ accusare, nisi suã vel suorum iniuriam prosequatur. & vide Ang. in l. j. C. si reus vel accusa. mortuus fuer. vide tamen Gand. in tract. malefi. sub rub. qui accusa. poss. vel non. in ver. Item qui duos accusauit, prohibetur tertium accusare.

28 *Libello eodem et inquisitione eadem potest agi contra producentem falsos testes, & contra falsarios testes.*

28 Ange. † Ex prædictis infertur, ꝙ eodẽ libello, & eadẽ inquisitione põt agi contra producentem falsos testes, & contra falsarios testes, vt no. Bar. in d. l. nihil. §. j. ff. de adult.
Avgvsti. Tu adde Ang. in l. j. C. si reus vel accusa. mortuus fuer. & Ang. in l. hos accusare. § l. Iul. ff. de accu. & ibi ponit si plures testes falsum deposuerunt, an omnes vno libello possint accusari? & refert opi. doctorum, tandẽ adducit optimam distinctionem, ex qua opiniones omnium possunt saluari, dic vt ibi.

29 *Statuto dicente, quòd uilla teneatur emendare damnum passo sub pœna centum si malefactorem non capit, ille qui passus est damnũ, debet etiam contribuere pro rata ad istam pœnam si est de uilla.*

29 Ange. † Quid autẽ si plures tenẽtur ex vnius delicto, vtputa dicit statutum, ꝙ villa teneatur emendare damnũ passo sub pœna centũ, malefactorẽ non cepit, an ille qui passus est damnum, debeat ẽt contribuere pro rata sua ad istã pœnã si est de villa? Dic ꝙ sic, vt no. Bal. in l. ab omnibus. §. si Titio. ff. de leg. j. Quid ecõtra, si statuto cauetur, ꝙ condemnationes consiliariorũ qui nõ veniũt ad consilium diuidantur inter eos, an ẽt debeãt habere partem suã dicti cõsiliarij cõdemnati & contumaces? Bart. in d. §. dicit ꝙ sic. & ibi vide Bald. Ang. Imo.

Imo.& Raph.qđ not. An aũt cõdemnatio facta de Caio,& sic de principali, ꝑiudicet consociis,vel mandatori,vel auxiliatori.Et ecõtra,an absolutoria vnius prosit alteri.Et de multis aliis q̃ faciunt ad istam materiã ꝑ eius perfectione dicam infra in gl.in verbo, (& ibi caput à spatulis &c.)& in versi.(sed quæro an damnato &c.)& versi.seq.

AVGVSTI. Tu adde hic in prima quęstione[b] de villa q̃ tenetur emẽdare damnũ, qđ Martinus de Fano latissime disputauit istã quęstionẽ,vt late ꝓsequit Io. And.in tit.de cẽsibus.§.ii.in ver.ꝙ si damnũ.qui allegat oẽs antiquos in hac materia, & dãnat Dyn.q in hac q.in d.§.si Titio nimis breuiter loquutus est.& vide doct.post Io. And. in c.cũ nõ deceat.extra de elec.i ver. in nouel super vlt.gl.bene facit gl.in l.i.ff.ad leg. Rhodiam de iactu. & ibi Bald. qui idem decidit quod Bar.in d.§.si Titio.

b ¶In prima.q.de villa Adde etiã tu & vide Io. And.in tit.de solu.in addit. Spec.vbi dicit an receptus in collegio debeat habere partẽ eius quod soluit in introitu, & qũo intelligatur statutum Senense disponens,quod si villa fuerit negligens in capiendo malefactorem, quod pro eo ꝙ soluit ob negligentiam possit habere recursum ad bona delinquentis & fratrum,vide Roma.in consilio cccccix.Ber.

SVMMARIVM.

1 *Mandare quis dicatur.*

2 *Mandatum dicitur,licet uerba non sint imperatiui modi.*

3 *Assassini dicuntur,qui sunt corrupti pecunia.*



ET Sempronium Rodulphi barbitonsorem de Florentia mandatorem,in eo, de eo & super eo.] Vt cognosci possit quis ex mandato, & quis
1 ex persuasione vel cõsilio teneatur.†Quero primo,quis dicatur mandare.Et respondeo,qđ mandare dicitur omnis,qui mãdat committi delictum propter seipsum ad suę voluntatis satisfactionem,nulla data pecu-
a nia quæcunq; verba[a] interueniant, ita tñ qđ sit ad vtilitatem mandantis. Sinautẽ ad vtilitatẽ illius cui committitur, dicetur persuasor & mãdator,non habito respectu quibus verbis vsus fuerit,vt not. Bart.in l.non solum.§.si mãdato.ff.de iniu.ver.venio ad materiam &c.& versi.venio ad conductorem &c.Si autẽ data peccunia,dicitur accipiens ita mandatum per pecuniam,assassinus.& de hoc habetur in c.i. de homi.li.vi. vbi mandans etiam non secuta morte,ipso iure cano.lata sententia sine alia declaratoria cum suis bonis à toto populo diffidatus est.& facit authen.item nulla communitas C.de episc.& cler.& d.§.si mandato. & ibi dicitur.quod non vocatur assassinus, sed locator,& dominus conductor.

ADDITIO.

a ¶Quæcunque verba. Adde tu & vide per quæ verba quis videbatur mandare & quis persuadere.do.Alex.in consi.cxxvij.in iiij.volu.& Ang. consi.xxii.& an mandatum præsumatur ex eo ꝙ sit locutus ad aurem alicuius, & statim sit sequutum homicidium.vide Io.de Ana.cõsi. iiij.& Bal.in consi.cclvi. in ii.volu.vbi quis annuendo capite ad malefactorem,dicatur mandare,& tenet quod non nisi constet quod contemplatione ipsius annuentis hoc fecit,vt ibi.Ber.

AVGVSTI. Tu autẽ in hac materia adde inquantũ dictũ est supra,ꝙ quęcunq;verba interueniant,dicitur mandatum,& hęc intelligo,dummodo illa verba quocunq; modo possint importare mãdatum,& ideo dixit Bal.in l.hæc verba.ff.de infa.per tex. cũ gl.ibi,ꝙ ille qui hortatur,nõ mandat, vt ff. manda.l.si vero non remunerandi.§.cum quidam.& ille qui persuadet,non mandat. allegat l.i.§.Pomponius.ff.depositi. Item qui cõsuluit vel permittit,nõ mandat.ff.de lega.ii.l.cum pater.§.mandato.vnde dicit: si tu vis occidere hominẽ,et tu dixisti mihi, & ego laudaui ꝙ erat bene factũ:istud non est mandare.& ideo dicit ibi Bal.ꝙ qñ aliquis inducit testes ad probandũ mandatũ, iudex debet interrogare quibus verbis fuit vsus ille qui accusatur,nam ex serie & qualitate verborũ apparebit,vtrũ fuerit mãdatum necne.Et subdit ibi Bal. ꝙ opus est.ꝙ mandatum præcedat factũ,& sic debet probari ordo tẽporis,alias quis non posset condemnari de mandato.& dicit, qđ ad hoc allegat gl.singularẽ in l.si vero remunerandi. §.si post creditã ff.mandati.quod dicit esse singulare secundum Iac.de Are.& hoc idẽ dixit Bal.in l.i. C.de ser.fugi. in iiii. colum. & ibi in d.l.i.dixit Bald.quod ille qui vtitur verbis imperatiui modi, dicitur mandare.
2 †Ibi tamen Bald.dixit vnum notabile verbum.qđ licet nõ sint verba imperatiui modi,

di, erit mandatum, nam dicit, quod ille qui optat se vlcisci, etiam rogando, dicitur mādare. & fortius dixit, qđ si locutus est ad aurem, & secutum fuit factum illo instanti, & præcesșit capitalis inimicitia, præsumitur mandatū, per ea q̄ habētur in l. si quis mihi dona. §. fin. & ibi per Bar. ff. de acquir. hæred. & dixit singulariter Ang. in consil. suo xxii. incip. Pro decisione quæstionis hoc solum mandari oportet, ꝙ licet vsus fuerim verbis importantibus mandatum contra illum qui alias deliberauerat primo occidere, ꝙ ego non habeo puniri tanquam mandans sed tanquam persuadens, licet confessus fuerim, ꝙ ego mandaui, quia ista verba nō possunt importare mandatum isto casu. Et aduerte inquantū dictum est, ꝙ ordo tēporis inspicitur in mādato, alias nō est mandatū De hac q. vide quę dicā infra, in materia. in illa q. an ratihabitio ī maleficiis ęquiparetur mandato. †Et inquantum supra di
3 ctum b est, ꝙ illi, qui sunt pecunia corrupti,
b dicuntur assassini. Addatis, ꝙ hoc idem voluit Barto. in l. Cicero. ff. de pœ. & Ang. in l. qui sepulchra. C. de sepul. viol. & Ang. in l. i. ff. de eo per quē fac. erit. & Sal. in d. l. non eo minus. in fi. licet Ang. in cons. xiiii. incip. Nos Caro. videtur velle, ꝙ etiā potest esse vnus assassinus sine pecunia. & Ioā. And. in c. pe. extra de cleri. non residen. videtur velle, ꝙ assassinus dicitur ille qui exponit se morti obediendo domino in malum. tu vide doct. in c. i. de homicid. lib. vi.

b ¶ Et inquantum supra dictum est. Circa hoc adde tu vt pulchre per Angel. in consil. xiiij. incip. Nos Carolus. & per Bald. in consil. lxxxj. in iij. vol. incip. iste Betonus. vbi quod stante statuto, ꝙ assassinus dicatur qui precio dato fieri fecit vel promissione, si aliquis dicat quod mandans dixit, (va & dalli, Io ti daro la promessa,) probetur per hoc assassinus. & an mandans fieri homicidium pecunia, debeat decapitari vt assassinus, vide ꝙ habetur pulchre per Are. in consi. clxv, Ber.

4 *Socius potest interrogari de socijs in crimine assaßinamenti, propter immanitatem criminis.*

5 *Hæres assaßini etiam lite non contestata cum defuncto, tenetur restituere illam pecuniā, si ad manus suas peruenit.*

Angel. Et bene nota, ꝙ isto casu assassinus tenetur dominum siue mandatorem in iudicio nominare, & per hoc possunt torqueri, vt no. gl. ii. in l. non ideo minus. C. de accu. ita dicit ibi Bal. circa princ. in versic. in gl. ii. & c. quod tene mēti, quia licet alias socius regulariter non sit de socio interrogādus, & participe delicti, vt l. fi. C. de accusa. in assassinatu tamē secus est, vt hic, propter criminis & proditionis immanitatem.

Augusti. Sed addatis, ꝙ ista cōclusio videtur falsa per gl. in l. fi. C. de accu. & per gl. in c. i. de confessis. vbi enumerantur casus speciales, in quibus socius potest interrogari de consociis, & tñ iste casus in assassino non ponitur ibi in exceptuatis à regula, nisi saluādo dicamus, ꝙ propter immanita
4 tem criminis hoc sancitum est. †Et ideo gl. in d. l. fin. dicit, fallit in tali casu propter immanitatem criminis: sed assassinamentū est crimen immane, igitur &c. & probo, quia licet hodie de generali consuetudine mundi nō puniatur affectus, nisi sequatur effectus in delictis, fallit in assassino q. punitur capitaliter, licet non consumauerit delictum. ita consuluit Ang. elgāter in consi. suo xiiii. incip. Nos Caro. fundans se super tex. dicti c. i. de homicid. in vi. Et hoc propter immanitatem criminis. & idem Bal. in l. i. ff. quod quisque iuris. in §. hæc verba. de qua materia vide omnino Io. And. in mercu. in regula, in pœnis extra de reg. iur. lib. vi. & aliter videtur velle Ang. in l. item caput. §. si curauerit. ff. de iniu. sed ille tex. nō probat, quia loquitur in delictis leuioribus, vt dixit Bar. & Bar. in d. §. si mādato. & infra, dicetur in quæstione quæ incipit, (quæro secundo, ali
5 quis mandat.) †hoc confirmatur, quia licet hæres de delicto defuncti regulariter non teneatur, si quid ad manus defuncti peruenerit lite non contestata, tamen fallit in hærede assassini, qui tenetur restituere illā pecuniam, etiam lite non contestata cum defuncto. tex. est cum gl. & ibi Ang. in l. i. §. fi. ff. de eo per quē fac. erit. & hoc propter immanitatem criminis. Præterea illa gl in l. fi. C. de accu. simpliciter nō approbatur à docto. nam multos alios casus exceptuatos ab illa regula, ꝙ socius potest interrogari de sociis. posuit Spec. in titu. de accusatore. §. i. versi. item repellitur. & ita eum allegat Anto. de Butr. in c. i. de confessis Præterea illā gl. illius l. fi. derisit Bar. in l. repeti. §. i. ff. de quæstio. qui in hac materia aliter loquitur.

Sed

Sed aduerte,quia do.Ang.hic,& Bald.in l.nõ ideo minus, non videntur aliquid dixisse,quia hoc non est tantum in assassino, vt socius possit interrogari de socijs,sed etiam in omni alio mandatore.tex.est & ibi Ang. in terminis, in l.& si certus.ff.ad Silla.& hoc est quod voluit dicere Bar. in d.l.repeti.§.j.ff. de quæstio. dũ dixit.fallit in l.si prius.ff.ad Silla.licet Salic.in l.non eo.minus.in iiij.colum.C.de accusa.dicat,ꝙ distinguendum est, an mandatum sit libero, an seruo, vno casu tenetur nominare mandatorem,a io non,& ita intelligit glo. in d.l.si prius.

6 *Mãdati assassinamentum & assassino conueniũt,quæ dicũtur in mãdante & mãdatario.*

Ange. Vnde Sali. in d.l. non ideo minus
6 ver.modo veniamus &c.circa fi.† Quærit,an in illo qui mandat assassinamentum & in assassino habeant locũ,quæ dicam infra,in mandante, & mandatario. Et dicit ꝙ sic,vt probatur in d.§.si mandato. Et allegat rationẽ, quia licet pecunia detur,tñ mandator data vel non data pecunia,non obligatur ex mandato, nec ex locato,vel alia obligatione,quia res est turpis,& à iure improbata, vt ff. manda.l. si vero non remunerandi.§.rei turpis, & ideo dicit, dantem pecunias obligari ex maleficio postea secuto,vt infra,dicam in mandatore.& probat ille qui dat pecuniam, vt eius nomine cũ contrahat obligatur ex cõtractu postea secuto cũ quo cõtraxit,pecuniã recepit,vt ff.de presc[r]i. ver.l. naturalis.§.pen. veruntamen vt dicunt doct.& Bar.delictum censetur in vtroque ipsorum atrocius,quàm si pecunia non interuenisset, & ideo grauior pœna, vt in c.j. de homic.lib. vj. sicut de iudice dicimus, qui magis peccat corruptus pecunia,quàm si gratis, vt l. venales.C.quando prouo.non est ne.coniuncta l.seruo inuito.§.si prætor.ff.ad Treb.

Avgvsti. Tu autẽ in hac materia adde pro confirmatione prædictorum d. Bart.in l. Cicero.ff.de pœ. qui dicit, ꝙ vera est illa conclusio, ꝙ grauius peccant corrupti pecunia, quàm illi qui nõ sunt corrupti pecunia, & adducit hoc exẽplũ de assassino. Et considera, ꝙ vera est ista cõclusio,ꝙ ea quæ dicta sunt per Salic.ꝙ dicta in mandatore & mandatario,militant in assassino,sed non econuerso,vt supra in præcedenti col. satis clare probaui.

7 *Mandans maleficium quod non est secutum, an teneatur ex mandato.*

8 *Mandatum tunc punitur pœna ordinaria, quando tale mandatum habetur pro perfecto delicto in se.*

7 Ange. † Quærò secundo,aliquis mandat committi maleficium,quod tamen secutũ non est,an mandans ex mandato teneatur? Bart.in d.§.si mandato.ver.hoc premisso &c.cõcludit
a in effectu,aut delictum est atrox, [a] & tunc ex solo mandato tenetur, vt extra ordinẽ puniatur,vt l.j.ff.de extraor.crimi. non autẽ vt puniantur ex ipso delicto, quod mandauit fieri, aut delictũ est leue, & non tenetur, vt l. item apud.§.si curauerit.ff.de iniur.idẽ tenet Sali. in d.l.non ideo minus.ver. quæro tertio &c.

ADDITIO.

a ¶Est atrox. Adde Ang.in consi.xiiii. & Bald. in consi. lxxxi. supra alleg. de veritate autem. vide per Aret.in d.consi.clxv. Ber.

Avgvsti. Tu autem in hac materia adde ꝙ omnia ista approbauit etiam Imol.l.si vt proponitur.ff. de fideiuſ. Sed aduertas,ꝙ ista cõclusio legistarum est de directo cõtra text. in c.pro humani.extra de homi.lib.vj. ibi, vel etiam mandauerit, quanquam mors forsitam non sequatur.vbi Papa vult, ꝙ in assassinamẽto,& sic in grauiori & atroci delicto mandans puniatur illa pœna ordinaria, licet delictũ nõ sit postea secutum,sicut ea pœna punitur quãdo delictum est postea secutum post mãdatũ, & tamen doct.hic volunt, quod puniatur tale mãdatum,sed extraordinarie, non pœna ordinaria,nisi respondeamus, ꝙ ibi est speciale in assassino, vel dicamus vt dixit Ioan. And. in regula,in pœnis.in mercuriali.quod ibi in cap. humani. quo ad illas pœnas de quibus ibi in d.c.pro humani.facto illo mandato delictum erat perfectum, non mirum si punitur pœna ordinaria,ac si delictum principale fuisset con
8 summatum.† Ex quibus infero vnam conclusionem vltra legistas,ꝙ vbi mandatum habetur pro delicto perfecto in se, tunc tale mandatum punitur pœna ordinaria,ac si delictum principale fuisset commissum,per text.in d.c. pro humani.quem text. aliter non possumus fugere. Item adde, ꝙ contra prædicta est expressa decisio Dyn.& Ang.in l.item apud.§. si curauerit. ff. de iniur. qui dicunt quòd in assassinamento si do pecuniam alicui vt aliquẽ occidat,tamen homicidio non secuto,non punitur mandans. Sed aduertas, quia verum dicunt, quia non punitur tanquam de homicidio,sed pœna extraordinaria, vt ibi declarant,

& de materia vide in illo consi. Ang. qđ incipit, nos Caro.& ibi Angel.dicit, ꝙ si delictũ est secutũ, licet assassinus debeat decapitari, quia peruenit ad actũ proximũ tñ ex quo delictũ non est consummatũ, quia mors nõ est secuta, bene faciet princeps, si cõmutet illã pœnam corporalem mandantis in pecuniariam.

9 *Mandans ipse an teneatur, si mandatarius non potest teneri.*

9 ANGE. †Quæro tertio, si mandatarius nõ possit teneri, an mandans ipse teneatur? Dicẽdum est vt no.gl. Bar.& alij in l. si id quod. §. fi.ff.de iurisd.omn.iud.

AVGVSTI. Tu dic, ꝙ in hac materia pulchre consuluerunt Bart.& Fran. Tigrini, in l. si mulier. § si seruus. ff. rerum amo. vt ipse Bart.dicit.vide Moder.in d.§.fi.

10 *Mandans si tenetur, an etiam mandatarius an teneatur, an uero aliquo casu excusetur.*

11 *Beroarius an excusatur propter mandatum iudicis pro executione sententiæ uel præcepti, licet faciat iniustitiam.*

12 *Incidens ligna in fundo alieno de mandato alterius, quando excusetur.*

13 *Beroarij potestatis qui torserunt unum indebite, excusantur propter mandatum potestatis.*

14 *Laborator inductus in fundum alienum quando excusetur propter mandatũ inducentis.*

10 ANGE. † Quarto quæro. posito ꝙ mandãs teneatur, an etiam & mãdatarius teneatur, an vero aliquo casu excusetur virtute mandati? Istam q.format Bartol.in d.l. non solum.§. si mandato.ff.de iniur.ver.sed quæro qñ est secutum delictum &c.& concludit, ꝙ aut mandatarius nulla iusta causa potest se excusare,& tunc clarum est, ꝙ tenetur, vt d. l. non ideo minus,& d.§.si mandato aut põt se excusare, vt quia credebat nõ delinquere, vt filius, vel seruus, qui obediũt patri, vel domino,& tunc aut est delictũ leue,& non tenetur, quia patri, vel domino parere tenetur in leuibus criminibus, vt l.liber homo.in prin.& ibi glo. & Flor. ff.ad l. Aquil.aut est delictum graue, & tunc propter mandatũ nõ excusantur, quia in atrocioribus & grauibus obedire non tenentur, vt d.l.liber homo. Et est singulariter aduertendum, secundum Bar.in d.§.si mãdato.ꝙ quęlibet iniuria personalis dicitur delictũ graue, & sic filius nõ excusatur si mãdato patris percutit & manu vacua aliquẽ, cũ quęlibet iniuria personalis dicatur grauior quauis alia pecuniaria, vt l.in seruorum.ff.de pœn. & sic filius &c. seruus tenerentur qñ mãdato patris vel domini aliquam iniuriam contra alicuius personam intulerint, vtputa quia percussit manu vacua, quod est singulare.dicit tñ Sali.& Bal.in l. seruus.C.ad l.Iul.de vi.ꝙ licet mandatum patris vel alterius superioris non excuset in totũ, tñ mitigari facit pœnã, per d. l. seruus.facit.l. Gracchus.C.de adult.& quod est singulare.& quæ b dicantur delicta grauia,[b] vel leuia.no. Bart.in d.§.si mandato.& l.leuia.ff.de accu. Dicendũ est vt ibi per eum.& per gl.in l.auxilium.§.in delictis.ff. de minor. & quod dixi de filio & seruo quibus casibus parere debeant patri &

11 domino.†Idem in beroario [c] siue executore

c qui paret iudici pro executione sententiæ, vel præcepti iudicis, licet faciat iniustitiã pp mandatũ excusatur, vt no.Dy.in c.quod si quis mãdato.de reg.iur. Et prædicta procedunt regulariter, ꝙ mandatarius propter mandatum nõ excusatur, nisi ex iusta causa, vt quãdo tractamus de ijs quæ sunt de iure prohibitorum, vt in maleficijs & in alijs prohibitis, secus si man

12 datum esset de genere permissorum. †vt qñ conduco artificẽ ad incidendũ ligna in fundo, quia bona fide credens fundum meum, licet sit alienus, excusatur propter mandatum, nec ipse laborator potest accusari de damno dato, sed conducens tantum, vt l.in rem.§. tignum. de rei vend. ita dicit no.Bar.& Bald.in d.§.& ibi Ang. nisi fuerit sibi laboratori protestatũ, ꝙ nõ incideret ligna vel edificaret in tali fundo, quia spectat ad denunciantem, tunc laborãdo, vel ædificando constituetur in mala fide, & tenetur & posset accusari. ita dicit Sali. in d.l.non ideo minus.& do.Ioan.de Imo. & Ludo.in l.de pupillo.§.si forte.de oper.no.nunciа.vel secundo hoc est verũ, nisi ille laborator fuerit vicinus, quia tunc præsumitur scire cu-

d ius fuerit ille fundus, [d] vt not. Spec. in titu.de emptio.& vendi.§.ostenso. circa fin. & vide Bald. in d.l. non ideo minus. versi. in glo.iij. ibi.l.ad ea &c.

b ¶Delicta grauia. Adde & vide Cepo. in consi. vj. vbi late.

c Beroario. Adde tu & vide pulchre per Alex. in consi.j.in iiii.vol.

d Ille fundus. Adde de hoc & dic vt pulchre per Bartol.in consil.cxxix. incip.statuto Papiæ. in iij.volu.& de hac quæstione late per Alexan.in consi.xxxvi.in.iii.vol. Ber.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia adde

13 inquantum dictum est, ꝙ† familia potestatis excu-

excusatur propter mādatum potestatis, ꝙ Bal. in l. liber homo. ff. ad l. Aquil. idem voluit secundum Dy. ꝙ si beroarii potestatis torserunt vnum indebite ex mandato potestatis ipsi excusantur. & voluit Ang. in l. liberorū. §. excusatur. ff. de his qui no. infa. & ꝙ iussus iudicis excuset, est tex. & ibi Bart. in l. si quis id quod. in versi. doli mali. ff. de iuris. om. iudi. sed Ang. vbi videtur limitare prædicta, vt procedāt in leuioribus delictis: secus in atrocioribus & grauioribus, per d. l. liber homo. & sic Ang. ibi intelligit etiam d. l. liber homo. procedere in potestate & iudice sed hæc conclusio nō sit vera vel falsa, habeas recursum ad gl. no. quam ibi ponderat Bar. & est gl. magistra. in l. non videtur. §. quod iussu. ff. de reg. iu. per quam gl. prędicta possunt reduci ad concordiam, & prędicta poterunt etiam limitari. Sed cōtra doctrinam istā legistarum de directo est text. cum gl. antepen. in c. quicunque. de senten. excom. lib. vi. quæ gl. dicit, nec hic excusat iussus maioris vel superioris, sed dic vt dicitur ibi in glo. vt no. in regula, quod quis ex mandato. extra de regu. iu. & contra prędicta est glo. in c. mulieres. extra de sen. excō. in antiquis.

14 † Item inquantum dictum est, ꝙ si induco laboratorem in fundo, vel aliquem artificem qui laboret, ꝙ non possunt accusari de damno dato, sed excusantur ꝓpter mandatum conducentis ipsos, licet ille fundus fuerit alienus. Sed limitant prędicta nisi fuerit facta protestatio, ꝙ non laborent in fundo denunciantis, quia tunc faber vel operarius tenetur, nec mandatum excusat. Addatis, ꝙ ista limitatio videtur falsa, quia nō probatur de iure. nam Imo. & Rom. in d. §. si forte. allegāt Sal. in d. l. nō eo minus. hoc dixisse, sed nō est verū, ꝙ Sal. dixerit Secundo mouent̄ ꝑ doc. Bar. & gl. ibi in d. §. si forte. sed illa etiā nō probāt, q̄a gl. & Bart. loquunt̄ in nunciatore noui operis ex illo ædicto, cui parēdum est, siue iuxta siue iniusta sit. l. i. ff. de ope. no. nūc. & idē in nūciatione noui operis ex ędicto ꝙ vi aut clā. l. i. §. & parui. ff. ꝙ vi aut clā. In aliis vero denunciationibus extraiudicialibus nō reperit, ꝙ ꝑ solā denūciationē q̄s cōstituat̄ in mala fide, si alitercertioratus nō est, & sic nō tenet̄ eis credere, vt no. Inn. in c. dilecti extra de ma. & obe. no. Bar. post gl. in l. pe. ff. ꝓ emp. & dixi late vltra doc. in repe. §. morte. ī l. nō solū. ff. de ope. no. nun. Aduerte tn̄, ꝙ Ang. ī d. §. tignū. & Ang. ī auth. qua in ꝓuincia. C. vbi de cri. agi. opor. & Ang. ī auth. vt oēs obediant iudicibus. circa v. colum. voluit, q̄d ꝑ denunciationem factam operariis, ipsi constituantur in mala fide, per l. si fundū. C. de rei vend. & per tex. in auth. vt omnes obediāt iudicibus. in §. si vero alter. ex quo tex. sumpta est illa auth. qua in ꝓuincia, & bene facit licet ipse non alleget, quod not. Bart in l. si Stichum. §. si ab alio. ff. de noua. Sed aduerte, quia etiam ista iura nō ꝓbāt, quia tex. in d. authē. qua in prouincia. intelligitur, qn̄ operarius nullam causam excusationis habebat, q̄a nullum præcessit mandatum, quia tunc tenetur, vt ibi dic't Bart. Nec ob. d. l. si fundum, quia ibi denunciatio fuit facta ante cōtractum, & sic tēpore quo faber nullam excusationem habebat, quia nullum præcessit mandatum. Non ob. d. §. si ab alio, q̄a etiam sibi mandatū cessabat, & sic patet, ꝙ opi. Ang. posset saluari, quando illa denunciatio fuit facta operariis ante mandatum, alias nō potest procedere, vt sola denunciatio cōstituat ipsos in mala fide, & quia in hac materia difficultas videt̄ stare in hoc, an per solā protestationē quis cōstituat̄ in mala fide. In hac materia approbo dicta Spe. in tit. de emp. & vendi. §. nunc dicendum. versi. si. quia si aliqua adminicula concurrebant cum denunciatione protestātis, ei erat credēdum, & ille cui fit protestatio, constituitur in mala fide, & ī hac materia adde dicta Bald. in auth. ingressi. C. de sacrosan. eccle. in ii. col. & Bal. in disputatione sua, accusatus de vi turbatiua. in xxii. col. & Bal. instit. de rerum diui. in §. si quis suo solo. qui dicit, ꝙ si coloni veniunt ad laborandum cum armis, hoc casu nō excusantur. Item inquantum supra dictum est quæ dicantur delicta leuia, & quæ grauia. dic vt late dixi supra.

15 *Mandaui tibi ut occideres Titium, diu stetisti, & postea cōmisisti delictum, an ego tenear.*

15 Angel. † Quinto quærit Bar. in d. § si mādato. in versi. si mādaui tibi vt delinqueres &c. si semel mādaui delictū & diu stetisti, & delictum postea cōmisisti, an tenear? & cōcludit cum Inn. in c. ad audiētiā extra de homi. ꝙ sic. nisi mādatum meum sit expresse, vel tacite reuocatum, vt quia feci pacem, vel parētelam cum inimico meo, vt l. iii. §.

iii.§.fi.& ibi gl.& Bar.ff.de adimen lega.& hoc sequitur Bal.in d.l.nō ideo minus.in fi. & hoc etiā probatur per id ꝙ no.Bar.in ciuilibus in l.qui aliena.§.si is qui. in fi.ff. de acqui.hær.& l.is.qui.§.vnde quæri poterit. ff de manu.& hāc tenet Bal.in l.multū.C.si qs alteri vel sibi.in iii.col.in ver.vnde dico ī simili & dicet īfra eo.ī gl.colloquiū. et trac. AVGVSTI. Tu autē in hac materia adde,& dic limitādo pdicta qđ si mandatū à prin.fuit tempore limitatū, si trāsacto tēpore mandatarius interfecit mandans non tenetur.ita dicit Salic.in l.non ideo minus.in iiii.q.C.de accusa.per tex.in l.diligenter.ff. manda.cum simil.Item adde,qđ si mandatum nō est tempore limitatum,tn̄ mandās in delictis poterit reuocare mandatum. de hoc est tex.in c.quicunque. extra de sentē. excom.dummodo re integra sit facta reuocatio mandati,vt est ibi tex.& glo.& intellige prędicta,ꝙ facta reuocatione reuocās mādatum non teneatur secuto postea delicto,dūmodo illa reuocatio mādati peruenerit ad notitiam mādatarii,alias nō.ita dixerunt Cy.& Sal.in d.l.non ideo minus.& ita dicit Sali.intelligenda esse dicta Innoc. in d.c.ad audientiam.pro qua conclusione dicit Sal.qđ allegat.gl.ordinariam in c.mulieres extra de sen.excom. Sed ego allego gl.meliorem in c.cum quis.extra de sentē. excom.lib.vi.& est doctrina Bart.per illum tex.in l.si pecuniam.§.si.seruum.ff.de cōdi. causa da.& ex dictis Bar.ibi colligitur quare opus est qđ reuocatio mādati perueniat ad notitiam illius cui mandatū erat fieri delictum.Quinimo Ang.in l.i.C.de nil agge. non rumpē.in fi.videtur velle,qđ illa reuocatio mādati peruenire debeat etiam ad aures illius qui fuit occisus.sed certe Ange.ibi videtur loqui in alio casu. Adde tamē, qđ videtur qđ in delictis facto mādato ꝑ me, vt aliquem occidas,licet reuocem mandatum,etiam antequam delictū fiat,nihilominus pœna ordinaria debet puniri mandās, quia talis reuocatio mandati fieri nō potest etiam re integra quin puniatur,vt est casus in c.pro humani.extra de homic.lib.vi. sed responde,vt per glo.ibi in verbo mandauerit.& tene menti illum casum.Adde Bal.in l.i. C.de ser.fu.in iii. col. q approbat dicta Inn.in d.c.ad andiētiam.in hac materia.& ibi tāgit,qđ si mādaui tibi vt Titiū occideres,& ex interuallo occidisti, omnino alias facturus,an mandās teneat? Adde Bal.in c. i.§.furtū.de pace iuramē.fir.q ponit quādo mādās volebat ꝓbare mādatariū esse inimicū occisi.& adde etiā qđ dicit Bal.in c.i. §.iniuria.in viii.col.ver.qro Titius.de pace iur.fir.& adde dicta Ang.in l.i.C.de nil.agge.nō rumpen.in fi.& Sali. in l.i.C.de rap. virgi.in vi.col. q faciūt mentionē de doct. Inn.in d.c.ad audientiā. & de ista reuocatione mādati dicā in hac eadē gl.in vlt.q.& vide Pet.de Anch.in clemēti.i. de renūcia. de intellectu do.Inn.in d.c.ad audientiam.

16 *Mando tibi ut mandes alij, an tu secundo mandans tenearis.*

17 *Nuncius scienter portans literas, ut maleficium committatur, punitur secuto homicidio.*

16 ANGEL. †Sexto quæro,mando tibi, vt tu mandes alii,an tu secūdo mandās tenearis? hāc qō,format Bart. in l.aut q aliter.§. pe.ff.quod vi aut clam.& in l.i.§. incidit.ff. ad Turp.vbi cōcluditur,qđ aut est crimē leue.& talis nuncius,vel habēs mādatum ad mandandum,non tenetur,vt d.§.pen.aut ī grauibus,& tenetur,vt d.§.incidit. ex quo dicit ibi Bar.no.qđ cōtra istos nuncios,per quos fiunt isti tractatus,per iudicem maleficiorum potest procedi,& puniri possunt.de hoc est glo.ordi.& Bar.no.in l.si sciente.ff. de parri.quod singulariter not.contra istos portantes literas,vel ambasiatam de aliquo tractatu contra rem publicam,vel alio delicto atroci,quia tenētur,& puniri possunt, vt principales delinquentes.

AVGVSTI. Tu autē in hac materia adde quæ dixerunt Pe.& Cy.vt refert ibi Sal.in d.l.non eo minus.C.de accu.in antepe.col. in versi.viso de mandante an & qūo puniatur. Quæro,quid de nuncio? & ibi Sali. breuiter faciēs mentionem de doct.Bar. in locis supra alle.tandem concludit secundū Pe.& Cy.id quod Bart.supra Adde tn̄ quę in hac materia pulchre dixit Bal.in l.i.§.ne autem.C.de cadu.tol.in fi.vlt.col.qui dicit, qđ nuncius,qui scienter portauit literas vt maleficium vel homicidium cōmiteretur, punitur secuto homicidio.qui allegat doctrinam Cyn.in d.l.non ideo minus. idem dicit si mandaui Titio, & Titius Seio omnes tenemur,per tex.quem dicit esse singularem in l.si ego.ff. quod vi aut clam.

Mandans

18 *Mandans an teneatur ex mandato vel ex delicto postea secuto, quod est vtile scire propter locum, & tempus, & alia quae in inquisitione debent apponi.*

19 *Accusare vel inquirere volens cõtra mãdantẽ, debet confinare locum, & tẽpus delicti secuti, nõ autẽ locum & tempus mandati facti.*

20 *Qualitas quae oritur ex tempore respiciens mãdantẽ et mãdatariũ, qualificata ex tpe vel loco, an aggrauat pariter factũ in vtroque.*

21 *Mandans obligatur ex mandato, quando mandatum de per sa habetur ꝓ delicto perfecto et tam si non sequatur delictum, & tunc inspicitur tempus & locus mandati.*

18 ANGE. †Septimo quaeritur, an mandãs teneatur ex mandato vel ex delicto postea secuto, quod est vtile scire ꝑpter locum & tempus, & alia quae in inquisitione debent apponi. & hanc q. format Bar. in d. §. si mãdato. versi. q̃ro vnde oritur obligatio &c. vbi tenet, ꝙ ꝑ mandatum tenetur ex delicto, vt l. i. §. persuadere. ff. de seruo curru. & ibi gl. & no. gl. in §. ope. de obli. q ex deli.
19 nascun. †Ex quo infert, ꝙ qñ vis accusare, vel inquirere contra mandantem, debes cõ
a finare locum delicti secuti, [a] tempus delicti, non autẽ tempus & locum mandati facti, vt l. praetor. §. hoc aũt edicto. & ibi Bar. ff. vi bo. rap. quod est menti tenẽdum. & ibi etiam infert. ꝙ locus & tempus delicti commissi inspicitur ad pęnam augẽdam vel minuendam in mandante, vt d. §. hoc autẽ edicto. facit quod no. Bar. & ibi etiam Im. in l. si vt proponis. ff. de fideiuss. de quo latius ꝑ Sali. in l. non ideo minus. C. de accu. versic. vii. quaero vnde obligatio &c. sed Bald. in d. l. non ideo minus licet in effectu idẽ videat concludere cum Bar. tñ in ver. quinto quaeritur an mandans &c. sic dicit. aut mandãs obligatur ex eodem delicto, & tunc sine dubio obligatur simul in tẽpore, aũt ex diuersis delictis, & tunc refert an delictum mandantis recipit consumationem in ipso mãdato, & tunc obligatur mandans, & tunc locus mandati tãtummodo, & tempus est apponẽdus: vt d. §. persuadere. aut in ipso mãdato non recipit consumationẽ, sed in delicto postea secuto, tunc dicit ꝙ simul obligãtur, vt l. haec verba. ff. de adul. & locus & tẽpus delicti postea secuti sunt apponẽda. Ex
20 quibus inferĩ, & patet, † an qualitas q̃ oriĩ ex tẽpore qualificata, & quae respicit mãdãtem & mandatarium q̃a vbicunque delinquũt simul in tẽpore, ibi sequiĩ accusatio, ꝙ ea qualitas aggrauet factum pariter in vtroque, & eodem mõdo dicit, an obligẽtur eo loco, q̃a aduertendũ est ꝙ vbicunque obligantur simul in eodem tempore, obligãtur etiã simul eodẽ loco, & sic qualitas loci pariter aggrauat mandãtem & mãdatarium, & ẽt sequitur, ꝙ mandatarius debet conueniri in loco facti & delicti consummati, non in loco mandati. Adde tamen quod dicam infra in versi. xii. quaero &c. vbi aliter in aliquibus dicam secundum Bal. & plenius.

ADDITIO.

a *Delicti secuti.* an tẽpus consumati delicti debeat poni accusatione, adde tu & vide Ang. in consil. suo clxxviij. Ber.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia
21 adde & limita praedicta, ꝙ † verũ est, & fateor, ꝙ mãdans obligatur ex delicto ꝑpter mãdatũ & sic locus & tempus, delict. consumati inspicitur, etiã quo ad poenam imponendam, fateor hoc, vbi mãdatũ de per se solum non est delictũ, nisi secuto maleficio. loquor quo ad hoc, vt poena ordinaria puniatur, sed vbi mandatum de per se solũ habetur pro delicto perfecto etiam non secuto maleficio vt in assasino, vt est casus in c. pro humani. de homi. lib. vi. & ibi glo. super verbo, mandauerit. & Io. And. in regu. in poenis. in mercu. ꝙ facto illo mandato, in hoc delictum est perfectum, tunc dico, ꝙ tẽpus & locus mandati inspicitur, quia mandans obligatur isto casu ex mãdato illo iniusto, & hoc probatur in d. §. pro humani. ibi, vel mandauerit. quãquam mors forsitã nõ sequatur. & hoc est qu..d dixit Bald. in d. l. non eo minus. in sua distinctione relata ab isto authore hic. dum Bald. dicit, ꝙ vbi delictum mandantis recipit cõsumationem in ipso mandato, & tunc ex illo obligatur mãdans, & locus mãdati, & tempus esset apponendum in inquisitione. d. l. i. §. persuadere. item intellige & limita dicta Bar. supra allegata, dum tractatur de puniẽdo mandantẽ poena ordinaria, secus si tractaretur de puniendo ipsum poena extraordinaria ꝑpter mandatum tñ, quia locus & tempus mãdati inspicitur, & non locus & tempus cõsummati delicti, ita elegãter dixit Imo. in l. si vt proponitur. ff. de fideiuss. & omnino vide

Bar. q. ponit istam eandē qō. si ego existens Ferrariæ mando vt occidas vnū Florētiā, & occidisti, an hic Ferrariæ ego mādans possum conueniri, si obligatio orit ex mādato, possum conueniri Ferrariæ. si orit p p delictū consumatum nō ibi vide, & de materia pricipali vide Bal. i l. sed & eximēdi. §. ptor. i fi. ff. ne quis eū q. in ius voc. est vi eximat.

22 *Instigans quòd clericus percutiatur, secuta percussione, tenetur instigans canone, si quis suadente diabolo.*

22 ANGE. †Octauo quæro al quis instigat & solicitat q clericus pcutiat, an peercussione secuta teneatur ēt, canone si quis suadēte diabolo. & dicēdū est q sic, vt no. Bal. Ang. Rap. & Im. i l. qd ergo. §. pe. ff. de le. i.

AVGVSTI. Tu aūt in hac materia adde tex. in c. mulieres. extra de senten. excōmu. §. i. qui tex. vult, q talis non possit absolui nisi à summo Pontifice.

23 *Clericus si solicitat aliquē ad committendum maleficiū, morte secuta, an sit irregularis.*

23 ANGE. †Nono quæro, quid econtra si a clericus īstigauerit [a] vel solicitauerit aliquē ad maleficium commitendum, & mors sequatur, an ipse sit irregularis? vide vt supra per eosdem in dicto. §. pen.

ADDITIO.

a Instigauerit. Circa hoc adde & vide Federi. de Sen. in consi. clxvij. Ber.

AVGVSTI. Tu aūt in hac materia adde no. p doct. in c. sicut dignū. extra de homici. li. vi. sed melius vide tex. cū gl. in c. Petrus diaconus. eo. tit. extra de homici.

24 *Mādans maleficiū, eo secuto, nihil agit in passum intrinsece p se, sed per causā extrinsecā.*

24 ANGE. †Decimo quęro, si mādatur cōmitti maleficium seu homicidiū, & eo secuto quid mādās dicatur agere in passo? hāc q. format Bal. in d. l. non eo minus. in ver. in ista materia procedo &c. vbi concludit, q nihil agit intrinsece per se, sed agit per causam extrinsecā, qđ patet, qa nihil pōt agere p causam intrinsecā, nisi sit approximatus passo, sed talis agēs pōt esse omnino separatus à passo, verbi gratia. si ille q. est Florentiæ mandat percuti illum, qui est Bononiæ, nā inter illud agens, & illud patiens nulla est approximatio. vnde iste actus non attribuitur illi primo agenti per propriam operationem, sed per alienam.

AVGVSTI. Adde & dic q ista pcedūt de facto, sed iuris fictione aliqn mādans dicitur vere facere, etiam in passo, vt in casibus quos plene examinabo infra in xiiii. q. (an mandans dicatur vere facere.)

25 *Delictum mandantis & mandatarij an sit vnum numero.*

non debent, vide late per Fran. Bru.in tract. de indi. & tor. char.j.colum.iiij.versi.vlterius generaliter quæro.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia adde dicta do. Abb.per illum tex.in c.de cætero.ex-
33 tra de test. †vbi dicit quod licet laicus in criminalibus non posit testificari cõtra clericũ, tamen facit indicium & vide Bald.in c. sacramenta.de consue.rec.feu. qui dicit quod testis non legitime examinatus, faciet indiciũ. quã materiam intelligo secũdum d.Bar.in l.admonendi.in antepen.char.ff. de iureiur. & multa dixit Bald.in d.c.sacramenta.

34 *Indicijs omnibus existentibus contra reum, tunc indicium etiã urgens facit, si uero pro eo sint aliqua indicia, tunc indicia contra reum debent esse multum urgentia.*

34 ANGE. † Et prædicta præcedũt,qñ om-
c nia indicia sunt contra reum. Sinautẽ pro se [c] aliqua indicia reũ excusantia,tunc indicia contra reum debent esse multum vrgentia, vt superent ea quæ faciunt pro eius excusatione, vt no.in l.j.§.j.in fin.de quæstio. & ibi Bar.

c ℭ Pro se. Adde Ful.in consi.lxxj.& dicta Ang. sequitur etiam Fran.Bru. in tract. de indi. & tor. char.ij.col.iiij.circa fi.

AVGVSTI. Tu adde id quod dixit Bar.in l.ij.C.quo.appel.non reci.in ij.col.qui alle. Io. And.in c.cũ in contemplatione extra de reg. iur.dixit ꝙ licet vnus testis de veritate faciat indicium ad torturam,hoc verum est nisi aliæ circunstantiæ resistant illi testi. & pro hoc facit optime id quod dixit Salice. in l.fin. C.de accu.circa glo.in l.in ciuile.C.de fur.

35 *Iuramentum non est indicium sufficiens ad torturam,nisi ubi in ciuilibus faceret plenam probationem.*

35 ANGE. †Iuramentũ autem non est indicium sufficiens veruntamen in casibus in quibus ciuiliter agendo facit plenam probationẽ, vt in l.si quando.C. vnde vi. & quod ibi no. per glo. & docto.in cap.fin. extra quod met. cau. in illis casibus facit indicium sufficiens ad
a torturam. ita dicit Bart. [a] in l.fina. in fin.ff.de in lit.iur. quod not.

ADDITIO.

a ℭ Ita dicit Bart. Adde, & vide Alexand. ibi in apostil. qui dicit hoc esse arbitrarium. ar. not. in c.cum in contemplatione. extra de reg.iur. & maxime per Ioan. And. Ber.

AVGVSTI. Adde tamen quod ibi Bart. loquitur per verbũ,forte,& sic Bar. ita ibi clare hoc non videtur affirmare,quia certe durũ est quod asserenti se esse vi derobatum quod sibi credatur in criminalibus in facto proprio, & ad ponendum reũ ad torturam quia vbi ex dicto vnius quis torqueri potest, opus est q̃d illo sit omni exceptione maior, iuxta not. per Bartol.in l.j.§.item cornelio.ff.de quæstio.& supra late dixi.

36 *Indicijs non præcedentibus, licet reus in tormentis confiteatur & postea ratificet, non poterit condemnari, secus tamen si sponte & absque tortura confessus fuisset.*

36 ANGE. † Aduertas tñ q̃d si indicia non præcedãt & inquisitio formetur nõ præceden-
b tibus indicijs,lice, reus cõfessus [b] fuerit in tormentis,& postea ratificauerit,non tamẽ ex tali confessione ẽt ratificata, & processu poterit damnari,vt est tex. cũ gl.singulari. & ibi Bar. in l.pe.ff.de quæst.secus tamẽ si spõte & absq; tortura confessus fuisset,quia tunc ẽt non præcedentibus indicijs vel ẽt non data indiciorũ copia ex tali spõtanea confessione, potest damnari,vt est tex.& ibi not.in c.j.de accusa.lib.vj. ita not.Pet.de Anch.in clem.j.de homi.quod
c singulariter tene menti. [c]

b Confessus nõ præcedẽtibus indicijs. vide Mod. in c. at si clerici. in princ. de iudic.& istum infra in versi.comparent inquisiti & confitentur totum in vlti.col.& vide Cepo. in consi.cv. & Barba. in consi.xxxv.

c Tene menti. Adde tu vltra ea quæ ponit hic Angu.ꝙ consi.Ro.est nu.clxvij. Et vide Alexã. in consi.v.in j.volu. in consi.j.consi.xxxiiij. & consi.lij.in iii.volu.Cep.consi.xl.et cõsi.xxxiii. & ibi dicit ꝙ confessio spontanea non verisimilis, non est sufficiens ad condemnationem. & vide consi. Paul. de Cast.in consi.cclxvj. in secundo impressis. Ber.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia adde,quod contra istam conclusionem expresse tenet Bald. in l.j.C.de confes.in iij.oppo. qui vult quod si confessio est facta in tormentis sine indicijs dummodo sit ratificata nocet confitenti,vt possit damnari ad mortem, & ita solet allegari quod Sal.in l.ij.colũ.ij. C. de cust. & exhib. reo. & hoc idem tenuit, & hoc est quod voluit dicere Imo.in c.fi. extra de confes. qui dixit quod Salic. tenuit contrarium eius quod dicit Bart.in d.l.pen. ff. de quæstio. Sed vos addatis & teneatis opin. Bartol. pro

qua

qua allego Imo. post Ange. in l. celsus. in fi. ff. de acquir. hære. q. dicit hoc notandũ esse, quia poteris lucrari multas pecunias. Et ita alias obtinuit in personã vnius qui vocabatur Augu. de Arimino, & libẽter feci, qa propriũ nomẽ meũ habebat & erat de ciuitate Arimini sicut ego, & tunc Romæ erant, & fuit primo anno quo fui creatus aduocatus consistorialis. Pro qua conclusione in terminis vltra doc. allego Ange. hoc idem voluisse in l. ij. C. de confes. & Ange. in l. ij. C. quo. appel. non recip. & Gād. in tract. malefi. in materia torturæ sub rub. an confes. per tortu. quã nõ præces. indic. & Gui. de Suza. in tract. maleficio. sub rub. quali. reus subijcia. tormen. in versi. sed quæro aliquis & Bald. in addi. Specu. in tit. de confes. in j. col. & Pet. de Anch. in cõsi. suo xxiij. incip. In Christi nomine visa inquisitione. Plus dicebat ibi Pet. de Ancha. quod si apparet illũ talem iniuste carceratum, & postea confessum non dicitur confessio legitima, nec ex ea reus est cõdemnandus per bonas rationes quas allegat & sequuntur Mod. in d. §. celsus. & Ro. in consi. cxlix. licet Pau. de Eleaza. contrarium tenuerit in commẽto. c. grauis. de deposi. & malefi. Et vide do. Catal. in materia syndica. in quęst. ccxij. qui tenet quod talis ratificatio nõ tenet quando per torturam est habita confessio sine indicijs. Limitat tamen ibi hoc esse verum qñ ille reus nõ esset repositus in suam pristinã libertatẽ, secus si esset repositus & postea iretad iudicem & ratificaret quia ipse ex tali cõfessione obligaretur, ibi vide multa quę allegat, quę hic non trãscribo, nam mihi hoc esset parum. Et licet iste do. Catald. non dicat, tamen reperio quod originaliter hoc fuit dictum Math. in notabilibus dictis suis, notabili. lvj. Nec ob. dicta Sali. in d. l. ij. quia ibi Salice. non præsupponit quod nulla indicia præcesserint, vt in casu nostro nos loquimur. Et de materia per Flor. in rub. ff. de proba. per quæ patet veram esse sñiam Bar. in d. l. pe. quod confessio facta in tormentis sine indicijs, etiam si millies esset ratificata non est sufficiens ad condemnandũ hominem ad mortem. Adde tñ quod in tribus casibus potest quis torqueri sine indicijs, quos glo. enumerat. xij. q. ij. in c. quæstionem.

37 *Indicia non solum debent precedere, et esse nota reo, sed debet dari copia reo.*

38 *Indiciorum copia danda est reo, quando iudex procedit inquirendo in casibus à statuto omissis, & à iure communi permissis, alias inquisitio non valet.*

37 ANGE. † Item aduertas quod non sufficit quod indicia præcedant & nota sint iudici, nisi detur copia reo & qđ cõtra dicat, alias ad torturam poni non potest. & etiam detur copia aduocato suo, vt l. custodias & ibi gl. Bart. & Ange. & Imol. ff. de publ. iudic. & nota. in cap. qualiter & quando. de accusat. Si tamen indiciorum copia non fuerit data aduocato, non tamen propter hoc ipse iure vitiabitur processus, vt not. Bartol. in dicta l. custodias argument. l. j. C. de sent. aduer. fi. la. lib. xij. Si tamen reo postulante non detur copia diffamationis, & indiciorum, & vltra procederetur ipso iure, non valet processus, vt dicto cap. qualiter & quando. & c. inquisitionis. quod vltimum singulariter limitatur per Ang. in l. si vacantia. C. de bo. vac. post formam specialis inquisitionis quo ad personas & delicta, vbi in effectu dicit quod quando inquisitio est remedium ordinarium, quod est quando de tali crimine ex forma statuti potest procedi per inquisitionem, tunc cum procedi possit fama nõ præcedente non est famæ & aliorum indicio-

38 rum copia danda, alias sic. † Ex quo bene noquod si tu iudex vis per viam inquisitionis procedere in casibus à statuto omissis, & qui permittuntur à iure communi, iuxta regulas Bartol. in l. ij. §. sed si publico. & ibi glo. ff. de adult. Salic. in l. ea quidem. C. de accusat. & dixi in glo. hęc est quædam inquisitio &c. quod copia iudiciorũ danda est, alias inquisitio non valet. Secũdo, in dicto loco hoc limitat Ange. esse verum, nisi quando iudex inquirit ex

d mero officio [d], & non ad alicuius querelam vt supra dixi in verbo, ex mero officio. ita etiam dicit Anto. de But. in dicto capitu. qualiter & quando in iij. colum. Vel tertio quã do procedit per inquisitionem ad denunciatam syndici vel officialis, tunc copia famæ non est danda, vt dicit Ang. in d. l. si vacantia. Sed an saltem aliorum indiciorum sit danda copia, videtur quòd sic, & sic saluatur opin. Bartol. in d. l. custodias. & d. §. si publico.

d ¶ Ex mero officio. adde ꝙ etiam quando iudex procedit ex mero officio ꝙ copia indiciorum sit danda tenet Cepo. in consilio. lxvi. & ibi quod iudex non dicitur procedere ex mero officio, quã do est aliquis qui instigat. et vide Alex. de Imol. in consi. xli. in ii. volumi. vbi ꝙ iusta causa denegandi indicia reo est, quando reus esset iurisperitus, & iudex sibi legit copiam indiciorum, & idem quando esset timor subornationis, testium propter potentiam rei. vt ibi per Alexand. & per Barb. in consi. xxxv. incipient. scribitur apud ecclesiastes.

AVGV-

AVGVSTI. Tu autem in hac materia adde vnam singularem limitationem quod verum est quod copia inquisitionis & indiciorum est danda, nisi captus alias sit homo malæ cōditionis & famæ, ita singulariter dixit Guid. de Suza. in tract. suo malefi. sub rub. qualiter fiat inquisi. in princi. qui dicit ista verba formalia. Quæro nunquid facta & completa inquisitio ne testes debeant publicari & de eis fieri copia illi contra quem est facta dicta inquisitio. & breuiter determinat quod sic, per l. vnius. §. cogniturum. ff. de quæst. cum multis si. Temperat tamen hoc esse verum si ille olim fuit bonæ famæ, alias non. Et hoc etiam voluit Gan. in trac. malefic. sub rub. quomo. cognosca. de malefic. per inquisitio. in versi. sed quæro facta & completa inquisitione, nunquid testes & totus processus debent publicari, & de his debet fieri copia ipsi reo, ibi concludit quod sic. Tēperat tn̄ hoc esse verum, nisi ille contra quem est facta dicta inquisitio, sit homo malæ famæ & vitæ, & olim sic est habitus. & allegat Spec. in terminis hoc voluisse. Et ibi dicit qđ illud opus Spec. multum pro authentico reputatur. Et certe voluit allegare Spec. vbi ego allegaui supra in glo. in verbo, hæc est quædam inquisitio. in illo articulo, an quando iudex mero officio procedit, requiratur quod testes examinentur super infamia. Sed certe mihi videtur ista sententia periculosa, nisi limitaremus istam sententiam secundum quod alias Gan. dixit sub eadem rub. quomo. cogno. de malefi. per inquisitio. in iij. col. in ver. sed nunquid in introductione testium. qui dicit quod doctores Bononienses semel interrogauerunt do. Fede. qui in hac materia dixit quod licet alias illi qui olim sit diffamatus quod sit homo malæ conditionis & famæ, copia & inquisitionis testium non sit danda, hoc verum vbi inquisitio est formata ex mero officio iudicis, secus si ad postulationem alterius, & istam partem credo veram, & intelligas sane, quia intelligo prædictos doctores quod loquantur de copia inquisitionis, & solum de copia testium super diffamatione. nō de copia indiciorum, propter quæ quis postea potest poni ad torturam, quia licet millies sit homo malæ famæ & vitæ, non dubito quin dari debeat sibi copia illorum indiciorum, per ea quę dicta sunt, quia defensio, quæ est de iure naturali, nemini est auferenda. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. cum simi. Et ideo dixerunt Gandi. & Gui. de Suza. qui fuerunt magni practici in criminalibus, quod facta captura de ipso reo à receptis indicijs contra reum, ad hoc vt possit torqueri, & iudex vult ipsum torqueri. Si reus captus dicit, domine potestas, antequam me ad torturam ponatis, detis mihi terminum defensionis infra quem possim probare de innocentia mea, quia incontinenti sum paratus probare per testes idoneos, & tollere omnia indicia quæ habetis contra me, quod iudex non debet ponere ipsum ad torturā, imo dare sibi dilationem ad destruendum illa indicia quæ habet potestas in reum. Ita dicit quod dixit Lamber. de rampo. & hoc dixit Gandi. in tract. malefi. sub rub. an volens probare contra indicia præceden. ad tortu. admit. & idem Gui. de Suza. in tract. malefi. sub rub. qualiter reus subijcia. tormen. in versi. sed quæro ponamus quod præcedant criminis indicia. Vnde concludo indistincte copiam indiciorum ad torturam esse dandam, etiam si reus sit homo malæ vitæ & conditionis, vel etiam si iudex procedat ex mero officio. Nec obstant supra allegata, scilicet quod vbi iudex ex mero officio non est danda copia, quia intelligo & inquisitionis & infamiæ, & ita intelligo dicta Ang. in d. l. si vacantia. & Gand. & Gui. de Suza. aliter Doctr. essent ipsimet contrarij. Inquantum autem dixi quod vbi ex mero officio iudex procedit, copia diffamationis sit danda, intelligas materiam, vt dixi supra in gloss. in verbo, hæc est quædam inquisitio.

39 *Minatus est Titius alicui mortem postea die sequenti ille cui facta sunt minæ reperitur mortuus, an præsumatur mortuus ab eo qui minatus fuit.*

39 ANGE. †Quæro quid si aliquis minatus sit alicui post mortē, post ea vero sequenti die ille cui factæ sunt minæ reperiatur mortuus, an præsumatur mortuus ab eo qui intulit minas. Istam quæstionem format gloss. Cyn. & alij in l. metum. C. quod met. cau. & per Specul. in titu. de præsumpt. §. ij. versicul. sed pone. & Cyn. in l. j. C. si quis impera. maledixe. & Ray. & Bald. & Imol. in l. fi. ff. de hære. institu. & per Bart. in l. famosi. §. j. ff. ad legem Iuliam. maie. vbi in effectu concludit esse aduertendum, an minator fuerit homo malæ famæ, & consuetus sit minas suas in interfectione hominum executioni mandare, & tunc licet Ray. dicat quod est sufficiens indicium ad condemnationem, tn̄ Bal. ibi quem sequitur Imo. dicit quod non, ad condemnationem, sed quo ad ponēdum ad torturam est sufficiēs indicium

indicium, quia nemo ex præsumptionibus debet damnari. l. absentem. ff. de penis, sed probationibus claris, vt l. fina. C. de probationibus &c.

AVGVSTI. Tu autẽ in hac materia adde ꝙ miror quod iste docto. hic attribuerit istam determinationẽ Bal. cõtra Ray. Sed hoc fuit originale verbũ Spec. quem sequitur ibi Io. And. in addi. titu. de præsump. §. i. vers. sed pone. Et istam sentẽtiam secutus est Gã. in trac. malefi. in rub. an possit emẽdam. coram vicar. domi. potesta. in versic. item pone quod quidã mihi minatus fuit. Et ibi in effectu concludit per bonas rationes quod solum est sufficiens indicium ad torturam, non ad condemnandum, & vide Salice. in l. i. C. si quis impera. maledi. Adde Ant. de But. in c. iii. loco extra de probatio. Et omnino Ang. in l. fi. C. de quęstio. & ꝑ Ang. ĩ l. i. C. de his quib. vt indig. Adde Abba. in c. literas. extra de pręsumpt. post Bal. ibi vide Abba. in c. scribã. in fi. extra de pręsum. Domi. de sancto Gemi. in c. secundũ. xviii. dist. aliquid per Bald. in l. i. in iii. colũ. & do. Bart. in l. fi. in penulti. q. ff. de quæstio. dum dixit quod de homicidio pręsumitur contra illum qui erat inimicus occisi, & ex nimis capitalibus inducitur inimicitia capitalis. vt est glo. not. in l. licet. ff. de arbi.

40 *Fama debet esse talis quòd non possit tergiuersari, & quæ possit generare scandalum, alias talis diffamatio non sufficeret.*

40 ANGE. †Et bene nota. quod dicta fama de qua supra debet esse talis, ꝙ nõ possit tergiuersari, & quæ possit generare scandalũ, vt d. c. qualiter & quando. alias talis diffamatio nõ sufficeret, vt ibi. Quæro quæ fama esse debeat & qualiter probari debet a, vide Bartolum in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstioni. & Salice. plene in d. l. ea quidem. C. de accusationibus.

ADDITIO.

a ¶Probari debet. Adde tu, & vide circa hoc Alexand. in consil. xc. in ij. volu. & Fran. de Aret. in consi. ciij. Io. de Ana. in consil. i. Fulg. in consil. clxxxiiij. Raph. Cu. in consi. lxiii. & lxxvii. Cald. in titu. de proba. consil. j. & Panor. in consi. iij. Ber. Adde vltra prædicta circa probationem famæ. & vide Alex. de Imol. in consil. ccxj. col. penul. versicu. nec etiam. in ij. volu. & in consilio xix. col. pen. post medium. ibi, quæ singula &c. in iiij. volumi. & in consi. xxv. colum. ij. & aliquid in consi. lxvi. colum. fin. versic. & sic stat. in iii. volu. & etiam in consi. lxx. eo. vol. Et quomodo probetur per eundem Alex. in consil. lxxij. colum. ij. versicu. nec etiam obstaret in primo vol. & vide eundem in consi. lj. eo. vol. vbi quod probatur per testes singulares.

AVGVSTI. Tu adde & vide dicta Gand. in trac. malefi. in rubr. vnde & à quo loco possit famæ procedere. qui late examinat istã materiã. & in rub. q. ad famæ ꝓba. poss. & debe. de iure admit. qui ponit quo modo fama sit ꝓbanda, & cõtra Bar. tenet Bal. in l. de quibus. ff. de legi. in fi. & Bal. in l. testiũ. C. de testi. in fi. & de materia ꝑ Ang. in d. l. ea quidẽ. per Inn. & do. Ant. de But. in c. cũ oporteat. extra de acc. per Bar. & Bal. in lectu. & in additio. in l. iii. §. i. ff. de testib. per Bar. in l. fi. ff. de suppel. leg. Tãcre. in cõpendio suo ꝓ & cõtra, fo. lxxix. q. x. ꝑ Flor. in l. si arbiter. C. de probatio. per Bal. in authẽ. quod locum. C. de colla. & per Bal. in additio. Specu. in tit. de senten. in vltim. col.

41 *Fama an sit sufficiens indicium ad torturam.*
42 *Fama est indicium sufficiens ad torturam, si est vehemens contra malefactorem.*
43 *Item si cum fama adsit denũciatio syndici cũ iuramẽto denũciãtis Titiũ occidisse Caiũ.*
44 *Item si cum fama, probatum est etiam esse ipsum alias malæ famæ, & vitæ & cõditionis.*
45 *Fama an sit sufficiens indicium ad torturam. dantur multæ remissiones.*

41 ANGE. †Et an fama a sit sufficiẽs indiciũ ad torturam, dic vt ibi & in l. fi. eo. ti. ꝑ Bar. & Sali. in d. l ea quidẽ. in materia famæ, & facit gl. in l. iii. §. eiusdẽ. ff. de testib. quæ regulariter dicit quod non, sed iuncta cũ aliis indiciis valet, vt not. Bar. in l. i. §. idem cornelio. ff. de q̃stio. Tene tñ menti sing. glo. in c. veniens. el. i. de testi. quæ dicit quod fama cum vno teste in causa ciuili facit plenã probationem, & sic sufficit ad cõdemnationem, secus criminali, quod bene no. de quo tñ dic vt not. Bar. in d. §. item cornelio. sed melius loquitur Bar. secundum Dy. Ray. & Old. in l. i. vbi ẽt gl. ff. de excu. tu. dic vt ibi & ꝑ Ant. de But. in c. cũ oporteat. de accu. de quo dic vt dixi in gl. i. in ver. cõparẽt dicti inquisiti & negauerũt totũ &c. in ver. q̃ro an ex diuersis generibus ꝓbationũ. & hoc tenet Barto. in l. si quis ex argentariis. § primo. ff. de edend.

ADDITIO.

a ¶An fama sit sufficiens indicium ad torturam. Adde tu, & vide Alexã.de Imo.in cons.v.supra in aliis a postil.alle.vbi ꝙ est sufficiens indicium ad torturam in eo.genere mali, de quo imputatur puta in furto quando est fama, ꝙ sit fur, vbi vide, & vide etiam Fran.de Aret.in consi.xiij. Ro.in cõs.vij.& de hoc plene per Pari.de puteo in trac. syndi.in ver.tortura.versi. an fama, & adde an fama de iure canonico probet,& sit sufficiens vt quis reputetur irregularis, vt eius impetrata non teneant,& vide Calde.in tit.de proba.consi. ix. & an si fama non habet certum autorem sit sufficiens indicium ad inquirendum, & vide per Fran.de Aret.in consil.lxxiij.

Avgvsti. Tu autẽ in hac materia qa quotidiana est, adde ꝙ istũ passum late disputauit pro & contra vltra omnes doc. Gã di.in tracta.malefic.sub rubr.de quæstio.& tormẽ.in illa quęstione, sed de vno quero, pone fore probatum de crimne per publicam vocem & famam & tãdem concludit quod si cum fama est vnum aliud indiciũ, tunc per famam poterit poni ad torturam reus. Idem Gui.de Suza.in trac.malefi.sub rubr.qualiter reus subiicia.tormen.in prin. qui dicit puta qui erat inimicus. puta quia iactatus est vel fugit &c.& hoc dicit Gan. secundum iura ciuilia, secundum iura canonica, cum fama faciat semiplenam ꝓbationem,& equiparetur dicto vnius testis.c. illud.extra de pręsum. & c.si quis. extra de purga.cano.cum simi.tunc per solam ꝓbationem famæ quis poterit torqueri,& subdit quod communiter assessores hoc obseruant. Subdit tñ quod multoties vidit obseruari pro & contra, per iudices & assessores secundum varias & diuersas opiniones diuersorum. Ego autem si assessor essem hoc non facerem, quod per solam famam pone

42 rem vnum ad torturam. † Limitarem tñ prædicta secundum quod dicit Bart.in quodam consi.suo clxxxvi.incip. Domino Paci de burgo sepulchri legum doctori.qui dixit quod si fama est vehemens cõtra malefactorem, tunc est sufficiens indiciũ ad torturam. Et ita reperio Bald.tenuisse in c.i.de pace iura.fir.in viii.colũ.& habetur in d.§.

43 tormenta. † Secundo limitarem nisi cum probatione fama esset dictum syndici cum iuramento, qui ita denũciauit Titium occidisse Caium.ita cõsuluit Bar. consi.clxxxvi.

44 †Tertio limitarem vbi contra illum malefactorem contra quem viget fama de delicto cõmisso probatum est etiã esse ipsum, alias hominem malæ famæ & vitę & conditionis. Ita multum copiose probauit Gã.in tract.malefic.sub rub.ex quo tempore possit fama incipere.ver.sed pone quod crimẽ. & affirmauit etiam in fin.illius.q.in versic. sed de vno quæro. quam supra allegaui.

45 †Et an fama sit sufficiens indiciũ ad torturam. Adde Bal.in additio.Specu.in tit.de senten.in vltim.colum.& Ant.de Butr.in c. veniens.extra de testi.in iii.colum. Abb.in c.i.extra de deposi.pulchra verba Ang.in l. fin.C.de quæstio. Et dixit Bal.in l.ii.§.eiusdem.ff.de testi.in addi. quod vbi est varia opinio gentium, tunc fama nõ est sufficiens indicium ad torturã. Et omnino vide Bald. in l.milites.C.de quæstio.Moder.in ista materia late loquuntur in d.c.veniens. Consuluit Pe.de Anch.in cõsi.suo, vbi omnino vide.ccliiii.quod fama non est sufficiens indicium ad torturam,& ibi ponit qũo testis debet deponere super fama. Adde d.Catal.in trac.syn.q.cxxvii.vbi tractat materiam qñ fuga facit indiciũ,& ibi ponit etiã de fama.

46 *Fuga an faciat indicium sufficiens de maleficio.& an faciat probationem plenam uel semiplenam seu indicium.*

46 Angel. †An fuga b sit sufficiẽs indiciũ

b ꝓ maleficio.dic qđ aut fugit reus antequã cõtra eum ad aliquid procedatur, qa nõdũ est accusatus, nec iudex aliquid ꝑparauit,& tunc facit indicium & suspicionem contra eũ, vt.l.lege cornelia.ff.ad Silla.sed si postq̃ ipse accusatus vel inquisitus est aufugit vel stat cautus nõ eũdo per ciuitatem propter crimen capitale sibi ascriptum, tunc nõ est præsumptio propter hoc contra eum, quia iuste debuit & potuit timere, ita singulariter dixit Bar. in l.i.ff.de his qui sibi mor. cõsci.alias aũt, an fuga faciat plenam vel semiplenam probationem, vel indiciũ.plene ponit Bar.in d.l.lege cornelia vbi dicit quandoque fuga obiicitur alicui pro crimine,& tunc ea probata probatur crimẽ, vt l. desertores.C.de deser.& l.desertorẽ.ff.de re mili.qñq; fuga obiicitur alicui in probationẽ alterius criminis non vt crimẽ pro se,& tũc quandoq; est crimen solius suspicionis, & tunc fuga est plena probatio, quia facit quẽ suspectũ, vt l.impuberibus.ff. de suspe. tut. quandoq; est crimen de quo requiritur plena

na probatio de ipso facto non de suspicione tã tum, & tunc fuga regulariter non facit plenam probationẽ, vt l. j. C. de rap. virg. §. j. & ibi doc. C. de exhiben. re. & in authen. §. suscepto. sed verũ indiciũ facit semiplenam probationem, vt no. gl. in l. in bonæ fidei. C. de re. cre. & l. admonendi. ff. de iureiur. & ibi vide Ang. in ver. in eadem glo. ibi, per fugã. sed aduertas ad hoc, quia plenius no. Sali. in d. l. in bonę fidei. & etiã aduerte quod illud quod dixi secundum Bar. in d. l. j. de his qui sibi mor. consci. quia Lud. de Ro. in d. l. lege dupliciter limitat. Primo quã uis nondũ interuenerit accusator, tũ si interuenerit libellus minatorius de accusando, quia de hoc resultat in multis casibus effectus. idẽ qui resultaret ex libello accusatorio, vt est tex. in l. miles. §. sicubi. ff. de adult. Secũdo nisi alia suspicio laboraret contra fugientem, quia tunc etiã fuga abrepta post accusationem vna cum hac maximam inducit suspicionem arg not. in l. fi. C. qui nume. tute. & vide glo. not in auth. de exhib. re. §. si vero. in glo. fin. vbi familiaris recedens fugitiue, videtur quod si res quæ in domo de qua fugit, non reperiuntur, sit furatus, quam glo. bene not.

B ¶ Quale indicium faciat fuga. Et vltra ea quæ infra ponit do. Ang. adde Bal. in conf. cxxii. & cxxx. & Alex. de Imo. in conf. cxliiii. in ii. vol. Cuma. in conf. xliii. & Io. de Ana. in cõs. i. & quod & quale indicium faciat fuga. vide etiã per Fran. Bru. in trac. de indi. & tortu. char. iii. col. i. versi. Item potest esse aliud.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia, adde omnino pulchra verba Bal. in l. in bonæ fidei. C de iureiuran. in pen. col. qui ponit de officiali qui syndicatur & aufugit vel de ciuibus qui propter partialitatem aufugiunt, & vide vnũ bonum verbum Bar. in l. quid sit fugitiuus. per illum tex. in §. j. ff. de ædil. edic. & tene menti, quod Ang. in l. fi. C. de quæstio. in hac materia an per fugam quis possit torqueri, multum magnifacit doctrinam Bart. quam posuit in l. j. ff. de bo. eo. qui mor. sibi consci. & sequitur Ro. in d. l. lex cornel. & adde Bal. in addi. l. cum probatio. ff. de proba. & ibi indistincte dixit quod est sufficiens indicium ad torturam, quæ doctrina mihi non placet. Et ideo Gui. de Suza. in tracta. malefi. sub rub. qualiter reus subijci. tor. voluit quod si cum fuga fuisset aliud indicium, scilicet publica vox & fama contra fugiẽtem, tunc possit fugiens torqueri, quia alias sequeretur quod vnum indicium remotum à maleficio, sufficeret ad torquendum, quod est falsum, vt supra dixi. Et de materia adde Gan. in tract. malefi. in rub. de quæstio. & tor. in illa quæstione, quæ debeãt præcedere qõnes. Et de materia, vide Bald. in d. l. lex cornelia. ff. ad Silla. & latissime vltra omnes posuit istam materiã Io. And. in addi. Spe. in tit. de præsum. §. ij. versi. violenta præsumptio. & Pet. de Anch. per illum tex. in c. literis extra de pig. & Ioan. de Imol. in c. nullus. extra de præsump. & Bar. in l. impuberibus. §. j. ff. de suspe. tuto. & Bart. post glo in l. admonendi. ff. de iureiuran. & ibi in effectu approbat dicta per ipsum d. l. lex cornel. & idem Rom. in d. l. admonendi. in fin. Et adde Bal. in l. j. C. de requi. re. & Bal. in l. si cõsiliarios. C. de assesso. Adde aliam pulchrã limitationem Ro. in d. l. lex cornelia. ff. ad Silla. in iij. col. qñ quis post accusationem fregit carceres & aufugit, quia põt procedi contra eũ tanquam contra confessum, per l. in eos. & l. fi. ff. de cust. reo. Et de materia, vide Old. consi. suo lxij. quia dicit quod fuga facit semiplenã probationem, & vltra omnes doc. in hac materia loquitur do. Catal. in suo tract. syn. q. cxxvij. & in hac materia opin. Bart. quã ponit in d. l. j. ff. de bon. eo. sequitur & magnificauit Math. in no. dictis suis not. clxv.

47 *Statuto an fieri possit quod omni casu fuga faciat plenam probationem.*

48 *Statuto an possit fieri quod stante rumore de commisso delicto in ciuitate, fugiens capitaliter puniatur.*

47 ANGE. † Quærit Lud. in d. l. lege Cornelia. an statuto fieri possit quod omni casu fuga faciat plenã probationẽ, & arguit quod sic. ar. c. cũ dilectus. de fi. instr. & quod not. in cap. ij. de proba. & quod no. Inno. in c. cũ P. tabellio. de fi. instru. Sed contrarium tenet, quia tale statutũ est contra ius cõe, vbi ex suspicionibus quis non debet damnari. l. absentem. ff. de pe. Itẽ nõ potest facere quod debitum vsurarum probetur per vnũ testem, vt no. Fed. de Se. in consi. xvij. & xviij. & Bal. in l solã. in fi. C. de test. & l. si non speciali C. de testa. dicit quod non potest statuto fieri, quod per vnum testẽ tantum non reddentẽ sufficientem causam, possit probari contra bannitum, quia est contra ius commune. a † Quærit idem in d. l. an per statutum
48 possit fieri quod stante rumore de commisso delicto in ciuitate fugiens capitaliter puniatur. Et breuiter dicit quod eo casu quo ex fuga nõ resultaret nisi suspicio, quod aut tractamus an possit puniri ratione delicti commissi, aut ratione alicuius actionis intentare, primo casu aut fugiens est citatus, ita quod fuit contumax, & tunc

& tunc poſsit virtute ſtatuti. Item etiam ratione contumaciæ quæ in hoc caſu eſt delictum, vt l. omne delictum. §. cōtumacia. ff. de re mil. aut non fuit citatus, & tunc nullo modo valet ſtatutū. Primo, quia citatio eſt de iure diuino, vt in clem. paſtoralis. de re iudi. Secundo, quia damnaretur ex præſumptionibus quod nō eſt dicendū, vt ſupra dixi. Et hoc colligitur ex verbis Bal. in l. j. C. quomo. & quan. iu. & iſto caſu dicit ſtatutum non valere, quia ex contumacia non poteſt quis capitaliter damnari, ſecūdum gl. iiij. q. j. in ſum. quā Bal. dicit non eſſe alibi in repeti. l. data opera. C. qui accu. non poſ. ergo multominus per ſimplicem fugam.

ADDITIO.

a ¶ Contra ius commune. Adde tu Cal. in conſi. iiij. & quod ſtatutum per quod crimen vſurarum poſſit probari per vnum teſtem valeat, tenet idē Cal. in tit. de conſti. conſi. xxii. Ber.

AVGVSTI. Tu autē in hac materia, adde quod iſte ambæ deciſio. Ro. videntur falſæ, quia principale fundamentū eſt, quod ſtatutū cōtra ius cōe non valet, ſed de iure cōi nemo capitaliter punitur ex præſumptionibus. igitur &c. quia cū ſupportatione ſententia communis eſt quod ſtatutum contra ius cōe valet, & tenet. Et ita argumentando pro & contra determinauit Alb. de Roſa. in j. parte ſtatuto. q. vij. qui dicit quod totus mundus ita obſeruat & determinat. igitur &c. Præterea conuincitur autoritas Ro. per autoritatem Bald. in c. j. §. furtum. de pa. iur. fir. qui dicit quod ſtatutum fieri pōt quod ex ſola cōtumacia quis poteſt capitaliter puniri, etiā non conſtito aliter de delicto. Et alle. Spec. hoc voluiſſe in titu. de fideiuſſ. §. j. ver. ſed pone. & Ioan. And. in c. veritatis. extra de do. & contu. & idem dixit Bald. in c. j. qui ſucceſ. tene. Et hoc dixit melius Bald. in rubri. C. commi. vel epiſto. in fin. quod licet per ſolā contumaciam quis non poteſt de iure communi corporaliter puniri, per l. diuus. ff. de cuſto. reo. tamen per ſtatutum hoc fieri poteſt, & ſic iſtæ deciſiones ſunt de directo contra illam gl. iiij. q. j. in ſum. quam etiam allegauit & ſequitur Imo in c. ij. extra de maio. & obe. Præterea ibi præfati doct. alleg. per me expreſſe volunt quod ſtatutum contra ius commune in iſtis criminalibus valet, & tenet etiam ad puniendum. Sed aduerte quo ad primam deciſionem Ro. mihi videtur Ro. bene dicere, quia dico tale ſtatutum non tantum eſſe contra ius commune, ſed contra ius diuinum, & moueor per deciſionem Pet. de Anch. in repet. c. j. extra de quæſtio. quam poſuit in xj. q. de quibus rebus & ſuper quibus rebus poſſunt fieri ſtatuta in illa quæſtione, nunquid valet ſtatutum quod crimen vſurarium poſsit probari per teſtes ſingulares vel per famam, qui in deciſione illius quæſtionis dicit nō valere ſtatutum quaſi annihilans ſpeciem probationis, & eas adducens ad probationes reprobatas vel inſufficientes, quia illud ſtatutū eſt contra ius diuinum, & eſt in damnum plurimorum, qui poſſunt de facili ſuccumbere, & ibi multas rationes allegat. Iure enim diuino ad minus dicit ipſe, debet quis conuinci per duos teſtes, cui non poteſt humana conſtitutio derogare viij. diſtin. per totum. dico ergo tale ſtatutum eſſe contra ius diuinū, & non tantum contra ius commune. Quo ad ſecundam deciſionē, credo opi. Ro. veram per rationes ſuas, & dicta Bal. allegata per me militant, ſi primo ille fuit citatus & non conſtito, aliter de delicto ille aufugiat.

49 *Teſtes quando pro indicijs habendis & eruendis torquendi ſunt, an ſit ſeruanda forma l. cuſtodias. ff. de pub. iudi.*

49 ANGE. † Quæro in quo caſu [b] teſtes pro
b indicijs habendis & eruendis ſint torquendi, quia non omnis nec omni caſu teſtes in criminalibus ſunt torquendi, vt no. Bart. in l. ex libero. ff. de quæſtio. An quando poſſunt torqueri ſit ſeruanda forma. l. cuſtodias. ff. de publ. iud. videlicet quod eorum aduocati moneantur, & quod videant indicia quæ ſunt contra dictos teſtes, quod ipſi teſtes ſciunt ea quæ vult iudex ab eis, videlicet quod ipſi ſciunt indicia qualiter Titius vulnerauit Seium, dic quod non, vt not. Bart. in l. vnius. §. j. ff. de quæſtion. & ſic pro indicijs à teſtibus habendis non ſeruatur ſolennitas. l. cuſtodias. ſecus quando agitur contra malefactorem. Et ſis bene cautus tu iudex ꝙ quādo tu perquiris pro indicijs inci-
c pias à vicinis [c] quoniam in dubio vicini præſumuntur commiſiſſe damnum & furtū magis quàm alij, vt no. Iaco. de Are. & Bar. in l. ſi ita. § fin. ff. de fun. inſtru. quod not.

b ¶ Quæro in quo caſu. Adde ad propoſitum & vide Cep. in conſi. lxi. & dicit Franc. de Are. in ſuo conſi. lxj. quod plus creditur confitenti de ſe & ſocio ſine tormentis quam cum tormentis. Ber.

c A vicinis. Adde circa hoc quæ ponit Rom. in conſi. vij.

AVGVSTI. Tu in hac materia inquātū do. Ang. hic dixit ꝙ nō omni caſu teſtes ſunt

torquendi

torquendi. Adde omnino Gād. in trac. malefic. sub rub. de quæstio. & tormen. in ver. an posit testis torqueri vbi ponit ibi melius enumerando qñ persona testis posit torqueri q̃ fecerit Bar. in d. l. ex libero. ff. de q̃stio. Et scias vnū notabile verbū quando erit iudex tu, quod eleganter dixit Bal. in repeti. l. data opera. C. qui accusare. circa medium. ꝙ vbi testes torquētur, sufficit torqueri duo vel tres factum scientes, & non omnes, nam frenāda est tortura. l. quoties. C. de naufrag. lib. xi. Itē inquātum domi. Ang. hic dixit quod vicinus magis presumitur cōmisisse furtum quam alius. Adde & intellige prædicta si vicinus alias est malæ famæ, secus si alias esset honestæ vitæ. argumē. eorū quæ tradidit Sali. in l. fi. C. de accusatio. circa intellectū gl. l. in ciuilē. C. de fur.

50 *Indicium sufficiens ad torturā an sit, si aliquis reperiatur mortuus, & ignoratur à quo habet tamen inimicū capitalē, vel pro magna lite magnæ quātitatis in ciuitate præsentē.*

50 ANGEL. †Quæro quid si reperiatur q̃dam occisus, & ignoratur à quo habet tñ inimicum capitalem, vel ꝓ magna lite magnæ quantitatis in ciuitate præsentē, an sit indiciū cōtra eius inimicū, adeo ꝙ ob hoc torqueri posit. dicit Spe. in ti. de præsum. §. ii. versic. sed pone ꝙ sic. quod Lud. in l. i. §. hoc rescriptum. ff. ad Sillan. ibi qui suspicione cedis. dicit fore verum de inimico capitali [a] vel si de maiori parte bonorum erat litigium inter eos. argu. glo. in l. licet. de arb. & not. Bart. in l. iii. §. fi. ff. de adimen. lega.

ADDITIO.

a ℭDe inimico capitali. Adde quod damnum præsumitur datum ab inimico, ita Rom. in consi. viij.

AVGVSTI. Tu autē in hac materia, adde ꝙ istā eandē snīam tenuit do. Ang. in l. fi. C. de quest. vbi dicit ꝙ istū est maximū indiciū ad torturā, si ꝓbatur illū esse inimicū occisi, qui inculpatur de delicto. Et Bart. hoc voluit in l. fi. ff. de quæstio. ibi, vt in homicidio reperiē homo mortuus & ignoratur à quo. Sed certe non dubito istā doctrinā esse falsam, et ideo Imo. in l. fi. ff. de here. insti. in antepe. col. tetigit istā difficultatē ī propriis terminis. & alle. Ia. de Belui. tenuisse contrariū, quia vnum indiciū nō sufficit ad torturā. Nam Bar. & oēs fatentur in l. fi. ff. de quæst. & dixi supra quod vbi per vnū indicium probatum est, & est remotū à facto hoc est maleficio, tūc vnum indiciū nō sufficit ad torturā, sed hoc est remotum à facto, vbi declarat Bar. igitur. Et ideo propter hoc nunq̃ ponerē aliquē ad torturam nisi alia indicia cōcurrerēt, secundū ꝙ videtur velle Gā. in trac. malefi. sub rub. de q̃st. & tormē. ibi, quę debeant præcedere quæstiones. & de hoc etiam dixi supra in hac eadē gl. ibi, q̃ro an vnum indiciū vel plura.

51 *Mortuo iuxta domum Titij reperto, an sit indicium contra Titium quod eū interfecerit.*

51 ANGE. †Quid aūt si reperiaē mortuus iuxta domū Titij, [b] an cōtra Titiū sit indiciū quod eū interfecerit Bar. in l. fi. ff. de vi pub. dicit ꝙ sic, quod Lud. in d. §. hoc rescriptū. intelligit verum, si ille alias erat solitus cōmittere homicidia. argu. no. per glo. in l. in ciuilem. C. de furt.

b ℭDomum Titij. Adde quod Bal. in l. iii. ff. de offic. prefe. vigi. de hoc dubitauit pro Bar. facit tex. in l. si vendita, de peric. & commo. rei vendi. & plene per Pari. in trac. syndi. in verbo, tortura. §. mandauit. col. v. in prin.

AVGVSTI. Tu dic vt infra nunc dicam in additio. in proxima quæstione.

52 *Mortuo in strata reperto, si ignoratur à quo, dic quod præsumitur mortuus ab eo qui multum frequentabat in illa via.*

52 ANGE. †Quid autē si quis in strata reperiatur mortuus & ignoraē à quo, dic ꝙ ꝓsumiē mortuus ab eo q̃ multū frequētabat in illa via. ita dicit Bar. in l. iusto. in prin. ff. de vsuca. & talis viā frequētans pōt torqueri, ītellige tñ si ille erat malus homo, ꝓ quo facit quod no Bar. in l. in omnibus mēsuralibus. ff. de priui. cre. & per Bal. in l. multum interest. C. si quis alte. vel sibi. & in l. i. C. de ser. fug. facit quod no. Bar. in l. fur manifestus. ff. de fur. & Bal. in l. fi. ff. de hæredi. insti. & in l. fi. ff. de proba. & Ange. in l. i. C. si quis impe. maledi.

AVGVSTI. Tu in his duabus, q̃stionibus adde quod mihi durum videtur quod propter locum vbi corpus mortuū reperitur quis debeat torqueri, siue reperiatur in strata vbi quis frequētabat, siue reperiatur corpus mortuum ante domū Titij, quia dicit Bal. multū eleganter in l. iii. §. i. ff. de off. præfe.

præfe.vigi.in i.col.alle.Ri h.malum. quod corpus mortuum non prębet testimonium loci,scilicet in quo loco cædes facta sit. Et ita voluit Alb.de Ro.in ii.par.statu.q.clxx. quæ inci.talis quæstio disputata fuit p d.Richar.Et est etiã ratio vera, quia alias sequeretur quod per vnum indicium remotũ à facto quis posit torqueri contra doctrinã omnium doc.maxime Bar.in l.fi.ff.de quæstio.& supra dixi in illa quęstione quot indicia requirãtur ad torturam,fateor tñ si essent alia indicia,puta quia & ille Titius talia consueuerat facere, vel ille qui ibi versabatur erat malus homo,nõ dubito,q̃ stantibus istis indiciis posset torqueri per ea q̃ dixit Bal.in d.l.iii.§.i.& Albe.de Ro.in loco supra alle.quicquid dixerit Ang.in l.fin. C.de quęstio.qui dixit quod si aliquis visus fuit ire per locũ in quo quis fuit interfectus est sufficiẽs indicium ad torturã, maxime si ille qui inculpatur,nõ erat solitus ire per illum locum,& sic Ang.videtur dicere contrarium eius quod dixerunt doc.supra. Adde tñ quod non reperio,quod Bar.in d l.iusto.hoc dixerit secundũ quod alle.do.Ang. hic,quia errauit ipse,sed bene reperto q̃ illud fuit dictum Rayn.de Forli.ibi in d.l.iusto.arg.illius text.secundum quod referũt ibi Ang.& Raph.& ibi Ang.dicit quod verum est quod ille qui locũ frequẽtabat præsumitur occidisse illud corpus quod reperitur mortuum ibi,si ignoratur quis occiderit, sed ibi Angel.dicit, maxime si ille talis erat cõsuetus facere talia,& sic videt̃ velle id quod voluit Ro.in d.§.hoc rescriptum. vide quæ nunc infra dicam in addi. proxi.

53 *Mortuo reperto in una domo in qua erant quinque si ignoratur à quo, an presumatur occisus ab illis.*

53 Ange. † Quid autem si sint quinque in vna domo & vnus reperiat̃ intellectus, ignoratur autẽ à quo.an præsumatur occisus ab illis.Dy.in l.i.§.hoc aũt senatusconsul.ff.ad Sillan.per illum tex. ipsorũ, tenet quod sic Hanc qõ.posuit Io.And.in c.significasti.de homi.& tenet idem p l.itẽ mela. §.si plures.l.ad l.Aquil.idem Bal.in l.iii.§. i.ff.de offi.pręfe.vigi.sed Alb. in suo tract. statuto.in ii.parte,circa fi.tenet cõtrariũ dicens q̃.§.si plures.loquitur qñ constabat vnũ ex illis deliquisse,sed ignorat̃ quis fuerit.In quæstione autẽ nostra nõ erat certũ aliquẽ deliquisse.Lud.aũt in d.§.alleg.Ioã And.ĩ addi.ad Spe.in ti.đ homi.§.i.ver.sed pone quod aut q̃ritur,an oẽs prędicti possunt puniri pœna capitali,& dic quod non, quia talis pœna requirit indubitatas probationes.l.fi.C.de proba.an autem possit torqueri,& dicit quod sic,per prędicta iura Et materiam indiciorum vide per Bal.in l.excipiũtur.ff.ad Silla.& in l.fin.ibi Imo.ff. de hære.insti & per Cy.& Sali & alios doc.in l.fi.C.de quæsti.& per Bar.in l.pe.& fin.ff. de quæstio.& per Ioan.And.in addi.Spe.in tit.de proba.§.fi.iuxta finem.

Avgvsti. Tu autẽ in hac materia, adde de ista q̃stione quã posuit Io. And. in d. c.significasti.alleg.gl. in terminis q̃ arguit pro & contra.xlii.dist.in c. quiescamus. & vide Arch.in c. nolite.xi.q.iii. & per Brixi. in illa qõne quinque erãt in domo per Hostiẽ.in sum.in ti.de homic.§.qua pœna.ver si.sed nunquid omnes.per Spec.in ti.de deleg.in tracta.dispensationis.§.iuxta.ver sed quid si rixa.& melius in titu.de homic.§.i. c versi.pone quod quatuor:c homines. Adde omnino dicta Moder.in d.c.significasti. nõ dubitarẽ si essent aliqui qui essent malę cõditionis & vitæ,quin iudex ab illis deberet incipere torturam,per ea quæ dixi supra in addi.proxima in præceden.qõ.Et adde hic quæ dixit Ro. in l.excipiuntur.ff.ad Silla. in fi.qui disputat an si quis reperiatur occisus in vna domo,& socius suus tacet & nihil.dicit,tunc indicium est contra eũ,& potest torqueri,& ibi disputat an poterit condemnari.Et materiam indiciorum, vide p Bal.in l.excipiuntur.ff.ad Silla.& in l.fi.& ibi Imo.ff.de hære.insti.

c ¶Pone quod quatuor. Adde q̃ hæc dicta Specul. sequitur Bal.in consil.lxxxj.in v.volu. Ber.

54 *Officialis uolens tenere malefactorem qui fugere uolt & se armis defendere, an posiit illum impune occidere.*

54 Ange. †Verũ quia p̃cedẽtibus indiciis deuenietur aliquãdo ad capturã mandato diligẽti iudicis,ideo q̃a hic cadit cõgruẽtius quam in alio loco,de captura,& carceratione videamus.Et primo qñ officialis vadit pro malefactore capiendo,& ipse vult aufugere seque armis defendere, an possit per officialem

a officialē & eius familiā īpune occidi [a] dic ꝙ nō: imo occidēs tenet de siccariis: qđ intelligo verū, nisi ī mādatis à sup̄iore habuerit ꝙ si nō potuerit eū capere vel ducere ꝙ ipsū interficiat ita vr̄ velle Bal. ī simili. ī l. additos. C đ epis. aud. vbi dicit ꝙ miles ducēs malefactorē ad supliciū timēs ne ab eo auferat, ꝙ īterficiēs tenet nisi ī mādatis hoc spāliter habuerit: vt l ita vulneratus. ff. ad l. Aq. ver. si qs igit &c. ad hoc ff. đ re. iur. l. nō ex singulis. qa tūc nō vt priuat⁹, sed vt publica p̄sona facit. vide Flor. in l. queādmodū. §. magr̄atus. ff. ad l. Aq. ubi vr̄ arguere vt officialis nō vr̄ delinquere vulnerādo resistētē: sed ī l. seruus. ī pri. etit. dicit ꝙ si talis malefactor erat bānitus, q poterat ex forma statuti īpune occidi, tūc clarū est ꝙ occidēs nō tenet, qa tali bānito nō p̄mittit sui defensio, vt l. fi. C. qn̄ li. vni. se. si. iud. vin. ita i isto casu ī bānito voluit Bar. & Bal. ī l. vt vim. ff. đ iusti. & iur. sed si nō reperiat talis, tūc pōt dici ꝙ si volēs capere vtat iure suo possit eū ipune occidere. l. si seruus. C. đ his q̄ ad ec. cōfu. sed si vtat iure publico, vr̄ magis dubiū. & text. in l. fi. C. de malef. & math. vr̄ p̄bare ꝙ nō liceat hoc: dic vt ibi p̄ doc. ꝙ nō. Sed Sal. ī l. neminē. C. đ exhi. re. no. ex gl. ꝙ iudex pōt dare licētiā cuilibet priuato capiēdi malefactorē, & tūc si capit nō delinq̄t: facit d. l. fin. C. de malef. & mathe. & qđ ibi p̄ doc. & si resistētē vulneret nō tenet: vt d. l. si seruus. ff. de his q̄ ad ec. cōfu. Bar. ibidē no. ꝙ qn̄ aliquis pōt licite capi si se defendat & ī certamine à familia occidat ꝙ occidēs nō veniet puniendus. ar. d. l. qđ singulariter. no. sed forte talē mādatū de quo dicit Bal. nō excusaret eū ī q̄ōne p̄ me supra posita, qa ī atrociorib⁹ mādatū superioris nō excusat. l. liber hō. in prin. & ibi gl. & Flor ff ad l. Aql. Nō ob. dictū Bal. qa ibi loquit qn̄ aliqs ducebat ad suppliciū, & sic iā dānatus erat, & sic ex snīa delictū iā erat factū notoriū, vt l. emptorē. ī prin. ff. de act. emp. in casu aūt nr̄o nōdū erat dānatus, & sic de delicto plene non cōstabat, ergo priusq̄ dānaret de eo fieri nō poterat executio, vt l. i. C. de exec. rei iud. & l. cōstitutiones. & l. nō tm̄. ff. de app. & l. si nō defendant. ff. de poenis.

ADDITIO.

a **Occidi.** Adde & vide Bal. in cons. cv. in j. vol.

AVGVSTI. Tu aūt ī hac materia teneas & cōcludas, qđ si familia p̄tātis vulnerat vel occidat aliquē quē volebat capere, & ille resistebat, ꝙ familia nō incidit ī aliquā poenā. Et istā snīam tenuit Bal. ī l. fi. C. de exhi. re. q dicit ꝙ vidit đ facto ꝙ vbicūq; aliqs pōt capi, si ille resistat & iter ueniat vulnera, ꝙ vulnerās n̄ punit, & dicit ꝙ vidit đ facto ꝙ vn⁹ fugiebat quē familia p̄tātis volebat capere, & vnu⁹ biruarius eū p̄cussit, ꝙ ille biruarius nō venit puniēdus: p̄ d. l. si seruus. et ita voluit ēt Raph. Fulg. ī d. l. si seruus. & Alb. đ Rosa. ī 4. par. stat. q. 36. ibi dū dicit licet resistētē īterficere. & đ materia vide Bal. ī l. i. C. vn̄ vi. ī repe. penul. char. circa itellectū dictę l. si seruus. Adde tn̄ vnā pulchrā limitationē quā dedit Bal. ī auth. & oīno. C. ne vxor p̄ mari. ī pe. col. q̄ dixit qđ haec p̄cedūt in officiali cui cōmissa est captura: Sed si iudex daret licētiā creditori vt capiat debitorē, & dū vult ipsū capere debitor aufugit, tādē creditor eū vulnerare coepit & duxit ad iudicē. nedū creditor punit de vulnere, sed imo capt⁹ illo mō dēt relaxari in pristinā suā libertatē tāquā male capt⁹. arg. l. extat. ff qđ met. cau. Quinimo ibi Bal. vr̄ sētire ꝙ ēt familia p̄tātis puniat de vulnere, nisi saluādo dicas ꝙ aut qs p̄ debito ciuili debebat capi, & ille talis nō pōt occidi, nec vulnerari, vt vr̄ sētire Bal. ī auth. & oīno. q loquitur ī cā ciuili, aut ī criminali. Et tūc habēt locū do. Bar. ī d. l. si seruus. cogita, nō decido. & ad intellectū. d. l. si seruus. vide Bal. ī l. vt vi. ff. đ iust. et iur. & oīno viđ Bal. ī l. nec timorē ff. q̄ met. cau. q̄ alle. Inno. ī hac materia, & ibi expresse tenet, ꝙ licet īpune occidere resistētē, & ꝙ ipune possit familia p̄tātis occidere resistētē tenuit Pau. đ Ca. ī cōs. suo 193. & alle. Iac. But. ita voluisse ī l. 2. C. de his qui latro. & idē dixit do. Catal. in tracta. syn. q. ccxxvii. si ille qui volebat capi volebat se defendere. & adde q̄ dicit Ang. in l. si q̄s virginē. ff. de iniur. qđ verū est ꝙ ille q̄ capit à familia potestatis nō pōt se defendere, hoc verū si cognoscebat illos esse de familia potestatis, secus si illi biruarii nō habebant aliqua insignia, quia eis non est credendum, unde licita est defensio, ita dixit Ange. fuisse determinatum alias.

55 *Eximens de manibus officialium captum quomodo puniatur, & eximens malefactorem de carcere, quomodo puniatur.*

56 *Malefactore existente in carcere seu eunte ad supplicium si coniuncti sui iuste appellēt, & iudex nihilominus vult prosequi, pōt de facto resisti iudici & talis executio impediri.*

57 *Eximens aliquem de carcere, in causa ciuili, non tenetur in plusquam teneretur exemptus.*

55 ANGE. †Scđo q̄ro qn̄ qs iā est captus ab officialib⁹, & de manib⁹ familię eximat, qualiter eximēs tenet. Bal. in d. l. additos. C. de epis. aud. dicit, qđ tenet ac si p̄ eo ī oēm casū fideiussisset: vt l. 3. C. đ exa. trib. li. x. Si aūt offālis iā posuisset

a malefatorē ī carcere, tūc eximēs eū de carcere [a] tenet l. Iu. ma. vt l 4. ff. ad l. Iu. maie. qđ ītellige verū, qn̄ iā eēt dānat⁹ vel dānād⁹, qa aut cōfessus, vel de crimine cōuictus, vt d. l. 4. aliās aūt si

nodũ cõfessũ, cõuictũ, vel dãnatũ eximat, tũc exi mẽs punit, iuxta §. eripiat ĩ aut. vt om. obe. iud. nisi ĩ casu l. fi. de mal. & math. vbi punit ad morte, ista sũt verba Bar. ĩ d. l. 4. facit qđ idẽ no. in l.
56 in l. ff. de vi pub. † Aduertẽdũ tñ ẽ qđ siue malefactor sit ĩ carcere dãnat⁹, siue ducat ad suppliciũ, & cõiũcti sui iuste appellẽt ꝑ eo iuxta l. nõ tm̃. ff. de appel. & iudex nõ obstãte appellatione iuridica vult vlteri⁹ ꝓsequi ĩ exequẽdo qđ isto
b casu põt iudici de facto resisti b, & talẽ executionẽ impedire ĩpune, q̃a ꝑ appellationẽ ablata est iudici iurisdictio, à quo scđm In. in c. si qñ. extra de off. dele. qđ est no. dignũ, & hoc tñ nõ est mirũ, qm̃ qñ executio nõ est reiterabilis, tũc faciliter põt ĩpediri. fac t l. si qs ꝓuocatione. & qđ ibi no. C. de appel. hinc est qđ licet cõtra tres sñias
c conformes de nullitate opponi non possit c, vt in cle. i. de re iudi istud verũ est nisi executio eẽt irreiterabilis vel ꝑsonalis, ita ibi dicit Pa. de Ele. & Pe. de Anch. nã vt dicit Inn. in c. pastoralis. de offi. dele. nũquã executor pęnę corporalis debet illam exequi, qñ eam videt iniustã, sed referre
d superiori d, pro quo est casus l. i. in fi. ff. de qõ.

ADDITIONES.

a ℭ Eũm de carcere. Tu autẽ dic vt per Cep. in cõs. xiiii. & latius per do. Alex. in consi. 45. in vii. vol.
b De facto resistit. Adde quod Alexan. in consi. clxiiii. in secundo uolumi. consuluit, quod stante statuto quod aufugiens de carcere habeatur pro confesso de delicto, quia tortus non præcedentibus indiciis, nõ debet haberi pro confesso, quia illo casu licuisset de facto resistere iudici. & adde etiã Ange. in consi. clxxii. ꝙ iudici volenti exequi sententiam nullã põt de facto resisti. Ber.
c Nõ possit. Adde tu de hoc & dic vt per Oldr. pulchre in consi. cvi. et per Alex. in consi. lxxvii. in iii. vol. Ber.
d Superiori. Adde tu & vide Ang. in consi. cccviii.

78 ANGE. Quæritur econtra, si statuto cauetur, ꝙ si villa nõ cœperit malefactorẽ teneatur ad pœnã centũ, modo fuerũt plures malefactores in territorio villæ, quorũ villa nullũ cœperit: an debeat in totũ in centũ puniri, vel pro singulo malefactore in cẽtum, & quòd pro singulo teneatur: vř casus in l. lege Iul.ff.ad Sill.& ẽt quia personarũ multiplicatio vel rerum, inducit multiplicationem pęnarũ: vt l.agraria.ff.de termo. & l. pe.& fi.de colle.illi. Præterea quot sunt ꝑsonæ,tot vñr esse delinquentes. vt l.si plures. ff.de iniur.& l.si familia.ff.de iur om.iud.Si igitur plures delinquentes, ergo plures negligentiæ interuenerunt in villa nõ capiendo aliquem, ergo pro singulo debent puniri.pro hoc l.senatus.in fin.ff.ad Turpil. & statutũ singulariter loquẽs pluralitatẽ inducit.l.si quis id quod.de iur.om.iud.Pręterea vnusquisq; vnũ maleficiorũ cõmisisse intelligit:vt d.l.si ex familia. ergo ex maleficiorũ multitudine pęnarũ numerus multiplicat. l.nunquã plura.ff. de priua.deli. Sed cõtrariũ tenet Alb.in suo trac.statu.in ii.parte.in fin.& Bar.in l.cũ si exhibuissent. ff.de publ. & l.ex maleficiis.§.fin.ff.de actio.& obliga. quia verũ est ꝙ sunt plura maleficia,habito respectu ad ipsos delinquentes: sed quantũ ad villã,quæ tenetur,dř vnũ maleficiũ:vt d. l.si cũ exhibuissent. Et ideo cũ villa teneat ex quasi maleficio,quia propter alterius tm̃ delictũ, vna tantũ pęna solutio. liberat oẽs totaliter & totã villã. vt l.i.§.fin. cũ duabus seq.ff.de his qui deie.vel effud.& plene per Bar.in l.semper.§.sepulchro.ff. quod vi aut clã.& l.si plures.ff.si fa.fur. fe.dic. & in l.itẽ mela.§.si plures.ff.ad l.Aqui.no.in l.si multum.ff.de pub.iudi.quinimo dicit Bald.notanter in l.i.C.de cõdi.furt.ꝙ stante statuto quòd quicunq; nõ cęperit malefactorẽ,puniatur tanta pęna quòd si plures fuerunt,& nullus eorum cęperit:solutio facta ab vno, oẽs liberat.cuius cõtrarium videbat dicendum per dictionẽ quicunque, q̃ est distributiua:vt plene per Bar.in l.in hoc articulo.ff. de hære.insti.& ideo hoc est, quia isti tenẽtur ex quasi maleficio: ideo solutio facta ab vno oẽs liberat,vt supra dictum est. Et oĩa ista vide ꝑ Lud.in l.lege Cor.ff.ad Silla. Et aliquid dixi supra in glos.in ver. & Andreã. &c.in vers.ex his determinatur talis qõ.

AVGVSTI. Tu aduertas, quia mirabar quòd iste doctor tanta allegasset in hac materia:sed omnia verba sua de verbo ad verbum fuerunt.Ro.in l.lege.ff. ad Sill. qui allegant oĩa ista: & ipse Roma. in d.l.cum si exhibuissem. faciens mentionẽ de hac doctrina Bar.dicit quòd de hac materia late dixit in l.diuus.ff.ad Sill. sed errauit,quia voluit dicere in d.l.lege.ff.ad Sill. & ibi alle.dicta Bar.in l.si rixa.ff.de siccar.Et vide omo dicta Bal.in l.i.C.si plu.vna sent.in ii.col.& hic potes addere ea quæ dixi supra in gl. in ver.Andreã auxiliatorem.in addi.meis, in illa q.q̃ inci.ex his determinatur talis qõ.Et adde Mod.in d.l.cũ si exhibuissem.§.si plures.Et certe il'e tex.multũ facit ꝑ ista qõne: sed istam.q.melius probat text. in l. perceptione.ff.de his qui deie.vel effu. & vide Alber.de Rosa.in loco allegato à Rom.in d.l. lege.ff.ad Silla.qui allegat omnia bona iura quæ possunt allegari in hac materia.

79 *Officialis dicens se iussu præsidis debere aliquem capere quod uerum non sit, & propter huius timorem fuit sibi aliquid datum, tenetur de concussione.*

Caret

78 *Carcer regulariter ad custodiam non ad pœnam est inuentus.*

79 ANGE. †Tenet tñ menti, ꝙ si officialis dicat ꝙ iussu p̄sidis debeat aliquē capere, ꝙ nō erat verū, & pp hūc timorē fuit aliquid sibi datū, tenetur de concussionibus, vt no. gl. in l. i. ff. de concuss. Postq̄ verò reus se pręsentauerit, vel captus est ponit in carcere, dicamus aliquid de ipsa carceratione, & vinculis, & custodia, qm̄ hic cōgruenter cadit.

80 Et primo sciendū est ꝙ †carcer regulariter

b ad custodiam nō ad pœnam[b] inuentus est. l. aut damnum. §. solent. ff. de pœ. Sed si punitio delicti non expectat aliā pœnā à lege

c vel ab homine imponendā, tūc carceratio [c] à lege ordinaria datur ad pœnam, vt l. i. in fi. ff. de alea. & in casu speciali, in l. nemo. & ibi Angel. C. de exac. tri. lib. x. ita dicit Sali. in l. i. C. de custo. reo.

b ¶Non ad pœnam, adde circa hæc & vide Fulg. in consi. xliiij. Ber.

c De carceratione.

AVGVSTI. Adde & intellige prædicta ꝙ verū est, ꝙ carcer regulariter inuētus est ad custodiā, nō ad pęnā. hoc verū qn̄ carcer non habet in se aliquod aliud accidēs, vt est in casu declarato pulchre per Bart. in l. i. §. diuus seuerus. ff. de qō. Et vide Bal. in auth. si captiui. C. de epis. & cle. & dicam infra late in materia. Adde omnino do. Io. And. & do. Ant. ī c. à nobis, de aposta. extra sed omnino ibi vide do. Abb. qui eleganter loquit̄, & vide in c. quamuis. de pęn. lib. vi. do. Catal. in tracta. syn. in q cli. qui ponit ꝙ carcer est mala mansio, & ille q nō potest torqueri non poterit etiam incarcerari, quę cōclusio an sit vera vel falsa, ibi vide.

81 *Carcerato reperto mortuo, & nō cognito quo modo vel à quo, præsumit̄ cōtra ipsum officialem, vel commentariensem, qui eum retinebat in carcerem.*

81 ANGE. †Secundo quæro, carceratus reperit̄ mortuus & ignorat̄ qūo vel à quo. dic ꝙ p̄sumit̄ cōtra ipsum officialem, vel commētariensem q eū retinebat in carceribus, qui nisi probent ꝙ non dolo vel eorū culpa sit mortuus, tenentur, de quo est gl. singu. in l. cum res. §. species. ff. de leg. ii. & est casus ibi, & in casibus per glo. alleg.

AVGVSTI. Tu aūt ī hac materia, adde ea quæ dixit Ang. in l. si quis ex argentariis §. prætor in fi. ff. de eden. qui dixit ꝙ hod. ie custodes carcerum adhibent istam cautelā ꝙ eo ipso ꝙ vnus est ī carceribus mortuus adhibēt medicos qui dicunt mortuū absq; culpa ipsorum, quod morte sua mortuum, & ita faciūt notarium esse rogatum: & hoc probat illa prima solutio glo. ibi & est text. in l. fi. ff. de cust. reo. & ibi Ang. hoc etiā dixit, & ibi etiam dat aliam cautelam anteq̄ carceratus sit mortuus.

82 *Carceratus pro aliquo crimine quod tamen nō commiserat, si fracto carcere aufugiat, habetur pro confesso dictum crimen, & contra eū tanquam si dictum crimen commisisset & confessus fuisset procedi potest.*

82 ANGE. †Tertio, quid si quis positus fuit in carcere pro aliquo crimine, et si dictum crimē non commiserit, tñ si effracto carcere aufugerit, habetur ꝓ confesso dictum crimen, & contra eum vt tanq̄ dictum crimē commisisset, & tanq̄ contra confessum dictum crimē procedi pōt, vt est tex. & ibi gl. Bar. in l. in eos ff. de cus. re. & l. fi. e. tit.

AVGVSTI. Tu aūt in hac materia adde, ꝙ opus est quòd ad hoc vt fuga de carcere inducat illā plenā ꝓbationē ꝓpter fractionem carceris, ꝙ opus est ꝙ fugiēs fregerit carceres. alias si reperiret hostiū apertū & negligētia custodis aufugisset illo modo & illa pœna nō debet puniri scd̄m quod dixit do. Ang. hic. Ita in terminis voluit Guil. de Cu. in l. succurrit. ff. ex qui. cau. ma. & ibi Bal. & Bal. in l. admonendi. ff. de iureiur. & Ang. in l. i. ff. de effr. Et de materia vide pulchra verba Io. An. ī ti de p̄sum. §. ii. ver. violēta. & vide no. in c. cū nō ab hoīe. extra de iu. & Bal. in d. l. succurrit̄ dicit ꝙ sine fractura aufugit, quia inuenit hostium apertū nō habetur pro cōfesso. Si aūt extra muros exiuit, tunc est violator carceris, & sic tenetur pœna frangentis carcerē, & tunc dico ꝙ habebitur pro cōfesso, Idē si fractis cōpedibus exiuit per hostium, vide ibi Bal. post Guil.

83 *Delinquēs qui non veniret carcerādus sed relaxādus fideiussoribus si alias aufugit de carcere carcerādus est & dilīgēter custodiē dus.*

83 ANGE. †Quæro notandū est ꝙ licet q esset fideiussoribus relaxādus ex aliquo delicto

Ecto, nec carcerãdus, si tñ aliàs semel de car ceribus aufugit carcerãdus est & diligẽter custodiendus, & per hoc amittit beneficiũ l.i.ff.de cus.reo. cum si.gl.est in l.lege.ff.ad Sil.ex hoc dicit ibi Lud.ꝙ surgit intellectus ad gl.quæ semper allegatur in l.si pec. ff.de condi.ob cau.circa med.videlicet ꝙ vbi qs est de delicto absoluendus non est diligẽter custodiendus sicut dãnandus,ita no.ĩ d. l.si pecuniam.§.pe.ꝙ bene debent tenere mẽti commentarienses,quia propter hoc multoties excusãtur tñ illud est verum nisi alias talis malefactor aufugerit, vt d.l.quia cum semel aufugerit p̃sumitur ꝙ semper aufugeret, & ideo perdidit priuilegium ꝙ non ita arcte confringatur, facit l.quid sit fugitiuus.in prin.ff.de ædil.edi.quod bene no.

AVGVSTI. Tu autẽ in hac materia, circa intellectũ illius gl.in d.l.lege corne. adde qđ Ro.ibi dixit ꝙ illa gl nunq̃ fuit põderata ab aliquo nisi ab ipso,sed ipse errauit, qa Bal.ibi eam ponderauit licet Bal.in l.nemo deinceps,in fi.C.de epis.audi.non recordatus fuerit de illa glo.in d.l.lege.sed ipse Bal. ibi ponderauit ꝙ de hoc erat tex.in d.l. nemo. Nã dicit ꝙ licet quis non esset in carcere detinendus, si alias fugit [a] de palatio:tũc si iterum capitur debet incarcerari pp illã primam fugam;[b] & hoc no.

ADDITIONES.

a ¶Si alias fugit. Adde tu an aufugiens de carcere habeatur pro confesso,adde & vide Bal. in cons. cccxx.j.vol.& Alex.in consi.clviij.in vol.ii. & qualiter puniantur plures conspirantes ad frangendum carceres,vide per Rapha. Cum. in consilio cv. Ber.

b Et hoc no. Adde tu,& vide Io.de Ana.in consi.j.& ibi Lud.Bolo.in addi.Ber.

84 *Carceratus senex uel debilis non sunt ita diligenter custodiendi sicut iuuenis & robustus.*

85 *Carcer quotuplex sit.*

86 *Detẽtus sub fida custodia an dicat̃ carceratus.*

87 *Carcer quadruplex*

88 *Carceri perpetuo iudex ecclesiasticus potest cõdemnare clericos,non autem laicos,licet efficerentur fori ecclesiastici ratione delicti.*

84 ANGE. Quinto ẽt aduertat custos carceris ꝙ nõ ita diligẽter est custodiendus senex sicut iuuenis,& nõ ita debilis sicut robustus,vt no gl.ĩ l.si vt certo.§.nũc videdũ. ff.cõmoda.Et bene notãdũ est qualiter intelligat̃ ꝙ qs diligẽter custodiẽdus sit. quia de hoc habes gl.in l.i.in fi.ff.de ser.fugit.cuius gl.formã sequi debes tu custos carcerũ.

85 †Quotuplex aũt sit carcer no.plene Bal.in auth.si captiui.C. de epis. & cle.vbi videas de plurib⁹ carcerũ speciebus. Nã quidã est carcer terminus pœnæ, & imponit de iure

c cano.pœna ꝑpetui carceris. [c] Secũdus carcer est,qñ qs detinetur ꝓ criminis inuestigatione, vt l.ii.ff.de exhi.re. Tertius est carcer,qñ qs iã condẽnatus est,& detinetur in carcere,vt soluat condẽnationem,vel de eo fiat executio, & est carcer hostiũ,vt in toto ti.de capti.Est & alius latronum, vt l.nã &

86 seruius.in prin ff.de neg.gest.†Quæro,aliquis detinet̃ sub fida custodia,an dicat̃ carceratus vel teneri in carcere,ita ꝙ si esset tale delictũ,ex quo ꝓhibita esset carceratio, ꝙ iudex teneat ĩ syndicatu necne,dic ꝙ nõ dr̃ incarceratus vt est tex.gl.& Bar.ĩ si.C.đ cur.& stat.lib.xii.qđ bene no.ꝓ excusatione iudicis q̃ ponit biruarios circa captũ ne aufugiat, quòd tñ nõ dr̃ ipsum carcerasse.

c Perpetui carceris.adde & intellige hoc procedere in clerico nõ autem in laico effecto de foro ecclesiastico.ita Rom.in fin.cxciiij.& adde ꝙ licet damnatus ad perpetuos carceres fugiat de carceribus nihilominus seruus pœnæ remanet, ita cõsuluit Raph.Fulg.in consi.xliij.Ber

87 AVGVSTI. Tu aũt in hac materia inquantum dictum est quotuplex sit carcer, Adde Bal.in l.imperiũ ff.de iuris.om.iu .in 4.col. q dicit ꝙ quadruplex est carcer.s.pœnæ perpetuæ,& est meri imperii, qa morti æquiparatur,alle.Inn.ĩ c.qualiter extra de acc.Scđs est carcer modicę coercionis, exẽplũ,qa baiulus nõ bene facit ambasiatã iudicis,& iudex facit eũ poni ĩ cippis. Tertius est carcer custodiæ,Quartus est carcer domesticus.dic vt ibi ꝑ eũ, & vide Ang.in l. i.C.de priua.car. q dicit ꝙ ẽt ille q detinet̃ in via & recedere nõ põt dr̃ incarceratus,& talis detinẽs illo modo incidit in pœnã de priuatis carceribus.Itẽ qui de loco libere & tute recedere nõ põt dr̃ incarceratus, vide ibi.& ibi Bal.in l.i.C.de cõfes. in xi.col. ꝙ ille q. est bene custoditus dr̃ incarceratus per l.qui neq;.ff.de ver.sig.& dixit Ange.in l.q in carcerẽ.ff.quod me.cau.ꝙ carceratus est qui de loco ad sui libitũ recedere non põt. Quinimo vult ibi ꝙ ẽt dicit̃ carceratus ille cui assignatus est vnus locus amplissimus, vnde si vni nobili assignatur palatiũ totũ, à quo

à quo nō recedat, vel ciuitas tota, ille dr̃ incarceratus, & satisfactū est statuto ꝙ accusator ponat in carcerē q aūt dedit fideiussores & iurauit de nō recedēdo, nec in uinculis, nec ĩ custodia est. Et vide d. Catal. in tracta. synd. q. ccxlvii. q. dicit ꝙ maior custodia adhibēda est illi q debet cōdēnari, q̃ illi qui debet absolui. & vide ipsum ibi ĩ q. ccxlviii. & ccxlix. q dicit ꝙ ille dr̃ incarceratus cui locus est assignatus quē exire nō pōt, & ibi ponit qñ quis dicatur esse sub fida & secura custodia, & ibi dicit ꝙ ille dr̃ esse sub fida & secura custodia qui est ligatus, & licet aufugiat cōmentariēsis dr̃ excusatus. Et quod dixit supra de carcere ꝙ carcer perpetuum

88 est meri imperii. †Scias ꝙ licet iudex ecclesiasticus possit condēnare ad perpetuū carcerem intelligas hoc esse verum contra clericos, nō cōtra laicos, ēt qñ laici propter crimen efficerentur de foro ecclesiastico, ita dixit Ro. in sing. suis secundi anni clxxxiii. quod incip. Tu scis quod de iure ciuili.

89 *Confitens delictum an possit poni in carcere, ad hoc ut cōsocios manifestet. & mādatorē.*

89 ANGE. † Quæro aliquis confitet̃ delictū an possit poni ĩ carcere, solūmodo ꝑꝑ hoc, vt manifestet consocios & mandatorē, dicit Bar. ꝙ sic, per illū tex. in l. ii. §. pe. ff. de iure fis. & in ista gl. supra dixit versi. octauo quero an si est tale & cetera. Vnde tu iudex si tu retines eū in carceribus, propter hoc vt manifestet madatorē vel socios, excusaris, & hoc semper facias apparere in actis, aliàs talis carceratus posset agere actione iniuriarum contra iudicem, vt not. Bar. in l. si vero pro condemnato. §. i. ff. qui satisda. cog.

AVGVST. Tu aūt in hac materia adde & intellige ꝓdicta, vbi sumus in casu ꝙ qs tenet̃ nominare socios criminis, iuxta not. in l. fi. C. de accu. & in c. i. extra de confess. Et late dixi supra in hac eadem gl. in illa q. quæro incipit, quæro an particeps criminis dicatur ad indicium idoneus testis.

90 *Iudex tenetur uisitare carceratos & facere qđ habeant necessaria sibi.*

91 *Custodibus carcerem existentibus duobus, si vnus eorū aufugiat cū carcerato, alius custos nō tenetur pro illo carcerato qui aufugit.*

92 *Carceratus non debet relaxare sine bulletino illius iudicis qui fecit eum incarcerare.*

90 ANGE. Et aduertas tu iudex ꝙ obligaris visitare carceratos & facere et currare ꝙ habeāt necessaria sibi, vt C. de epi. aud. l. iii. & si vides aliquē carceratū sine cā, siue sine delicto ad nullius petitionē pōt ex mero

a officio relaxare[a], vt no. Bar. in l. si qs vxori. §. si fugitiuū. ff. de fur. Et isto casu bene aduertat custos carceris, quia si ipse sine iudicis mādato relaxaret, ēt illū qui sine causa positus est in carceribus tenet̃ alias tenetur iudex, si minus q̃ iuste mādauit ꝙ relaxet̃, vt no. Bar. ĩ d. §. fugitiuū, & sic dict⁹ custos sēper velit de mādato iudicis ꝑcipientis sibi ꝙ relaxet apparere ĩ scriptis & cōtra. Etiā tu iudex bene aduertas qualiter mādās aliquē carceratū relaxari, ne postea tu tenearis fisco vel creditori ad interesse, & ita sæpę ĩ vrbe practicani dū essē locūtenēs sena

91 torū. †Tene ēt mēti, ꝙ si sunt duo vel plures carcerū custodes, & vn⁹ ex eis aufugiat

b cū carcerato, ꝙ alii custodes[b] ab aliquo modo nō tenent̃ ꝓ illo carcerato qui aufugiat, vt est tex. in d. l. pe. § i. ff. de cu. re. Ita ēt dixit Bal. in l. filio exhę. §. eius q. ff. de iniu. te. qđ perpetuo no. quia semel habui de facto in ciuitate castelli. Adde qđ dicā infra ĩ gl. in verbo, iudex detineri & decarcerari iussit. Sed aduertas si qs fuit iniuste captus & detēt⁹, & aufugit, qđ nō tenet̃ de fuga, no. Bart. in l. ius eius. & ibi docto. C. de probat.

ADDITIONES.

a ¶Officio relaxare. adde tu, & vide Pau. castr. in consi. xliiij. in j. impressis, Ber.

b Quod alii custodes. adde quod carceratus præsumitur aufugisse regulariter negligētia custodię. vnde superstes habet præsumptionem pro se ita probat tex. in l. fi. circa medium. & ibi gl. ff. ff. de cu. reo. itē adde ꝙ custos carceris non est diligens, si non tenet duos carceres ad ꝙbseruandum custodem. tex. est in d. l. fin. in princ. & ferramenta pro frangendo carcere non præsumuntur posse inferri in carcerem nisi ex culpa & negligentia custodis casus est not. in l. carceri, in princi. ff. de cust. reo. de quo late vide per Fran. de Are. in consilio xxxvij.

AVGVSTI. Tu in his q̃stio. adde inquātum dictū est ꝙ iudex tenetur procurare quod carcerati habeant sibi necessaria. Adde ꝙ si carceratus nō habet vnde ali, debet alimētari per eum qui fecit incarcerari eū. gl. in l. fin. C. de erog. mil. anno. lib. xii. vide Bar. in l. sanctum. in prin. ff. de rer. diuisi. Et

Ange.

Ang. in l. minime. C. de app. & ĩ materia ad dĕ Ang. in d §. si fugitiuũ, q cõfirmat d. Bar. ibi, & Bal. in l. mulier. ff. de cõdi. insti. ꝙ si iudex videt aliquẽ incarceratũ sine cã, nec ad
92 alicuius petitionẽ põt ipsum relaxare. † Et no. q̃ dixit Ang. in l. plerisq. ff. de in ius voc. §. si quod carceratus nõ debet relaxari sine bulletino illius iudicis qui fecit eũ incarcerari. Adde q̃ dixit Ro. in sing. suis primi anni xxviii. quod incipit, si dicit statutũ, ꝙ ille tex. in l. fi. §. interdũ. ff. de cust. re. est singularis, s. ꝙ si vnus carceratus aufugit cũ altero custode carceris, ꝙ aliter non tenetur.

93 *Tortura quando possit adhiberi tam contra malefactores, quàm contra testes, & pluribus existentibus inculpatis de uno debito, à quo debeat incipere tortura.*

93 ANGE. † Nũc videamus de tortura facta post indicia, capturã, & carceratione ad
c torturã c deuenerũt, hic. n. cõgruẽtius ponit q̃ in aliqua glo. huius tractatus: iõ hic de ea aliqd dicã. Præmittas primo qñ ad torturã põt deueniri, tã cõtra malefactores, q̃ cõtra testes, qđ not. plene Sal. in fi. C. de qõ. versi. tertio quero qñ ad qões possit deueniri, & quẽ ordinẽ debeat tenere iudex: vide plene p Ang. in d. l. fi. Et primo q̃ro qñ iudex habet plures inculpatos de vno delicto, à quo debet initiũ facere de torquẽdo. Bar. in l. i. in prin. ff. de qõ. dicit iudex dẽt animaduertere à quo melius sperat & citius extrahere veritatẽ & ab illo in torquendo faciat initiũ: si aũt sperat ita ab vno sicut ab alio, tũc initiũ faciat ab eo, qui magis de crimine est suspectus. Si aũt oẽs pariter sunt suspecti tũc incipiat à magis debili: vt d. l. i. cõiuncta l. vnius. ĩ prin. eo tit. Itẽ si est pater & filius, à filio in cõspectu pr̃is incipiat, q magis timet in filiũ q̃ in se: vt l. isti quidẽ. ff. qđ me. cau. Itẽ si est masculus & fœmina incipiat à fœmina quia est debilior: vt l. filio. C. de inof. te. & l. deferre. ĩ prin. ff. de iur. fis. ita dicit Dy. ĩ suo tract. de qõ. vers. quo ordine sit habẽda tor. &c.

c **Ad torturã.** Adde & vide Bal. in cõs. 275. vbi ꝙ triplex est tortura, grauis, grauior, & grauissima, quæ cum imponitur, bene esset ꝙ adessent, quia aliquãdo ita moles ꝙ expirarent torti in tortura.

AVGVSTI. Tu aũt adde, ꝙ Gãd. in trac. suo malef. ĩ rub. de qõ. & tormẽ. in ver. nũc vidẽdũ est quo ordine sint habẽda tormẽta dicit ꝙ iudex sagax cõsiderabit à quo facilius veritas erui possit vt ab illo qõnẽ incipiat, tanq̃ à timidiore & à magis suspecto, & magis debiliori, & non à fortiore, per l. i. §. i. ff. de qõ. & d. l. vnius. & dicit, quòd cũ fœmina habeat cor momentaneũ & instabile: l. deferre. in prin. ff. de iu. fis. primo torquẽda est fœmina magis q̃ masculus. Itẽ filius q̃ pater. Et certe dũ do. Ange. hic allegauit Dy. in suo trac. de qõ. errauit ipse, & alii qui allegant Dy. fecisse illũ tractatum, quia fuit Gãdi. qui fecit illũ trac. de qõ. & tormẽ. quẽ posuit ĩ suo tra. malefi. Et de materia ista vide Io. And. in terminis formantẽ istã qõnẽ in c. cum contẽplatione extra de reg. iur. & Pau. de Liaza in cõmẽto. c. grauis. extra de deposito. Adde tñ inquãtum dictum est supra, quòd post indicia deuenitur ad torturã quod gl. in c. quæstionẽ. xxii q ii. dicit quòd licet regulariter ad torturã deueniri nõ possit nisi p̃cedentibus indiciis: tñ hoc fallit in tribus casibus ibi enumeratis: vbi ad tormenta peruenitur: nullius indiciis p̃cedẽtibus. Itẽ fallit in teste, qui in vili persona, q potest torqueri sine indiciis. Bal. in l. milites.
a C. de quæstioni & ibi vide alios casus a.

ADDITIO.

a ¶ Alios casus. Adde vide Barba, cons. xxxvi.

94 *Iudex non debet ad torturam deuenire, nisi in subsidium, & quando aliter ueritas non potest uerisimiliter haberi.*

94 ANGE. † Secundo quæro ante omnia, an liceat iudici deuenire ad torturã quãdo vult, dic quòd non, sed in subsidium deuenitur vt qñ verisimiliter veritas aliàs haberi non potest, aliàs aũt si per aliã viã veritas reperiri posset: deueniendũ non esset ad torturã, vt est tex. & ibi Bar. in l. edictum. ff. de quæstio. Ex quo not. & cautus sis quòd facias in actis apparere quòd iudex non pos-
b sendo aliter veritatem b habere, declarauit deueniendũ ad torturã, aliàs autẽ in syndicatu posses teneri. Sed aduertas quòd prædicta procedunt in cã capitali, & graui. in pecuniaria aũt non tantũ, quò d in subsidiũ ad torturã deueniatur: sed non ita faciliter deuenitur, sicut in criminali: vt l. etiam liberi. & l. diuus. ff. de quæstionib.

b **Aliter habere veritatẽ.** Adde ꝙ ẽt ad torturam deuenitur, qñ causa ciuilis habet annexum delictum. ita Alex. in consi. lxxvij. in j. vol. & Barba. in consi. xxxvij. in c. scribitur in lib. iudicum.

AVGV-

AVGVSTI. Tu autẽ in hac materia, adde quæ dixit Gandi. in tractatu malefic. in rub. de quæstio. & tormentis in prin. qui dixit ꝙ iudex q de aliquo qõnem habere intendit, ante oĩa habere debet iuris & humanitatis rationẽ, & considerationẽ hanc, videlicet vt non facile & repente ad qõnem prosiliat, si aliqua alia via leuior põt obiecti criminis veritas inueniri, quantuncunq; ad sint indicia vel verisimilia argumenta, alle. l. diuus. ff. de quæst. Et ideo dixit Ang. in l. si certus. ff. ad Sillan. ꝙ si maleficiũ est liquidatũ per probationes veras, male facit iudex ponere malefactorẽ ad torturam, & tenetur in syndicatu. & vide Bal. in l. milites. C. de qõ. & Ang. ĩ l. fi. C. de qõ. Et hoc dicit Ioan. And. in terminis in c. cũ in contemplatione. extra de reg. iur. Et do. Catal. idem dixit in suo tract. syndicatus, in quæstio. cxxii. & in q. ccix. ccx. ccxi. Qui ponit ꝙ de facili non est deueniendum ad torturam, & quod in diebus paschalibus, an autẽ in causa ciuili possit ad torturam procedi, vide Canonistas in c. primo, extra de depo si. Et maxime per do. Anto. de But. q dixit ꝙ in causa ciuili aliquãdo ad veritatẽ eruẽdam potest procedi ad torturam, quãdo ciuilis causa habet in se annexum delictum. & vide glo. xv. q. vi. in summa.

95 *Tortus, an iterum torqueri possit.*

95 ANGE. † Tertio quæro an tortus c possit iterũ torqueri & repeti in tormẽtis. Bar. in l. vnius. §. i. ff. de qõni. dicit si primo fuit sufficienter tortus, nunquam in tormentis põt repeti, nisi superueniant indicia de nouo vt ibi probatur quod no. contra aliquos crudeles iudices q quotidie torquẽt, & tormenta repetunt, & de nouo illa indicia nõ habẽt, quoniã tenentur in syndicatu q nõ poterãt illũ in tormentis repetere, & idẽ tenet Sali. in l. ii. in fi. C. de cust. & exhib. re. in tantũ ꝙ Bal. in l. decuriones. C. de qõ. dicit quod illa lex est in arg. ꝙ de q[illegible] que tortura ꝙ iudex facit dolo malo & sine causa, sit pęna capitis vt etiam ipse no. in l. i. C. de priua. carce. ꝙ bene tu iudex debes conside rare. Aduertas tamen secundum Dy. in suo tractatu versi. quid si aliquis &c. vbi dicit quod assessores hoc ex consuetudine nõ seruant. Sed iudicio meo male faciunt, imo continue repetunt in tormentis, sine nouis indiciis quousq; de obiectis criminibus veritatem eruant pro quorum opinione saluã da Cy. alleg. in auth. vt iudic. sine quo. suffra. §. oportet. & ibi iudices torquebunt fures, nisi prius &c.

c ¶ An & quando tortus possit repeti quid autem si sit sufficienter tortus iudex tamen propter indicia vehementia suspicetur ꝙ sit culpabilis. an debeat diffinitiue absoluere. vide Salice. in l. ea quidem. antepenult. colum. C. de accus. in l. si quis. C. ad l. Iul. maiesta. & in l. si quis adulte. ff. de adult. Moder. in l. vnius. §. reus. ff. de quæstio. vide tamen dictum do. Abb. post alios Moder. in c. j. vij. char. de offic. ordi. & vltra prædicta adde tu & vide Alexand. de Imol. in consi. v in j. vol. & Cepol. in cõsil. lxviij Rapha. Cu. in cõsi. cxxxviij. & Bal. in consil. cclxxvj. in volu. & ibi quæ sint noua indicia. Stra.

AVGVST. Adde tñ tu ꝙ Bal. in l. milites. C. de quæsti. dicit ꝙ semel tortus non põt iterum torqueri, & si faceret hoc iudex quia repeteret & tortus decederet iudex punitur acriter. Et hoc dixit dõ. Catal. in materia singula. qõ. ccvi. & sequitur Bal. in d. l. milites. & dicit do Catal. in q. ccxx. ꝙ leuiter tortus non potest iterum torqueri quantuncunque Bal. in l. obseruare. C. quorum appel. non reci. dicit, ꝙ semel tortus ẽt insufficienter, non potest torqueri sine nouis indiciis, quam sententiam non credo verã, quia caret ratione per doctrinam Ba[illegible] in d. l. vnius. quia Bar. voluit quod si sufficienter fuit tortus secundum indicia non possit iterum torqueri, alias sic, & licet Ioan. And. in c. cum in contemplatione. in si. extra de regu. iur. referat ibi opi. diuersorum docto. in hac materia, & nihil affirmet. & Cy. habuit aliam opi. in l. fin. C. de quæstio. Tamen ibi dicit Cy. ꝙ assessores qui repetunt tormẽta sine nouis indiciis, vel sine nouis argumẽtis, non habent nec Deum nec leges poculis. Mihi autẽ in hac materia placet sententia Gandi. in tracta. malefi. sub rubri. de qõ. in versi. an quęstio possit repeti. qui dicit ꝙ licet assessores qui sunt audi honoris obseruent, vt repetant quęstionem sine nouis indiciis, tamen communis opi. doct. est quod sine nouis indiciis non põt repeti tortura. Et affirmauit Gãdi. in d. tracta. malefi. sub rub. de quæstio. in i. col. licet ibi dicat ꝙ de consuetudine multi assessores hoc nõ obseruent. & dicit Ange. in l. i. §. si quis mortis. ff. ad Silla. quod semel illata tortura caueant iudices ne iterum torquant. & dicit Bald. in

c.i.§.iniuria.de pace iur.fir.semel tortus bis & ter, & sufficienter si tamen perseuerat negando, & superueniant indicia de nouo potest iterũ torqueri. Et idẽ dixit Bal. in l.i.de cõfessis, in vii.col.ꝙ tortus cõpetenter non potest iterum torqueri, sine nouis indiciis.

96 *Repeti non debet malefactor in tormentis, sine nouis indicijs, poterit tamen repeti etiam post publicationem processus quando sunt euidentiora primis.*

97 *Articulos formans super maleficio, & publica uoce & fama, & testis deponat super maleficio, ac subiungat se nihil plus scire, tamen super articulo de fama poterit testis repeti & examinari.*

98 *Indicia quæ dicantur noua ad hoc quod quis possit in tormentis repeti.*

96 ANG. †Sed tu caueas & sine nouis indiciis non repetas malefactorẽ tormentis, vt supra dixi. Et potest etiam in tormentis repeti etiã post publicationẽ processus, qñ sunt indicia euidentiora primis, ita dicit eleganter Bart. per illum tex. in l.vnius.§.i.ff. de quęstio. quod no. perpetuo. Quinimo ẽt si publicatus fuerit processus & nõ fuerint testes examinati super omnibus articulis nõ obstat quin testes super articulis super quibus non fuerunt examinati testes, possint examinari, vt no. Specu. in tit. de notorio crimine.§.fama.versi.fin. & hoc voluit Bar. in l. de minore.§.tormenta.ff.de qõ.& hoc probatur secundũ regulam & doctrinam doct. Bar. & aliorũ in auth. qui semel. C.de proba. quia super nouis articulis, vel super aliis qui nõ comprehenduntur in publicatione priorum, non obstat publicatio

a quin testes possint repeti, vt ibi.[a] † Et ad-

97 uertas ꝙ si feci articulos super maleficio. Itẽ alios super publica voce & fama & testis super maleficio aliquid dixit, & subiunxit se nihil plus scire. tamen super articulo de fama poterit repeti & testis examinari, non obstãte publicatione processus, vt no. Spec. & Ioan. Andr. in tit. de teste.§. nunc videndum. versi. illud autem. & no. Ioan. And. & Ant. de But. in c.fraternitatis. de testi. ꝙ bene no. quia vidi de facto Ferrarię. † Quæro

98

b quæ dicantur noua indicia [b] ad hoc vt possit repeti in tormentis. Respondeo esse ea quę differunt à procedẽtibus specie vel substantia. Verbi gratia, prima indicia erant de mala fama rei, vel quod erat inimicus &c: superuenit postea vnus testis qui dicit se vidisset reum percutere, vel dicit quod vidit cum gladio euaginato. Talia enim indicia dicunt noua quę à prioribus specie differũt vel substãtia sicut dicimus ĩ capitulis nouis, vt l.ꝑ hanc. C.de tẽpo.app.& c.fraternitatis.de test. quod bene not. ne erres, q̃a si tu primo habuisti indiciũ ex fama per aliquos testes, licet postea plures habeas pur super fama nõ dñr noua indicia, sed dr̃ noua probatio primi indicii, & sic ꝑpter nouos testes super fama non posset in tormentis repeti.

ADDITIO.

a ¶Repeti vt ibi. Adde ꝙ Bal. in consil.cclxx vj. in j.vou. l.alias est in consi.clij.inci.in Christi nomine plura tanguntur, & quod dicit Inno.in c.cũ clamor. & de testibus intellige verum quando iudex proprio motu & inquisitio est facta ex mero officio, secus vbi esset ꝓsequutor inquisitionis. B.

b Quæ dicãtur noua indicia. Adde etiam tu & vide d. Alex. de Imol. in consi.clxxxiij.colum.fin. in princip in ij.votu.

AVGVSTI. Tu autẽ in hac materia, adde inquantum dictũ est ꝙ propter indicia de nouo superuenientia reus potest iterũ torqueri. dic hoc verum, intelligendo noua faciẽtia indicia verisimilia contra captũ nõ intelligẽdo noua scilicet impertinẽtia & hęc sumuntur ex doctrina d. An. in d.c.fraternitatis. extra de test. dum tractat materiã q. dicãtur noui vel antiqui articuli, & vide Speculu. in ti. de teste.§. satis vtiliter. ver. illud autẽ. & Host. in summa de teste in fi. bene faciunt d. Ang. in l.i. in fi. principii.ff. qđ quisque iuris dum tractat materiã q. dicant noui casus, & glo. in c.generali. de elec. lib. vi. in gl. super verbo de nouo. & gl. xviii.q.ii.c. quidã in glo. nouũ. & vide Ant. de But. in c. fraternitatis allegantẽ multa in hac materia qui dicatur nouus vel antiquus articulus ex cuius dictis poteris arguere ad hanc materiã, q̃ dicant noua vel antiqua indicia.

99 *Delicto existente quòd pro eo reus ex forma iuris uel statutorum non possit torqueri, uel fuerit sufficienter tortus, & non supersunt indicia an si retineatur in carceribus ut siti uel fame moriatur, dicatur tortus.*

99 ANGE. †Quęro quid si est tale delictũ, ꝓ quo non põt torqueri ex forma iuris vel statutorũ, vel fuit ad sufficiẽtiam tortus, & non

non supersint indicia, an si retineatur in carceribus vt famæ aut siti moriatur, dicatur tor-
c tus c ita ꝙ si virtute talis sitis confiteatur teneat talis sitis confessio, dico ꝙ non, nisi in ea postea rite & recte perseueret. ita dicit eleganter Bar. in l. j. § diuus Seuerus. ff. de quæst. & facit l. ij. § si quis autem visus. ff. de vi & vi armata. Et sic facit cōtra iudices ignorantes qui nō possunt torquere dant carnes valde salitas ad comedendum malefactori & non bibere, quia tunc dicuntur torquere & teneri debent in syndicatu.

c ℭ Dicatur tortus. Adde tu quod dicatur tormentū & vide per Alex. de Imo. in cōsi. xlvj. in ij. vol.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia, adde hic quæ dixerunt Paul. de Leaza. & Pet. de Anch. in c. j. extra de depo. Et hic bene faciunt no. per doct. in l. ij. C. quòd metus causa. & in l. interpositas. C. de transact. & dicit Bal. in l. j. C. de his qui ad liber. perue. non pos. ꝙ carcer est tormentum & ponere in compedibus. vide Bar. in l. j. ff. de cust. re. & ideo recte dixit Bal. per illum text. in d. l. j. C. de his qui ad liber. perue. non possunt ꝙ iudices nō possent adhibere ista genera pœnarū extra. Adde do Io. And. in c. cum in contemplatione. extra de reg. iur. qui dicit ꝙ tormentum fit etiā cū ieiunio, & ꝙ ieiunia sint tormenta. vide gl. in clem. j. de hęre. & ibi vide doct. & ideo recte dicit Ioā. And. in d. c. cum in contemplatione. dum corpus habet dolorem illud est tormentum, & voluit Bal. in l. obseruare. C. quorum appe. non re. imo aliqui voluerunt ꝙ solus carcer sit tormentum. Sed hoc est falsum, quia carcer tunc est tormentum dum sibi victus denegatur, Ang. in l. item apud. § q. ff. de iniur. idē dixit in hac principali quæstione melius Gan. in tract. malefi. sub rub. de quæst. & tormē. in ver. dictum est supra quòd confessio facta &c. in fi. j. col. Et d. Catal. in q. ccvij. & in q. ccx. in tractatu suo syndicatus, vbi ponit quid etiam tormentum, quid est quæstio. & Albe. de Rosa. in iij. parte statutorum. q. xxxj. qui ponit de eo qui non dat alicui nec comedere nec bibere, vt talis dicatur tortus.

100 *Torqueri timens contra ius, appellet, quoniā appellatione pendente, si aliqua confessio emanauerit, erit ipso iure nulla.*

100 ANGE. †Aduertas tamen eleganter ꝙ si captus timet torqueri contra ius, consilium est quod appellet, quoniam appellatione pendente, etiam si aliqua confessio emanauerit, talis
d confessio est ipso iure nulla, d vt arg. l. j. ff. nil not. appella. pen. nec in hoc articulo opus est vt iudex appellationis superior inhibeat, quia periculosum esset. ita dicit Bal. in l. j. C. commina. vel episto. quod not.

d ℭ Ipso iure nulla. Adde tu & vide Alex. in consi. cxliiij. in ij. volu. Ber.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia adde Bal. per illum text. in l. si quis prouocatione. C. de appel. qui dixit ꝙ licet ante factum non possit appellari, sed post factum. tamen vbi factum est irreparabile ante factum tenet appel. Et exemplum ponit. Et ideo dicit ꝙ vbi de intentione aliqua iudicis comprehenditur aliquo modo, ꝙ vult aliquem torquere, vel quia comminatus, tunc ante tormenta possit appellari, quia post factum illud irrecuperabile est non nimirum ergo si non teneret talis confessio, appellatione pendente.

101 *Tortus fuit unus contra quem uere erant indicia sufficientia, non tamen apparebant in actis nec erant nota iudici, postea superuenerunt indicia uera ad notitiam iudicis quæ in actis apparent dicta tortura non iustificabitur ex indicijs postea notis iudici.*

101 ANGE. †Quinto quęro, iudex tor sit vnū & in veritate indicia erant sufficientia contra eū, nō tamē apparebat in actis nec erāt nota iudici, post torturā indicia superuenerunt & vera, & in notitiā iudicis deuenerunt & in actis apparet, an d. tortura iustificetur ex indicijs post ea notis iudici. dic quod non vt not. Bart. in l. maritus. in prin. secundū gl. ff. de q. & non est mirū quia sic ēt est in ciuili, vt no. Bar. in l. hoc aūt. § j. ff. ex qui. caus. in pos. ea. & in l. multum. ff. de cond. & demon. quod not. ne in syndicatu postea tenearis quod antequā torqueas facias indicia prius apparere in actis.

AVGVSTI. Tu adde ꝙ istā eādē cōclusionē approbauit Bal. in l. ea q dē. C. de accus. Sed in proprijs terminis Bal. in l. fi. C. de accu. formauit istā q. & multū extollit illā gl. in l. maritus. ff. de qō. secundū secundā lecturā, & ibi dicit ꝙ indicia superuenientia non iustificāt torturā, & alleg. rōnem qa dicit ꝙ ordo iuris est peruersus. & sic Bald. ibi tenet ꝙ est de ordine
a essentiali. & ita cōsuluit Ro. in cōs. suo. clxvij. a

ADDITIO.

a ℭ Consi. clxvij. adde tu etiam Pet. de Anch. in consi. xxiiii. & Alex. in cōsi. liij. in iij. vol. Ber.

102 *Torqueri quæ personæ poßint & quæ non.*

102 ANG. †Sexto quæro quæ personæ possint torqueri dic ꝙ regulariter omnes, & sic regula est affirmatiua nisi expresse reperiantur prohibitę, & sic siue liberti, siue serui, siue mares, siue fœminæ, siue paterfa. siue filiusfa. vt l. vnius. §. j. & l. labeo. ff. de quæst. Sed excipiũtur minores xiiij. an. quia debent ferula cedi, vt l. j. §. impub. ff. ad Sil. Itẽ in dignitate constitutus vt decurio & eius filij. Itẽ maior magistratus, durante officio. Item docto. Item clericus b in sacris & istorum filij. Sed milites nostri tẽporis cum non sint milites proprie, poterãt torqueri, vt no. Cy. in l. iij. C. ad le. Iu. maiesta. & in l. milites. & ibi Ang ff de q. & not. Dy. in suo tract. de q. in ver. quę personæ possint torqueri. Et etiam circa fi. prædicti tract. in ver. modo dictũ est supra qñ &c. Item decrepitus non torquetur, vt l. iij. §. ignoscitur. ad Sil. Aduertas tñ ꝙ in certis delictis etiam prædicti exceptuati, vt magistratus doctor & similes, torquentur vt in crimine læsę maiestatis, vt l. de minore. in prin. & l. libero. §. j de quæstio. de re milita. l. proditores. & in crimine hæresis, vt no. gl. in l. iij. C. ad leg. Iul. maie. Itẽ mulier prægnans dum est grauida nõ torquetur, vt l. pręgnãtis. ff. de pœ. ex quo Bal. in l. decu. C. de quęsti. dicit no. ꝙ si ptãs huius ciuitatis torqueat aliquẽ de prioribus, siue de ancianis qui sunt de loco curionũ, punietur pœna capitis, excepto in crimine læsę maiestatis, & proditionis populi. l. fallaciter. C. de aboli.

b ¶ Clericus in sacris. Adde ꝙ si clericus qui ex causa torqueri potest fuit tortus super diffinitione vnius delicti & cõfiteatur de alio vbi non essent indicia talis confessio valet. ita Card. in cõsi. xlv. & ponit etiam Ioan. Ana. in consi. Ber.

AVGVSTI. Tu autẽ in hac materia adde & vide Ioan. And. in c. cũ in contemplatione. extra de reg. iur. qui late vltra doct. examinat istã materiã, q̃ personæ possunt torqueri, & qñ milites & senes & iuuenes & minores possunt torqueri & in quibus casibus. Itẽ qñ serui siue liberi, siue statu liberi. Itẽ qñ clericus siue intelligamus de clerico, siue de presbytero. Itẽ quid si istę personę examinantur propter se, siue propter alium. s. in testem qñ & quomodo possũt torqueri. & ibi late loquitur Io. And. referens dicta antiquorũ. Et de clerico & de presbytero. adde d. Bal. in l. presbyteri. C. de episc. & cler. & ibi per alios Mod. Et de materia. vide per Gan. in tract. malefi. de q. & tormen. in rub. in versi. q̃ personę possunt torqueri. vbi multa alle. in hac materia & bonus tex. & per Bart. in l. ex libero. ff. de q. & ibi late & per Gand. in d. trac. in ver. an testes possint torqueri. & in ver. pulchra quęst. dictũ est supra & ibi ponit quid de militibus nostri temporis & quid de aduocatis, & per Ioã. And. in c. j. extra do depo. vbi ponit quid de clericis & ibi per doct. & an consiliarij ciuitatum nostri tẽporis possunt torqueri, vide Gand. in loco supra alleg. in ver. supra dictũ est, decuriones nõ posse torqueri. qui dicit ꝙ cũ isti decurionibus ęquiparentur & decuriones non possint torqueri. igitur &c. sed dicit ꝙ de generali cõsuetudine contrarium obseruatur. & ita vidit Bononiæ obseruari, & consuli per sapientes & obseruari autoritate cõsuetudinis, quàm consuetudo pro lege obseruatur. Adde tñ quę dixit Ro. in singu. primi anni ccclxxj. quod incipit milites, doctores, decuriones &c. ꝙ. non valet cõsuetudo in contrarium vt pręfatæ personæ possint torqueri. Et hoc dicit Bar. in l. omnes C. de dec. li. x. qui loquitur de militibus. Salic.
c vero in l. j. C. de iur. & fa. ign. dicit ꝙ milites c nostri tẽporis nõ pñt torqueri. & Guil. de Cu. quem vidi in fonte in l. pe. ff. ex quib. cau. ma. & approbant Mod. in l. centurio. ff. de vul. & pupil. sed ego in tractatu meo allegationũ quẽ nuperrime facio, dãno opinionẽ istã, & teneo ꝙ milites nostri temporis pñt torqueri & ꝙ non gaudent priuilegijs militaribus.

c ¶ Quod milites. & quod milites nostri temporis non gaudeant priuilegio antiquorum tenet Franc. de Are. in consi. xij. sed contrariũ ꝙ imo gaudeãt tenet Ro. in consi. ccccvj. & ꝙ aduocatus nec miles possunt torqueri, consuluit Fulg. consi. clxxiij. qui alleg. Cyn. & Albe. ita tenere in d. l. milites. contrarium tamen tenet Cep. in consi. xl. & ibi ꝙ de consuetudine decuriones & consiliarij ciuitatis possunt torqueri alleg. Gan. per Ang. supra alleg. & Odof. in trac. de quęst. in fi. qui dicit quod ita vidit consului & seruari. Albe. de Rosa. in l. diuo marco. in fi. de quæst. & ibi etiam Sal. qui dicit ꝙ non seruatur priuilegium quo ad torturam, ꝙ consiliarij non torqueantur. & dicit ꝙ ita est generalis consuetudo, & ita seruanda nisi esset specialis contraria in loco, vt est Florentiæ, vt dicit Bal. in l. nihil. de quæstio & ibi late. Ber.

103 *Tortura seu quæstio quo moderamine sit habenda.*

103 ANG. †Septimo quæro cũ quo moderamine sit habenda qõ. respondeo moderate, vt l. de minore §. tormenta. ff. de qõ. & hoc totũ residet in pectore boni iudicis, qui considerabit

rabit cuius fortitudinis sit torquēdus, cuius
d ętatis valitudinis,& ſm qualitatē personę,[d]
& delictorū, nec à grauioribus nec à leuiori
bus tormētis initiū faciet: facit l.iii.§.fi.ff. de
re mil.& ff.ad Sil.l.si quis in graui.in princ.
& in l.i.§.impubes.co.tit.& sic vt innocentiæ vel supplicio cū conseruet indemnē, vt l.q̄stionis modus.ff.de quæst.ita dicit Dy.in suo tract.ver.qualiter inq̄sitio fieri dēat &c.

d ¶Qualitatem personę. Adde tu & vide Alexan. de Imol.in consi.clxxv.in fi.in ij.vol. Ber.

AVGVST. Tu in hac materia dic vt sæpe dixi in isto tractatu, ꝙ supportatione iste tractatus q̄stionis appropriat Dy.fuit Gan. in tract.malefi. qui fecit rubr.de q̄stionibus & tormentis. Quinimo dixit Gan.in tract. in prin.i ver.quinto no.ꝙ iudices hoc tēpe ramentū teneāt vt tormēta nō sumant immēsa de aliquo nec inquantū accusator postulauerit, sed ꝓut moderatę rationis tēperamēta desiderāt, adeo ꝙ totus sanus vel saluus innocētiæ vel supplico cōseruet ita dixit Io. And.in c.cū in cōtēplatione.extra de re.iu. ꝑ tex.in l.q̄onis modū.ff.de q.& Adde Bal.in l.i.C.de conf.in vi.col.qui dicit ꝙ quo moderamine sit habēda q̄ō hoc relinquitur arbtrio iudicis ibi vide, sed intelligo dictū arbitriū ſm virū discretū, nō indiscretū per ea quæ habentur in l.i.ff.de leg.ii.

104 *Torto moriēte in tormētis, an iudex puniat.*

104 ANGE. † Octauo quæro quid si tortus[e] moritur in tormentis an iudex e teneatur. vr̄ dictū Bar.ꝙ sic in l.lege Cornelia.ff. de sicca.vbi dr̄ ꝙ si rectores torquēt reū vel testē, ita ꝙ ex hoc moriat ꝙ tenet̄ l.Cornelia, de sicca. per illam legē.ad idē facit.l.aut damnū.§.i.ff.de pęnis.Sed Bar.in l.quęstionis.ff.de quæst.& Cy.Bald.& Sal.in l.gracchus. C.ad leg. Iul.de adul.tenet contrariū: & idē tenet Ange.in l.iii.C.de adult. qđ tn̄ Cyn.Ang.& Sali.intelligunt verum dummodo indicia præcedant & in actis de indiciis appareat, tūc cum iudex fecerit ex permissu legis, quia ad torturā licite peruenit, licet ille moriatur non debet teneri, vt l.sed an vltro in princ.ff. de neg.gest.& hoc etiā intelligunt verū, dummodo iudex nō fuerit egressus terminos torturæ, de quo per Cyn.in d.l.ii.& per Bal.in d.l.gracchus.In dubio autē non sumitur ꝙ fuerit egressus,

imo quod suum officium temperare gesserit, vt l.herennius.§.caia.ff.de euict. Vnde alleganti ꝙ iniuste torsit incūbit onus probādi ſm Ang.ꝙ est no.dignū, nō obstat dictū Bar.in d.l.lege.q̄a imo facit pro ista parte si bene consideret, q̄a dixit reū torsit cōtra iustitiā &c.& sine indiciis, & sic excessit formā & modū torquendi, alias sentit se fecisse ſm iustitiā ꝙ non teneretur. Et de materia ꝑ Flor.in l.q̄ occidit.ff.ad leg. Aquil.

e ¶Si tortus. Adde & vide Bal.in cōsi.cccxxxvi. in iiii. volu.incip.factum sic proponitur. vbi ꝙ si in casu etiā a iure permisso iudex dolose torquet ꝙ tenetur pęna.l.Cornelia.de sicca.l.lege.§. fi.ff. ad l.Iul.pecu.aut rigide & non dolose torquet & tunc tenetur minori pęna.l.respiciendum.§.qui delinquunt.ff.de pœ. aut nec dolo nec culpa torquet & facit sicut quilibet diligēs.& tunc nullo modo tenetur. Si vero iure prohibente vel non permisso ponit iudex aliquem ad torturā punitur.l.Cornelia. de sicca. ita Iac.de Are.in tracta.de quæst. & vide Franc.de Are.in consi.x viii. Ber.

AVGVSTI. Tu de hac materia, ad de dicta Gasp.de Cal.in c.i.extra de deposi.Sed in hac materia reperi vnum pulchrum consilium domini Zilioli de Cauitel. qui consuluit.pone ꝙ iudex excessit, modū in torquēdo reū excessiue vel in casu non permisso, vt quia forte nō erant indicia legitima, vel fuerunt purgata per alias probationes, vel quia non erat de casibus, de quibus posset torqueri de iure an teneatur directa.l.Cornelia.de sicca. & sic debeat decapitari. Nā vr̄ ꝙ sic cū iudex non posset prætendere se ignorare iura quorū asseruit se fore peritū cū electioni de se, vt de perito factæ consenserit l.ii.& ibi no.ff.ꝙ q̄sque iur. Nam licet ignorare iura sit lata culpa, q̄a pōt consulere peritiorē, vt ff.de infa.l.liberorū.in fin.& ita dicit ibi gl.in l.ex maleficiis.§.si iudex. ff.de actio.& oblig.& probatur per tex. insti.ad leg. Aquil.§.præterea. ver.imperitiā. & ff. de reg.iur.l. imperitiā. tn̄ hoc verū in personis quæ non sunt astrictæ scire iura, vbi in pęnalibus lata culpa non æquiparatur dolo, & ita intelligitur.d.l. imperitiā. cū similib.Sed in iudice qui se asserit iurisperitū ignorare ius, est a deo lata culpa, ꝙ dolus in eo pręsumitur cum iuris ignorantia non præsumitur, sed verius scientia iuris. Et isto casu lata culpa æquiparatur dolo.l.ii. cū gl. ff. ꝙ quisque iur. Et pro hoc videtur ꝙ iudex debeat decapitari tāquam dolose occiderit

derit illum in tormentis. & ita videtur tenere Sali. sed certe est error, quia secundum dictum domini Zilioli. isto casu lata culpa æquiparatur dolo, sed non dolo vero sed præsumpto. Item æquiparatur dolo tacito, & nõ expresso. & ita debet intelligi tex. & glo. in d.l. ex maleficiis. & glo. in l. fin. C. de pę. iud. qui male iud. Et idem in medico qui per imperitiam aliquem debilitauit vel occiderit, vt dicit gl. in d.l. ii. quod quisque iur. & tex. in d. §. pterea. instit. ad leg. Aqui. & ideo errauit Salic. dum voluit talem puniri directa. l. aquilia. sed nõ est verũ, qa in pęnis corporalibus infligẽdis lata culpa, nõ æquiparatur dolo. Sed eum dico teneri vti li Cornelia vt extra ordinem iudicis arbitrio puniatur. & ita dicit Bar. in l. vlti. ff. de adult. in q. de occiso bannito probatur in l. lex Iul. §. fi. ff. ad leg. Iul. repetum. lex enim Cornelia directa requirit verum dolũ, vtilis autem requirit fictum seu præsumptum ꝙ insurgit ex lata culpa cõmissa per illum qui est astrictus scire iura, vt in iudice & medico. Et licet qñ iudex lædit partem ciuiliter per impudentiã non teneatur ad merã pęnã fisco applicandã, sed tantũ ad satisfactionẽ dãnorũ & expẽsarũ seu interesse partis læsę, vt dicit Bar. in l. fi. in fi. de va. & extraor. cogni. & in disputatione sua, quæ incipit à snia iudicis qui male iudicauit &c. tamen quãdo iudex per imprudentiã lędit in corpus aliquem scilicet torquẽdo, vel eum aliter debilitãdo, vel occidi faciendo in publico arẽgo. iste iudex tenetur extra ordinẽ vtili, lege Cornelia. vt supra dixi. & ita consuluit dominus Ziliolus in ciuitate Mantuę qui dixit ꝙ nisi dolus expressus probetur in iudice scilicet quod vel odio, vel gratia alterius, puta inimici passi vel corruptus pecunia, illum læderet in corpus nõ teneatur directa l. Cornelia. scilicet pęna corporali quin potius dici debet ipsum iudicẽ fuisse in culpa lata, quam in dolo vero & expresso, quia saltem prætextu officii sibi commissi id fecit, & per cõsequens non prætextu homicidii cõmittendi, nam ad excludendum verum dolum & expressum. & pęnã quæ pro tali dolo imponenda venit sufficit quòd aliquo colore iusto, vel prætextu, id factum sit, licet facere iure non debuerit, vt l. Gracchus. C. de adult. vbi casus. Item sufficit eum fuisse motum aliquibus rationibus, siue iustis, siue iniustis, quia per hæc caliditas excluditur, licet vera culpa concludatur quæ ex quasi maleficio peruenit non ex maleficio, vt dicit glo. in d.l. ex maleficiis. §. si iudex. & d.l. fi. ff. de va. & extraor. cog. & pro hoc tex. in l. igitur. §. potest. ff. de libe. caus. & glo. in l. i. ff. de abige. & in l. plagiarii. C. de plagia. & in l. i. C. vbi causa status. & ibi Bal. & per Bar. in d.l. fi. ff. de adul. & in corporalibus lata culpa non æquiparatur dolo scilicet vero & expresso, vt l. in lege in princip. vbi Bartol. ff. de sicca. Et hanc opi. dicit ipse dominus Ziliolus tenere Iac. de Arena. in addi. in d.l. Gracchus. & Gui. de Suza. tñ dicebat iudicem huiusmodi debere caute protestari se errasse ĩ iure, & sũũ errorẽ iuris allegare, & protestari, ꝙ si alias similis reus sibi occurreret, eum taliter non torqueret. ar. l. si adulterium cũ incestu. §. idem polioni. ff. de adulter. & dicebat eum extra ordinem præter quam in corpus puniendum. & ita ipse dominus Ziliolus de facto consuluit in ciuitate Mantuę pro dño Bidia de Fauentia ibi iudice qui tantũ torqueri fecerat vnum reum modum debitũ excedendo ꝙ mortuus fuerat, & in syndicatu contra iudicem procedebatur. & no. etiã pro medico cuius lata culpa perit infirmus, pro quo instit. ad leg. Aquil. §. pręterea. versicu. imperitiam. & l. illicitas. §. sicuti medico. ff. de offi. psi. & glo. in l. ii. ff. quòd quisque iuris. Sed in hac materia adde Gand. in tract. malefi. sub rub. de quęst. tormen. in illa quæst. quę cõfessio dicatur facta formidine tormento. in versi. sed quid si iudex. in tormentis adeo modũ excedit quòd tortus ibi defecit vel membrũ debilitauit, qui latissime disputauit istã q. arguendo pro & contra. & refert Gui. de Suza. dixisse quòd vbi iudex modũ excidit torquẽdo statim quòd modũ excedat, tenetur, quia fingitur nõ iudex sed, est priuatus sicut tutor male administrando, fingitur non tutor, & tenetur tãquam quilibet. l. tutor. ff. de suspect. tut. cũ similibus. Ipse vero Gan. dicit, ꝙ si dolo fecit tenetur, si vero aliam culpam commiserit, non tenetur, dic vt ibi. Adde do. Ang. notabiliter loquentem in l. Iuliam. ff. ad legem Iuliam de vi publica. Adde do. Catal. in tracta. syndica. q. clxiiii. vbi approbat in hac materia dicta Bartol. in l. quæsti nis. ff. de quęst. & Cy. in l. Gracchus. C. de adult. & idem

& idem domi. Catal.q. ccv.& ccvj.dicit, ꝙ si aliquis in tortura repetitur, & ibi moriatur assessor tenetur tanquam homicida.

105 *Trepidatio balbuties & uariatio in actis redacta, etiam sine illis indicijs, an sit sufficientia indicia ad torturam.*

105 ANGE. †Nono quæro quid si alia indicia nō sunt iudex tñ interrogat & ipso trepidat balbutiat & variat, tunc iudex faciat ista in actis scribere, & hęc sunt sufficientia indicia sine alijs indicijs ad torturam. ita dicit Inno. in c.quoniā de proba.& Bar.in l.de minore.§.tormenta.versic.plurimum.ff. de quæst. Ex quo pulchram & salubrem capias cautelam ꝙ qñ præcedentibus indicijs torques aliquem, & vno sero dicit vnum, alio vero sero dicit aliud

a variando a tunc non parcas calamo, imo omnia quæquæ dicit & istas varietates facias scribi in act. tunc secure & sæpe & sæpius etiam alijs indicijs non superuenientibus potes eũ in torturam repetere. ita dicit Bar.in d.§.tormenta.in prin.quòd bene not.quia hoc practicando multoties fecit mihi honorem & maxime in vrbe dum ibi assidebam.

ADDITIO.

a ℭVariando.& quod mēdacium sit sufficiens indicium ad torturam.vide Ro.in consi.viij. Ber.

AVGVSTI. Tu autem adde & intellige prædicta nisi torqueres reũ iniuste sine indicijs & ipse tũc variaret & vacillaret, quia vno sero diceret vnum alio sero diceret aliud in tortura, quia omnes illæ confessiones & vacillationes factæ illo modo in tortuta, etiam si essent millies ratificatæ non valerent, vt supra in hac cadē glo.in versi.aduertas tamen si indicia non pręcedant & inquisitio formetur, licet reus fuerit confessus in tormētis & in quęstione quam tetigit domi.Ang.hic. Adde Bar. in l.fi.ff.de quęst.in fi.j.colum.qui dicit ex voce,& trepidatione, & inconstantia, poterit iudex habere indicium vel pręsumptionem contra aliquem, & vbi inuenit illum in mendacio hoc est sufficiēs indicium. Sola autem trepidatio, vel mutatio coloris vultus, non sufficeret, vt videtur velle Bal.in l. præsbyteri. in princ. C.de epis. & cle.nisi concurrerent alia quę arbitrio iudicis relinquuntur, vt dicit ibi Bal.& certe est sententia Bartol. in d.l.fi.vbi videtur velle ꝙ copulatiue illa concurrant, dum dicit ex voce & trepidatione & inconstantia.

106 *Inculpatio quam facit socius criminis, an sit sufficiens indicium ad torturam.*

106 ANGE. † Decimo quęro an inculpatio quam facit socius criminis sit sufficiens indiciũ vt quis possit torqueri, dic ꝙ in casibus in quibus quis potest interrogari de socijs ꝙ est in sex casibus not.in l.fin.C.de accusa.ꝙ talis in-

a culpatio est sufficiens a ad ponendum inculpatũ ad torturā, vt l.edictum.& l.j.§.eum qui latrones.ff.de qō.ita dicit Dy.in suo tract.versi. sed nunquid propter talē præsumptionē &c. alias secus.facit quod supra dixi in ista gl. ver. octauo an si contra talem delictum &c.

ADDITIO.

a ℭSufficiens. Adde tu & vide Alexand.in consi. lxxxviij.in iiij.volu.Ber.

AVGVSTI. Adde ꝙ miror ꝙ iste doctor in isto articulo tam arduo et quotidiano & vbi tractatur de torquendo homines, ita incaute locutus est. primo quia vt sæpe dixi ille nō est tractatus Dy.sed Gan.in loco supra alleg. Sed siue sit Dy.siue Gandi. hodie assessores communiter videntur obseruare doctrinam Bart. in hac materia quam posuit in l. repeti.§.j.ff. de quæstio. Et materia est amplissima quam late posui supra in ad.meis, in hac eadem glo. in ver.qui incipit, quæro an particeps criminis.& ibi iste autor posuit latius in materia, sed non fuit recordatus hic.

107 *Hospiti existenti in hospitio aliquid reperitur subtractũ & ignoratur à quo nec aliqua suspicio, vel indiciũ est cōtra familiam hospitis, an iudex ex suo officio sine alijs indicijs potest torquere familiam hospitis.*

107 ANGE. † Vndecimo quęro alicui hospitanti in aliquo hospitio aliquid reperitur subtractũ & ignoratur à quo, nec aliqua suspicio vel indicium est contra familiam hospitis an ex suo officio iudex sine alijs indicijs pōt, torquere familiam hospitis & alios qui erant in domo, dic ꝙ sic ita dicit Bar.ꝙ semel practicauit in l.j.in fi.ff.si fa.fur.fe.dic.

AVGVSTI. Tu adde quod iste doctor errauit, quia Bar.ibi nihil dixit de hoc, sed voluit allegare Bar.in l.j.ff.fur.aduer.nau.cau. & stabu. & etiam si tu consideras verba Barto.ibi Bart.nihil dicit de hoc.Sed Bart. dicit ꝙ practicauit semel ꝙ familia potest torqueri ad deponēdum quid erat in illa valisia. & Spe. videtur aliter dixisse in titul. de fur.§.j. versicul. pone; sed posito quod Bart, hoc diceret. Ego

 autem

autem ita indistincte non torquerem familia hospitis, sed haberē recursum ad dicta Specu. in d.versi.per totam illā col. coniecturando si hospes est bonæ famæ vel malæ, vt ibi dicit Spec.si peregrinus est pauper vel diues & aliç præsumptiones,de quibus ēt per Bar. in d.l.j. ff.furt.aduer.nau.cau.sta.dicit tñ Bal.in l.j.C. loca. quod generaliter est præsumptio contra hospites qui sunt homines malæ conditionis & rapaces,istud d. Bal. habet locum qñ dubitatur, an hospes sit malæ vitæ. & conditionis vel bonæ vitæ.Sed si est bonæ famę & constat vt in hac ciuitate Ferrariæ habemus hospitem Angeli qui fidelis est & bonæ famæ nō habet locum doctrina Bal.supra alle. quia vera probatio excludit præsumptionem l. j. C. de proba.l.non est verisimile.ff. quod me. cau. & ita videtur esse de mente Pet. de Anch. in consi. suo cclxxxvij.qui multū eleganter loquitur. dicit tamen dominus Catald.in tract. synd. in q.cclxxiiij. ꝙ cum res datur in custodiam alicui, & illa res est derobata talis custos potest torqueri & multa allega.ibi vide.

108 *Tortura non debet adhiberi pro maleficio priusquam constet curia maleficium fuisse commissum.*

108 Ange. † Duodecimo tu iudex sis bene cautus ne aliquem ad torturam pro maleficio ponas,priusquam constet curiæ tuæ id maleficium fuisse cōmissum, licet ignoretur quis illud cōmiserit,vt l.j.§.illud.& ibi Bar.ff.ad Silla.vnde si furtum dicitur factum, facias in bastardello tuo per diligentem inquisitionem, querelam & testes, & misionem tui officialis.vbi furtum commissum describi & ponere per tuum notarium.Et sic de homicidio quòd mittas officialem ad videndum mortuum & vulneratum & vulnera describi, & hoc redigas prius in actis, alias autem nisi facta tali diligentia si aliquem torqueres pro dicto maleficio posses in syndicatu teneri,vt not.Bart.in d.§.illud.facit quod idem not. in simili in l. hæc autem.§.j.ff.ex qui.cau.in pos.ea.& l.multum.de condi.& demon.

Augusti. Tu autē in hac materia adde ꝙ Bar.hoc nō dixit in d.l.j.§.item illud.ff. ad Sil.quē voluit allegare iste doctor,& ibi nihil dicit de tortura magis q̄ de processu.Sed dico ꝙ imo iudex non debet procedere, quod fortius est ad inquisitionem specialē, nisi primo constet de delicto.& ita dicit Bar.in l.fi. ff. de quæst.in princ.Si aūt aliquis sponte confitere tur delictum, puta occidisse Titium,& postea constaret Titiū fuisse occisum per famam vel hominē & proiecisse in mari, an sufficiat hoc modo cōstare de delicto,dicam infra in glo.in verbo,& vestē cœlestē abstulit.in ver. quid si aliquis confitetur se plura furta commisisse.dicam infra in proxi.col.& seq. omnino vide. & vide Rom.in d,§.item illud.in l.j.ff.ad Sil.qui videtur velle ꝙ si non sit oppositū, & postea constaret de delicto in processu sufficeret. Limita tñ prædicta secundum Bal.in l.inde neratius.ff.ad leg.Aquil.in §.fi.& voluit Bar.in d. §.item illud.Adde tamen quod Bal. in l.iij.§. eiusdem.de test.in addi. per text. in d.l.j.§.itē illud.ff.ad Silla.dixit quod prius debet constare liquido de facto, antequā quis torqueatur, vnde tortura fit ad liquidationē personæ non ad liquidationem facti,alleg.d §.item illud dicas,sed ꝙ dispositio.d.§.item illud. fallit in crimine furti per l.vbi. C.fal. & in crimine furti per leg.cū seruus.ff.de condi.ob cau.& in crimine adulterij per l.prospexit.ff.qui & à quibus.Ego vero pro nunc dubito de istis tribus fallentijs,quia illæ leges mihi hoc non probāt.

109 *Torqueri possunt custodes quando curia constat de maleficio.*

109 Ange.† Sed si curiæ constat de maleficio,puta de furto, potes custodes torquere vt iudicēt furem,& non teneri postea in syndicatu,licet dictos custodes sine indicijs torseris, ita dicit Bar.in l.j.ff.de offi.præfe.vigil.

Augusti. Tu adde,& vide Bal.in d.l.j. de offic.præf.vigi.& hoc est quod voluit dicere Bar.in l.j.in fi.ff.de fur.aduer.nau.cau. sta. de illis qui tenentur custodire res positas in stabulo,vel caupona,qui possunt torqueri, & dic vt supra dixi in xi.q.

110 *Confessio facta sine tormētis praiudicat nec est opus quod reiteretur.*

111 *Confessio unica & sola sine tormentis aut metu tormentorum facta,non praiudicat.*

112 *Tortus quantum tempus quiescere debet, antequam ducatur ad tribunal,& ratificet.*

113 *Confessio sine tormētis facta non praiudicat si postea contra eam probetur falsitas.*

114 *Item non praiudicat si non est uerisimilis.*

115 *Confessus se occidisse hominem & proiecisse in mari, si nō constat de corpore mortuo, non potest occidi nisi saltem per famam probetur illum esse mortuum.*

116 *Item non praiudicat confessio facta sine tormentis*

mentis, nisi fuerit facta ante sententiam.
117 *Testis confessus per torturam, non debet præseruari nisi in confessione illa.*

ANGE. Postquam aliquis est captus & carceratus aliquando sine tortura confitetur, & sine metu aliquando cũ tortura vel metu tormentorum, aliquando negat de quibus omni-
110 bus videamus. † Et primo quando sponte confitetur sine tormẽtis, an talis confessio præ
a iudicet. dic quod sic, a & vnica sufficit nec est opus quòd reiteretur not. glo. & Bar. in l. j. §. diuus. in princip. ff. de quæstio. & Dyn. in suo tract. versi. restat videre quid sit confessus &c. & idẽ no. Bar. in l. j. in fin. ff. de custo. reo. idem no. doct. & Sali. in l. ij. C. de cust. & exhi. re. vt ibi plene per eum, sed cautus iudex semper facit eum in confessione reiterare ad tribunal, & in ea perseuerare, ne aliquo modo possit dici quòd illa confessio fuerit ex torta metu tormentorum. nam confessio dicitur facta metu tormẽtorum, si facta fuit tormentis adhibitis, vel si ligatus est in tortura, vel ante torturam ductus, & minæ præcedant, quòd si non confiteatur torquebitur tũc dicitur facta metu tormentorum. ita dicit Iaco. But. Cy. & Sali. in l. ij. C. de cust. & exhi. re. & no. Bart. in d. §. di-
b uus. Dicitur etiam facta metu tormentorũ b si tantummodo ante torturã quis spoliatus fuerit, & non ligatus, nec minatus sibi de tortura si nõ confiteatur. ita eleganter dicit Bart. in l. nouissime. per illum tex. ff. quòd fal. tu. aut. vbi dicit ꝙ semel habuit de facto Florentię, ꝙ no. sed aduertas quia multi iudices faciunt malefactorem qui confessus fuit in tormentis statim ad banchum ratificare & male faciunt, q̃a adhuc inest dolor & metus tormentorum, quia antequam ducatur ad ratificandum debet esse interualum. ita dicit Bar. Bal. & Salic. in l. ij. C. quod met. cau. & ibi Ange. & ibi infra dicam, posset tamen esse ꝙ aliquo modo nõ præsumeretur confessio facta metu tormentorum, vt si quis captus esse præcedentibus indicijs & statim cum captus est antequã carceretur vel aliquo modo ei minetur cum esset in palatio ante tribunal, sponte dixit & confessus fuit iudici pro tribunali sedenti ex tali vnica confessione poterit damnari, nec est opus
111 quod perseueret, ita intelligatur Bar. † Secundo not. quòd si confessio facta sit in tormẽtis vel tormentorum metu, quòd vnica & sola non pręiudicat, vt dicit. §. diuus, & ibi Bar. quando dicatur facta metu tormentorum. & idem not. Iac. Butr. in d. l. ij. de cust. & exhib.
112 reo. Vbi dicit † ꝙ tortus debet quiescere saltem per vnam diem naturalem post torturã, antequam ducatur ad tribunal vt ratificet, vel secundum Bar. hoc erit arbitrio boni iudicis relinquẽdũ, qui iudex debet arbitrari ęque, vt reducat eũ ad reiterandum confessionem ante tribunal eo tẽpore quo verisimiliter tormentorum metus cessauerit, ꝙ puto verius cũ dolore & metu tormentorum cessantibus, ducitur ad tribunal, & sic in loco publici iudicij corã notarijs & publicis personis, vt quod in secretis palatij dixerit confirmet, & in publicum confiteatur, vt dicit tex. & ibi Ang. & Sali. in d. l. ij. quibus omnino addas quod not. Sali. in l. fi. in j. col. C. de quæstio.

ADDITIONES.

a ¶ Quod sic. Adde tu vltra ea quæ ponit do. Alexan. & vide Alex. de Imol. in consi. cxxvij. in iiij. vol. & ibi ꝙ sola confessio sufficit ad condemnandum, etiam si processus est inordinatus. Et idẽ voluit Abb. in consi. xxv. & quando confessio dicatur facta metu tormentorum, & si notarius scripsit sponte confessus, vide Paul. de Cast. in consil. cclxxxiiii. & Alex. de Imo. in cõsi. clxxvii. in ii. volu. & in consi. ii. in iii. vol.

b Metu tormentorum. Adde tu quando confessio dicatur facta metu tormentorum, & debeat perseuerare, & ꝙ interuallum esse debeat. Et vide Alexan. in consi. i. & consi. lii. in iij. vol. & in cõsi. v. in j. vol. & Cep. late in consi. xl. vbi dicit ꝙ valet consuetudo ꝙ reus interrogetur in loco tormẽtorum. & vide Franc. de Are. in consi. xiiii. no. tamen ꝙ confessio rei in benigniorem partem, & pro reo est interpretanda. ita Rom. in cõsi. ccccl v. & Cepo. in consi. lxxvii. Ber.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia adde quod Gand. in tract. malefi. sub rub. de quæst. & tormen. in ver. quis sit effectus quęstionis. ibi arguendo pro & contra, an confessio sponte facta in criminalibus debeat ratificari per eum, tandem concludit ꝙ illa quæ est facta sine tortura & metu tormentorum, illa sola & vnica sufficit ad condemnandum, & dicit ꝙ ista est communis opin. Doct. & idem tenet Bald. in addi. Specu. in tit. de confes. in j. col. & Bal. & Doct. in l. ij. C. quod met. cau. & Bal. & Ang. post gl. in l. j. C. de confess. & idẽ
113 Ang. in l. j. ff. de cõfes. † Qui limitat primo a
a prædicta nisi illa confessio quæ est sponte facta sine tortura, & vna contra eam probetur, postea falsitas ꝙ ex illa confessione sponte facta in criminalibus, tunc non potest sequi cõdemnatio alleg. Specu. hoc voluisse in titu. de confes. §. effectus. ad fin. Et hanc sententiam approbauit etiam Bald. in l. si quis in hoc genus. C. de episco. & cler. Ex cuius dictis po-
114 tes limitare prædicta. † Secundo ꝙ verum est

est ꝙ propter solam confessionem sponte factam in capitalibus, quis potest condemnari, si talis confessio est verisimilis, secus si non sit verisimilis. alleg. l. j. si quis vltro. ff. de quæstio. & hic possum ponere exemplum Angel. ꝙ posuit in l. j. C. de confes. de illis malandrinis qui confessi sunt occidisse plures mercatores peregrinos & proiecisse eorum corpora in mari, an standum sit illi confessioni, quia inspiciendum est an mare flumen esset ibi prope vel non. Ex istis enim comprehenditur verisimilitudo, quia si erant homines malæ vitæ & ibi aqua erat prope, potuerunt damnari, alias non. Sed dubito de illa decisione, quia contrarium videtur innuere ipse Angel. in l. certum. ff. de confes. Item dubito propter tex. in l. j. §. item illud. ad Silla, vbi primo opus est ꝙ constet de maleficio, antequam procedat, & satis supra dixi in prox. col. & ideo Bald. in addit. Specu. in titu. de sent. in xviij. colum.

115 †dixit ꝙ si quis confitetur hominem occidisse & proiecisse in mari, cum non constet de corpore mortuo, ille non potest occidi saltem nisi probetur per famam illum esse mortuum per d. §. itē illud quæ doctrina an sit vera vel falsa, nunc infra dicam quantuncunque Bald. hoc affirmauerit in l. cum probatio. ff. de probat. in addi. suis. & idem dixit Bald. in authen. sed nouo iure. C. de furt. ꝙ qui confessus est se plura furta fecisse à diuersis personis, per istam solam confessionem non potest damnari, nisi iudex inuestiget ab illis personis à quibus dixit se furto subtraxisse, an hoc sit verū vel falsum dubito etiam de illa doctrina Bald. in addi. in tit. de senten. quia vbi tractatur de magno præiudicio, mors non probatur per solam famam, vt dicunt doct. in l. si quidem. C. sol. matr. & Ang. & doct. ibi & per Ang. in l. fi.

116 ff. de his qui notan. infam. †Tertio limitat Bald. in d. l. si quis in hoc genus, ꝙ opus est ꝙ illa confessio fiat ante sententiam, secus si fiat lata sententia extra iudicium, vt l. non tantum. ff. de appel. & ibi dicit ꝙ est glo. ordi.

117 † Quarto limita prædicta non habere locū in teste, quia testis qui confessus est per torturam non debet perseuerare in confessione illa. ita per bonas rationes concludit Bal. in l. fi. C. de quęstio. & istam sententiam quam etiam supra dixi in q. prin. tenet etiam Ioan. And. in c. cum in contemplatione. extra de reg. iur. qui dicit ꝙ quando fit ista ratificatio opus est qđ reus non sit territus tormentis, & extra locum tormentorum illa non videns, alias si prope tormenta, vel illa videret non valere illa ratificatio. & ita dicit ꝙ doct. tenent hoc, & hoc voluit etiam Bald. in c. j. §. furtum. de pa. iur. fir. Ang. vero in l. item apud. §. quæstionem. ff. de iniur. dicit ꝙ licet assessor ducat malefactorem ad funem, illa est leuis territio, nec dicitur confessio facta metu tormentorum. nisi fuerit ligatus ad funem. per d. §. quæstio. Sed vide Gand. in tract. malefi. sub rub. de quæstio. & tor. in versic. dictum supra, ꝙ confessio in tormentis non valet, qui vltra doct. late disputauit istas quæstiones. & breuiter respondet ad d. §. quæstionem. & ibi tenet ꝙ sufficit ꝙ ille sit penes torturam, licet non fuerint ligatæ manus de retro. & ibi Gan. dixit, ꝙ si extra locum in quo homines torquētur. Iudex dixit, aut confitearis, aut ducam te ad tormenta inferendo sibi terrorem, de hoc quantum poterat, & reus his auditis fuit confessus. Isto casu non dicitur confessio facta metu tormentorum, quia leuis est territio per d. §. quæstionem. Et de istis minis quas faciunt iudices, an dicatur malefactor confiteri metu. vide quæ dixi Bald. in l. j. C. de confes. in fin. viij. colum. in versic. sequitur tertium membrum. & vide Bald. in c. j. §. iniuria de pace iur. fir. qui ponit etiam an vultus terribilis superioris inducat iustum metum, & quando nō. Adde Gand. in loco supra alleg. circa ij. colū. qui quærit quantum tempus debet esse intermedium ab hora confessionis factæ per tormēta vsque ad horam ratificationis. Et breuiter dixit ꝙ in d. l. ij. C. de cust. & exhib. reo. hoc non dicitur, sed hoc debet esse in arbitrio iudicis considerata qualitate personarum, & leuitate, & grauitate criminis, quia cum tempus nō præfinitur à iure hoc in arbitrio iudicis est per l. j. ff. de iu. deli. Idem Imol. in l. qui in alienas. §. fi. ff. de acqui. hær. in materia principali. Adde etiam Ioan. And. & alios in c. olim. extra de rescrip. & doct. in d. c. cum in contemplatione. & tene mēti quæ dixit Pet. de Anch. in consi. suo xxiij. qui dixit ꝙ si quis confessus est, per istam primam confessionem nō debet condemnari, si dicit postea quod confessus est metu tormentorum, & licet curia dicat, quòd imo sponte attestatur, ita not. nihilominus prę sumitur metus tormentorū & talis confessio dicitur metu facta cū semper potestas habeat biruarios & torturā ad sui libitū, & reus est in carcere, semper omnis confessio in criminalibus dicitur facta metu tormentorū, si reus hoc alle. & ideo secūdū Pe. de Anc. opus est ꝙ isto casu semper reus ratificaret qui allegaret cōfessionē metu factā. & vide do. Catal. in tract. syn. in q.

in q.cl, qui allegando Ang. dicit quod confessio dicitur metu facta, quando reus est ductus ante funem, licet non sit ligatus.

ADDITIO.

a ¶Qui primo limita. Adde & limita etiã vt per Alex. de Imo. in cõs. xv. vbi vult ꝙ si reus cõfiteatur se veneno interfecisse aliquem, qui iudicio medicorũ nõ eras mortuus veneno, ꝙ ex tali cõfessione nõ debet cõdemnari. Item limita quod cõfessio minoris ann. xxv. alio nõ probato, nõ est sufficiens ad condemnandũ, ita Ang. in l. certum, de cõfessi. & ponit Alex. vbi supra & prędictis adde ꝙ confessio nõ verisimi lis nõ est sufficiens ad cõdemnationẽ. Ita Cep. in consi. xxxiiij. & Pau. de Ca. in cõs. cclxvj. Et an cõfessio criminis possit prętextu erroris reuocari. vide Frã. de Are. in cõs. cxlvij. & incidẽter no. qñ mors ꝓbetur p famã & vide Alex. in cõs. iiij. in ij. vol. Itẽ not. aliud an cõfitẽs se fecisse homicidiũ possit interuallo dicere ꝙ fecit ad defensionẽ. & vide Alex. in consi. j. in iij. volu. Ber. & cons. Alexand. supra alleg. nume. xv. est in consi. cxv. in iij. volum.

118 *Interrogatio in tormentis, quomodo debeat esse in genere & non in specie.*

118 Ange. †Tertio sit bene cautus iudex ne dicatur confessionẽ in tortura habuisse per suggestionẽ, q̃a non debet interrogare reũ an percussit Caiũ in brachio cũ ense tali die & tali loco quoniã esset ipsum instruere & per suggestionẽ cũ inducere ad sic cõfitendum, vt est text. & ibi Bart. in l. i. §. qui quæst. ff. de quæsti. & ideo h. d. Bart. in teste torto & interrogato, sed debet eum in genere interrogare si cum aliquo fecit aliquã rixam vel etiam ad speciem descendendo si cum Caio, vel etiam ad speciẽ magis si Caium vulnerauit non aũt in specie magis inclinet vel dicat & rectius si aliquod maleficium cõmiserit nec plus nec vlterius interroget, alias forte ille metu tormẽtorum vt doctus illud diceret quod nunquã sciuisset dicere nec dicere potuisset, & sic contra ius cõfessionẽ haberet de delicto, ꝙ forte nunquã cõmisit, ꝙ est iniquũ facit ꝙ no. gl. in l. si prius. ff. ad Sil. & no. Cy. in l. fi. C. de accusa. ibi & Sal. in ver. q̃ro tũc de modo &c. Avgvsti. Tu hic adde dicta Gui. de Suza. in trac. malefic. in rub. qñ reus subiiciatᷓ tormẽtis in fi. in pen. col. qui dicit, ꝙ qñ aliquis torquetur non æst interrogandus in specie, an Caius occiderit Seiũ, sed est interrogandus in genere, puta quis fuit ille q occidi Seium alleg. l. i. §. quæstio. ff de quæst. putarem ego ista vera vbi indicia nõ essent nimis manifesta, sed vbi cõstaret de delicto vere contra culpatum, nõ video quare iudex ad conuincẽdam malitiam malefactoris qui negaret, ad hoc vt sibi denotaret, ꝙ imo iudex scit omnia, quare iudex peccaret si hoc dicere reo per ea q̃ habentur in l. cum hi. §. si cum lis. ff. de trãsactio. cũ simi. vbi malitiis hominum obuiandum est.

119 *Reo negante & in negatione perseuerante quid de eo fieri debeat.*

119 Angel. †Si vero negat crimen & in negatione perseueret, debet in carceribus reponi & iterũ torqueri si noua indicia superuenerũt vel vacillaret, vt supradictũ est & sic in carcere ꝑ plures vel plures dies retinere, alias si noua nõ superuenerũt indicia debet relaxari. ita dicit Dyn. in suo tract. in ver. quæro si dicat in tormentis & cætera. Avgvsti. Tu adde ꝙ ista nõ fuerunt Dy. sed Gan. in trac. malefi. sub rub. de qõ. & tormen. in quæstione illa, an quæstio possit repeti in fi. in vers. quid si tortus dicat, teneatis me ad tondulum quantum vultis, & ibi dicit quod si ille q semper cõstãter negauit in tormẽtis fuit accusatus & nõ inquisitus debet iudex reponere reũ in carceribus & assignare vnã dilationẽ accusatori intra quantũ tẽpus debeat produxisse cõtra inculpatũ quicquid velit, alias relaxabit ipsũ.

120 *Iudex ne teneatur in syndicatu faciat apparere in actis torturã cum moderamine secundum quod exigebant indicia, habitam fuisse de tali inculpato, & purgationis bene indiciis nõ repertũ culpabilẽ relaxari. et 121.*

120 Ange. †Sed aduerte ꝙ bona cautela est, ne tu iudex in syndicatu tenearis qđ facias in actis apparere torturam cum moderamine, secundum quod indicia prædicta demonstrabant habitam fuisse de tali inculpato & purgatis bene indiciis non repertum culpabilem relaxari. ita not. dicit Bar. in l. fi. in prin. ff. de q̃stio. quod tene mẽti perpetuo, quia hoc pluries practicaui, & in vrbe Perusii, Nursie & in aliis q̄bus assedi. Si q̄s vero cõfessus fuerit crimẽ de quo sunt indicia, an possit interrogari de delictis, de q̄bus indicia nõ sunt. dic ꝙ non de iure, vt l. i. in prin. ff. de q̃stio. sed de cõsuetu
b dine seruatᷓ bcõtrariũ quę consuetudo põt ꝓbari p l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re mili. & l. congruit. ff. de offic. præsid.

Seruatur

b ℭ Seruatur contrarium. Adde tu, quod ſententiã Gandi. & Ange. ſequitur Cep. in conſi. xl. col. xj. & idem voluit Card. in conſi. xlv. vbi dicit ꝙ ex quo confeſſus eſt illud crimen ob quod poſitus fuit ad torturam quod præſumitur criminoſus in alijs iuxta regu. cap. defleat ſecundum iii. lec. de regu. iur. & vide Alex. in cõſ. lii. in iii. vol. Ber.

Modus interloquendi in relaxatione purgatis indicijs.

A v g v s t i. Tu in hac materia, adde & dic ꝙ iſta eſt periculoſa deciſio, & miror ꝙ iſte autor nõ allegauerit ꝓ ſe illã pulchrã deciſionẽ Gan. quã poſuit in tract. melefic. ſub rub. de quæſtio. & tormẽ. in illa q. quæſtio. incip. bonas qõnes de tormen. in verſi. ſed quid de quæſtione quæ quotidie occurrit de facto, quidã. de furto accuſat̃ & indiciis præcedenti. torquetur & confitetur ſe illud furtum feciſſe nunquid debet procedi in tortura & interrogari ꝙ confiteatur de aliis furtis, ſed qua fecerit ad q̃ nulla habeamus indicia. Rñ. ipſe Gandi. ꝙ non de iuris ſubtilitate, quia ſine indiciis nemo torquetur. l. milites. C. de quæſt. Sed dicit Gã. ꝙ de generali cõſuetudine totius Italię ſeruatur contrariũ, & ſpecialiter in furtis quia magis frequentatur, & dicit ꝙ illa conſuetudo poteſt adiuuari per illa leges quas alleg. ſupra iſte autor hic. Ego vero credo illã cõſuetudinem non valere, quia irrationabilis contra tex. in c. fi. extra de conſue. & l. ii. C. quę ſit loã. in cõſue. nam opus eſt ꝙ primo conſtet de delicto, anteq̃ procedatur vt eſt tex. in l. i. §. item illud. ff. ad Sill. Bar. in l. fi. in prin. ff. de qũæſtio dixi ſupra in proxi. iiii. cõl. niſi forte poſtea iſta furta verificarẽtur, vt dixit Bar. in authẽ. ſed nouo iure. C. de fur. & dixi ſupra ĩ iſta gl. in ver. poſtquã aliquis eſt captus & carceratus. in additio. meis, quæ concluſio an ſit vera vel falſa, pẽdet etiam ab his q̃ dixi in addit. meis ſupra in hac eadem gl. vbi quæro an prius debet cõſtare de delicto, ibi dum diſputo an opus

121 eſt ꝙ conſtet de delicto. †Tene bene mẽti q̃ dixit Ang. in l. ſi vacantia. T. do. bo. vacan. lib. x. in xxiiii. colũ. ꝙ ſi iudex inquirit de homicidio contra me apparet in proceſſu me eſſe culpabilem de adulterio & homicidio quod propter illam inquiſitionem iudex nõ poteſt me condẽnare niſi appareat per meam cõfeſſionẽ ſpontaneam de aliis criminibus non poſitis in inquiſitione, quia tunc licet illud aliud crimẽ nõ ſit in inquiſitione deductum tamen ratione confeſſionis poteſt ſequi cõdemnatio, ita eſt caſus in c. i. extra de accuſa. in vi. quia in confeſſum nullę ſunt partes iudicis, niſi in condemnãdo, vt l. proinde. §. nondum. ff. ad l. aqui. hęc credo vera vt dixi, vbi conſtaret de maleficio, vt ſupra dixi. præterea in confeſſione ſpontanea hæc poſſent procedere, ſed in cõfeſſione extorta per tormenta ſine indiciis, hoc non credo verum imo credo cõſuetudinem non valere per ea quæ ſupra dixi & niſi ſit vera ſententia Bal. in l. iii. §. eiuſdem. ff. de teſti. in addi. qui voluit quod in crimine adulterii, falſi, & furti poteſt ꝓcedi. etiã ſi non cõſtat de delicto, ſed dubito, vt ſupra dixi in hac eadem gloſſ. vbi quæro an opus eſt quod prius conſtet de delicto.

S V M M A R I V M.

1 *Verba non quidem à maliuolis &c. ponuntur in inquiſitione quia ad hoc quod fama ſit iuxta oportet quod habeat initium à perſonis honeſtis & veridicis non ſemel tantũ, ſed ſæpe & ſæpius ad aures & notitiam dicti domini poteſtatis & iudicis & curiæ.*



NO n quidem à maliuolis & ſuſpectis, ſed ab honeſtis & veridicis hominibus & perſonis.]

1 †Ideo apponuntur iſta verba quoniã alias nõ eſt iuſta fama, qm̃ oportet qđ habeat initium à perſonis honeſtis & veridicis. vt no. gl. in l. cũ quidã. §. qđ dicis. ff. de acqui. hære. & ibi Bar. & in l. de minore. §. tormenta. ff. de queſt. & ibi late ꝑ Bar. & Salic. in l. ea quidem. C. de accuſ. Et ſic ſine diffamatione procederet qđ nõ permittitur. & ſic inquiſitio non ꝓcederet, iuxta no. in c. qualiter & quando. extra de accuſ. A v g v s t i. Adde qđ Ang. in l. ſi vacãtia. C. de bo. vac. hoc idẽ voluit, & Bal. in l. cõgruit. de offi. præſi. Et limita ṗdicta qđ verũ eſt, qđ nõ formanda inquiſitio ſine diffamatione, quæ habuit ortum à maliuolis, hoc verum ſuper delicto, ſed ſemper fama inquirẽda ſufficeret. Ita ſingulariter di

a xit Ro. in ſingu. cccclxxix. a quod reputat not. & alleg. Ioan. And. hoc voluiſſe in cap. cum in iuuentute. extra de præſumptio.

A D D I T I O.

a ℭ Singulari cccclxxix. Adde ꝙ eſt alias ſingu. cccclxxvii. & vide eundem in conſil. cccli. Ber.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Verba non semel tantum &c. sunt necessaria ad substantiandum famam, quia non sufficit semel vociferatio sed debet esse reiterata populi vel viciniæ vociferatio.*



ON semel tãtum sed sæpe & sępius ad aures & notitiam dicti domini potestatis & iudicis &
1 curiæ.] † Necessaria sunt ista verba ad substantiandum ipsam famam, quia nõ sufficiat semel vociferatio, sed debet esse reiterata populi vel viciniæ, vociferatio, vt no. Bar. in d. §. torméta. vt est tex. in d. c. qualiter & qñ. el ij. extra de accus. & ꝙ si talis vociferatio & fama ꝙ nõ queat tergiuersari & quæ posset generare scandalum vt ibi, & dixi supra in glo. in verbo, fama publica. circa prin. & Sali. ponit multũ late in d. l. ea quidẽ. AVGVSTI. Adde hic dicta Gãd. in tract. malefi. sub rub, quis sit famę effect. & sub rub. quomodo debeat fama initium capere, & sub rub. à quibus debet fama initium capere.

SVMMARIVM.

1 *Verbum notorij positum in inquisitione, an faciat remitti omnes iuris solennitates.*

b 

TIAM per modum notorij b auditu peruenit quod de anno præsenti & mense Octobris di-
1 ctus Sempronius.] †Hoc verbũ in inquisitione est magnæ importãtiæ, vt no. Ang. in d. l. si vacãtia. in ver. venio ad secundũ articulũ principalẽ & ver. iiij. est regula &c. C. de bon. vacan. lib. x. vbi in effectu dicit ꝙ quãdo crimẽ est notoriũ, omnis solennitas iuris cõis intelligitur remitti, vt in c. vestra. de cohab. cle. & mu. & in l. j. C. qui & aduersus quos. & ibi gl. vnde si de iure cõi nõ posset procedere sine accusatore in tali crimine, tamẽ si sit notoriũ ẽt sine accusatore, & sic ex inquisitione poterit procedi, ita dicit ibi Ang. idem voluit Bar. in l. ij. §. si publico. ff. de adult. ver. vlterius scias ꝙ quãdo crimẽ est notoriũ. & ẽt non est necesse quod indiciorũ copia detur. Vnde si ipse postea respondendo inquisitionis confiteatur omnia in ea contenta confitetur ẽt notorietatem, vt no. Bar. & Bald. in l. si cui. §. j. ff. de leg. j. facit quod no. Bart. in l. constitutiones. in fi. ff. de appel. & Imo. vnde ex defectu solennitatis omissæ, vel quia nõ fuit accusator &c. vel quia defectus aliquis in processu interuenit non poterit processum annullare quod no. quia in notorijs criminibus non requiritur solẽnitas. & ideo semper in tuis inquisitionibus istud verbum apponas quod tamen à paucis vidi apponi, sed male faciunt, vt ex prædictis patet. tene menti perpetuo.

b ℭ Est notorium. Tu adde, ꝙ notorium est ꝙ ante oculos situm est, vel in mentibus hominum ita radicatum, quod euelli non potest, ita dicit Bal. in l. ciues. C. de app. & in notorijs requiruntur loci, qualitas tẽporis, astantiũ multitudo. ita Specu. in tit. de not. & est cõis opin. quod ea quæ sunt facti momentanei possunt trãsire in notoriũ. ita Cyn. Abb. Bal. & Sali. in l. ea quidẽ. C. de accu. & Bal. in c. j. de pa. tenen. & in auth. qui semel. C. de proba. vbi saluati Bar. ꝙ actus facti momentanei nõ possunt transire in notorium, ꝙ releuet ab onere probandi. Et dixit idem Bald. in c. j. §. iniuria. de pace iur. fir. ꝙ in notorio facti non permanentis non valent probationes factæ nõ seruato ordine, & subijcit ꝙ si quis accusatur de homicidio tanquam notorio, ꝙ non valent probationes receptę ordine non seruato. & cognoscere iuris ordine nõ seruato tollere est defensiones, all. c. statutum de hær. in vj. & dicit al. iq d. l. ea quidẽ. col. xxj. ꝙ antequam procedatur super notorio facti transeuntis, debet iudex recipere probationes super notorio. al. c. consuluit de app. Et cum aliquid est pręambulum alterius, oportet prius constare, de pręambulo si illud negetur. l. si ignorat. C. qui acc. & dicunt Inno. Ant. de Bu. & Abb. in c. vestra. de coha. cle. & mul. ꝙ nullum malum est adeo notorium quin posit habere aliquã excusationẽ. Itẽ adde ꝙ non creditur papæ cum deponit de noto. ꝙ ab alijs audiuit, quia plura specialia concurrerent, primo, ꝙ vni soli credatur, secundo ꝙ sibi crederetur de eo ꝙ ab alijs audiuit ꝙ esset contra regulas iuris. Item ꝙ illi a quibus audiuit essent tot & tales quibus esset adhibenda fides. & ad id ꝙ dicit do. Ant. in c. vestra de coha. cle. & mu. ꝙ effectus notorij non impediuntur licet accidentia non sint notoria. adde ꝙ illud procedit quando accidens esse tale ꝙ si esset notum non haberet excusare ipsum facientem secus si haberet excusare. Ita dicit d. Hier. Tortus in eius con'. edito per Flo. eo tempore quo papa in eos protulit sententiam excõicationis, quia propter seditionẽ motam ab Archiepiscopo Pisa, quem laqueo vitam finire fecerunt. & in d. consi. concludit papam nõ potuisse prædictam sententiã proferre absque citatione, licet assereret, notorium esse quod Flo. fecerunt carcerare archiepiscopum in palatio, quia talis detentio non poterat esse noto. & idem & in eodem facto censuit Fran. de Are. in cons. c. xv. vbi in specie dicit ꝙ iudici inquirenti & dicenti noto. non creditur, quia agitur de maiori præiudicio ꝙ̃ qñ asserit famam esse. & ẽt ibi addit, ꝙ processus factus super noto. actus transeuntis nõ valet iu. ordi. non seruato nisi prius facta fuerit fides iudici de noto. & in actis appareat etiam si iudex ex mero officio procedat. Et ex hoc conclude ꝙ illud quod dicitur, ꝙ in noto. proceditur iur. ordi. non seruato debet intelligi postꝙ̃ de notorietate

notorietate constare quando pars fuit vocata, ita gl. in cap. sacro, de sen. excom. & alias concor. vide per Are. in d. consi. lxv. Item no. ꝙ illud quod dicitur ꝙ notorium æquiparatur sententiæ, procedit quo ad liquidationẽ facti non ad iuris effectũ. ita Bald. in l. is cui. ff. de testa. & quod notorium debeat ex actis constare iudici vt iudici. adde Alex. de Imo. in consi. cxvij. in iiii. vol. & Car. in consi. lvi. vbi etiam multa de noto. Ber.

AVGVSTI. Tu aũt male facies ponere si delictum nõ est notoriũ, quia videtur ꝙ in delictis notorijs ordo iuris non sit seruandus, vt dicit Bal. in l. j. C. de iud. & Bal. in l. properandũ. in fi. prin. eo. tit. & pulchre posuit Gan. in tract. malefi. sub rub. qũo de deli. cogn. qñ crimen est noto. Spe. aũt videtur loqui in titu. de noto. cri. & ibi vide bonas leges & capitula quę possunt pro & cõtra allegari in materia, & ibi vide doct. in dictis iuribus. & adde doct. & Bal. in l. ea quidẽ. de accu. & glo. doct. in c. porro. extra de diuor. & in c. ad nostram. extra de iureiur. pulchre per Inno. in c. statuimus. extra de offi. dele. Quando aũt dicatur notorium & per quot testes vide Gand. & Spe. & doct. in locis supra alle. & doc. in d. l. ea quidem. & Bal. in l. j. §. ius aũt gentium. ff. de iusti. & iur. & Bal. in l. de quibus. ff. de leg. in viij. col. & Bal. in l. si vero. §. j. ff. qui satisd. cog. licet autem delictum sit notorium, tamen minor magistratus non potest punire, vt dixit Bal. in l. magistratibus. ff. de iurisd. omn. iudi.

SVMMARIVM.

1 *Delinquens Ferrariæ, an possit puniri Bononiæ.*



EXISTENS Florentiæ in hospitio leonis cui à primo latere cohæret platea communis, ab alio bona domini Andreutij, & alia latera commisit & mandauit dicto Caio quòd Titiũ Joannis Martini de Bononia capellæ sancti Saluatoris de Bononia vulneraret.]

1 ANGE. †An de delicto alibi cõmisso possit quis puniri Bononiæ. Bar. in l. si cui. §. fi. ff. de accus. secundũ Dy. dicit per illũ tex. qđ est verũ, nisi sit ciuis huius ciuitatis, tunc. n. ratione originis de quouis delicto vbiq; terrarum cõmisso põt puniri hic Bononiæ, vt l. j. C. vbi de cri. agi opor. Sed delicta alibi cõmissa aggrauant delictũ hic cõmissum & faciunt ꝙ acrius puniatur si sæpe & sæpius alibi est consuetus facere huiusmodi tractatus, vulnerationes & furta, tũc acrius hic pro vno delicto punietur, vt l. iij. C. de epis. audi. l. seruo. C. ad l. Iul. de vi. cũ si. ita dicit Bar. ĩ d. l. si cui. §. fi. & Bal. ĩ auth. sed nouo iure. C. de ser. fu. ver. sed dubitaĩ &c. vide quæ dicã infra in gl. veste cęlestẽ abstulit.

AVGVSTI. Tu adde quę dixi supra in gl. hæc est quædã inquisitio, ibi quærit d. Ang. in
a delictis cõmissis per subditũ extra territoriũ a possit formari inquisitio contra eũ per iudicẽ originis. & ibi late disputaui multa allegando an si Ferrariensis Florentiæ occidit vnũ possit hic puniri Ferrariæ. Adde tñ ꝙ Pet. de Anc. in cle. j. extra de pœn. approbat opi. Bar. in d. l. si cui. §. fi. ꝙ delicta extra territorium cõmissa aggrauãt delicta hic facta. Et idem dicit Ang. in d. l. si cui. §. fi. & dicit quod ita de consuetudine obseruatur. & voluit Bal. in l. fi. ff. de iur. om. iud. & Iac. de Bel. in auth. vt nulli iud. §. si vero comprehensorum. & Sali. in l. seruos. C. ad l. Iul. de vi. dicit ꝙ si statuto cauetur ꝙ qui duo furta fecit suspendatur, licet hic Ferrariæ vnum furtũ commisit, & aliud Florentiæ tamen debet furca suspendi, & videtur esse de mente Bald. in auth. qui semel. C. quo. & qñ iud. & Sali. in d. l. iij. C. de epis. aud. certe ista sententia est rigorosa. Si essem iudex malefic. hoc non facerem. & ita reperio Bal. sensisse. in l. j. C. de actio. sed in indiuiduo expresius & in terminis reperio Io. An. voluisse ĩ addi. Specu. in rub. de fur. & Sali. in d. l. seruos. posuit q d si malefactor fuit punitus de delicto Florentiæ cõmisso, & opi. Io. And. tenuit Gand. in tract. malefi. sub rub. de fur. & latronibus. in pe. col. in ver. sed iterũ pone aliã qõnem de facto. & ibi vult secundum Vber. de Bobio, ꝙ delicta alibi commissa non aggrauant delictum factũ hic. Adde Albe. de Rosa. latius disputantẽ istã materiam in iij. parte statuto. quæst. xxxix.

ADDITIO.

a ¶Extra territorium. Adde tu ad prædicta Abb. in consi. xxvi. sed an delicta alibi commissa aggrauent delicta commissa in loco originis vel domicilii. vide Bal. in cõs. cccclxxvi. in iiii. vol. B.

2 *Mandatum fuit factum Florentiæ, sed homicidium fuit perpetratum Bononiæ vbi ille mandans poterit puniri.*

2 ANGE. † Quæro primo hic mandatũ fuit factũ Florentiæ, homicidium vero fuit perpe-
b tratũ Bononię vbi illæ mandans põt puniri. b hac quæst. format Bar. in l. si vt proponitur. ff. de fide

de fideiuss.vbi concludit q cum mandãs teneatur ex homicidio sequuto.vt no.gl.in l.i.§.persuadere.ff.de ser.corru.& hic est cõmissum maleficium,ergo hic Bononiæ mãdans põt puniri. Pet.aũt de Anc.in cle.i.§.fi.extra vt lite pend. tenet contrariũ per gl.in d.cle.quæ facit differẽtiam inter procuratorem & neg.gest.sequuta ratihabitione. nam in procuratore & sic mãdatore videt mandans deliquisse vbi delictũ est commissum,& ibi etiam põt puniri.ita intelligitur opi.Bar.secus in ratum habẽte à gestore factum,quia videt deliquisse in loco vbi ratũ habet,& ibi potest puniri per illam gl. not. sed Imo.in d.l.si vt proponitur. dicit q illa gl.& dictum Pe.non procedit in maleficiis, vbi quis obligatur propter maleficiũ factũ & non verbo,vt l.si quis vxori.§.neq; verbum.ff.de fur.igitur etiã in ratum habente obligatur ratum habẽs in loco delicti,quia propter delictum tenetur,vt d.§.persuadere.Itẽ ibi Imo.dicit q prædicta ꝓcedũt qñ mãdato venit puniẽdus de delicto cõmisso. Si aũt ageret de ipso puniẽdo extra ordinẽ, qa punit mãdando delictũ ita atrox vr & posse cõueniri in loco vbi mandauit,vt no. Bar.in l.nõ solũ.§.si mandato.ff.de iniur.

b ¶Puniri. Adde Ange. in consi.clxxviij.in prin. & Panor.in consil.xxv. Ber.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia,adde quod ista q.pendet ab illa q.an mandans teneatur ex mãdato de delicto postea sequuto,quam q.late posui supra in gl. Sẽpronii mandatorem.in vii.princi.q.& ibi allegaui multa & tãdem conclusum fuit q tenet de delicto postea sequuto.vnde ille locus delicti cõmissi,tempus debet inspici,vt pulchre voluit Bar.in l.nõ solũ.§.si mãdato.ff.de iniur.de qua materia habet p Bal.& latius p Sal.in l.eo minus.C.de accu.& vide Bal.in l.sed & eximẽdi.§.ꝑtor.in fi.ff.ne qs eũ qui in ius vocatus est vi eximat.Adde tamẽ & limita prędicta vt supra dixi ibi in d.vii.q.

3 *Delinquente Titio Bononiæ, si conueniatur Florentiæ à iudice suæ originis, an imponetur pœna statuti Florentiæ an loci delicti.*

3 ANGE. †Quid si dictus delinquẽs Bononię cõueniat Florẽtię à iudice suę originis an possit dictus iudex imponere pœnã sui statuti Florẽtiæ,an pœnã statuti loci deli-a cti.a istã q.ponit Bar.& Bal.in l.i.C.de sum.tri.& ibi Cy.& Bar. in l.fi.ff.de extraordi. cri.vbi cõcludit q pœna loci delicti & non loci in quo delictũ cognoscitur est imponẽda q semel de facto mihi occurrit Nursiæ, sed obuiaui ꝑpter generalẽ & pinguẽ clausulã quã posui, videlicet super qbus omnibus & singulis &c.ex qua clausula secundũ Bar.in d.l.i.si est late cõcepta,tũ iudex potes late imponere etiã pœnã statuti Bononię & iuris cõmunis arg.not.per Bar.in l.i. ff.vi bono.rapt.& dicam in glo.infra super verbo,super quibus omnibus &c.

ADDITIO.

a ¶Statuti loci. Adde & vide circa hoc Franc. de Aret.in cõs.lviij.& q debeat puniri scd̃m statuta loci delicti voluit Alex. in cõs.xi.in i.vol.B.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia si velis videre veritatẽ istius difficultatis. Adde & vide ea quæ dixi hic remissiue supra in glo. quæ,incipit,hæc est qdã inquisitio. in ver. quærit hic d.Ang.an in delictis commissis per subditũ extra territoriũ,possit formari inquisitio cõtra eum per iudicem originis.

4 *Tractatus Florentiæ de homicidio committendo Bononiæ an possit conueniri Florentiæ de tractatu solummodo.*

4 ANGEL. †Quæro in casu nostro,an iste q tractauit Florẽtiæ de homicidio cõmittẽ-b do Bononiæ possit Florẽtiæ de tractatu b solũmodo cõueniri,hãc q.format Bar.in l.& si amici.§.i.ff.de adul.& dixi supra in glo. ꝓxime ꝑced.& in effectu dicit q sic ꝑ illũ tex.quẽ dicit esse intelligẽdũ q puniat de ordinatione & tractatu aliter facto, q̃ si in mẽte sua tantũmodo tenuisset,qa sola cogitatio non punitur, vt l. cogitationis. ff. de pœnis.& ibi late ꝑ Bar.& ꝑdicta dixit Bar. esse vera in d.l.& si amici.i eo q ordinauit cũ aliquo vt aliquẽ occideret,sed si ipsemet hoc ordinasset & deliberasset alibi Titiũ occidere,tũc dicit Bar.qđ ꝑpter sequẽs homicidiũ pœna tractus est extincta,vt l.illud in fi.ff.ad l.Aqui.qđ tamẽ intellige verũ,si de homicidio esset punitus, vel cõdẽnatus, vel posset puniri vel cõdemnari,sed si esset cõtumax in loco homicidii ꝑpetrati, ita qđ ex homicidio pœna nõ põt habere effectũ, tũc dicit qđ satis ꝓbabiliter põt dici, qđ ex solo tractatu veniret puniẽdus vbi tractatũ & ordinationẽ fecit. Nã principale tũc extinguit accessoriũ qñ principale habet executionem

cutionem: alias secus, vt l. si hæres a debito re. §. si seruus. ff. de fideiuss. quod bene not. quia mihi semel contingit de facto hic Bononiæ sicut dicimus de insultu qui cõfundi tur cum vulnere sequuto vulnere, vt l. qui crimen. C. de accusa. & dicam infra in glo. in verbo, fecit insultum.

b ¶ De tractatu. Adde tu in proposito, & vide consilia Phil. de Regio. quod habes inter consil. Bal. nu. ccxj. in iij. Ber.

AVGVSTI. Tu in hac materia adde qđ nõ est dubiũ qđ in istis delictis quis punit de tractatu vbi delictũ est cõsumatũ, & hoc voluit Bart. in l. si vt proponitur. ff. de fideiuss. dũ ponit q. sum hic Ferrariæ, ordino qđ tu occidas vnum Florentiæ, & ita mando tibi, hoc mandare est principium delicti cõmittendi, & iste est tractatus contra illũ qui debet occidi; & ita ibi determinauit ꝙ Florentiæ ille talis possit puniri, & dixi supra in hac eadem gl. in versi. (quæro hic mãdatum fuit factum Florẽtiæ.) Bar. vero in d. l. & si amici: nõ decidit qõ. istam vt eã proponit d. Ang. hic sed melius colliges ex dictis Bar. in d. l. si vt proponitur posset etiã talis species tractatus esse, quod etiã delicto non sequuto ille tractãs puniretur hic Ferrariæ, ac si delictũ fuisset consumatũ, & hic Ferrariæ posset puniri in casu. c. ꝑ humani. de homici. lib. vi. & dixi supra in gl. Sẽproniũ mandatorẽ in multis quæstionibus, maxime in ordinamẽto assassinamẽti committẽdi. Adde tamen qđ Ang. in d. l. amici. ff. de adult. vr̃ decidere cõtra Bar. in illo articulo qñ q̃s est cõtumax in loco delicti cõsumati, an cõfundat tractat⁹ cũ delicto sequuto postea, & ibi arguit cõtra Bar. dic vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Tractatus factus Florẽtiæ quãdo postea delictũ fuit alibi cõmissũ, an possit puniri Florẽtiæ.*

2 *Tractatu habito per Titiũ & Caiũ, quod Caius interficeret Seiũ si postea ipse Caius occidat, præsumitur quod fuit sequutus ipsũ tractatũ, & quod ita fuit ordinatũ inter ipsos, licet testes dicãt se nescire de finali ordinatione.*



ET ad hoc colloquium & tractatũ qualiter hoc fieri posset in dicto hospitio adinuicẽ habuerunt deinde prædictus Caius.] 1 †An autem de isto tractatu possit puniri Florentiæ vbi tractatũ fecerũt. dic ꝙ sic. ita determinat Bart. per illũ tex. in l. si amici. §. i. ff. de adul. & dixi supra statim in proxi. gl. & nõ est mirũ, quia ille tractatus fuit principiũ huius delicti. Vnde istũ delictum habet necessariam causam ad sui principium, videlicet ad tractatũ igitur ad eũ refert, & de principio iudicabimus sicut de fine. l. dãni. §. Sabini. ff. de dam. infe. 2 †. Et no. ꝙ si inter Titiũ & Caium fuit habitus tractatus ꝙ ipse Caius interficeret Seiũ, & postea Caius occidat, præsumitur ꝙ fuit sequutus ipsum tractatũ, & ꝙ ita fuit ordinatũ inter ipsos, licet testes de finali ordinatione dicãt se nescire. ad hoc facit ꝙ no. Bar. in l. q. aliena. §. is q. ita dicit Bal. ĩ l. multũ ĩ viii. co. C. si q̃s alteri vel sibi.

AVGVSTI. Tu adde & considera ꝙ de tractatu facto Florẽtiæ vt q̃s occidat vnum Bononiæ, verũ est ꝙ poterit de isto solo tractatu puniri Florẽtiæ, ita dicit Bart. in d. l. si amici. sed an puniat. l. Cornelia de siccariis. vel extraordinarie vel delicto sequuto, vel nõ. Hæc omnia colligũtur ex dictis Imol. post Bar. in l. si vt ꝓponitur. ff. de fideiuss. & dixi supra in gl. in verbo, existẽs Florẽtiæ. in versi. quæro quia hoc mandatũ fuit factũ Florẽtiæ, q̃a vt dixi supra in proxima gl. in addi. finalibus. iste tractatus delicti cõmittẽdi æquiparatur ꝓprie his qui mãdat aliquod delictũ fieri, & tene mẽti ꝙ dixit Bar. in d. l. & si amici §. i. qđ ille q. præstat locũ vel domũ ad hoc vt aliqui habilius possint colloquiũ habere simul, ille talis possit puniri de auxilio, vide in l. in furti. §. ope. ff. de furt. Et de materia istius tractatus qũo dicatur tractatus in maleficiis. Adde Alber. de Ros. ĩ q. statutorũ in iii. par. q. lxiiii. & Ang. in consi. suo xxii. & ibi Ang. ponit quis vocatur tractator & quis ordinator delicti.

SVMMARIVM.

1 *Locus & tempus, an necessario sint apponenda in criminalibus & etiam in inquisitione.*



1 DE anno præsenti & mẽse Nouẽbris.] †Locus & tẽpus necessario sunt apponenda in criminalibus & etiam in inquisitione speciali non generali, vt not. Sali. in l. ita quidẽ. C. de accu. ver. sed q̃a ꝓpter denunciationes &c. & ver. q̃ro an debeat &c. licet gl. no. inst. đ publ. iu. ĩ prin. teneat cõtrariũ: facit

facit l.pe.C.de acc.vbi gl.ponit formã libelli in criminalibus.& Bar.in l.libellorũ.ff.de accu.& hoc tenet expresse Bar.in l.ii.§.publico ff.de adul.scd̃m Ia.Bu.ibi qro vtrũ in ĩquisitione &c.& Cy.ĩ l.i.C.qđ certo loco.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia adde Bal.in l.edita.C.de ede.in repe. in ix.oppo.terribiliter arguit quòd nõ est de necessitate,vt in inquisitione apponatur locus & tps,qa hoc l.nõ cauet. Nec ob.l. libellorũ.ff.de accu.& alia iura qa loquunt in accusatore, q non caret odio, sed nõ sic in iudice inquirẽte ,p quo lex p̃sumit.Itẽ limita hoc nõ habere locũ in crimine hæresis, & rationem vide per Bal.in l.j.C. q accus.in 4.col. Item nec prędicta militant in crimine falsi, vt dixit Bal.eleganter in c.i.quib.mod.feu.amit.& ibi alleg.gl.singularẽ.& ibi vide rationem & multas alias limitationes,& multas alias allegaui supra in glo.hæc est quædam inquisitio,in additio.in ver. (item inquantũ supra dictum est quòd in inquisitione debet apponi locus & tempus.)

2 *Dies quũ non sit apponendus in criminalibus, & si ego imploro officium iudicis vt ipse inquirens apponat, vel accusatorem apponere faciat diem, quid faciet iudex.*

Alter difformis & potest incipere in qualibet parte diei, & appellatur dies emergens, qui quãq; incipit à mane, quãdoq; in vesperis vel in meridie, ſm quod occurrit de facto. vt C. de app. auth. hodie. & faciunt ea q̃ habetur per Archi. lxxv. dist. quod à patribus. in gl. ſeq. & §. ſeq. Ang. tñ in d. l. more. vult contrariũ, quòd imo ſi statutum punit maleficium factũ de nocte, tunc dr̃ maleficium commiſſum de nocte, cũ ſol ſuper terrã non eſt, vel et ſi cœlum albeſcat, & alleg. d. l. Titius. Et in hac materia adde quod do. Abb. in c. ſi perfodiẽs. extra de homic. dicit quòd cõtra determinationẽ Bart. quã fecit in hac materia in l. aut facta. §. tẽpus. ff. de pœn. eſt expreſſa deciſio Ioã. And. in d. c. ſi perfodiens. dicit tñ ibi idẽ Abb. ꝙ ille tex. in d. c. ſi perfodiens. probat expreſſe quòd ibi poterat diſcerni, quòd dies dr̃ poſt ortũ ſolis: qa poterat diſcerni. dicit ergo vbi eſt tãta claritas quòd põt diſcerni, ibi eſt dies, licet ſit poſt occaſum ſolis: vel ante occaſum ſolis, dicit tñ quòd Canoniſtæ tenẽt opi. Ioã. And. ibi, quòd ſi ſumus in loco vbi ſunt ſtatuta quæ cõiter per Italiã diſtinguunt diem à nocte, ſm ſonum cãpanæ, illud eſt ſeruãdum; aut ceſſat tale ſignũ, & erit arbitrariũ. Vnde iudex cõſiderabit an aſſit tanta claritas vt attribuatur diei: an tanta obſcuritas vt attribuatur nocti: In dubio dicit mitiorẽ partẽ eligendã. Et iſtã ſententiã cõiter Canoniſtæ tenẽt, vt dicit ibi do. Abb. & ſubdit do. Abb. hoc cõfirmatur, prout dicimus de hermofrodita vt attribuatur illi ſexui, in quo magis incaleſcit, l. quæritur. ff. de ſtatu homi. Adde do. Anto. poſt Ioã. And. in hac materia. in c. cũ dilecti. in verſ. dubitari ſolet. extra de dolo & contu. Sed Bal. ibi melius loquitur per Alb. de Roſa. in ii. par. ſtatuto. q. xxi. quã deciſionẽ docto. ſolent allegare: ſed nõ reperi in alberico mero, ſed volui allegare Albe. in ii. par. ſtatu. q. xviii. qui ponit qñ maleficium eſt factũ de ſero, an dicatur factũ de die vel de nocte: & ibi vide quid eſt dies vel nox. Adde pulchra verba Bal. qui multa bona dixit in hac materia in l. ii. C. quib. res iudi. non nocet. in verſ. moueo tibi tale dubiũ: & ponit materiã quid in teſtibus: & omnino per Sal. in l. non minorem. C. de tranſac. per Abba. in d. l. more. & per Sal. in l. fi. C. ad Silla. & Bal. in c. i. §. porro. circa fin. pen. col. quæ ſit pri. cau. benefic. amit. & adde no. p Ang. in l. ii. §. p. p. caſum ff. de poſtu. qui dicit quòd ſurdus q non audiuit ſonũ cãpanæ de nocte punitur pœna dupli, qa punit ex quo deliquit in hora qua conſiderare debebat noctẽ eſſe alias ſecus. Adde Pet. de Anch. in c. canonũ ſtatuta. extra de conſtit. in vi. ꝑincipali q̃ſito. in xxvi col. illius q̃ſiti. in verſ. in iſta materia. qui ponit de illo qui non audiuit cãpanam. & vide Alb. de Roſ. in ii. par. ſtatuto. q. vi. vii. & viii. inci. Itẽ ſtatuto cauetur quòd nullus vadat ſine lumine: & ibi ponit an illa pœna comprehendat illũ qui vadit de nocte in die veneris ſancti, quo tẽpore cãpana non pulſat: vel in illo qui vadit non credens cãpanam pulſatã, & an illa pœna extendatur tm̃, vbi cãpana põt exaudiri. vide Sal. i l. non minorẽ. C. de tranſa. Et de omnibus iſtis q̃nibus cãpanæ vide omnino Ang. in l. ſi quis mortis. §. ſurdus. ff. ad Silla. & vide Io. And. in c. alma. §. fin. ſuper gloſ. in ver. aſſumptiue. de ſent. exc. in vi. vbi dicit, quòd dies dr̃ à dica, quòd eſt claritas. & idem dixit Ioã. And. in d. c. ſi perfodiens. De hac materia vide per Docto. in c. ii. extra de fer. & allego ſolẽne conſiliũ Fed. de Se. in ſuo conſ. xliii. & conſ. ccxlix. & omnino vide glo. de conſecr. diſt. iii. c. i. q̃ ponit qñ dicatur dies, vide not. in c. conſuluit. extra de off. dele. Et adde nota. in c. i. extra de treug. & pace. In iſtis pęnalibus ego profecto non recederẽ ab. opi. Ioã. quã ſupra dixi intelligen. diẽ & noctẽ prout ipſe intellexit: cuius opin. mihi placet, cogita. De hac materia adde Gand. in trac. malefi. ſub rub. de pluribus delinquẽ. in verſ. prætcrea pone cõtineri in ſtatuto quòd pęnæ maleficiorũ de nocte duplicentur. Adde Alber. de Roſa. in ii. par. ſtatuto. q. xviii. q. inci. deinde q̃ro ſtatuto cauẽt ꝙ ſi quis fecerit feritã de nocte. Et multũ eleganter loquitur Ange. in conſi. ſuo. 183. incip. viſis proceſsibus. char. principalis. pen. col. & in antepen. col. q̃ poteris limitare ꝓdicta, & vide Feder. de Sen. in conſi. ſuo xliii qui ponit de ſtatuto ꝙ duplicat pœnas in delictis factis in feſto beatæ virginis. Aliquis fecit delictũ in feſto beatæ virginis: an iſte talis incidat in pœnã. & ibi vide q̃uo capiatur dies, & vide in conſ. 249.

S V M M A R I V M.

1 *Armorum appellatione quid ueniat.*


No stoco ferreo.] Opponitur quòd ista verba.s. ferreo sint superflua. † Qm̄ appellatione
1 armorū fustes & lapides continent & omne id quod nocere pōt, vt l.2.ff. de vi & vi ar. Qm̄ armorū appellatione cōprehenditur omne id quod nocere potest, vt ibi, & l.armatos. cum ibi not.in gloss.ff. ad legem Iul. de vi publi. igitur &c. Respōdeo quòd imo sunt necessaria dicta verba, qm̄ licet appellatione armorū ēt fustes, & lapides, & alia offensibilia cōtineantur,
a tñ nō ꝑprie. a vt no. Ang.ī l.si de pignore: §.fure.ff.de fur.& Ro. in l.i.§. occisorū. ff. ad Sil.ī prin. Vñ si ī statuto fieret mētio de violētia facta cū armis, fustes lapides & talia nō cōprehenduntur, qa proprie nō sunt arma, vt est glo.sing.in cle.1.de statu mon. in verbo, arma. sed statutū debet verificari verbis ꝑpriis, vt l.cōstitutionibus.ff.ad municipa.l.3.§. hæc verba.ff. de neg.ge.igitur &c. Vñ dicit ꝙ qñ tu iudex mittis militem & officialē tuū ad perquirendū portātes arma, quia si reperis scholarē vel notariū cū suo pennifero & moderatorio ad moderādū pennas, vel rusticum, vel alium habentē cultellos ad incidendum panē. quòd isti nō incidunt in pœnam, quia talis cultellus nō continetur appellatione armorum, vt est gl.singu.in authen.de armis.§.fi.

ADDITIO.

a ¶Non proprie. Adde tu an paruus & breuis cultellus veniat appellatione armorum, & vide Frā. de Are.in consi.lxxx.Ber.

AVGVSTI. Tu aūt in hac materia, adde quòd licet appellatione armorū veniant oēs res aptæ ad nocendū, vt l.pe.§.fi.ff.ad l. Iul.de vi publ. Tñ intellige secundū quòd dixit Ang.in l.armatos.ff.ad l.Iul.de vi pu. s.intellige quòd nocere pōt quia principaliter ordinata est res ad nocendū aliter autē non. Et dicit fore notandū hoc pro statuto Perusino, quòd punctualiter sic dicit, quòd si quis offenderit aliquē cum armis vel re aliqua apta ad nocendū, nō cōprehendit illū qui percussit aliquem cum amphora plena vino, vel cū vase vitreo vel terreo, & dicit quod vidit hoc semel practicari cū vno qui ꝑcussit cū pera in aliqua erat panis & exiuit sanguis, ꝙ ille non vr̄ percussus cū armis.& adde Ang.in l.ii.ff.de vi pub.i. qdicit quòd illa gl.ī corpore de armis est sing.

Adde ēt ꝙ illā glo.in d.§.fi.dixit sing.d. Ang.in dispu. sua inci. exorta guerra. in i. conclusi.in i.col. & Ro. in l.i.§. occisorū in prin.ff.ad Sill. qui ad hoc alleg Bar.in d.l.i. ff.ad l.Iul.de vi pub.Et adde aliā opin.gl.in proposito. in rubr.C.de fabricen.libr.xi.q. idē vr̄ velle Iac.& ibi Bar. in d. l.i.dicit hoc no. verbū quòd ille cultellus paruulꝰ ad incidendū panē vel ad tēperādū calamū possit portari, qa non sunt in vsu nocēdi, tñ dicit aduertēdū est ne fiat fraus ne qs dicat se portare cultellū aptū ad īcidēdū panē, cū sit ad offendendū, qa talis cultellus appellatione armorū cōtinetē cū sit talis q nocere pōt. Sed vt supra dixi non credo quòd ꝑ pœnā statuti, ille talis incideret ī pœnā, qa principaliter non est ordinatus ad nocendū, licet forte secus esset de iure cōi, quid contineatur appellatione armorum ī statutis, vi de Iac.de bel.in auth. de armis.in i.col.Itē adde ꝙ Bar.consuluit in consi.suo.ci ꝙ appel.armorum per statutū, non incidit in statutum ille qui cum dentibus fecit sanguinē.

2 *Statuto puniente portantes arma offensibilila si aliquis reperitur portare arma defensibilia & offensibilia, ut puta tabulatium, an cadat in pœna statuti.*

2 ANGE. † Quæro statutū punit portantes arma offensibilia & aliquis reperiē portare arma q̄ sunt offensibilia & defensibilia vt puta tabulatiū cum quo pōt offendere & defendere, an cadat ī pœnā statuti, istā qō. mouet Bart.in l.pediculis.§. argenteo. ff.de auro & argen.leg. Vbi dicit inspiciendā cōsuetudinem videlicet ad quem vsum tabulatiū portatur, arg.d.§. argento.quia si cōiter solet portari ad defensionē, non inducit pœnam statuti, alias secus.

AVGVSTI. Tu in hac materia, adde dicta Rayn. de For. & in lectu. & in additiōe in d. l. pediculis. §. argento. ff. de auro & arg lega. Sed aduerte licet doct.iste hic cōsuetudinem inspiciendam dicat, tñ intelligo ꝑdicta nisi doceretur quòd ille portans tabulatium, animo offendendi portare, licet enim cōtra esset cōsuetudo, ꝙ aio offendēdi solet portari in loco ꝑ ea q̄ dixit Bart. de cultello paruulo in l.i.ff.ad l.Iulia. de vi publi.in prin. & dixi in proxima ꝑceden q.

Statuto

3 *Statuto puniente portātes arma, an si quis itinerationis causa portet arma cadat in pœnam statuti.*

3 ANGE. † Quæro statutū punit portantes arma an si quis itinerationis causa portaret arma, puta ensem, incidat in pœnam statuti de iure digestorū, itinerationis causa licitū erat arma portare in itinere ēt offensibilia, vt l.i.ff.ad l.Iul.de vi pub. Hodie vero indistincte sine principis licentia, quæcunq; arma ēt in itinere non licet portare & not. Bar.in d.l.i.per tex.in auth.de armis.§.pen: quod est verum de iure, sed communiter per statuta ciuitatis aliter prouidetur in itinerationibus, quādo haberet signum itinerationis vt isti vallium, capellum, caputiū, & alia vnde verba statuti sunt attēdēda.

AVGVSTI. Tu aūt in hac materia, adde quòd verū est quòd hodie itinerationis cā nō est licitū portare arma. hoc intelligo procedere vbi non esset locus suspectus vel vbi inimici vel latrones nō essent, alias credo quòd licitum est portare arma, ad hoc alle.tex.in c.i.§.si qs rusticus.de pace te. in vsi.feu.vbi dr̄ quòd licet mercator trāsiens per prouinciā non posset portare arma. Tn̄ si ad sellam portet arma vel sub vehiculo nō animo occidēdi sed causa se defendēdi à latronibus, sibi hoc est licitū, nec incidit in pęnam, alias si hæc cōclusio nō esset vera, illud authē. de armis sonaret iniquitatem: quia vim vi repellere licet & est lex naturalis in l. vt vim.ff. de iusti. & iur. & in l.i.C. vnde vi.& in d.§ si quis rusticus. habes in quam pęnam incidit ille qui portat arma.

4 *Statuto puniente delatorem armorum, an etiā intelligitur punire portantes arma ut interficiant bannitum.*

5 *Armorum appellatione non proprie continentur nisi ea quæ sunt apta ad nocendum & sic ad offendendum.*

6 ANGE. †Quæro statutū punit delatorē armorū, an ēt intelligatur portantes arma punire, vt interficiāt bannitum & vr̄ ꝙ nō, qa hoc est factū fauore publicæ vtilitatis.l.3.§.sed vtrū.ff. ad Silla.& maxime quia licitum est ex causa iusta transgredi à præcepto superioris, vt l.si hominē.in fi.ff.mand. Et quia in simili dicimus ꝙ belli calamitas ītroduxit, pacis lenitas sopiuit. ī l.j.in prin. C.de cadu.tollē. Ita ecōtra possumus dicere quòd pacis lenitas introduxit, belli calamitas sopiuit, facit quòd not. In n. in c.i.de cōst. Ita dixit d. Nellus de sancto Gemi. in suo tract.bāni.quòd hoc fuit disputatū Bononiæ, & refert Ro. in l.3.§. vtrū.ff.ad Sill. Not. tn̄ ꝙ licet appellatione armorū fustes & lapides cōtineant, vt l. armorū appellatione.ff.de verb.sig.vt ī.dictū est, tn̄ appellatione telorū nō cōtinent fustes & lapides l.i.§.occisorū.& ibi Ro.ff.ad Sil. quòd not. ꝑ statutis. Et licet appellatione armorū cōtineant tā arma ad defendēdū, quā ad of-
5 fendēdū. †Tn̄ Bar.vr̄ ī d.l.i.ff.ad l.Iul.de vi & vi.& clarius Ro.ī §.occisorū, ꝙ nō proprie cōtinent nisi ea q̄ sunt apta ad nocēdū & sic ad offēdēdū, vt d.l.armorū.ex quo sequit ꝙ arma defensibilia vt sunt galea, pāceria, & brazalia & similia ꝓprie nō continētur appellatione armorū, ex quo sequit ꝙ si statuto punit portās arma maxime statuto pęnali ꝙ non verificat si qs inuētus fuerit portare loricam, & brazalia, quod not.

AVGVSTI. Tu aūt in hac materia, adde q̄ dixit Bar.ꝑ illū tex in l. hi q ædes.§.fi.ff. ad l.Iul.de vi pub.qui dixit quòd quidā dicunt quòd appellatione armoꝝ cōtinent tātum arma offensibilia, ꝑ illum.§.ꝙ nō est uerum, quia ibi fit mentio de verbo telorū, & subdit Bart. ꝙ appellatione telorū non cōtinent nisi arma offensibilia.d. l.armoꝝ. de ver.sig.& expresse hoc dr̄ in auth. de armis Adde tn̄ quòd Alb. de Ros.in 2. parte statuto.q.cxiii in versi. Item quærit dn̄s.T. vltimo ver. Pone statuto cauetur ꝙ nullus portet arma sub certa pęna, aliquis portauit pāceriam siue loricam, an incidat in pęnam & videtur quod non, quia hoc est ꝑ salute & defensione hominis, quod non videt fuisse de mēte, ꝙ talis ꝓhiberet, & dicit ꝙ Gādi.in suo opere malefi. hoc voluit, nisi statutū de armis vetitis loqueret, & ita dicit Gādi.cōtineri ī q̄stionibus statuto. Et fuit q̄stio Marti.de Fano. Sed dicit Albe.ꝙ vidit seruari contrariū, cū sumere arma sit ꝓhibitū à iure cōi, vt auth. de armis.& probatur ī l.i.ff. ad l.Iul.de vi publi. et ibi not. ꝙ lorica continetur appellatione armorū, & l.2.C. quæ res expor.non debent. & armorum appellatione.de verbo.significa.& insti.de pub.iudi.in §.item lex Cornelia.& dixit Albe. in alphabeto in dictione arma. Subdit

Subdit tñ q prima opi. q arma intelligant tm̃ q̃ sunt fabricata ad nocen̄. est ꝓbabilis, & ibi Alb. multa alleg. dic vt ibi ꝑ eũ. & vidi Gãd. originaliter ĩ oꝑe suo q illud idẽ dicit.

6 *Portans arma uetita si tamẽ non fuerit repertus per familiam portare arma non tenetur.*

6 Ange. † Et diligẽter tene menti, q licet aliquis arma vetita portauerit, si tñ nõ fuerit repertus per familiã portare arma, non tenet vt infra dicã in glo. in verbo, & dictus Andreas armatus &c. Si aũt fuerit inuẽtus cum armis de nocte per familiã, vel ludere ad azardũ, & cũ voluit ipsum scribere delinquens mutauit sibi nomen, & aliud nomen scribi fecit vt faciunt aliqui, incidit in falsũ, quia mutauit sibi nomen in falsum & fraudẽ. vt l. i. C. de mutatio. nomi. & ibi Sal. facit l. eos. in fi. & ibi Bar. ff. de falsis.

Augusti. Adde tu, an licitum sit alicui mutare sibi nomẽ ea q̃ habẽtur in l. hoc iure. § i. ff. de dolo per Bar. in proœ. digest. §. nos vero. ꝑ Bal. in l. fi. in i. & ii. q. C. de hær. instit. per glo. in proœ. sexti, in verb. Bonifacius. per Bal. in proœ. digest. in xii. q. per Iacob. But. & per Bal. in prin. C. per Bart. in l. demonstratio falsa. in fin. princ. ff. de condi. & demon. per Imol. in proœ. Gregoriano, sed latius ibi per do. Anto. de But. & Domi. de sancto Gemi. in d. proœ. sexti. aliquid ꝑ doct. in c. cum secundũ. extra de præb. pulchra verba Bal. in rubri. C. de fid. instru. in v. colũ. latius locutus sum in additio. meis. post Moder. in rubr. ff. solu. matri.

SVMMARIVM.

1 *Pœna corporalis quoties est imponenda ex delicto, nunquã imponitur nisi dolus interueniat.*

2 *Statuto dicente si quis turbauerit aliquẽ in possessione sua uel molestauerit aliquẽ, tũc requiritur dolus, si aũt dicat statutũ si quis ingressus fuerit possessionem, tũc sufficit lata culpa.*

3 *Statuto dicente si quis derobauerit rem alienã uel damnum dederit in re aliena, uel similia uerba, quòd si damnum datum est uel fructus sunt derobati quòd colonus uel ille qui cõducit fundũ, non põt accusare, sed proprietarius.*

4 *Delinquens si est in lata culpa an teneatur ac si dolo commisisset maleficium.*

5 *Delinquens si est in leui uel leuisima culpa uel casu aut impetu deliquit, an teneatur.*



Cienter dolose cũ ministerio.] Ista verba apponuntur. 1 † Nã quoties est pœna corporalis imponẽda ex delicto, nunquã imponitur, a nisi dolus interueniat a Bar. in l. i. §. i. ff. si q̃s testa. lib. esse iussus fue. ver. iuxta hoc queritur. Et idem dicit Bald. in l. data opera. C. qui accusa. non possunt. in vetsicu. Item si statutum punit præcise homicidã ad mortẽ. vbi dicit q si statutũ punit homicidã ad mortẽ, & non facit doli mentionẽ: tamẽ vbi non est dolus sed culpa fuit homicidiũ cõmissum, iudex debet suam sententiã & pœnam temperare, vt l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa Nam statuta restringuntur per rationẽ iuris cõis. l. ii. C. de noxa. Adde voluntas & propositum distinguunt maleficium, vt l. qui iniuriæ. ff. de fur. Idẽ tũc si statutũ reqrit dolũ expresse, quia tunc ad verificationem delicti requiritur q fuerit cõmissum. Sin autem simpliciter loquitur, & tunc aduertas, quia quædam sunt vocabula, quæ sui natura dolum importãt, vt puta dicit statutum si quis commisit dolum vel falsitatem, facit lex nec exẽplum. C. de fal. nec etiam lata culpa sufficeret, si vero verba statuti non important delictum in se. Et tunc aduerte, quia aut statutum punit actũ qui principaliter infertur in personam vt si quis percusserit aliquem, tunc requiritur dolus, quia talis iniuria non põt inferri in personã sine effectu iniuriantis. l. iii. ff. de iniur. Si vero ponit actum qui affertur in rem, tunc sufficeret lata culpa. & pro hoc dicit in statuto de turbata possessione: an debeat absolui, si doceat aliqua ratione se fuisse ingressum, ita quòd dolus absit. 2 † Aduertas ad verba statuti, quia si dicit si quis turbauerit aliquem in possessione sua, vel molestauerit aliquem, quæ verba denotant actum illatum in personam, tũc requiritur dolus. Si vero actum illatum in rem, vt puta si quis ingressus fuerit possessionẽ alicuius tunc sufficit lata culpa. instit. vi bono. rapt. §. quia tamen. & isto casu non excusatur, nisi probet se fuisse ingressum iusta rab tione, b vt not. dicit Bar. in l. i. ff. si quis testa. esse iuss. fue § j. & l. iuste posidet. ff. de acquirend. poss. facit quòd idẽ not. Bar. in simi3 li in l. pen. ff. de adulter. † Aduertas tñ diligẽter quòd si statuto cauetur q si quis derobauerit

robauerit rem alienam, vel damnum dederit in re aliena, vel ingressus fuerit rem alienam: vel similia verba ꝙ si dãnum datũ est vel fructus sunt derobati vel exportati ꝙ co
c lonus c vel ille qui conducit fundũ, non põt accusare, sed dñs proprietarius. Ita dicit singula. Bar. ĩ l. si fur. ff. de vsufr. facit quod idẽ not. in l. si seruus. §. locari. ff. de furt. quod tu bene not. ꝓ statuto de dolo dato vt scias q̃s accusare põt: an dñs vel colonus de damno
4 dato. † Quid autẽ si est in lata culpa: an teneatur ac si dolo cõmisisset maleficium, vr̃ ꝙ sic: quia lata culpa æquiparatur dolo. l. quod nerua. ff. depo. & ibi plene Bart. in contrarium vr̃, quia in pœnis corporalibus vel infamiã irrogantibus lata culpa nõ æquiparatur dolo: vt plene not. gl. & Bar. in l. actionibus. ff. de in lit. iuran. & insti. de suspe. tut. §. suspectus. & hr̃ i l. lege, & ibi casus. & Bar. ff. de siccar. Sed qui fuerit in lata culpa. vt in casu l. si putator. ff. ad l. Aquil. si hominem occidat non tenetur de sicca. Sed officio indicis extraordinarie punitur in minori pœna: vt l. respiciendum. §. ii. ff. de pœn. sic iste putator tenet̃ extraordinarie ex lata culpa.
5 † Sed ille qui est in leui vel in leuissima culpa: vel ẽt casu deliquit, vel impetu vel ꝓditorie an teneatur. vide Bar. in l. i. ff. de legib. & ẽt in l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœn. & ibi glos. & vide bonum textum. & Pet. de Anchar. in clemen. prima. de homicid. & hoc statim dicam & in sequẽ. glo. i. & not. Sal. in l. i. C. de sicca. Quod dixi de lata culpa est verũ q̃n culpa est talis, principaliter, & cõiter in aliquẽ, secus si principaliter non respicit personã alterius: vt l. si adulteriũ cũ incestu. ff. de adult. §. nonnunq̃. & ibi Bar. & Bar. in d. l. in lege. & vide Ang. in l. si is qui cũ telo. C. de sicca. quia tunc isto casu q̃n non cõmittatur in aliquẽ principaliter: an quis ex lata culpa veniat puniendus & q̃uo: not. Bart. in l. si adulteriũ cũ incestu. §. nonnunquã. ff. de adult. & Bar. in l. respiciẽdum. §. delinquunt. in fi. ff. de pœ. vbi etiam ponit q̃n volebã percutere Titiũ, & percussi Seium, an ego puniar & ibi dixit ꝙ sic, per l. eum qui. in § penul. in fi. ff. de iniur. & ibi plene not. per glo. & Bar. Et ideo subdit, ꝙ
d si cursu equi d puer occidatur, & nõ proposito æquitantis: tunc nõ dr̃ equitãs occidere sed cãm mortis prębere. vt l. qua actione. §. proinde. ff. ad l. Aquil. & culpa & non dolo equitãtis ascribitur, vt l. idẽ iur. §. mulionẽ. eo. tit. ex quo sequitur ꝙ equitans nõ tenet pœna legis de occidente loquẽtis, tũ quia illa requirit dolũ, vt ff. de sicca. l. iii. quantumcũq; esset municipalis, quia patitur interpretationẽ restrictiuã & declaratiuam. l. i. C. de noxal. tũ ẽt quia vere non occidit cũ in sui potestate equũ non habuit nec ex ꝓposito interfecit. facit l. i. §. ii. ff si quadru. pau. fecisse dica. & ibi Flor. ita dicit Sal. in l. nõ ideo minus. C. de acc. in vers. quæro quinto. an mãdãs & ẽt in vers. Et ideo si ĩ cursu equi puer occidatur, & idẽ erit si ducebas vel cõcitasti cõtra me canẽ tuũ. Quia si dolo tuo & excitatione canis aliquẽ mordeat ex quo moritur, tenet̃ de sicca. aliàs ũ iõ ꝙ canẽ continere non potuit, si tñ eum per aliũ cõtinere potuit, vel illũ locũ pub. duci non debuit, q̃a fuit in culpa, tenet de culpa aliàs aũt nullo modo tenet̃, vt est text. in l. i. §. si canis. & ibi Flor ff. si quadru. paup. fecis. dica.

ADDITIONES.

a Interueniat. Adde tu, ꝙ hanc conclusio. tenet Pau. de Cast. in consi. ccxcvj. incip. In causa carceratorum. vbi ꝙ accessores male faciũt cũ statutum intelligant ad literam, cum dicatur litera occidit, spiritus viuificat, & ibi etiã dicit ꝙ nec lata culpa sufficeret: & eandẽ opin. tenet in consi. ccxciij. & sequẽ. vbi dicit ꝙ ad hoc vt quis puniatur de falso requiritur dolus: & vide Fran. de Arc. in consi. 80. Bal. consi. 111. in 2. vol. & Cœpo. in consi. 34. vbi etiam dicit ꝙ non sufficit lata culpa. & idem tenet Raph. Cuma. in consi. 134 & Alexã. de Imol. consi. 76. & consi. 109 in j. lib. & consi. 138. in ij. vol. & ꝙ lata culpa non sufficiat, vbi dolus requiritur, tenet Abb. in cõsi. 68 & ibi ꝙ theorica Bar. hoc alleg. est not. vide tamen Angel, in consi. 188. incipien. Viso themate. vbi concludit latam culpã non æquiparari dolo in pœnis capitalibus imponendis. Et dum dicit nõ reperiri casum in quo ex lata culpa quis capitaliter puniatur: dic ꝙ contrarium probatur in l. j. C. de priua. carce. & in l. j. C. ad leg. Iul. de vi. & in rubri. nemini licere signum saluatoris. & vide Angel. in l. ad cõmentariensem C. de custo. reor. & in l. fin. ad leg. Iul. de plag. Sal. in l. j. C. de siccar. & ibi an ex lata culpa quis possit capitaliter puniri. Ber.

b Iusta ratione. Adde consi. Bar. incip. In quæstione vertente. & Pet. de Ancha. in consi. ccvij.

c Colonus. Adde vt per Alexand. de Imo. late in consi. lxxx. in ij. vol. & in consi. v. in iiij. volu. & ibi an stante statuto ꝙ de malo labore rio stetur sacramẽto domini: an debeat stari sacramento vsufructuarij, & concludit ꝙ sic. Ber.

d Cursu equi. Adde ad materiam, & vide Bal. in consi. cix. in ij. vol. incipiẽ. Coram vobis. & vide quod consuluit Alexand. in consi. cxl. in ij. volu. ponit de eo qui posuit offendiculum ad fenestram vt caperet ingredientem. Ber.

AVGVSTI.

ARGVMEN. Tu autē in hac materia qa ardua est & periculosa propter doctri. Bar. qui semper dixit primo in hac materia faciendo suam conclusio. in locis supra alleg. ꝙ in criminalibus quis nunq̄ corporaliter indistincte pōt puniri, nisi dolus interueniat & in istis nunq̄ lata culpa æquiparatur dolo. Adde quod contra istam determinationem suam de directo allego tex. in l. ad cōmētariensem. C. de cus. reo. vbi ex lata culpa quis punitur corporaliter. & ideo illum tex. ibi ponderauit Ange. q dixit no. istum tex. contra regulā traditā per Bart. in l. lege Cornelia. ff. de sicca. Adde etiam tex. C. de priuat. carceri. in l. i. vbi dicit Ange. not. hic casum contra regula Bart. nam potest esse ꝙ absque dolo quis capitaliter punitur, vt ibi est casus, ad idē allego Ang i l. lege Cornel. ff. de siccar. qui dicit Bar. hic dicit non inueniri casum in quo ꝓ lata culpa homo possit ad mortē damnari, sed tu dic cōtra quia casus est. C. de custo. reo. l. pen. & est alius casus in l. pen. ff. de incen. rui. nau. Cōcedit tn̄ Ang. ibi ꝙ si ad pęnam inferendā verba legis exigūt dolū ꝙ tunc lata culpa non æquiparatur dolo. Et ita dicit ꝙ intelligit illā legē in l. lege Cornelia. ff. de sicca. Et ita cōcordat Bar. glo. & oēs doct. Et contra Bar. tenet ēt Ang. in l. i. ff. si quis testa. liber esse iussus fue. Et sniam Ang. sequitur Bal. in l si vsumfructū. §. denique. ff. de vsufruc. dum allegat cōmentariensem. Et omnino vide Sali. in l. i. C. de sicca. in vlti. col. & Ange. in l. fi. ff. de incen. rui. nau. & Ang. in l. in actionibus. ff. de in litē. iur. qui dixit ꝙ certe Bar. errauit ī d. l. in lege Cornelia. & ꝙ ipse Ang. consuluit contra Bar. & illud consiliū cōfirmauit collegiū Paduanū, qa imo sunt casus vbi ex lata culpa quis pōt condemnari ad mortē. Ad idē allego Ang. in l. fin. C. ad l. flauiā de plag. vbi mirabiliter locutus est in ista materia, & ibi enumerat bonos casus vbi quis ex lata culpa corporaliter punitur contra Bar. & ibi vide Ang. notabiliter loquētem quomodo quis à dolo potest excusari, vel ab ista lata culpa, vel ratione erroris, vel temeritatis, & quomodo & ibi capit illam doctri. Bar. quā posuit in d. l. i. ff. si quis testa. liber esse iussus fuer. & omnes suas distinctiones, & ibi disputat, an illæ cōclusiones sint veræ vel falsæ, & qūo ab illis qs pōt se excusare, & qn̄ lex vel statutum simpliciter loquitur an requiratur dolus, vel nō. vide ibi ꝑ Ang. & in hoc adde Bal. in l. iii. §. ꝙ prætor. ff. ne quis eū qui in ius voc. est vi exi. ꝑ Bal. & Sali. in l. si serui. C. de noxa. Bal. in l. lege in actionibus. ff. de in litē iu reiur. ibi Ro. Bal. in l. quæ fortuitis. C. de pignor. act. in l. col. Bal. in l. quicunque. in vi. col. C. de ser. fugi. Bal. in l. i. ff. de legi. Bal. in l. & si seuerior. C. de his q no. infa. in v. col. Et ꝑ Sali. in l. pe. C. de sicca. per d. Ant. de But. in c. ii. extra de cōsti. d. Car. i c. lator. extra de homi. & per Bal. in l. quid ergo. §. cū autē. ff. de his qui no. infa. Adde Bald. in c. i. in pe. col. quib. mod. feu. amit. qn̄ in statuto non est facta mentio doli, an sit distinguendū & Pau. de Cast. in consi. cxc. q reprehendit iudices q credunt in statutis solum requiri factū, hoc est homicidiū nō aūt animus, id est, dolus. & de materia, vide per Bal. & Ang. in l. si quis id ꝙ §. doli. ff. de iurisdi. om. iud. an lata culpa æquiparetē dolo. In ista materia non obliuiscamini videre Sali. in l. i. C de sicca. qui se latius iactat examinare istam materiā quā aliquis alius per Bal. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. & pulchre ꝑ Ange. in l. i. ff. de legi. & Bal. in l. q fortuitis. C. de pigno. act. in fi. & quæ ponit Ang. in consi. suo ccxxxv. incip. viso themate supra dicto. in fin. illius consilii. vbi dicit ꝙ ex conclusio Bar. quę dixit nullū casum reperiri, in quo etiā ex culpa lata possit imponi pœna capitalis. l. in lege. ff. de sicca. & dicit Ang. hoc verum, dum Bar. concludit latā culpā non æquiparari dolo in pęnis capitalibus imponendis. Sed dum Bar. infert nullū reperiri casum in quo ex lata culpa quis capitaliter puniatur Bar. nō dicit verū & ibi vide Ang. allegantē aliquos casus. Et omnino in materia pulchra verba Ang. per illū tex. & glo. in l. iii. §. interdū. ff. de nego. gest. vbi disputat an in istis dolus cōprehendat latā culpā, sicut dictio taxatiua tm̄ &c. Et vide Bal. in l. ita de facto. per illum tex. ff. nau. caupo stab ꝙ dolus interpretatiuus dr̄ lata culpa. Et de materia per Ang. in l. si mora. ff. solu. mat. Et inquantū supra. d. Ang hic alleg. Bar. in d. l. iuste possidet. Idem tenet Ang. in l. fi. C. de plag. & Bar. in cōsi suo incip. missus in possessionē. & in cōsi. inci. in q. vertēte in curia, & Pet. de Anch. in consi. ccvii de eo autem q currit cū equo & casualiter aliquem occiderit,

an teneatur, vide doct. vbi est casus in terminis de iure canonico in ca. significasti. extra de homici. & in c. dilectus filius. eo. ti.

6 *Infans qui commisit homicidium vel maleficium, an puniatur.*

6 ANGE. † Quid de infante q cõmisit maleficium vel homicidiũ, an teneatur, dic q nõ, quia dolo caret & volũtate delinquẽdi, vt l. infans. ff. de sicc. & l. infans. ff. de fur. & cle. j. de homi. & ibi glo. & si est doli capax
a potest omne delictum [a] committere præter delictum carnis, vt l. auxilium. & ibi no. ff. de minoribus. in §. j.

ADDITIO.

a ¶ Omne delictum. Adde & vide Cep. in consi. xxx. qui cõsuluit pro vno regatto qui ludo proiecerat lapidẽ & occiderat vnũ q nõ teneatur pena corporali sed ad plus in quinquennium relegari & vide Pet. de Anch. consi. ccxxv. Ber.

AVGVST. Tu autẽ in hac materia, adde quod falsa est illa cõclusio. d. Ang. hic, qd infans doli capax põt puniri de omni crimine, quia potest cõmittere omne delictũ præter delictũ carnis q a erravit iste doctor propter regulã quã tradunt doc. per illam gl. ibi in l. impuberem. ff. de fur. & ibi Ang. in terminis qui dixit q isti minores & impuberes qui cõmittũt delicta cũ sint doli capaces nunquã possunt puniri de delicto perpetrato per ipsos nisi sint proximi pubertati Duo ergo requiruntur quod sint doli capaces & proximi pubertati. Et ideo dicit q sæpe vidimus q isti pueri qui excesserunt infantiam proiiciunt lapides & occidunt vnũ, & dubitatur, an capitaliter possint puniri, q a veritas colligit per supradicta, & ita ego alias hic Ferrariæ euasi vnum puerũ q occiderat super ripa padi vnũ fachinũ. Nec obst. iura dicentia q imo sufficit q ille impubes sit doli capax, q a dico q vna lex supplet p aliã, posito aũt q isti minores sint doli capaces & proximi pubertati & committunt delictum, an possint directe puniri. l. Cornel. de sicca. dicam infra nũc in ista gl. in addi. meis. Ego istam materiam late posui. & ibi de his omnibus dixi in addi. meis in l. j. ff. de verb. obl. dic vt ibi.

7 *Furiosus committens maleficium an puniatur.*

8 *Furiosus habens dilucida interualla, si maleficium committat, an in dubio præsumatur factum tempore sanæ mentis, & sic teneatur.*

9 *Furiosus habens dilucida interualla, si delinquat tempore sanæ mentis, & nunc in præsenti est in furore, non tenetur nec potest puniri de delicto commisso tempore sanæ mentis dum est in furore.*

10 *Furiosus habens dilucida interualla si delinquat, an præsumatur deliquisse tempore furoris vel sanæ mentis.*

11 *Furiosus habens dilucida interualla si tempore sanæ mẽtis hominem occidat, ac postea furiosus efficiatur, an poterit tempore furoris condemnari, & puniri ad mortem.*

7 ANGE. † Quid in furioso [b] dic idem q
b non tenetur, quia satis suo furore punitur, l. congruit. ff. de offi. præfec. & est tex. in cle. j. de homicid. & ibi glo. dicit quod idem in eo qui habet dilucida interualla, quia si illo tempore quo vexatur dolore delinquit non tenetur. Nam vt dicit glo. in cle. j. istæ personæ sunt aptæ natæ ad suscipiendum iniuriam, non autem ad inferendum alteri, hoc est si aliquis ex istis personis iniurietur tenetur facit l. cũ aliquis. C. de cura. furio.
8 † Sed quid si maleficium est commissum ab illo qui habet dilucida interualla, an in dubio præsumatur factum tempore sanæ mentis, & sic teneatur dic quòd si probetur quòd aliquando fuit in furore, præsumũtur q t pe delicti fuerit in furore. Et sic nõ tenetur nisi probetur quòd tunc erat sanæ mentis. Et sic antiquus furor transferat onus probandi in aduersarium, vt no. in c. fin. de succes. intest. & Bar. in l. ij. ff. de bon. poss. infan. vel furio. delata. & Pet. de Anch. in d. clem. j. de homici. quòd singulariter
9 nota. ad euadendum amicum tuum † Aduertas q tottius dico quòd si tempore sanæ mentis deliquit, & tunc in præsenti est in furore, non tenetur nec potest puniri de delicto commisso, etiam tempore sanæ mẽ
c tis dum est in furore. [c] Ita singulariter dixit Bald. in l. furioso. C. qui test. fa. poss. licet Imol in l. exacto. in princip. ff. de vulg. & pupil. arguat pro & contra & postea dimittat insolutum. Sis tamen tu iudex cautu q non credas ita faciliter aliquem esse fatuum vt pœnam criminis euitare possit. Sed velis retinere ipsum & multas & varias interrogationes per te vel aliũ facias vt

vt comprehendi posſit ſi eſt furioſus vel non, ita dicit Bald.in l.obſeruandum. ff.de cura.furio. Interim tamen ſi non apparebit, ꝙ vere eſt furioſus diligentius cuſtodiendus erit. Et ſi videtur iudici vinculo cohercendus eſt, quoniam hoc tam ad pœnã furioſi quam ad tutellam eius & ſecuritatem proximorum pertinebit.ita dicit tex. in l.diuus. ff.de offi.prę ſi.

b Furioſo. Adde ꝙ licet ipſe non puniatur, puniatur tamen qui ſibi dedit gladium in manu, ita Angel.in conſi.cclxxxviij.circa fin. Ber.

c Dum eſt in furore. Adde tu & vide Alex. in d.l.furioſum. & Imol. in cle.j. de homi.vbi ſi quis ante furorem ſtatuiſſet baptizari ſuperueniente furore non poteſt baptizari. Ber.

10 AVGVSTI. † Tu autẽ in hac materia, adde inquantum tactum eſt, an delictum factum per illum qui habet dilucida interualla præſumatur factum tempore furoris vel ſanæ mentis, vide Domi.de ſancto Gemi. in c. ſi vero, de cle.egro.in vj. Bar. no.in tract.ſuo, de teſte. in ver.oppoſita prudenti. ibi videtur limitare materiã, ꝙ ſi occidit fratrẽ vel matrẽ præſumitur ꝙ ille erat furioſus, & ſic Bar.vbi vult ꝙ ſi occideret alium non ita præſumeretur. Certe magnus eſt iſte paſſus. An factus per illum qui habet dilucida interualla præſumatur factus tempore furioſis vel ſanæ mentis tempore. Bal.Odo.Ang.& doc. vario modo loquuntur in d.l.furioſum. Aduertas tamen ꝙ indiſtincte videtur dicendum ꝙ ſemel furioſus ſemper præſumatur furioſus, quia paſsiones huiuſmodi præſumuntur durare niſi contrarium probetur, vt no.glo.in c.cum inter canonicos.de ele. & ibi omnes canoniſtæ tenẽt iſtã concluſionem & expreſſe hoc dicunt in furore ibi d.Cardi.& Imol.& hoc idem dixit gl in c.indicas tertia quæſtio. ix.quæ glo.coniuncto tex, hoc expreſſe probat. Et idem voluit gl.in c.fin.de ſucceſ.ab inteſt. maxime Ioan. Andr. Anto. de But.Abba. & Imol.in c. dudum. in vj.col de pręſumpt. & Sali.in d.l.furioſum. & Pau.de Liaza. poſt antiquos in cle.j. de homi. & hoc etiam voluerunt Pet. de Ancha. & do. Card.in d.cle.j. qui fortius dicunt ꝙ ſi probatum eſt aliquo tempore fuiſſe furioſum, ex aduerſo probatum eſt ipſum fuiſſe ſanæ mentis non ſufficit hoc ad concludendum quod tempore actus erat ſanæ mentis.alleg.not.per Dy. in c.ꝙ ſemel.extra de reg. iur. & dicit ita ſemel obtinuiſſe. & dicit Car. ꝙ ita alias conſuluit per gl.in d.c.fi.de ſuc.ab inteſt. De hoc articulo adde dicta Spec. in titu. de dona.§.probatur.ver. Pone quidam erat furioſus.vbi ponit opin.multorum.& ibi vide Io. And.in addit. Adde Imo.in l.qui teſtamento.in §.nec furioſus.ff.de teſt.& in l.j.ff.de verbo. obli.in §. ſi.aliter locutum eſſe in hac materia, & vide Paul.de Caſt.in d.§.nec furioſus.vide Sali. in

11 l.nec codicillos.C.de codicil. † Et inquantum ſupra tactum eſt, an ſi quis ſane mentis hominem occidat, poſtea ſi furioſus effectus eſt. An poterit tempore mortis condemnari & puniri ad mortem, & iſte doctor refert hic Bal.tenuiſſe ꝙ non. Addatis ꝙ contra iſtam deciſionem videtur expreſſe tex.in l.j.ff.de pœn.quẽ tex.ad hoc põderauit ibi Ro.in d.l. furioſum. & per illum tex.tenuit contra ſententiam Bal. ibi.Sed aduertas quia iſtam quæſtionem alias vidi de facto, & iudex maleficiorum neſciebat allegare, niſi ea quæ ſunt allegata à do. Angel. hic in iſto ſuo tractatu qui eſt refugium miſerorum, & tamen eſt vnum refugium tale quale videtis, & licet domi.Angel.hic allegauerit Imol.in l.ex facto non dediſſe aliquid in iſto paſſu. Tamen allegate vos ꝙ Imol. formauit iſtam quæſtionem & decidit in c. Raynutius. in materia ſubſtitutionis exemplaris, extra de teſtamen. vbi concludit ꝙ non poteſt fieri proceſſus contra furioſum nec condemnari, quia loco abſentis habetur. l. ij.§ furioſus.ff.de codicillis. Sed contra abſentem ad talem ſententiam procedi non poteſt. l. abſentem.ff.de pœnis. nec poteſt procedi cum curatore furioſi, quia vbi talis pœna venit imponenda non admittitur procurator nec conſequenter curator illius qui nullum habet intellectum allegat l.pen.§ ad crimen. ff. de pub. iudi. Et iſtam ſententiam tenet Bal.in l.humanitatis.in xvj.col.C.de impu. & alijs ſubſti.& Bal.in c.j.an ille qui interficit fratrem domini ſui.quinimo dixit Imol.in d.c. Ray ꝙ ſi furioſus eſſet damnatus ante furorem, & poſtea ſibi ſuperueniat furor, ꝙ ſibi videtur ꝙ ſuperior ſit conſulendus, cuius arbitrio hoc ſibi cõſtituitur.l. diuus ff. de offic. præſi. tamen ille tex non videtur loqui aliquid de eo qui eſſet damnatus ante furorem, & poſtea furor interuenit tempore executionis faciendæ, ideo videtur tutius ꝙ non deberet decapitari, antequam rediret ad ſanam mentem, quia vt dicit Bal. in d.l humanitatis.in viij.col.in verſi iiij. differentia.o mortuus & furioſus à pari procedunt allegat l.bonorum.ff rem ra.ha. ergo ſicut corpus mortuũ non poteſt regulariter ſuſpendi.l defuncto ff.de publi. iudi. ita nec furioſus.pro hoc facit tex in d.l.diuus. cum dicit ꝙ ſatis ſuo furore punitus eſt. Et per hęc

 patet

patet non obstare.l.j.ff.de pę. quæ non potest habere locum in eo qui est ad instar mortui.

12 *Minor doli capax licet teneatur ex omni delicto in facto consistente in committendo, non sic si cōsisteret in negligēdo, quia nō tenetur.*

12 ANGE. †Et licet minor sit doli capax & teneatur ex omni delicto in facto consistente in committendo, non sic si consisteret in negligē do, quia non tenetur, vt l.j.& ij.C.si aduer.de lic, tñ cautus debet esse iudex in casu quo minor ex delicto in committendo commisso teneatur, ꝙ mitius debet agere cum minore q̃ a cum maiore a vt est tex.gl.& Bar. in l.auxiliũ. §.j.ff.de mino.& not.glo.& Bar. in l.si ex causa.§.nunc videndũ.ff.eo.tit.& Bar.& Bald.in l.j.C.si aduer. deli. etiam quãuis sit delictum atrox, vt patet in l.aut facta.§.persona.in fi,cō iuncto prin. illius legis.ff.de pœn. Et glo.Bar. & doct. in l.si seuerior. C. de infa. quòd tene mẽti tu iudex ne erres, quia credo ꝙ sit beneficiũ datũ à iure, & sic nō pōt ab eo auferri, & in c.indultũ.extra de reg.iur. & ꝙ sit ipso iure tale beneficiũ concessũm, patet in d.l.auxiliũ.§ in delictis.& in d.l.aut facta.§.persona.

ADDITIO.

a ¶Quam cum maiore. Adde tu ꝙ idem consuluit Rapha.Cu.in consi.xcv.& Raph.Fulg.in consi. lvij.& cōsuluit Pet.de Anch.in consi.cclxxxv. ꝙ minores ludētes ut vulgariter dicitur battagliolas excusantur si aliquẽ occidũt, & nō solũ minores; sed maiores propter consuetudinem, & an minor excusetur a dolo præsumpto. vide Alex. in consil ciij.in j.volumi. & vide domi. Maria. Soci.in consi.xvj.ad excusationem ludentis in loco consueto, & proijcientis palum & homicidium secutum fuerit. Ber.

AVGVSTI. Tu autẽ in hac materia adde & dic quod imo si delictum est cōmissum in omittendo. Et sic negligendo ꝙ impubes punitur criminaliter. Et intelligo si est doli capax & proximus pubertati, per tex.in l.excipiuntur.ff.ad Silla.scilicet si concurrant illa de quibus ibi quem tex. idem Ang. in l.in puberem.ff.de fur.& omnino vide Bar.in hac materia in d.l.excipiuntur.& sic per illum tex.potes limitare prędicta. Adde aliam pulchram limitationem positam per Ro. per illum text. in l.j.§.impuberem ff. ad Silla.qui dixit quod licet per delictum commissum in omittendo minor non puniatur, tamẽ hoc militat vbi minor aliquo modo non esset particeps delicti p illum text. & semper intelligo prædicta, vt dixi supra in præcedenti quæstione, vbi ille impubes est doli capax & proximus pubertati, & aduerte quia vbi dixi impuberem & minorẽ debere puniri criminaliter nunquam intelligo ipsum directe puniri lege Corn.de siccar. Sed alia pœna, & ideo si isti minores occidunt aliquem, non credo debere decapitari, sed iusta est causa dispensandi cum eis ꝙ minori pœna afficiantur. ita dicit Bartol. in terminis in lege administrantes.§.fin.de excu.tu.& Bal. in l.si seuerior.C.de infam. & probatur ista conclusio per text. rotundum in l.si adulterium cum incestu.§.imperatores.ff.ad leg.Iul.de adulte. nam quoties in delicto est minor dolus ibi delictum mitius punitur, vt ibi probatur, sed in minore non est tantus dolus quantus in maiore, vt dicit Bal.in d.l.& si seuerior.C. de infami.sed de hac materia dixi etiam aliquid in l.j. ff.de verb.oblig.in addi. meis, dic vt ibi. vide Pet.de Ancha. in consi.suo cclxxxv. qui consuluit ꝙ minor qui lusit ad battagliolam per consuetudinem si occidit aliquem debet decapitari. adde tamen ꝙ iudex licet ex causa possit augere vel minuere pœnas, iuxta l.quid ergo.§.pęna grauior.ff.de his qui notan. infam. intelligitur hoc verum in ordinario non in delegato. ita dicit Archi. vt refert & sequitur do. Catal.in tract.fis.q.clxxj. & ibi dicit quod si aliquis non potest soluere, potest in executione ēt pœnam alterare post sententiam.

13 *Culpa leuis et leuissima, an faciant delinquentem criminaliter teneri.*

13 ANGE. †Et aduerte Bart.in d.l.respiciendum.§.delinquunt.ff.de pęn.vult ꝙ non tantum ille qui est in lata culpa teneatur criminaliter, licet non de siccar.arbitrio iudicis, sed etiam ille qui est in leui vel leuissima culpa per illum tex. Et sic no.diligenter ꝙ etiam ex leui vel ex leuissima culpa potest inquiri officio iudicis cum possit criminaliter puniri, & sic ad pœnam fisci, sed contrarium tenet. Cy. in l.si quis non dicam rapere. C. de epis. & cle. & sentit in lege data opera. C. qui accusa. non pos. vbi dicit Bald. quòd pro leui culpa non potest inquiri, quia res publica non læditur ne iudex potest inquirere ad priuatam vtilitatem, vt not. Innocen. in c.ad nostram. de iureiurã. & ex quo dicit Bald.in d.l. data opera in versi.nunc de tertio quando incendiũ &c. dicit ꝙ multæ inquisitiones possunt impugnari, facit pro eo. l. igitur. ff. de libe. cau. sed etiam ibi Bal.dicit ꝙ licet dicto §.delinquunt. non faciat pro Bartol. quia loquitur in culpa dolo

dolo proxima,& sic in lata, tñ pro Bart.est casus in l.si fortuito.ff.de inceu. rui.& nau. ex quo ipse Bal.sequitur opi.Bart.no. ergo & tene menti ꝙ ex leui culpa potest etiam inquiri & no.etiam ꝙ ex leui culpa quis tã tum ciuiliter sed criminaliter potest puniri.

14 † Sed aduertas ꝙ licet criminaliter puniatur, non punitur corporaliter sed pecuniariter.d.l.si fortuito.& l.qui edes.in fi.eo. ti.& l.i.§.i.ff.de sicca.ita dicit Bal.ī d.l.data opera. ꝙ est no.& menti tenendũ.& vide q̃ dixi.infra eo.in gl.super verbo,incẽdiario. in versi. ex quo sequitur quòd pro leui culpa nõ potest procedi per inquisitionem.

AVGVSTI. Sed in hac materia adde q̃ dixit Sali.in l.i.C.ad leg. Corne.de sicca.in vltim.col. qui faciens mentionẽ de hac altercatione inter Bar.& Cy. ꝙ pro leui culpa ſm Bar.quis criminaliter possit puniri. sed Cy.fuit in contraria opin.ꝙ si punitur, punitur pecuniariter ,tñ si non põt soluere pecuniã luat in personã. Et dicit qđ est etiã snía Ia.de Are.in d.l.data opera. C.qui accus.tandẽ Sali.ibi saluat opiniones.nã dicit ꝙ vbi malum non concernit rem familiarẽ habet locũ opin.Bar. sed mitius punietur, alias secus quia procedet opin.Cy. & dicit hæc esse notanda, quia quotidiana. Adde tñ ꝙ Bar.in l.i.de offi.præfe. vigi.in fin. vẽ velle. ꝙ ꝓ leuissima culpa qs pecuniariter puniatur in criminalibus.& de materia vide Bald.in l.si vsusfructus.§. denique.ff.de vsufruc.qui facit mentionẽ de doctri Cyn. in d.l. si quis non dicã rapere in hac materia & ibi limitat prædicta qui dicit ꝙ nunquã propter leuissimã culpã põt committi

15 maleficiũ si est in omittendo. † & ideo dicit ꝙ est argu. ꝙ syndicus ex leuissima culpa non tenetur si nõ denunciat malesicia, maxime qa Cy.in d.l.si qs non dicã rapere.voluit ꝙ criminaliter leuissima culpa nõ possit puniri. dicit tñ quod contra Cyn.est text.de directo in l.ad cõmentariensem.C. de cust.reo.sed respõdet ibi Bal.in d.§. denique.ꝙ illud habet locũ in custode carceris & materia per Flo.in l. sed quemcunq;. §.iniuriã.ff. ad leg. Aquil. q scripsit in hac materia nõ recedo à doctri.Ang.in l.i.ff.de legi.qui concordando opi.multum eleganter loquitur & quomodo intelligatur. d.§. delinquũt.& Bal.in d.l.i.& Bal.in l. qui fortuitis.in penulti. col.C.de pigno.acti.

16 *Prodigus cui bonis est interdictum an teneatur si deliquit.*

16 ANGE. †Quid in prodigo cui bonis est interdictũ an teneatur si deliquit.glo. in l.si quis in tantã. C. vnde vi. videtur dicere ꝙ non.sed Bar.in l.is cui bonis.ff.de verb.obl. videtur tenere contrariũ,quia æquiparatur proximo pubertati. d.l.is cui coniuncto.§. sed qđ diximus.insti.de inuti.stip.sed pupillus ꝓximus pubertati tenẽ ex delicto.l.pupillus.ff de reg.iur.eodem modo prodigus, sed.§.sed ꝙ diximus.qui allegatur per Bar. non probat,qa imo proximus infantiæ põt acquirere,ergo prodigus æquiparatur ꝓximo infantiæ, ergo nõ dẽt obligari ex delicto.l.infans.ff. de sicca.igitur &c. sed Bald. Ang.& Imo.in d.l.is cui.dicũt ꝙ est verũ si delinquit in cõmittẽdo,& sic in faciẽdo secus in his quę contingunt in negligẽdo,qa tũc prodigus sicut minor non tenẽ, qa nõ vindicauit mortẽ defuncti vel ꝓdiga nõ petiit tutorẽ filiis suis vt l.ii.C. si aduer. deli.

AVGVSTI. Tu autẽ in hac materia adde & dic ꝙ imo si ideo doct. dicũt prodigũ obligari ex delicto ex eo qđ æquiparaẽ personis,quæ ex delicto obligãtur, habeo iura quæ probabunt non teneri ipsum prodigũ ex delicto,quia lex æquiparat prodigũ furioso.est casus in l.furiosi.ff.de regu.iur. & in l.fulcinius.§.adeo ex quib.cau.ī poss.ea. & casus.in d.l.is cui bonis.& supra probaui in hac eadẽ glo.furiosum ex delicto non teneri etiã in faciẽdo commisso. Igitur doct. male loquuntur & rectius dixit gl. in d.l. si quis in tantam. quæ voluit quòd prodigus ex delicto non teneatur, & allego Bal quẽ isti non allegant in l.certi condictio.§.quoniã.ff.si cer. pe. qui dũ quærit in delictis cui prodigus æquiparetur,dicit ipse,dic vt dicit glo. in l.si quis in tantam.C. vnde vi. & sic Bal.videtur approbare illã glo. sed his non obstantibus credo Bartol.rectius dicere & ideo Ang.in d.l.is cui bonis.dicit quòd oẽs doct.in hac materia reprobant. id glos.l. si quis in tantã.nec ob. quòd prodigus æquiparetur furioso,quia dico hoc verũ esse,sed non in omnibus, vt dicit Sali.in d.l.si curatorem.de in integ.resti.ti.generali.dixi ego aliqua in hac materia in d.l.is cui bonis.

17 *Ebrius si propter ebrietatem delinquat an teneatur.*

17 Ang. † Sed quid si quis propter ebrietatē deliquit. dicit Bar. in l. respiciendū. §. delinquunt. ff. de pęnis. quod tenetur. sed idē Bar. in l. aut facta. in princ. ibi venit rixa ex loco vel ebrietate. ff. de pęn. videtur dicere quod non tenetur sicut non tenetur, qñ aliquid fit ex loco pro quo facit lege omne delictū. §. si propter laxiuiam. ff. de re militari. & facit glo. in l. i. C. si quis impera. maledi. quod ego intelligo verū quod distingui debeat, eo modo & forma quo distinguit in dormiente qui deliquit. de quo per Bar. in l. pen. ff. de parrici. vbi dr̃ an dormiēdo si quis cōmiserit delictū teneatur, quærit aut sciebat naturā, q̃a solitus erat surgere et dormientes secū percutere & tenetur alias secus, vt dicit Bar. in d. l. pen. Bal. vero in l. data opera. C. qui accusa. in ver. nunc de tertio qñ incendiū &c. dicit qđ animaduertendum est ꝙ nimia ebrietas delictū extenuat non aūt in totū eximit, vt sic leuius ꝓꝑ magnā ebrietatē puniatur sed omnimodo tenetur. Si vero fuit parua ebrietas, tunc non minuitur. Et ponit exemplū in diuina scriptura in filiabus Loth quē inebriauerūt, & delictū per leuē inebrietatē seu calore vini mēte turbata, non tñ cum exilio mentis dr̃ impetu factū. Ideo non dicit ille tex. culpa, sed dic impetu. i. non appensate, & deliberate, sed inconsulte, subito motu vnde pōt dici ꝙ est minor dolus quā qui fit appensate qđ no. vt nō permittas te destrui & turbari vino quia non esses excusatus delinquēdo, facit. ff. de re mili. l. omne delictum. §. ii.

Avgvsti. Tu autē in hac materia adde ꝙ Ro. in isto passu multū eleganter locutus est in l. i. in prin ff. de verb. obl. in iii. col. q̃ dicit ꝙ licet legistæ istū passum attingāt, an ebrius delinquendo puniatur, tñ de hoc nullū tex. habēt nisi tex. in d. l. omne delictum. qui loquitur cū quis se propter vinū vulnerauit, sed ille tex. nihil ad rē, quia alia pęna est illa quę infertur delinquenti in seipsum, alia pęna quæ infertur delinquenti in personā alterius, patet in tit. ff. de bonis eorum qui sibi mortē consciuerunt. nec ēt probat tex. in l. i. C. si quis impera. maledixerit iuncta gl. quia ille tex. loquit de ebrio solum delinquente verbaliter, non autem de delinquente realiter, sed in his est differentia. d. l. aut facta. in prin. nec tex. in l. respiciendū. §. delinquunt. ff. de pę. quia licet tex. dicat ebriū ex impetu delinquere, non tñ ibi in tex. ponitur pęna q̃ affligit ebrius delinquens, ideo dicit ꝙ canonistę de hoc habēt tex. rotundū & singularē. xv. q. i. c. sane &c. inebriauerunt. quapropter cōcludit sicut infans delinquendo non punitur, ita nec ebrius. sed solū ebrius delinquens puniri dēt, pro leuitate, quia ad inebriationē deductus est, & hæc ꝑ iudicis arbitrio. & ideo dixit Sali. in l. i. C. de sicc. in fi. quod delictū ebrietatis nō est ex toto impunitū, secus in dormiēte. adde d. Pet. de Anch. & Imol. in cle. furiosus. extra de homi. & Barto. in l. vt vim. ff. de iusti. & iur. & Ro. in l. i. §. adipiscimur. ff. de acquir. pos. qui dicit ꝙ imo videt ꝙ dormiens in aliquā pęnā nō cadat, quia a quipara ur infanti & furioso. & facit mētionē de doctri. Bart. in d. l. pen. ff. de parri. vbi Ange. ibi sequitur doctrin. Bar. & vide tex. & gl. in c. si cum in concupiscentia. xvi. q. i. & Flo. in l. si seruus seruum. §. si fornicarius ff. ad l. Aquil. & Do. de sācto Ge. xxxv. dist. c. vēter. & Bal. in l. i. C. vnde vi. in i ope. & notatur in c. sicut. extra de testi.

18 *Percutiens cum pomo ensis quem habebat, an teneatur de siccarijs.*

18 Ang. † Quid si habebat arma, puta ensem & percussit cū pomo, vel cū hasta, an teneat de sicca. dic ꝙ nō, q̃a nō pręsumit ꝙ habuerit animū occidēdi, [a] vt l. omne delictū. §. ii. de re mili & est tex. & ibi Bar. in l. i. §. i. ff. de sicc. & est tex. in l. i. C. de emēdatione seruo. & ibi Sali. in l. i. C. de sicca. qđ est verū, nisi qñ q̃s percussit i loco periculoso, puta in capite, & sic ex ꝓposito vel impetu, vt dicit elegāter Bar. i d. l. i. §. i. de sicca. i fi.

ADDITIO.

a Animum occidendi. Adde tu qualiter probetur ꝙ quis non habuerit animum occidendi, & vide Cepo. in consi. xxxiiij. Ber.

Avgvsti. Tu in hac materia, adde no. ꝑ Ang. in l. is q̃ cū telo. C. de sic. q̃ dicit ꝙ verū est ꝙ ille q̃ percussit aliquē cū hasta cum haberet telū in manu nō punitur. l. Cornelia. de sicca. Et ad hoc no. ibi bonā gl. & vide ꝑ Canon. per illū tex. in c. significasti. extra de homi. & dicta Bal. in l. i. C. de emēda. seruo. & Ange. in l. i. §. diuus. ff. de sicca.

19 *Verba scienter, dolose & appensate, quare apponuntur in inquisitione.*

Ang.

19 ANGE. † Adde Ang.in l.si vacantia. C.de bo.vacati.lib.x. ver. pro intellectu istorũ verborũ scienter dolose & appensate qui tamen perfecte non loquitur, nam dicit ꝙ ideo dolose & c.apponuntur, vt dolus de necessitate includatur, licet semper dolus præsumptus includatur, cum factum illicitum deducitur, vt l.j. C.de sic.ita dicit Angel. in d.l.si vacantia ibi forma inquisitionis specialis, sed dic vt dictum est, quia sua nõ est perfecta doctrina & in multis defectiua, vt patet ex supradictis.

AVGVSTI. Tu adde an ista cõclusio sit vera vel falsa, patet ex his quæ dixi supra, in hac eadẽ gl in j.q.principali in additionibus meis.

SVMMARIVM.

1 *Verbum appensate, quare apponatur in inquisitione.*



T appensate in ciuitate Bononię mouendo se de loco ad locum.] 1 †Ista verba apponuntur, quia maior pœna imponitur, quando quis appensate & deliberate deliquit quam ex arrupto, vel in rixa, vel calore iracundiæ, vel impetu, vel casu, vt est text. & ibi habes in l.j. §.j. ff. de sicca. ibi casu magis quam voluntarie. facit l. respiciendum §. delinquunt. & ibi glo. & Bar. ff de pœ. & in l. ꝙ calore. ff. de reg. iur. & habetur in c.j de homi. in vj. & aliquid tetigi supra in præcedenti gl. sed Bar. in l.j. ff. de legi. dicit ꝙ qñ aliquis deliquit casu ꝙ aut culpa procedit casum & tenetur, vt l. fluminum. §. hæc stipulatio. ff. de dam.infec. Si vero culpa non præcedit casum, tunc non tenetur de casu. l.ij. §.si eo tempore. ff. de admi. rerum ad ciuitatem pertinentium. de hoc tñ articulo, dic vt plene no. in l.itẽ mella. ff. ad leg. Aquil. in prin & ibi Flor. an autem prædicta sint vera qñ quis dabat operam rei licite vel illicite, dic vt Bar. ibi dicit in d.l.j. Et videtur casus in lege sciant cuncti. §. cũ aliter. ff. ad leg. Aquil. ita dicit Bart. in d.l.j.

AVGVSTI. Tu in hac materia adde quæ dixit Ang. in l.j. ff. de legi. qui dixit ꝙ verum est ꝙ delictum commissum casu non punitur nisi culpa præcedat casum, dicit tamen ꝙ isto casu in libello accusatorio locus culpæ est apponendus & non locus casus quod nota tu, quia alias vidi doctissimum procuratorem errasse. adde quæ in hac materia dixit Angel. in l.j. C. ad leg. Corn. de sicca. qui contra prædicta videtur allegare casum in c. continebatur extra de homici. vbi delictum videtur casu cõmissum, & tamen ibi vult ꝙ puniatur l. Cornelia. & vide doct. in l. item mella. & bonas leges quas allegat glo. in l.j. C. ad leg. Corn. de sicca. & per Bal. ibi in d l.j. qui dicit ꝙ est differentia inter casum fortuitum & casum improuisum, nã vbi culpa pręcedit casum, ille dicitur casus improuisus non fortuitus, nam casus fortuitus est, vbi nulla culpa præcedit, & dicit ꝙ hoc nullibi ita bene explicatur, nisi ibi.

2 *Delinquens ignoranter ignorantia facti vel iuris, aut iuris naturalis vel positiui, & an fuit iusta ignorantia vel iniusta, & an & quando teneatur, vel non.*

2 ANGE. †Si qs aũt deliquerit ignoranter, a aut ignorantia facti vel iuris, aut iuris naturalis vel positiui, & an fuit iusta ignorãtia vel iniusta & an & qñ teneatur vel non. no. Sali. in l. senatus. C. de his qui sibi ascribunt & sufficiãt remissiones, quia clare & longe tñ loquitur.

ADDITIO.

a Ignoranter. Adde tu quod voluit Ro. in consi. ccccvi. quem vide & Alex. in cõs. ciiij. in. i. vol. B.

AVGVSTI. Adde tamen tu in hac materia gl. in l. ex maleficijs. §. longe minus. & ibi doc. ff. de actio. & obl. & glo. in l.j. C. de colonis illirici. lib. xj. & Ang. in l. fin. C. de plagiarijs. & per Bart. in d. §. delinquunt. & per Bald. in l. quæ fortuitis. C. de pigno. actio. in fi. Bal. in l. ex more. C. ad leg. Aquiliam.

3 *Delinquere cogitans, & in animo proponens in vna re si deliquerit ultra & præter cogitatum, an & qualiter teneatur.*

3 ANGEL. † Quæro quid si aliquis cogitauit & in animo proposuit delinquere in vna b re, & deliquerit vltra b & præter cogitatum, an & qualiter teneatur. istam quæstio. format Bar. in l. diuus. ff. de sicca. & Cyn. & Sali. in l. quoniam multa. C. ad l. Iul. de vi. Vnde secundum Sal. dic plene, aut in eo ꝙ cogitabat siue facere intendebat non est ratum. Primo casu aut dabat operam rei licitæ, & tunc delinquendo propter cogitatum vel culpã non tenetur ff. ad l. aquil. l. qui occidit. §. pe. aut dabat operam rei illicitæ & tunc aut cogitatum verisimiliter tendit ad finem secutum, & tunc punitur secundum finem vt not. in cap. fina. de homicid. in vj. & in d.l. quoniam multa & in l. ex incendio. ff. de incen. rui. nau. aut cogitatum non tendit verisimiliter ad finem secutum.

tum. Et non punitur quis vltra cogitatum. l. si iniuriam.ff.de fur. Secundo casu principali quando cogitatum est ratum,tunc est incidere in dubium,an in prædictis opinio præualeat veritati. Circa ꝙ dic,aut opinio vel error versatur circa delicti productionem, aut circa delicti specificationem. Primo casu puta quando non putauit delictum committere, dic aut cogitatum & attentatum est de genere permissorum, & tunc secundum cogitatum iudicabimus ꝙ præualet opinio veritati, vt ff. de iniur.l.item apud.§.si quis virginem. quia attentatio meretricis est permissa, vt in l. quæ adulterium.C.de adult. aut cogitatum est de genere prohibitorum,& tunc secundum veritatem iudicabimus, quia talis opinio & iuris error regulariter non excusatur, absurdum enim esset dicere ꝙ scienter aliquem occidens non puniretur ex eo, quia non putaret delictum, licet iustus dolus excusetur vel mitius puniatur.facit.l.j.§.j.ff.de sicca. Secundo casu qñ error versatur circa delicti specificationem,vt quia putauit delinquere, sed in delicti specie errauit. Et tunc aut error iste excusatur à iuris ignorantia, vt quia scit quis delinquere subtrahendo rem sacram de loco sacro, & putat simplex furtum delinquere, vbi sacrilegium committit,& tunc secundum veritatē punitur.l.j.C.de interdi.matri. aut excusatur ex ignorantia rei vel personæ in qua error cōmittitur & tunc aut error est,in substantia rei vel personæ,aut in qualitate,si rei vel personę, & tunc secundū veritatē iudicatur,vt de errore personæ patet.ff.de iniu.l.eum qui.§.si iniuria. & ibi Bart. de re patet.ff.de furt. l. vulgaris.§.si quis res qñ aūt errat in qualitate, tunc distinguas rem à persona reiecto errore & opinione & videtur quod secundū qualitatem rei iudicetur.l.fi.de cri.expi.hæred. mitius tamen aliqualiter tenetur propter ignorantiam.l.ij.in fi.ff.de termi.noto.sed in errore qualitatis personæ,dic ꝙ error attenditur, nec propter qualitatem tertiæ personæ noua obligatio oritur, vt patri per filium,marito per vxorem sufficit vna filio oriri,d.l.eū qui.§.fin.sed quando est error in substantia personæ si secundum illam iudicaretur delictum remanet impunitū, tunc non attenditur.d.l.eum qui.§.pen.

b ¶Et deliquerit vltra. Adde de hoc vt late per Cepo.in consi.xxxiiij. vbi ponit de illo qui volebat occidere inimicum, & occidit patruum suum. & vide Paul.de Cast.in consi.excij. vbi ponit de illo qui volebat percutere adulterum cum baculo, deinde occidit, Ber.

Avgvsti. Tu autē in hac materia, adde Ang.in d.l.diuus.qui approbat do.Bart. ibi in omnibus,& vide Ang.in d.l.quoniam multa. qui ponit etiā ipse exempla in eo qui credebat verberare laicum, & verberauit clericum, & verberare seruum,& verberauit liberum, & facere iniuriam virgini, & erat meretrix, & percutere Titium,sed occidit Seium & surripere vnam rem,& surripuit duas,& verberare vnum & verberauit duos. & adde Ioan. And.in mercuria. in regu.cum quis. extra de reg.iur.qui ponit etiam ibi de eo qui credebat iacere cum soluta,& erat maritata,vel econtra quid iuris,& ibi disputat,an in delictis præualeat opinio vel veritas, & certe in hac materia non mihi displicet distinctio multum solennis do. Bald.per quam poteris limitare prædicta quam ipse posuit in l. si quis seruo. C. de fur. qui dixit,aut veritas & opinio habent se vt cōtraria,aut vt excedentia & excessa, aut vnum alteri compatitur per omnia. Primo casu si veritas est causa delicti,& opinio non, tunc dicit Bal. magis consideratur opinio quam veritas.allegat. l. inter omnes. §. recte. ff. de furt. quę lex optime probat.facit l.impubere. §.j.ff. de fal.vbi autem delictum est ex parte opinionis & non veritatis,tunc in consideratione est veritas.mouetur & per l.si seruum.§. ait prætor.ff.de acqui.hære tempera tamen prædicta quia dicit ꝙ fallit hic regula in casu d.l.si quis seruo.quando autem ex vtraque parte est delictum scilicet veritatis & opinionis,dic vt ibi, & dicit ꝙ prædicta procedunt quando plus est in opinione quam in veritate. Item quādo econtra per d.§.si quis virginem. & l.apud labeonem.ff. de iniu. Quid autem si habeant se vt se excedentia & excessa. Et tunc veritas est in consideratione, vbi opinio veritatē excedit per l. vulgaris.§. si quis æs. ff. de fur. Si autem veritas excedit opinionem,& tunc aut in diuersis delictis, & consideratur opinio.l. eum qui.§.cum aliquis.ff. de iniur. aut in eadem persona, & tunc consideratur veritas, vt l. eum qui nocentem.§. si iniuria. ff. de iniurijs secundum Andream de Pisis. Et dicit Bald.quod hæc procedunt in delictis in quibus animus requiritur, sed vbi animus non est de substantia delicti ibi veritas inspicitur. Si autem veritas & opinio per omnia sibi consonant,tunc non est dubiū quod vtrunque inspicitur,& subdit quod aliquādo delictū extēdit ad casum improuisum propter ipsius facti naturam, quæ ad talem casum verisimiliter se extendit per c. fin. de homici.in v . & per d.l. quo-

quoniã multa & quomodo probatur opi, Bal. allegat quod materia habetur in d.§. recte. & insti.de obl.quæ ex del .nas.§.placuit. & facit. l.senatus.C.de his qui sibi ascribunt.& in l.cũ quidã.§.quod dicitur.ff.de acqui.hære. Et adde glo.in c.j.quibus mo. feud.amit.quæ ponit de vasallo qui iacuit cum vxore domini non credens eam esse dominã suã. Et ibi Bald.subdit de vasallo qui interfecit vnum & deliquit in plus, q.a reperiebatur dominus suus, postea quid iuris. Et in hac materia bene faciunt not. per Bald.in l.venia. C.de in ius vocan. Et per Bal.in l.si qua per calum.C.de episco. & cler. & in l.si quis ignorans.ff. loca. & ea quæ habentur in l.pen.ff.de adulte.

SVMMARIVM.

1 *Insultus quid dicatur esse.*

1 FECIT insultũ cõtra dictum Titium.] †Insultus autẽ dicitur in aliũ saltus.l.ij.C. de iud.ibi velut insultãtes. ita dicit Ang.in l.si vacãtia.C.de bo.vacã.in ver. forma autem inquisitionis specialis est &c.lib.x.facit. l.respiciendũ.§.delinquunt.ff.de pœ. sed Dy. dicit in d.§.delinquunt. quod insultus est mo-

a tio de loco ad locum.& ibi Bar.& idem Bar.a in l.j.§.cum arietes.ff.si quadr. paupe.fe.di.dicit quod insultus dicitur promouere se de loco ad locum & aggredi,& insultare idem importat,nam aggredi est dicere, id est ad alium ire,& assilire est aduersus alium salire.sed Ro. in l.si percussor.§.si ff.ad Silla.dicit quod aliquando volumus hoc vocabulum intelligere secundum eius allusionem & distinctionẽ & non verificatur qđ dicit Bar.in d.§.delinquũt. quia est bona interpretatio ab allusione vocabuli.l j ff.de test.aũt secundum eius diffinitionem, & verificatur id quod dixit in d.§.cum arietes.facit.ff.ad l.aquil.l.si seruus seruũ. §. neratius.& ibi Flo.& hoc de insultu circa personas,sed de insultu circa vel contra castrum.vide Bal.in c.j.qui.mod.feu.amit.vbi dicitur qđ tunc insultum dicitur quando homines sibi propinquant ꝙ possint proijcere cum lapide, & hoc de verbo, insultus.sed de verbo, assilire, vel assultus quod idem significat. habes tex.in capit.j.§.porro.quę fuit prima causa bene.amit. Et subdit d. Ang.quod dictus insultus potest fieri pedes & eques, vt d.§. cũ arietes. & in terra & in mari, vt in l. quemadmodum. §. si nauis altera.ff. ad leg. Aquil.ita dicit Bald.in vsib.feud. in c.j.§.similiter.quib. mod.feud.amit.

ADDITIO.

a ¶Et idem Bart. Adde ꝙ opi.Bar. sequitur Fran. de Aret.in consi.xxxiiij. Ber.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia,adde Gand.in tract.malefi.sub rub. de pœna imponen.pluri.delin.in versi. pone insuper q.quæ assessoribus & rectoribus quotidie occurrit de facto, qui dicit quod ille dicitur assultus vbi insultus est factus cum actu, voluit dicere cũ percussione vbi autem est sine percussione illa dicitur insultus,quia actus non est consummatus, & declarat hoc modo, quia voluit te percutere & non potui,quia fui detentus,vel quia cecidi in terram, vel quia forte assultus aufugit,vel aliud quid simile accidit quod nõ percussit,ille dicitur insultus,& sic concludit ibi Gand.quod est differentia inter insultum, & assultum,quod non credo quia mihi placet sententia Bart.quam posuit ipse in d. §, cum arietes.tene tamen menti ꝙ nunquam aliquis dicitur fecisse insultum contra aliquem nisi insultans esset tantum propinquus illi qui fuit insultatus quod posset verberare ipsum. Ista est aurea sententia Bal.in c.j.§.similiter.quib. mo.feu amit. Et ideo si vnus esset in vna turri non posset insultare alium qui esset in alia turri.ita declarat Bal.in loco supra alle. in d.c. j.nisi diceremus quod illa cum vna balista vel alio modo posset ostendere illum qui erat in alia turri per suammet doctrinam Bald. in d. ver.similiter.& hæc omnia bene no.quia alias istam q. vidi de facto in hac ciuitate Ferrariæ. Adde in hac materia Catal. in tract. syndi. q. cxxxvj.qui notabiliter loquitur.

2 *Insultus quando puniatur una cum actu secuto & quando non.*

2 ANGE. † Et aduertas tu iudex quod si post insultum sequatur aliud maleficium punibile, & de tali maleficio est maior pœna quã de simplici insultu,tũc nunq̃ de insultu punitur, i no pœna insultus cõfunditur cum pœna vulneris,vt l.qui crimen.& ibi glo.& Cyn. C. de accu.not.Bart.in d.§.delinquunt. & Bald. in d §.similiter. Si vero ex forma statuti maior esset pœna pro insultu quam pro maleficio postea commisso,tunc de insultu punitur,vt no. in dictis iuribus,& plene no. Bar. in l.nunquã plura.in ver.iuxta hoc quæro.ff.de priua.delic.

sic.licet Ang.in d.l.qui crimen. tenuerit contrarium & male, & predicta procedunt qñ in inquisitione simpliciter dicitur,fecit insultum in quo etiam Caium vulnerauit, & sic continuatiue. Secus autem si poneret verba importantia interuallum temporis inter insultũ & vulnera, vt puta fecit insultũ contra Caiũ, & interuallo temporis ipsum vulnerauit. Et tunc de insultu & vulnere poterit pœna imponi.ita dicit Bal. in l.fructus.& in l.diuortio.ff. sol.mat.quod bene no.tu iudex in limitatione pœnarum secus si diceretur fecit insultum, & postea vulnerauit quod non intelligitur ex interuallo sed successiue, vt l.quoties.§.si quis ita scripserit.& Ibi Imol.& Ange. de hæredi. insti.& no.Ang.Rapha.& Imo.in d.l.fructus. quæ omnia bene no.quia semel habui de facto: AVGVSTI. Tu autẽ in hac materia,adde quod Gandi.istã.q.late disputauit in trac. malefi.sub rub.de pœnis & percussionibus, & in sultu in ver.pone insuper .q.quæ assessoribus, & rectoribus quotidie occurrit & arguit pro & contra tandem dicit quod Franc. Accursij, istam q.disputauit & refert eius opin.sed iste Gandi: videtur approbare sententiam Guid. de Suza.qui in hac quæstione soluendo dixit ꝙ si insultum feci eo animo vt percuterem,& tunc tantum de percussione fit punitio & nõ de insultu,quia vnum delictũ est per d.l.quoniam multa. Si autem insultum tantum facere proposueram,& pro ipso insultu crescente rixa etiam percussi, tũc dicit ꝙ debeo puniri & pro insultu & percussione, quia voluntas & propositum distinguunt maleficia.ff. de fur.l. qui ea mente. sed quid præsumemus in dubio si de animo & voluntate non cõstat,dic ꝙ insultans voluerit tãtum percutere.d.l qm multa. Adde tamẽ quod Albe.de Rosa.in quæstionibus statuto. in ij. parte.q.xxviij.in q. incip. iij.q est statuto cauetur quòd pro assultu quis puniatur in centum,vbi etiam ipse in hac materia arguit pro & cõtra & multa alleg.& doc. antiqu.in quibus locis disputauerunt istam q. & alleg.Ber.in c.j.de pę & Spe.ibi vide.& vide Bal.b in c.j.§.furtum.de pa. iur.fir. qui limitat prædicta ꝙ licet insultus confundatur secuto vulnere regulariter tamen hoc habet locum in eodem territorio, ꝙ si insultus fuit in vno territorio & continuando delictum fuit cõmissum in delicto territorio & consummatum, tũc insultus non confunditur cum delicto perpetrato, sed delinquẽs punieť de vtroque,& in hac materia omnino vide Sali. in l.i causis.C.de accu.In hac materia vnũ pulchrũ consilium fecit Bald. quod incidit. Michael Archangeli,vbi multa mirabilia dixit, & omnino pulchra verba dixit in l. aduersus. C. de fur.in vlt.col. Et vide Catal.in tract. syndi. in q.cxxxvi. & vide Nellum in tract. bannitorum.in ij par. secũdi temporis.q.liiij.qui multum eleganter loquitur.

b ¶Et vide Bal. Adde ꝙ dictum Bal.in d.§. furtũ. sequitur Fran.de Are.in suo consi.x. & in materia, vide etiam Alex.in consi.cxvj.si dicitur fecit insultum & postea vulnera. Ber.

3 *Statuto magis puniente insultum factum ad domum alicuius, quando dicatur factum ad domum.*

3 ANGE. † Quid autẽ si statutũ punit magis insultũ factũ ad domũ alicuius qñ dicatur factum ad domũ.vide tu glo in l.quidã hiberus. ff.de ser.vrb prædi.& ibi Flo. ꝙ per quinque pedes. Idem videtur velle Bald. in d.§. similiter.sed Bart. in d.l.apud labeonem,§. conuitium.ff.de iniur. dicit ꝙ importat quòd venerit iuxta domum vel in pertinentijs domus, vt ff.quod vi aut clam.l.qui vitæ.§.qui ad ianuam. siue sit propria, siue sit conducta, sed non verificatur si fiat ad stationem, vt est tex. in l.lex cornel.§.domum.& §. in fundum.& ibi Bart.ff.de iniur.& idem dicit in l. qui domum.ff. de adult. Si autem puniret insultum factum in domo, an sit punibile si est factum in porticu vel ostio. Bart.in l.meminisse.ff.de offi.procon. & leg. videtur velle ꝙ factum in ostio vel porticu si cohæret in domo dicitur factum in domo sed in l.j.§.j. ff. de cloa. dicit ꝙ si statutũ dicit in domo non sufficit esse in ostio nisi fiat inter clausuram ostij, secus si fiat in hospitio in illa parte quæ aperitur ab extra l.j.§.in flumine.ff.de flumi.sed Bald. & Flo. in d.l. quidam hiberus. dicunt ꝙ quo ad materiam fauorabilem appellatione domus continetur porticus ostium, vtputa quicunque fuerit inuentus de nocte sine lumine extra domum soluat. x. si inuentus fuerit in suo ostio vel porticu. dic quòd non incidit in pœnam, quia tunc porticus appellatione domus continetur. l. prædijs. §. penult. & fina.ff. de leg. ij. & hoc vult. Bald. in l. prædia.§. senatus.ff. de lega. primo. & ibi Raph. sed ad prædicta vide Bartol. & Imol. ibi, aut est odiosa dispositio vt in augendo pœnam insultãti ad domum, tunc porticus non comprehenditur, ita intelligatur alia opin. Bartol. sed forte isto casu non esset malum dicere, vt

re, vt ibi dicit Flo. vtrũ porticus sit affixus domui, & tunc vt pars domus iudicabitur, alias non. Et maxime qñ statutũ pœnale loquitur per dictionẽ ad, videlicet ad domũ, & non per dictionẽ in, videlicet in domo.

AVGVSTI. Tu autẽ in hac materia, an
a appellatione domus a veniat ostium. adde Ang. in l. pleriq;. ff. de in ius voc. vbi dicit ꝙ de ista materia est melior tex. q. sit in corpore iuris. insti. q. mo. ius. pa. po. sol. §. si ab hostibus. & §. seq. de qua materia per Bal. in l. gallus. §. ille casus. ff. de libe. & posth. & per Bal. in rub. ff. sol. ma. per Bal. in l. data opera. in xv. col. C. qui accu. per Bal. in l. præsenti. in princ. C. de his qui ad eccle. confu. per Ioan. And. in addi. Spe. de immu. eccle. Adde bonam gl. in c. hæc de charitate. in gl. fi. de pœ. dist. ii. quæ dicit ꝙ ille qui est in porta, partim est in domo, & partim extra. & vide Bal. in l. & ita de facto. ff. nau. cau. stabu. qui dicit ꝙ illud quod fit iuxta ostiũ nõ dicitur fieri in domo. vide notabile verbũ Bald. in l. fistulam in. §. scalas. ff. de ser. vrb. prædio. qui dicit quod appellatione domus nõ venit scala quę est extra hostiũ domus, quantuncunq; sit contingua cum muro domus. Adde Io. Andre. in c. vnico. extra de conse. eccle. in vi. & Ange. in l. codicil. mili. ff. de test. mil. an aũt appellatione domus cõtineatur porticus. adde Pau. de Cast. in l. ꝙ conclaue. ff. de dam. infe. & per Bal. in rub. ff. sol. ma. per do. Ant. de Bu. in c. inter alia. extra de immu. & per Spe. in tit. de iniur. §. i. versi. sed pone statuto, per Ang. in l. plerique. & in l. sequenti. ff. de in ius vocã. & ibi no. dicit quod licet q̃s nõ posit capi in domo, tñ poterit in porticu qui est diuisus & separatus à domo. quæ gl. in cle. causam. extra de elect. in verbo, domo. quæ gl. vult: ꝙ tantum est quod aliquid fiat ante domum quãtum si in domo. & ibi Imol. dicit quod si aliquid est factum in porticu cẽsetur esse factum in domo, quod facit pro statutis, & ibi allegat aliquas remissiones. & vide do. Abb. in c. ecclesiæ. extra de immu. eccl. qui per tex. in c. si quis contumax. xvii. q. iiii. dicit quod porticus ecclesiarum gaudet priuilegio ecclesiæ, & per hoc infert ad quæstionẽ nostram, an porticus comprehendatur appellatione domus adde tñ tu ad propositum text. qui videtur destruere cõem opi. in c. i. extra de decimis. vbi aliqua permitũtur fieri in porticu & vestibulo, quę nõ sunt permissa fieri in templo. & ibi d. Abb. dicit multum singulariter no. istũ tex. tu qui expresse decidis ꝙ stãte statuto quod qui percutit aliquem in domo, incidat in tantã pœnam. Si aliquis est percussus in porticu non incidit in pœnam. & vide Bal. in l. sed si. ff. de in ius vocan. qui approbat do. Iacob. de Are. in hac materia in l. cetera. §. hoc senatus. ff. de leg. i. adde Imol. in cle. i. in fi. extra de pœ. & Alb. de Rõs. in ii. par. statutorũ. q. xc. & ibi arguit ꝓ & cõtra, & multũ notabiliter loquit. & adde Alb. in eadem parte. quæstio. xxxiiii. adde Ang. in l. militis codicillis. ff. de test. mil. in fi. prin. & ꝑ Host. in summa de accu. §. iii. in ver. sed si crimẽ. qui ponit q̃d sit porticus. & Bar. in d. l. ꝙ cõclaui. Late dixi đ ista materia ĩ addi. meis post Mod. in d. l. cetera. §. hoc senatus. ff. đ leg. i.

ADDITIO.

a ℭDomus Adde in quid veniat appellatione domus, & an stante statuto ꝙ nullus posit capi in domo, an poterit capi in apotheca ? siue habeat accessum per domum siue nõ. & vide per Pau. de Ca. in cõs. xiiij. in j. impressis, & an factũ in porticu dicatur factum in domo, vide Pet. de Anch. in consi. clxix. Ber.

4 *Verba mouendi se de loco ad locum denotant insultum.*

4 ANGE. †Et bene not. ꝙ in inquisitionẽ nostra dicitur mouẽdo se de loco ad locũ, nã prædicta verba denotãt insultũ, alias autem si tu veniens mecum vt socius alio iturus nulla rixa inter me & te interueniente
b me offendis diceris proditorie b fecisse non aũt fecisse insultũ, vel si sedes mecũ in mẽsa me offendis tũc non potest dici quod insultus interuenerit. ita nota dicit Barto. in dicto. §. delinquunt. & Bald. in l. i. in princ. quibus. mod. feu. amit. vbi plene no. de isto actu proditorio.

b ℭProditorie fecisse. Adde & vide infra in versi. che hai tradito la tua patria. & vide Cep. in cõs. xxxiiij. ꝙ stãte statuto ꝙ bãnitus posit impune offendi ꝙ ꝓditorie occidẽs bãnitũ nõ iuuatur statuto, nisi sit bãnitus ꝓpter crimẽ læsę maie. Ber.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia, adde quis dicatur proditor. vide id quod tradit Petr. de Ancha. in repet. cap. primo. de consti. in ordine meo in lxxiii. chart. ibi not. loquitur & Bald. in lege inter nullas. C. de episcop. & cleri. qui alle. Ioan. And. in

in c.i.de homi.lib.vi.in nouel.vide gio.in c. clerici el.ii.xlvi.dist.Ang.in l.non impossibile.ff.de pac.vide no.in l.i.ff.de pac.Bal.& Sali.in l.ii.C.quæ res exportari possit. & dicit Bal.in c.i.de eo qui interfecit fratrē domini sui quod proditor nō debet stare coram principe,& ille qui occidit cū veneno dicitur proditor. Bal.in l.fi.de sum.tri.& fide cath.& in l.cū fratrē.C.de his q. vt indi.

5 *Statuto loquente de insultu facto ad domum an habeat locum in domo communi.*

5 ANGE. † An aūt si domus sit cōis c habeat locū statutū prædictū de insultu facto ad domū videt̄ q̄ nō,quia q̄ cōe est meum ficte est, vt l.illud.ff.de ritu nup.& fictio nō habet locū in statutis,igit̄ &c.Bal.in d.l.illud.& in l.i.C.q.test.face.pos. distinguit q̄ aut illa domus erat cōis cum vulnerauit,& tunc statutum non habet locū.l.sed & militis.ff.de excu.tut.aut cum alio,& tūc statutum habet locum.not.in d.l.i. & in l. serui elec.§.fin.ff.de legat.i.& ita debet intelligi quod ibi not.Barto.

c **Sit communis. Adde tu & vide Pau.de Cast.in consil. cccxliij. vbi ponit an stante statuto quod vicinus possit auocare rem emptam ab emptore, si sunt duo socij domus pro indiuiso,an vnus possit auocare, & id quod est cōmune dicatur meū. vide Abb.in consi.lxxxiij.in ij.volu.& Soci.in cōs.ccxlv.col.v.versi.sed ad hoc fundamentum.**

AVGVSTI. Tu aūt in hac materia, adde q̄ pro decisio.Bal.fac.t quia statutū puniēs inferentem iniuriam ad domū alicuius,habet etiam locū in domo cōducta quę pœnitus non sit illius insultati.l.lex cornel §.domū.ff.de iniur.ergo multomagis in domo communi,q.a solum statutum cōsiderauit domum pro habitatione & hoc voluerunt Pau.de Ca.& Ang.in d.l.i.C.q.test.fa.pos. & Bal.in l.illud.ff.de ritu.nup.in repoitatis antiquis & Ro.in l.illud.§.edictū.ff.ad Sil. & similem decisionem posuerūt ibi Bal. & Ang.sed Ro.in l.i.C.qui test.face.pos.tenet contrarium,quia id quod cōe est meū ficte est,& non proprie,vt no.Bar.& oēs doc.in d.l.serui electione in.§ fi.ff.de leg.i.sed verba statuti proprie & non ficte debent intelligi.l.iii.§. hæc verba ff. de nego. gest.l.i.§. hoc interdictum.de cisterna.ff.de fonte.igitur &c.Sed puto nō esse recedendū ab opi. Bal.in d.l.i.tanquam cōi,quia vbicūq; vna sola ratio reddi potest p̄ statuto, licet in eo non fuerit expressa,tn̄ habetur pro expressa.no.gl.in l.quamuis.C.de fideicō.est tex. in l.militis agrum.ff.de re mili. quem text. ad hoc allegauit Bald.in l.maximum vitiū. C.de lib.præte.& Raph.& Pau.de Ca.in l. si vero.§.de viro.ff.so.ma.& Imo. in l.fi.ff. de hæred.insti.sed ita est quod vbi ratio est expressa in lege.tunc sit extensio, etiam in correctoriis.no gl.in cle.i.in verbo , eligat. extra de elec.& ibi per Pau.de Liaza . & dixi in l.i.ff.de lega.i.sed ita est in casu nostro q̄ non pōt alia ratio reddi,quia domus debet esse tutissimum refugium.l. pleriq;. de in ius voc.ergo dicēdum est istud statutum debere intelligi etiā in domo cōi,& inquātum do.Ang.hic,& Bar.in d.l.serui electione.§.fi.ff.de leg.i.per gl.quā reputauit singularem in.l.id quod nostrum.ff.de reg.iu. dicūt quod id quod commune est,meū est, ficte & non proprie. Adde quod Albe.de Rosa.in prima parte statutorū.in q.clxxvi. expresse decidit contrarium,quia nō est verū quod ficte debeamus intelligere quod commune est,meum sit,imo p̄prie hoc est de proprio significatu vocabuli. & allegat tex.in d.l.illud.ff. de ritu. nupt.& certe ille tex.videtur decidere contra Bart. & domi. Ang.hic,nam ibi fuit reprobata sententia Iaboleni iurisconsulti qui dicebat quod res communis non est proprie illius qui habet partem in re,& ibi dicit q̄ multi iurisconsulti dixerunt contrarium, quod liberta cōmunis dicitur esse proprie illius qui habet partem in ea.vide tamen Pau.de Ca.in cōsil.cccxli.qui limitat dicta Bart. & gloss.in dicta l.id quod nostrum.& quia multas & infinitas decisiones posui in hac materia in additionibus meis,quas feci in d.l.serui electio.§.fi.ff.de legat.i.in i.colum. ideo dic vt ibi dixi.sequitur glos. in platea communi.

SVMMARIVM.

1 *Locus commissi delicti confinatus maxime duobus confinibus an in inquisitione sit ponendus & quando.*

1 
N platea communis.] † Dic quod locus commissi delicti confinatus,maxime duobus confinibus in inquisitione est ponendus, vt notatur in l. libellorum.in princip.ff. de accusa. & l.ii.§. in

in publico ff. de adult. per Bart. quod est verũ in omni crimine quod committitur in cõmittendo præterquam in crimine falsi, quia in eo non est necesse ponere locum delicti, vt not. glo. insti. de pub. iud. in prin. & dicam infra super glo. in ver. falsario. in versi. & tene menti tu iudex. secus autem est in delictis quæ committuntur in omittendo, quia in illis non est necesse quod apponatur locus delicti, vt dicam infra in hac ea. gl. in ver. & prædicta procedunt in delictis.

Avgvsti. Tu autem in hac materia, adde quę dixit Bal. in l. edicta. C. de eden. in ver. viij. opponitur qui dicit quod in inquisitione non debemus apponere locum, quia nullibi in l. aliqua hoc cauetur: nec obst. l. libellorum. ff. de accu. quia lex procedit in accusatore qui nõ caret odio, sed nos in iudice. item addatis hęc non procedere in crimine hæresis vbi non requiritur locus, ita singulariter dixit Bal. in l. j. C. qui accus. in v. colum. & ibi vide rationem. Et quia multa in ista materia dixi in gl. supra hæc est quædam inquisitio in additio. meis in illo articulo, an in inquisitione requiritur locus & tempus, & multa allegaui ibi. ideo me remitto ad ea quæ ibi dixi, & ibi tetigi quid in crimine falsi & ideo approbo quæ ibi dixi. In delictis vero in omittendo, dicam infra in hac ea. gl. in d. ver. Et prædicta procedunt in delictis in additi. meis.

2 *Locus loci an debeat poni in inquisitione.*

2 Ange. † Quæro an locus loci debeat apponi, dico quod si vniformiter delictum non est punibile? quia ex forma statuti forte post medium plateæ est maior pœna, & tunc locus loci est inferendus ad hoc vt necessario concludatur in maiori pœna l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de oper. no. nun. ita dicit Bart. in l. libellorum. ff. de accu. in ver. quæro circa tempus.

Avgvsti. Tu autem in hac materia, adde quod Spec. in titu. de accu. & inquisitio. & denunciationibus in vlti. parte in §. j. circa princ. tetigit istam q. & ibi decidit expresse & indistincte dicit quod locus loci est apponendus, & probat autoritate testamenti veteris, quia illi qui calumniabant Susannam fuerunt interrogari de loco loci scilicet in pomerio & sub qua arbore, & sic de loco loci. In hac tamẽ materia potes addere omnia ea quæ dixi in l. de pupillo. §. qui nunciat ff. de ope. no. nunc. vbi multa dixi an locus loci sit ponendus in instrumento, dic vt ibi dixi.

3 *Locis pluribus existentibus eiusdem nominis, an requiratur ut demonstretur expresso nomine.*

3 Ange. † Quid si sint plura loca eiusdem nominis vt duæ villæ an requiratur vt demõstretur expresso nomine. Bar. in d. l. libellorũ. in prin. in versi. secundo quero. dicit ꝙ si vere locus est sub iurisdictione dicti iudicis qui tali nomine nũcupatur, licet alia plura sint eiusdem nominis, quæ tamen non sunt sub illa iurisdictione, & sufficit quod locus demonstretur, quia præsumetur dixisse de eo qui est sub sua iurisdictione, secus si sunt sub sua iurisdictione plura eiusdem nominis loca, quia tunc tanquam incerta inquisitio non procedit nisi alio modo specificetur locus. l. ita fidei. ff. de iure fisci. Et ita etiam videtur sentire Bart. in l. quoties in stipulationibus. ff. de verbo. oblig. sed Bart. in l. quæ conditio. ff. de conditio. & demon. tenet, quod quamuis locus appositus & nominatus in inquisitione sit sub iurisdictione iudicis, tamen si sint loca similis nominis & alterius iurisdictionis, quia ciuitas non subintelligitur in inquisitione, imo debet apponi in dicta l. libellorum. tunc etiam debeat alijs signis specificari, alias repellitur tanquam accusatio vel inquisitio sit obscura propter locum obscurũ, & ita ibi tenet Imol. sed ego credo primum dictum verius, & maxime in inquisitione, quia si iudex inquirit de delicto cõmisso in villa sancti Martini, & vna villa subdita iudici inquirenti, nuncupetur dicto nomine de ea quæ est sub sua iurisdictione & non de aliena ipse intellexit, alias de delicto alibi commisso non ita faciliter potest fieri punitio, nisi forte ratione originis, l. j. C. vbi de cri. agi opor. & maxime per modum inquisitionis, vt no. Bar. in l. j. C. de sum. tri. & fid. catho. & supra dixi in versi. hæc est quædam inquisitio. igitur de sua intelligitur ne delicta remaneant impunita, & hoc tenet Raph. etiam in accusatione in d. l. quæ conditio. §. j. per gl. in l. quoties. de verb. oblig.

Avgvsti. Tu autem in hac materia, adde quæ dixit Bar. per illum text. in l. ita fidei. ff. de iure fisc. circa princi. qui dixit propter diuersitatem rerum legatum dicitur obscurum per quod infert quod si in inquisitione continetur delictum esse commissum in villa sancti Martini, tamen si in comitatu Perusij sunt plures villæ hoc nomine nominata non videtur appositus certus locus per illum tex. tamẽ Bart. ibi se remittit ad d. l. ... ipsum in d. l. libellorum.

libellorum, sed aduertas quod mihi videtur cõtrarium ꝙ ille locus censeatur appositus quãdo sunt plura loca eiusdem nominis in quo loco nuncius citauit reum, & pro hoc adduco id quod eleganter tradidit Bal. in l. eum quem temere. ff. de iu. qui dicit quod licet citatio reddatur obscura quando sunt plures eiusdem nominis, tamen fuit iudicatum Florentiæ quod ille censeatur esse certus, quem nuncius citauit, & pro hoc creditur citatio clara propter illam citationem, & nuncio creditur in c. cum parati. extra de app. & pro hoc possumus concordare opin. cogita tu.

4 *Pœna si imponatur maior delinquenti in principio plateæ quæritur quod dicatur plateæ principium.*

4 ANGE. † Quid autem si pœnã ponat maiorem in principio plateæ, quæritur quod dicatur plateæ principium. not. Bart. in l. ij. ff. de fur. & dicit ꝙ principium dicitur à parte superiori vsque ad xij. partem. & inferior pars plateæ est ad quam descendit cursus aquæ. vide etiam Bar. in l. j. in prin. ff. si quis ius dicen. nõ obtem. & in l. nemo. C. de temp. app. & Bal. in rub. ff. de re. diui. in ver. sed quando cognoscã ꝙ alueus est mutatus. cum ver. seq.

a AVGVSTI. Adde a tu dicta Bart. in tract. suo Tiberiadis, qui ponit aliqua de isto principio & fine. & vide Ang. in l. ij. ff. de furt. qui in aliquibus contradicit Bart. Moder. vero in l. j. in §. j ff. si quis ius dicen. non obtem. approbant dicta Bar. ibi & vide ibi doct.

ADDITIO.

a ¶ Adde tu. & vide Petr. de Anch. in consi. xcix. qui dicit Bar. in d. l. ij. de fur. bene loqui. Ber.

5 *Platea quæ dicatur.*

5 ANGE. † Quæro quæ dicatur platea, quia vt plurimum statuta augent pœnã in delictis commissis in platea. pone si vnum ædificium erat penes plateam destruitur autoritate publica, an via quæ erat penes dictum ædificiũ remaneat via, an vero censeatur platea. Bar. in l. j. ff. de via publi. & loco publico. dicit ꝙ illa via à modo censebitur platea, sed vt plurimũ cõfinatur platea per statuta quæ sunt seruãda.

AVGVSTI. Tu in hac materia considera si non sunt statuta quis sit communis vsus hominum in illo loco & quantum contineat ipsa platea. arg. eorum quæ habentur insti. de re. diui. in §. vniuersitatis. vel distinguerem, aut sumus in odiosis, aut in fauorabilibus vt videamus quid comprehendatur appellatione plateæ iuxta ea quæ dixi in simili in l. j. ff. de verbo. obli. cogita.

6 *Statuto dictante si quis offenderit aliquem in tali via per quam itur ad talem locũ, puniatur pœna dupli an includatur offensa facta in fossatis quæ sunt in dicta via.*

6 ANGEL. † Quid si statutum dicit ꝙ si quis offenderit aliquẽ in tali via, per quam itur ad talem locũ, puniatur pœna dupli, an includatur offensa facta in fossatis quæ sunt in dicta via. dic quod non, quia illa nõ est via, qui à nemo per dicta fossata vadit l. ij. §. ait prætor. ff. ne quid in loco publico. ita dicit Bar. in l. riparum. ff. de rer. diuisi. Si autem quis offenditur b in dictis fossatis b quæ sunt extra sepem & viã an dicatur offensus in re sua, vt cõprehendatur à statuto quod duplicat pœnam offendenti in re aliena. Bald. in d. l. riparum. dicit quod non, quia non sunt plene sua, quia talia fossata de per se non censentur sua nec per se sola possent vendi, vt ibi per eum.

b ¶ In fossatis. Adde tu & vide Alexand. in cõs. xxxvi. in fin. in j. volum. & ibi quando fossata stent in confinibus vel sint domini prædiorũ Ber.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia statutorũ, dic quod decisio etiam melius potest colligi ex his quæ eleganter tradita sunt per Bart. in tract. suo tiberiadis circa princ. in ver. ago. vide aliquid per Bald. in rub. ff. de re. diui. in xiiij. col. vide no. in l. prędia ff. de fun. instr. & instrumen. lega. § itẽ legatum. & vide not. per Bar. in l. ꝙ impensa. ff. de impen. & in cõs. suo clxxxviij. & ibi colligitur in prædictis locis quando fossata veniant in stipulatione.

7 *Percutitur quis in vno loco & in alio loco incontinenti moritur quis locus debet apponi.*

7 ANGE. † Quęro quis in vno loco percutitur & in alio loco incontinenti moritur q is locus debeat apponi. dic percussionis & non mortis, quia videtur mortuus vbi est percussus. l. ait. ff. ad l. aquil. ita dicit Bar. in d. l. libellum. versi. sed quæro aliquis percussit. ff. de accu. & Sali. in l. pen. C. de accusa. in versi. adhuc quæritur.

AVGVSTI. Tu autẽ in hac materia, adde quod mihi videtur indistincte dicendũ, quod vterque locus debeat apponi per text. in l. si vulnerato seruo. ff. ad l. Aquil. qui videtur velle quod vterque locus sit apponendus ex quo duo cẽsetur delicta. vide Fio. in l. ait lex. ff. ad

ad l. Aqui. sed hic non me extẽdo, quia oĩa ista fuerũt tacta in gloss. in verbo, de anno presenti. in iiii. q. prin. & in seq. q. & ibi vide quæ dicta sunt & in tex. & in addi. meis, & adde Bar. in terminis ponentẽ istã quest. in l. itẽ mela. §. si plures. ff. ad leg. Aquil. in fi.

8 *Delinquente cum sagitta existente in platea, & vulnerante aliquem existentem extra plateam, qui locus confinabitur.*

9 *Vulnerato aliquo extra plateam qui fuerat apprehensus in platea, & extra illam portatus, an puniatur percutiens tanquam vulnerauit ipsum in platea.*

10 *Statuto cauetur quòd licitum sit inuentum in possessione sua damnum dantẽ percutere sine pœna, si aggredior damnũ dantem in possessione & prosequor ipsum fugientem extra possessionem meam & percutio extra meã possessionem nunquid licite percusserim.*

8 A N G E. †Quarto quid si aliquis existens c in platea sagittat aliquẽ extra plateã c quis locus confinabitur Bar. in d. l. libellorum. in ver. vlterius quo. dicit ꝙ verba statuti sunt attendenda. nam si dicit si quis sagittauerit aliquẽ & tunc platea est cõfinãda, aut dicit si quis percusserit, & quia percutere est erigere cutẽ, cõfinabit locus vbi erat q. percussus est. vide Cy. in simili. C. vbi de crim. agi opor. l. i. sic ergo videmus quod aliqñ inspicimus principiũ id est locum, aliqñ vltimũ, & tũc cautela est secundum Bal. ꝙ semper vterq; locus apponat ꝙ Sali. in l. pen. C. de accu. in ver. quid in balistante. dicit fore necessarium vt reus possit facere plenas suas defensiones, & deliberare an velit cedere vel contẽdere, vt l. qui accusare. C. de edẽ. & in l. i. ff. de eden. Si aũt statutũ dicit si qs sagittando aliquem percusserit, & tũc dicit Salic. ꝙ vterq; locus debeat apponi per supradicta. & idem si statutũ dicat si quis sagittauerit & aliquẽ percusserit, quia copula & principaliter copulat, & sic locus vterq; de necessitate debet apponi prædicta vera d qñ initium d & finis sunt prohibiti per supradicta, ne reus teneatur duplici pœna ꝓpter loca diuersa. Si vero initium erat licitũ & habebat causam licitam, tũc inspicimus initium & nõ finẽ l. quod ait §. quod ait. & ibi per Bar. ff. de adul. facit l. quicunq; ma-9 ior. ff. de bo. lib. §. i. †Quod facit ad multa, pone aliquis cœpit aliquã personam in platea, & eã portauit extra plateã & ibi vulnerauit, an puniatur tanq̃ percusserit ipsum in platea. d. l. ꝙ ait. facit quod sic. sed tñ per prædicta apparet contrariũ quia initiũ fuit licitum, ideo inspicietur locus finalis, & eodem modo si aliquis insultat aliquẽ in platea & ipsum infugat & percutiat extra plateam non vr̃ ipsum vulnerasse in platea, & per hoc Cy. in l. qui de crimine. C. de accus. in iiii. q. dicit ꝙ si aliquis insultat aliquẽ cũ gladio euaginato in territorio vnius iudicis & eum in sequendo in territorio alterius iudicis interfecit debet fieri executio & iustitia vbi est factũ homicidium. arg. l. ita vulneratus in princ. ff. ad l. Aqui. & l. quoniam multa. ff. ad l. Iul. de vi. & vide Bar. in d. l. libellorum. & Floria. in d. l. ait. ff. ad l. Aquil.

10 †Tertio facit pone statuto cauet ꝙ licitũ sit inuentũ in possessione sua damnũ dantem percutere sine pœna, pone quod aggredior damnũ mihi dantẽ in possessione mea & ipsum fugientẽ extra possessionẽ ꝓsequor & ipsum percutio extra possessionẽ meã. certe ipsum licite percutio, quia initiũ fuit licitũ, ita no. dicit Bart. in d. §. quod ait lex.

c ¶ Extra plateam. Adde tu & vide Bald. in cons. xcvj. in ij. volu. & prędictis adde Aret. in cap. fi. de foro compe. vbi ponit de sagittante in vno territorio & vulnerante existentem in alio territorio quis erit iudex. & adde etiam quod dictum Barto. in d. l. libellorum. sequitur do. Maria. Sozi. in cap. postulasti. extra de fo. compe. & adde etiam prædictis Abb. in cap. j de præsump. & Ioan. And. in c. j. de conse. eccle. vel alta. & do. Maria. in c. j. de rapto. & in c. qualiter & quando el ij. art. xi princ. q. vi. de accus. Strad.

d Quando initium. Adde & vide Alexand. de Imo. in consi. xxuij. in ii. vol. vbi ponit de eo qui fuit inuentus in domo & vulneratus & extra domum mortuus. Ber.

A V G V S T I. Tu aũt adde doc. maxime do. Ant. de Bu. in c. fi. extra de fo. cõpe. q. videtur velle quod si quis sagittat in vno loco, & ipse sagittatus est in alio qđ in vtroq; loco pôt dici factũ esse delictũ, & ideo subdit ipse qđ si qs in vno territorio habet arcum in manu cũ sagitta & sagittat vnũ qui est in alio territorio alterius iudicis, qđ respectu loci vbi delicta sunt facta ambo erũt iudices, subdit si vterq; cõcurrãt ille iudex obtinebit in cuius territorio sagitta percutit, & ibi multa allegat. Et certe ista materia

proprie

proprie depēdet à dictis Ioā.An. vbi format similes qōnes in maleficiis in addit. ad Spec.in ti.de inquisitione.in §.nunc tractemus.vers.super hoc vide decretalem statuimus.qui alle.Ia.Bu.in q.sua quæ incipit statuto ciuitatis qui ponit qō.de eo qui fuit captus in vno loco & positus super æquū expoliatus in alio loco vbi debeamus dicere delictum fuisse cōmissum.& vide doc.& Io. And.in c.i.de priui.lib.vi.qui ponit q de eo monacho monasterii exempti qui status in loco exempto percussit cum lapide existentem extra locum exemptum.Et ibi dicit ꝙ ista q.fuit Egidii Cremonensis,& ibi vr̄ cōcludere ꝙ illud delictum in vtroq; loco cōsiat esse cōmissum adeo ꝙ vterq; iudex potest inquirere.ar.l.si.plures.ff.arbo.fur.ces. in fi.& idem videtur velle Fran. secundum eū in c.fi.de fo.compet.per c.illorum extra de sen.excom.& c.pastoralis.extra de testi. & adde Io. And.in reg.in obscuris.de reg. iur.in mercu.in prin.dum dicit primus immisit in secundū gladium,lāceam vel sagittam,dubitatur in quo loco quis sortiatur forū.Et in terminis nostris omnino vide pulchra verba Bal.in l.i. C.vbi de cau.pos.agi opor.quicquid sit lege oēs istos doct. plus mihi placet snīa Bar.q̄ posuit in d.l.libellorū.dicat Sal.quicquid velit in d.l.pen.C. de ac.& adde Bal. in c.i.i.§.furtū.de pa. iu.fir.

11 *Locus an confinari debeat quando quis mittit gentem ad terram abiectam.*

11 ANGE. †Quæro quid si quis misit gentē ad terrā alienā.q̄s locus cōfinabit Bar.in d.l.libellorū ver.iuxta hoc q̄ro.dicit statutū q̄d in delictis habētibus causam successiuā locus & tēpus perfecti delicti inspici & cōfinari.l.semper.ff.ꝙ vi aut clam.Si vero maleficiū respicit totum cōe ciuitatis, vt quia ipsum occupauit vt ciuitatē Assisii, tunc in inquisione contra occupantē non est necesse apponi confinia, vt l.de pupillo.§.q nunciat.ff.de ope.no.nun.ita dicit Bar. in d.l.libellorū.in vers.quero.volo aliquē accusare.& hoc no.Bar.in l.pe. C.de insti.& substi.sub condi.factis.dic vt ibi,sed hoc nō est mirū.nam debes scire ꝙ q̄n contractus vel maleficium fit in loco notorio nō est opus quod confinetur,vtputa q̄n fit in palatio potestatis vel in ecclesia sancti Petronii, tunc non est necesse ꝙ ex confinibus verificetur quod clarū est.l.i.in fi.ff.de dot.præle.ita dicit Bar.in l.demonst.ff.de cōdi.& demō.& Bar.in l.si quis in fundi vocabulo.ff.de le.i. & sic no.q̄d si indictis locis nō apponūtur confinia nō vitiabit ꝓcessus & contractus, possunt tn̄ apponi & apposita nō vitiant, vt l.q̄ dubitationis.ff.de reg.iu.q̄nimo fortius dico,q̄d si cōfines apponunt in loco notorio & erret nō vitiatur inquisitio.arg.no.in l.vinum.ff.si cer.pet.& l.i.§.i.ff.de rei vend.

AVGVSTI. Itē adde tu inquantū dictū est q̄d si malefciū fit in loco notorio a non est opus q̄d cōfinet, vt puta ī palatio huius ciuitatis, dic q̄d hoc idē tenuerunt Moder. maxime Imo.& Pau.de Ca.in d.l.si quis in fundi vocabulo.per l.cū seruo.§.i.ff.de contrahen.emp.& d.l.i.§.i.ff.de do.præle.cum ꝓpter qualitatē expressam reddat certus, & fuit snīa Bar.in d.l.cum seruo.§.i.& Bal. in l.certum.ff.si cer.pe.& Ang.in l.hac consultissima.C.qui test.fa.pos.per id quod dixit ibi,glo.de gallo presso qui fuit bidellus Accursii.Sed adde quod Gā.in suo trac.maleficii.expresse tenet contrariū.& refert Ang. in l.hac consultissima.vbi etiā dicit fortius q̄d eius opi.ī practica.obseruat sed aduerte quia opi.Bar.& aliorū potest saluari per ea quę notat.Guil.de Cu.& Bal.in l.comparationes.C.de fid.instru. circa iiii.colum.vbi concludunt q̄d licet in instrumētis debeat inspici locus contractus celebrati.iuxta l.generali.C.de tabula.lib.x.& l.optimam.& ibi doct.C.de cōtrahen.& commit stipu.tamen si ex inspectio.contractus apparet de loco vbi consueuit fieri talis contractus nō requiritur expressio loci, vt in actibus qui communiter fieri solēt puta in thesauraria. allegat.l.i.C.de apoch.lib.x.sed aduerte si quis vellet tenere opin.Gan.faciliter posset responderi ad doctrinam Guil.& Bal. in d.l.cum probationes. quia illa doctrina est falsa.vt late dixi post doc.in l.de pupillo. §.qui nunciat.ff.de ope.no.nuncia.

ADDITIO.

a **In loco notorio.Adde & vide Bald. in consil. liiij.in ij.vol.inci.casus breuis & arduus.Ber.**

12 *Locus an sit confinandus in delictis quæ committuntur in negligendo.*

12 ANGE. Et p̄dicta ꝓcedūt in delictis quæ cōmittūtur in faciē.secus in delictis q̄ committitur in negligen.vt puta quia in syndicatu

eatu conuenitur potestas de negligentia quis locus sit confinandus. Rndeo quia aut debebat aliquid facere in certo loco, vt custodiã, vel ad certum locũ denunciare maleficia, & tunc ille locus est confinandus: quia ibi fuerit cõmissa negligentia, vt l. desertorem. §. qui stationis. ff. de re mili. Si vero locus non erat determinatus, tunc nõ est aliquis locus apponendus. ita dicit Bart. in d. l. libellorũ. in versic. sed quòd in maleficiis. & idem tenet Sal. in l. pen. C. de accu. vers. q̃ro in quibus omisso vel negligẽtia, sed de aliis negatiuis, an locus & quis sit confinandus, vide latius p Bal. & Sal. in l. actor. C. de pb. in fi. dic vt ibi sufficit remisio. & Bar. in l. libellorum. in fi. princ. ff. de accus.

AVGVSTI. Tu in hac materia, adde q̃ dixit Bal. in l. j. C. de his quib. vt indig. in fi. j. col. qui dicit ꝙ non entia non suut in aliquo loco circũscripta. & idem dicit ꝙ in casu l. fin. ff. de decre. ab ordi. fac. quia ibi erat maleficium negatiuum ꝙ non circũscribebatur per locũ aliquẽ determinatum. & idẽ dixit Bal. in l. presbyteri. C. de episc. & cle. ꝙ vbi locus omnino est incertus, tunc locus non debet apponi in libello criminali. Et de materia principalis quæstionis nostræ adde Bald. Angel & Imol. in l. si mora. ff. soluto matrimo. & Salice, in d. l. actor. C. de proba. per Ioan. And. in addi. Specu. in tit. de accu. in quarta parte circa princ. & vide Ro. omnino ibi in d. l. mora. & ibi dixi.

13 *Locus et tẽpus an poni debeant in lege aquilia.*

13 ANGE. †An in l. aquil. sit locus & tẽpus inserendus. dic quòd nõ, vt not. Bar. in l. neratius. ff. ad l. Aquil. per illum tex. nec etiam damnatus. l. Aquil. vel met. caus. vel etiã interdicto vnde vi est infamis, vt no. gl. & Bar. in l. j. in prin. ff. de infami.

AVGVSTI. Tu adde quòd Odofre. in libellis suis dixit quòd in l. Aquil. non est locus & tẽpus apponẽ. refert & sequitur Bart. in l. prætor. in principio. ff. de iniuriis. & ratio est ista, quia vbi actio ciuilis descendens ex delicto non infamat, ibi non habet locũ solennitas legis libellorum. Ista fuit sententia Barto. vbique in l. item exigit. ff. de dolo. & in d. l. Neratius. & in d. l. prætor. quæ cõclusio an sit vera vel falsa, supra disputaui & latissime.

14 *Statutum duplicans pœnas an ualeat & quomodo debeant duplicari.*

15 *Statuto dicente quòd in delictis commißis in ecclesia pœna dupletur si quis commisit sacrilegium, quòd non potest nisi in ecclesiæ committi, an propter ecclesiam pœna duplabitur.*

16 *Qualitates quando sunt post maleficium consummatum, ut contra negantem maleficium quomodo faciant pœnam duplicari.*

17 *Qualitas quæ inest à principio, ut puta in statuto de nobili offendente, quomodo faciat pœnam duplicari.*

18 *Duplicatio pœnarum quando habeat locum & quando non.*

19 *Statuto dicente si quis percusserit aliquem in platea cum sanguinis effusione amputetur sibi manus, modo aliquis percusiit alium pluribus percusionibus cum sanguine, an plures manus debent amputari.*

20 *Statuto cauetur quòd portans bladum extra territorium perdat animal, modo quis portauit bladum de nocte cum uno animali, in qua debet pœna duplicari, an teneatur ad duo animalia.*

21 *Statuto cauetur quòd magnas condemnetur in quadruplum quam popularis, magnas uulnerauit aliquẽ de nocte, ubi popularis pro qualitate noctis condemnaretur in duplum, quomodo condemnabitur ille magnas.*

22 *Statuta duplicantia pœnam propter locum intelligi debent quando illud delictum potest fieri indifferenter in illo loco & in alio.*

23 *Pœna quando imponitur per respectum ad aliã intelligitur cum omnibus qualitatibus illius pœnæ ad quam fit relatio.*

24 *Statutum de pœnis duplicandis non habet locum in pœnis correlatiuis.*

tunc licitũ esset dicere illa verba, per l. quæ omnia.ff.de pcu.& ibi dixit. Adde etiã in hac materia quæ in proprijs terminis dicũt Cano. maxime d. Ant. & d. Abb. in c.cũ te. extra de æta.& qual. & Bar. in l.itẽ apud.§. si quod adijcitur.ff.de iniur. Bal. & Ang. in l.fin.post Guil.de Cun.ff. quod quisq; iur. Et vide doc.in d.l.quæ omnia.ff. de procu.

10 *Prouocatus aliquo dicto uel facto iniurioso ad iram, si tali ira durante aliquid iniuriosum dixerit contra prouocantem, non tenebitur iniuriarum.*

10 ANGE. †Quid plura si aliquo dicto vel facto tuo iniurioso ego fui ꝓuocatus ad irã & ꝑ irã tuã mihi à te cõmotã & durante dicta ira aliquid iniuriosum b dixero tibi, nõ teneor iniuriarũ: facit tex. in l. q̃ cũ maior.§.accusasse.ff.de bo. li. vbi dr̃ qđ ꝓuocatus licite põt se vlcisci. facit tex. in l.j.§.si cũ arietes.ff.si quadru.paupe.fecis. dic.ita dicit Specu.in titu.de accusa.§.j.versi quid si vocauit latronem.prope fin. quòd not. in practica, quia est vtile scire.

b Iniuriosum. Adde circa hoc Areti. in consi.34.

AVGVSTI. Adde istã doctrinã Spec. esse verã ꝑ ea q̃ habent in l.j.C. vñ vi ꝑ glo. & ꝑ Bal. ibi in repe. qa licita est defensio si cũ armis est offensio dẽt esse cũ armis defensio, si sine armis est offensio, & defensio sine armis, quinimo dixit Ang. ꝑ illũ tex. in l.si adulteriũ cũ icestu.§.imperatores.ff.de adul. qđ si cũ verbis iiuriosis ꝓuocasti me, & ego nõ cũ alijs verbis iiuriosis offendi te sed cũ gladio qđ fortius est debeo subueniri. Adde tñ qđ Bar. in illo cõs. suo ciij. dicit ꝙ si cõstaba, qđ verba hincinde erãt iniuriosa. adeo ꝙ dicẽdũ est, qđ vnus fuit prouocatus teneat, nihilominus Bar. non videtur approbare ṗdicta, nisi dicamus quòd non apparebat ibi quis fuerit prouocatus.

11 *Statuto cauetur quod pro maleficijs commissis in palatio potestatis pœna duplicatur, pone qđ in palatio quis blasphemauit Deum an pœna duplicetur.*

13 ANGE. †Quid si statuto dicat ꝙ ꝑ maleficijs factis i palatio ptatis pœna duplicet. Pone qđ i palatio qs blasphemauit Deum an pęna duplicet. Bal. in l.fi. C.vi bo. rap. c refert Bar.c consuluisse quod non, quia hoc fuit dictum & factum, vt supra dixi in ver. quid aũt si statu o caueẽ &c. statuti verba sunt stricte accipiẽda, sed Bal. ibi dicit, quod forte non bene, dixit, per l.atrocẽ. C.de iniur. nã statutum duplicat atrocitatẽ delicti & in casu nostro resultat maior atrocitas ꝓpter locum, ergo habet locum pęna statuti, cogita. Sed pro Bal. alle.gl. insti.de obli. quæ ex quasi deli. nascun. in princi. & quod ibi scripsi, & istud credo verius.

c Bar. cõsuluisse. Adde ꝙ dictum Barto. sequitur Alex. in consi. xij. in iij. vol.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia, adde ꝙ do. Ang. hic nõ bñ loquit, sed pessime, quia non est verũ quòd Bal. i l. fi. C. vi bo. rap. reprehenpat Bar. quia Bal. in d. l.fi. nec alleg. Bart. nec facit aliquam mentionẽ de ista q. qđ tetigit hic d. Ang. Sed allego Bal. in l.ignorantiam. C.de cri. stell. qui reprehẽdit Bar. & facit mentionẽ de q. nr̃a, reliquit tñ sub dubio, & dicit cogitandum esse de sua reprehensione quã facit contra Bar. & licet Bald. in d.l.ignorãtiã. & d. Ang. hic non allegent Barto. in aliquo loco, dic qđ non dubito quod voluerunt allegare Bart. in l.aut facta. in prin.ff.de pœ. Quidquid sit de opin. Bar. videtur tex. in l.sed si vnius.§. quædam.ff. de iniur. vbi probatur qđ maleficiũ non tm̃ cõmittit re, sed verbo. Et idẽ tex. cũ gl. in l.ex maleficijs. in fi. prin ff. de act. & oblig. hic potest allegare omnia quæ dixi in addi. supra in hac eadem gl. in versi. quid aũt si statuto cauetur quod de maleficij commissis de nocte. d. Catal. in materia syndica. q. cxxiij. tenet opi. Bal. contra Bart. s. quòd blasphemãs incidit in pœnã statuti.

12 *Blasphemans an dicatur dicere uerbum iniuriosum, ita qđ de uerbo iniurioso possit puniri.*

12 ANGE. †Quid aũt si nõ dixit verba cõtumeliosa vel iniuriosa, sed blasphemauit, an dicat ꝓtulisse verbũ iniuriosum, ita qđ de verbo iniurioso possit puniri. Bar. in l.itẽ apud Labeonẽ.§.sed quod adijcitur, in fin. ff.de iniu. dicit quod sic, qa dr̃ cõtra bonos mores ciuita. item per illũ text. qui dicit ad infamiam vel alicuius iniuriam &c. nam in eo quod dicit ad infamiam loquitur de eo qui dicit malum de præsenti vel præterito, sed in eo quod dicit ad iniuriam loquitur in eo quod optat malum de futuro propter

pter iniuriam quam ei gerit.

AVGVSTI. Tu aūt in hac materia adde qa cū regulariter oīa delicta nō sunt, nisi cū iniuria alterius, vt colligitur ex l. .& ij.ff.de pub.iudi.& blasphemari sit delictum, vt in auth. vt non luxu. contra nat. in tribus locis illius auth. sequitur quod ille qui blasphemauit dicatur dixisse verbū iniuriosum, & dicam etiam infra in hac eadē glo. in proxi. q. vbi autor ille hic videtur limitare prædicta. & vide Abb. in c.j. de maledict.

13 *Blasphemare & maledicere, an differant.*

13 ANGE. †Quæro, an inter blasphemare & maledicere sit differentia. Respondet Bar. in d.§. sed quod adijcitur. in pe q. quod prout ista verba referunt ad Deū & sāctos eius omne maledictum est blasphemia, vt no. de maledi. c. j. & in passione vbi audiuistis blasphemiā &c. Et de hoc ēt vide Ang. & Imo. in l. his verbis. §. j. ff. de hær. institu. Sed prout verba referuntur in casu, maledicere est dicere aliquod malū de pterito vel

a pśenti, blasphemare [a] est optare malū de futuro, vt ibi dicit, iste est cōis vsus loquēdi, q debet attēdi, vt l. libellorū. §. qđ tū cassius. ff. de leg. iij. & secundum Bart. apparet qđ illud quod dixi supra in ver. præced. quod blasphemare est dicere verbū iniuriosum procedit de iure, sed non haberet locum in statutis ex qbus verba iniuriosa puniuntur, vel contumeliosa noua pœna, quia statuta debent intelligi verbis proprijs, sed blasphemare non est proprie dicere verba iniuriosa vel contumeliosa, vt dixi igitur.

ADDITIO.

a **Blasphemare. Adde tu an ille qui dicit, non lo poteria fare Dio, dicatur blasphemare, & quid si statim se corrigit, & dic vt per Alex. in cons. 15. in iii. vol. & per do. meum Soci. in consi. cij. per totum. vbi de Iudeo qui dixerat ei, non poteria fare Dio che ch'io te l'hauesse cābiato, & an blasphemans vno cōtextu plures blasphemias debeat puniri pro pluribus. vide Cepo. in consi. lxxviij.**

AVGVSTI. Tu autem in hac materia, adde quod etiam videtur, quod omne maledictum etiam in alium quam in Deum sit Blasphemia ita videtur velle Bart. in l. j. in princ. C. si quis impe. male. vbi Bald. ex illo text. hoc nota. licet postea hoc arguat quo ad Deum, pro qua conclusione contra istam opi. Barto. alleg. casum in c. si igitur michael. xxiiij. q iij. vbi probatur quod maledicere est etiā blasphemare, licet hæc verba referantur ad diabolum, pro communi tamen opi. videtur tex. in c. fi. in vers. blasphemare. iuncta rubr. in c. j. extra de maled. In quo tamen dico seruari debet cōmunis vsus loquendi, de omnibus istis late vltra omnes multum eleganter posuit. do. Catal. in trac. synd. in q. clij. & cliij.

14 *Pœna quæ sit contra blasphemantes Deum & sanctos.*

15 *Statuto dicente quod blasphemans Deum aut virginem Mariam aut sanctos puniatur in centum, quomodo punietur blasphemās semel bis aut ter, & quomodo blasphemans ex consuetudine.*

14 ANGE. †Quæro q̄ erit pœna cōtra istos sacrilegos blasphemantes Deū & sanctos, dic quod sicut illi q iurāt per humanitatē Christi, vt per caput, pedes, manus &c. est pœna capitalis tanq̄ nomē Dei sumpserint in vanū, vt in auth. vt nō luxur. cōtra natu. p totū. multo magis dēt esse pena capitalis blasphemare Deū & sanctos eius cū optet malum eis, vt dicit tex. ibi, videlicet multo magis qui ipsum blasphemat &c. & ibi & vltimis subire supplicijs &c.

AVGVSTI. Tu autē in hac materia, ad de quod iste doc. minus perfecte est locutus in isto passu & periculose decidit istā q. & licet inimicus sim blasphematorū Dei & virginis Mariæ & aliorū sanctorū, tū scribā in isto passu aliter q̄ scripserit iste doc. hic, & veritatē scribā, & quātūcunq; tex. ī auth. vt nō luxu. cōtra natu. ꝑprie loquaṫ ī iurāte, tū scias quod vere ista iuramēta in Deū sunt blasphemia, vt est tex. in c. si q̄s ꝑ capillos. ī prin. 22. q. j. Bal. hoc dicit ī l. 2. i fi. ff. de reb. cred. & satis hoc aperte dicit ille tex. ī auth. vt nō luxu. cōtra natu. Sed aduerte, qa imo vr̄ quod nō sit amplius pœna capitalis blasphemare Deū. Sed adiuēta est alia pœna iur. ꝑ tex. ī c. fi. extra de cle. male. vbi expresse dr̄ qđ ille q blasphemat Deum & virginē Mariā, & alios sanctos dēt ieiunare in pane & aqua publice, cum corrigia ī collo & debet adire ecclesias. Et interdicitur sibi sepultura & multa de quibus ibi. Sed responde quod illa est pęna adinuēta de iure canoni. & est pœna spiritualis, vt dicunt Ia. de Bel. & Bar. in d. auth. vt non luxu cōtra natu.

natu. Et ideo dixit gl. in d. c. si de iure ci. ille qui blasphemat Deũ & sanctos, vltimo sup plicio damnatur. per tex. in d. auth. vt nõ luxu. contra natu. Et ideo reperio gl. Io. dixisse in c. si quis per capillos. xxij. q. j. quę etiã dicit quod de iure ci. blasphemãs debet decapitari, per tex. illius auth. vt nõ luxu. &c. Sed aduertatis vos & teneatis menti quod Pe. & Cy. voluerunt quod ille tex. in auth. vt non luxu. ꝓcedat in blasphemante Deũ ex consuetudine, & in contemptũ. ita sing. dixit Bal. in d. l. ij. C. ad l. Iul. maie. & Bal. in l. ij. C. de reb. cre. in fi. Vnde præfati doc. voluerũt qđ si semel vnus blasphemauit non debet decapitari, sed opus esset qđ ex cõsuetudine hoc faceret, q nimo mirabilius dixit Bal. in d. l. ij. C. de reb. cre. qđ de cõsuetudine nõ obseruat hodie pęna illius aut. vt nõ luxu. &c. Itẽ per statuta ẽt prouisum est q̃ omnia sin. no. circa dispositionẽ illius auth. vt non lux. cõtra nat. Et ideo dixit Cy. in l. ij. C. đ reb. cre. qđ si qs blasphemat Deũ bis propter hoc habebit locũ tex. vt no. luxu. cõtra natu. dic vt ibi per eũ, & hæc oĩa

15 no. Ex decisione tñ Cy. ibi colligo † ꝙ si statuto cauet qđ blasphemãs Deũ aut virginẽ Mariam aut sanctos, puniat in centũ, intelligit in eo qui semel bis vel ter blasphemauit Deũ, sed si ex consuetudine hoc faceret, forte decapitaretur. Pondera bene verba Cy. ibi & vltra oẽs, latissime vide illã mãteriã per d. Catal. in trac. synd. q. clij. & cliij.

16 *Exceptio turpis si opponatur actori agenti ex causa ciuili, an reus poterit conueniri iniuriarum.*

16 ANGE. † Quid si turpis exceptio sit opposita in actorẽ qui ex aliqua causa ci. egit, an reus possit cõueniri ĩiuriarũ, & Io. And. in addit. Spe. in ti. de accu. in fi. dicit: aut excipit animo nocendi & diffamandi, & hoc constat & tenetur iniuriarum. ar. l. si vero pro condemnato. §. j. cum ibi no. per Bar. & doc. ff. qui satisd. cog. & facit l. iij. C. de iniu. & l. si tibi. ff. de libe. cau. aut excipit nõ calumniose, nec animo nocendi, nec diffamẽdi, & tũc aut probauit suam exceptionẽ & non tenet alias secus, vt l. ij. C. de cal. quia nõ probãdo ꝑsumit quod animo diffamãdi dixerit. ita ẽt dicit Sal. in l. si nõ conuicij. in fi. C. de iniu. quod bene no.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia adde, quod ista sñia vr̃ falsa, ꝑ ea q̃ tradit Sali. ꝑ illũ tex. in l. de tutela. C. de in integ. rest. q. dixit quod si vni testi deponenti cõtra me, dico tu dicis falsum, & sic excipio quod nihilominus non potest agere iniuriarum, & vide ipsum allegantem.

17 *Condemnaris de iniuria dummodo non sit leuissima an infamet.*

17 ANGE. † Quid si verba iniuriosa vel cõtumeliosa vel aliã iniuriã ẽt verbalẽ qs intulerit, & de tali iniuria, dũmodo nõ sit leuissima fuerit cõdẽnatus, an sit infamis. dic

a quod sic a, vt est tex. gl. & doc. in c. cum te. extra de re iudi. Vnde qñ aliquis actione iniuriarũ conuenitur cautela est quod procu. cõpareat, q a procuratore dãnato, nec ipse nec dominus erit infamis, vt l. furti. §. q alieno. ff. de infa. vel soluat vt absoluatur, vt no. Bar. in l. infamem. ff. de publ. iud.

ADDITIO.

a ℭQuod sic. Adde Roma. consi. ccvij.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia, adde quod Bal. & Sal. ĩ l. decuriones. C. quib. excau. infa. irro. vr̃ tenere, quod actio iniuriarũ non infamat nisi iniuria sit atrox. & ita Ang. in l. infamẽ. ff. de publi. iud. tenet & dicit quod oẽs doc ita tenent, licet Imo. ibi cum aliter recitet. Spe. etiam in ti. de rest. in integ. §. videndum. in fin. videtur tenere id quod tenet gl. in d. c cum te extra de sentẽ. & re iudi. vt si iniuria est modica, non infamat, alias secus, vt ibi Abb. multũ ponderat illam gl. & Imo. ibi allegat ad hoc Spe. in loco supra alleg. Sed contrariam partẽ quod etiã si est modica quod infamet, tenet Bar. & Imo in d. l. infamem. & Inn. Io. Andr. & Imo. & do Ant. de But. in d. c. cum te.

18 *Iniuria verbalis vel realis, quando dicatur atrocior.*

18 ANGE. † Et iniuria verbalis vel realis dr̃ atrocior respectu ꝓferẽtis, & respectu illiꝰ, cui dr̃ vt si est doctor vel respectu loci & tẽporis, qñ dicitur, vt si fieret in imperatoris conspectu, vt insti. de iniu. §. atrox. Et quali

b ter de iniuria formetur libellus b no. glo. & Bar. in l. iniuriarũ. ff. de iniu. & ego dixi supra in gl. in verbo, necnõ ad quærelã in f.

b Libellus. Adde Ang. in consi. cxlv. & Alex. in con ccix. in ij. vol.

AVGV-

AVGVSTI. Tu adde quod ibi dixi in d. glo. necnon ad querelam.

SVMMARIVM.

1 *Fornicatio † ducit ex se omnia fere delicta.*
2 *Marito habenti aliquē suspectum de adulterio cū vxore sua, quando liceat eum interficere.*
3 *Maritus qui inuenit eum quē habet suspectum de adulterio cum sua vxore, & cui fecit tres denunciationes in scriptis loquentem cum ea extra domum suam vel alienam, quid facere debeat.*
4 *Marito an indistincte liceat in casu authen. si quis ei. C. de adul. interficere quēlibet adulterum etiam nobilem.*
5 *Marito non licet interficere adulterum vilem repertum cum vxore, si ipse etiam est vilis.*
6 *Marito non licet neque patri occidere adulterū virum repertum cum vxore si vxor esset ignominiosa vel ducta contra legem.*
7 *Maritus vel pater licet occidant adulterum vel adulteram deprehensos in actu veneris tamen peccant.*



CHe hai adulterato la mia dona.] Hic bene cadit materia adulterij īcestus & lenocinij.
1 †Et ex fornicatione omnia fere delicta proficiscuntur, vt no. Sal. in rub. C. de adul. hinc est quod propter criminis enormitatē non licet de adul
c terio transigere^c, vt l. trāsigere., et quod ibi no. C. de trāsa. licet de aliis criminibus quæ pœnā sanguinis ingerūt sic, vt ibi facit l. codicil. §. matre. ff. de le. ij. Et aduertas ꝙ hic maritus interfecit adulterū quod ei nō licet nec per se nec alteri mandare ēt filijs nisi adulter sit vilis persona, alias impune homicidiū nō cōmittit, vt l. gracchus. C. de adul. qa vilē licet interficere licet vxorē nō interficiat, dūmodo eā sine mora dimittat, vt l. marito. ff. de adul. Aduertas tn̄ quod de sicca. nō tenet ꝓp iustum dolorē, & maxime si nocte fecerit, alias datur in exiliū, vt d. l. gracchus. in fin. & l. diuus. ff. de parri. & idē si interfecit vxorem deprehēsam in adulterio, quia nō licet impune. Cū ergo nō liceat interficere vxorē, maritus non lucrabit dotem vel partē eius ex statuto qđ vxore præ decedente in matrimonio vir partē dotis lucret, vt l. si ab hostibus. §. j. & ibi Bar. ff. sol. matri. Sed vt dixi maritus humilis in opus metali, alias in insulā relegatur, vt l. si adulterium cū incestu. §. imperatores. ff. de adulte. Multo minus licuit dicto marito in casu nostræ inquisitionis, quia vt ex ea patet. ipsum interficit, non in actu veneris inuentū, sed ex interuallo, igitur non licet, vt d. l. marito. & l. quod ait lex. ff. de adulte. Et sic regula est quod non licet marito impune occidere adulterū, ēt vilē inuentū in actu veneris, licet interficiens vilē leuius teneat. Et
d quis dicat^d vilis adulter, vel non vilis, siue humilis habetur in d. l. marito. & in l. humilē. C. de incest. nup. no. Sal. in d. l. Gracchus.
2 hoc† tn̄ est verū, nisi maritus illi quē habet suspectū ter in scriptis denunciauerit, & in presentia triū testiū fide dignorū, qđ dimittat viuere in pace suā vxorē & cum ea aliquid cōe nō habeat. Et si post dictas denūciationes factas diuersis diebus & horis argu. l. iiij. ff. de pign. actio. inuenerit cū vxore sua cōueniētē in domo propria, vel vxoris, vel alterius, aut ī popina, vel in suburbanis, tūc sine vllo periculo maritus pōt eū inter-
3 ficere ꝑ seipsum. †Sin autē alibi ipsum alloquentē cum vxore reperiret conuocatis tribus testibus eū capiat & iudici tradat, ꝗ iudex sine aliqua īuestigatione, visis dictis tribus denūciationibus, & auditis dictis tribus testibus qualiter spretis denunciationibus, maritus reperit eū loqui cū vxore sumet vltimū suppliciū. Si in ecclesijs reperit loquētem pōt ꝓtestari clericis ꝗ eum sub periculo clericorū cōseruent episcopo, donec episcopus eū capi faciat & puniendū tradat iudici seculari cōpetenti, vt est tex. sing. ī aut.
4 si quis ei. C. de adult. †Quærit Cy. an indistincte in casu d. auth. si qs ei liceat marito interficere quemlibet adulterum etiam nobilem. arguitur primo quod sic, quia generaliter loquitur, igitur &c vt l. j. §. generaliter. ff. de leg. præstan. & hoc tenet gl. in d. l. marito. Sed ꝙ solum loquatur in vili adultero. tenet gl. in corpore, vnde dicta aut. sumitur. Et hanc vltimam tenet Iac. & Cy. cū legum correctio sit euitāda: nā si de iure antiquo etiam vilem in actu veneris inuētum nō licet impune occidere, vt no. in d. l. gracchus. Ergo multominus interficere nobilē ex illis denunciationibus & suspicionibus, intelligitur ergo d. authē. quod permittat ꝙ possit impune occidere adulterū vilē non autem nobilem, secūdum Iac. & Dy. ibi sed

Sali.

Sali.in d.auth.per multas bonas rationes te net primam partẽ, dic vt ibi per eum. Ego cum casus accideret tenerem opi. Sali.quia vt ipse dicit illi qui nõ sunt viles magis sunt soliciti ad coinquinanda aliena matrimonia. Et ideo fuit necessaria prouisio dicta authen. vt à tali delicto arceantur.

c ℭTransigere. Adde & intellige quod non licet transigere vt impediatur processus, sed bene potest haberi pax vt remittatur ranchor inter maritum & adulterũ.ita cõsuluit Bar.in consi.clxxv. & quid sit adulterium.vide Alex.in consi.lxij.in iij.volu.& an Iudeus habens rem cum Christiana dicatur committere adulterium & quam pœnã mereatur vide Oldr.in consi.vlti.& quando committatur adulterium, & an habens rem cum propria sclaua dicatur committere adulterium in consil.cxlviij.col j.& ij.

d Vilis.& quis dicatur vilis & humilis, vide Cepol.in consil.xlij. Ber.

AVGVSTI. Tu autẽ in hac materia, ad de℘imo, vr̃ quod conclusio horũ doctorũ sit falsa, inquantũ volunt quod liceat marito occidere propriã vxorẽ deprehensam in acto veneris cũ adulterio, q̃a de directo est contra tex.xxxiii.q.ij.in §.hoc.c.& in c.inter hęc.& in c.quicunque propriã vxorẽ eadem causa & q̃stione, vbi expresse in text: habet quod non licet marito occidere vxorẽ adulterã deprehensam in actu veneris, quinimo ille text. vr̃ velle, quod non licet etiã si nõ est in actu veneris, sed etiã si adulteriũ cõmiserit, nisi limitando prædicta, dicamus q̃d si mulier est vilis, tunc licet marito occidere ipsam adulterã, alias nõ. Et hoc est q̃d voluit tex.& ibi glo.in l.j.§.fi.ff.ad l. Corne.de sicca. Sed aduertas quia nõ recedo ab opi.doct.& teneo q̃d nullo casu mundi licet marito occidere vxorem suã adulteram per tex.in l.nec in ea.§.fi. ff.de adult. & voluit gl.in d.c.inter hæc. Nec obst. ille tex.qui dicit q̃d iura patiuntur maritũ posse occidere vxorẽ suã, nõ autẽ ius canonicũ q̃a hoc nõ patitur q̃a gl.ibi dicit, quod illud ius est ius Lombardorũ, nõ autẽ est ius ciuile Romanorũ. Nec obst.tex.cũ glo. in d. l.j.§.fi.q̃a illa glo.non tenetur à docto. per prædicta. Nec obst.tex.in l.si quis in grauis §.si maritus.ff.ad Silla.vbi expresse vr̃ tex. velle q̃d marito licet impune occidere vxorẽ adulterã, quia respõdetur quod ille tex. loquitur in casu sicut intellexit gl.in d.l.nec

5 in ea.§.fin. † Adde tñ limitando prædicta inquantũ doct. supra voluerunt quod licet marito occidere adulterum vilẽ deprehensum cum vxore sua, dicatis non habere locum, si maritus esset vilis persona. Et ratio est, quia sicut vilis persona non potest accusare iura mariti.l.iii.ff.ad le.Iul.de adul. Ita nec poterit occidere. Ita dicit tex.in l.marito.§.fi.ff.de adult.& ibi expresse dixit Bar. & ibi doc.& maxime Sali.in l.gracchus.C.

6 de adult.† Item limita prædicta non habere locũ, si vxor esset ignominiosa vel ducta cõtra l. q̃a tunc non liceret ipsi marito occidere ipsum adulterum vilem deprehensum cum vxore, nec etiam patri, ratio est, quia non possunt accusare iure mariti, vt l. si vxor.§.plane.& §.℘ si ea.ff.de adult. licet gl.cõtrariũ dixerit in l.j.§.fi.ff. ad munic.quod reprobat in d.l.marito. §.fi. ff.de

7 adul. Et vide Sali.in d.l.gracchus.† Et tenementi quę dixit Imo.in l.quid ergo.§.si hęres.ff.de leg.j.quod licet pater vel maritus occidant adulterũ vel adulterã deprehensos in actu veneris, tñ peccant, per c.admonere.& c.inter hæc.xxxiii.q.ij.quæ conclusio an sit vera, dic vt ibi ꝑ doct.& per Abb. in c.ij.extra de homic.& vide Ang.in l.marito.ff.de adult. qui tenet quod per d.l.marito.limitatur d.authen.si quis ei. Et ego approbo istam partẽ per rationes suas.

8 *Patri licet impune interficere adulterum primo si filiam reperiat in actu ueneris.*

9 *Item si in prædijs adulterij puta in osculis & similia.*

10 *Item quòd reperiat adulterum in actu ueneris in domo propria, uel generis.*

11 *Item quòd filiam & adulterum pariter & simul occidat.*

12 *Item quòd filiam habeat in potestate.*

13 *Itẽ patri licet, nõ autẽ matri filiã nec fratri sororẽ nec auro neptẽ etiã quã habet in p̃tãte.*

14 *Item quod tempore homicidij, pater habeat eam in potestate licet tempore matrimonij auus eam habeat in potestate.*

15 *Item quod sit nupta.*

16 *Item licet patri legitimo & naturali, uel legitimo tantum.*

17 *Item licet interficere adulterum existẽtem in magistratu.*

18 *Osculans mulierem siue sit clericus siue laicus, quando præsumatur actu ueneréo.*

19 *Patri quare nõ liceat interficere filiã adulterãtem in domo ipsius patris, in quã nõ habitat.*

20 *Pater interficiens adulterum & non filiam tenetur l. Cornel. de sicca.*
21 *Pater si occidat filiam vel adulterum debet alterum etiam incontinenti occidere.*
22 *Frater licet non possit sororem nec adulterum occidere nec filius matrem nec adulterum in adulterio, attamē frater potest interficere raptorem sororis, & filius raptorem matris.*

8 ANGE. † An patri liceat impune occidere adulterū dico quod sic, dum plura simul copulatiue concurrant, alias autē si ei aliquid deficit non licet impune. Primo quod filiā reperiat in actu veneris, q̃a post actū perfectū, quod intelligitur postquā ad alios actus extraneos adulter & adultera diuerterunt. ar. not. in l. continuus. ff. de verb. oblig. & in l. si duobus. in prin. ff. de duob. reis sibi non licet Et intelligititur in actu veneris non tātum si actualiter sit nudus cū nuda in actu
9 carnali venereo, † sed ēt si eum reperiat in præludiis vt solus cum sola in camera cum verbis blandis, lasciuis, vel cum basijs, vel cum tactu mamillarum, quoniā ista omnia sunt adulterii prçludia, vt no. gl. & Bar. in l. j. ff. de var. & extraord. cri. & est glo. no. & ibi Bar. in l. quod ait lex. ff. de adulte. & in l. capite quinto. & Sali. in d. l. gracchus. quod verū est in laico, si autem reperiatur clericus osculans aliquam mulierem, nō præsumitur animo venereo sed charitate & bo-
a no zelo [a] osculatus fuerit, vnde in clerico non prçsumitur adulterii præludium. ita dixit gl. in c. absit. xj. q. iii. qđ est no. tñ vt alibi dixit gl. in l. diuus. ff. si cui plusquam per l. Falci. quod à tali paupertatis prodesse libera nos domine, ita & à tali charitate & dilectione & bono zelo ꝙ vxores nostrç à cle
10 ricis osculētur libera nos domine. † Secundo requiritur ēt copulatiue quod reperiat adulterū in actu veris in domo, propria vel in domo generiſ, nam reperiendo alibi nō posset occidere, & intellige ī domo propria vel conducta, dummodo eā inhabitet, nā si pater vel gener haberet plures domos, & ī vna in qua pater vel gener nō habitet, reperiat filiā adulterantem non potest impune eā occidere, vt l. nec in ea. & ibi gl. & Bar. ff.
11 de adult. † Tertio requiritur quod filiā & adulterum pariter & simul interficiat, & intelligas quod filiā possit occidere quāuis sit pgnās, vt no. Bar. in l. impe. la ij. ff. de stat. ho. & ēt intelligo simul vel vno impetu, vel vno ictu vel prius filiā & postea adulterū, vt l. nihil. ff. de adul. vel pariter intelligit qđ & filiā & adulterū nō adulterū tm̄ interficiat, vt l. patri. & ibi glo. ff. de adult. Et bene no. quod si adulterū interficeret filiā verò solū vulneret eidē, nō licet impune, nisi taliter vulneraret, qđ verisimile est ipsam mori debere, q̃a si ei grauia vulnera intulerit, licet postea euadat patri nō imputaī, inspicias solū in patre indignationē & seueritatē q̃a si istis ēt in filiā vsus fuit occidēdo adulterū, licet filia vulnerata euadat non teneī
12 pater, vt est casus in d. l. nihil. † Quarto requiritur qđ filiā habeat in ptāte, alias eam emancipatā vel in aui potestate existentē, tunc patri non licet occidere, vt d. l. patri. &
13 l. sic euenit. ff. de adult. † Quinto requirit qđ si pater, nō aūt matri filiā, nec fratri sororē, nec auuo nepotē etiā quā habet in potestate, vt d. l. patri. in fi. cū l. seq. sed nec filio permittitur occidere adulterantē cū matre vt d. l. gracchus. & ibi Cy. & Sali. licet gl. dubitauerit in d. l. quod ait lex. talis. n. lex vt exorbitans à iure cōi & odiosa, q̃a permittit homicidiū, & loquitur tātū in patre. Ergo ad alios parentes etiā qui habent in potestate, vt puta ad auū non extenditur vt dictis iuribus & Bar. in d. l. patri. facit l. si ve-
14 ro. §. de viro. ff. so. mat. † Sexto requiritur quod tēpore homicidii pater habeat in potestate, licet tp̄e matrimonii fuisset in aui ptāte, vt d. l. quod ait lex. ver. ergo sufficit
15 patri &c. † Septimo requiritur quod sit nupta, non si esset vidua nō credo quod patri ista permitterentur prç ceteris, qm̄ ex adulterio cōmisso per filiā viduā ipse nō habet ius præcipuū vt aliis extraneis præferaī in accusando, vt est casus in l. nec in ea. ij. resp. ff. de adult. ergo multo minus quod occidat habebit ius præcipuū q̃a si denegatur principium in accusa. quod est minus ergo fortius non cōceditur occidere qđ est maius. Sed alias etiā marito non conceditur, ergo
16 nec patri, in filia vidua. † Et aduertas quod non sit differentia inter patrē legitimū & naturalē vel legitimū tantum maxime hodie, quādo erat de descendētibus, vt d. l. nec ea. in prin. & ibi glo. quæ omnia no. vt scias articulare quæ necessaria sunt ad probandum pro euasione patrisfamil. interficiētis
17 adulterū. † Et adde quod supradixi quod liceꝫ

licet interficere quemlibet adulterum, an idē liceat interficere adulterum qui sit in magistratu, dic quod sic, quia si expectaret, quod magistrū deponeret iam amplius ei non liceret, quia permittitur in actu venereo, ita dicit Bar. in d. l. quod ait lex, §. illud. alias l. marito. §. illud. ff. de adult. & dicitur interficere incontinenti, & in domo sua, vel generi, si inuentos in actu venereo sit insultatus, quamuis aufugiant, & eos semper insequatur, & post plures horas in alio loco interficiat, quia dicuntur interfecti in actu venereo & in domo patris, vel generi, vt est text. in d. l. quod ait lex. §. quod ait. & ibi Bart.[b]

ADDITIONES.

a ¶ Et bono zelo. Adde tu qualiter sit puniendus clericus se iactans de adulterio si scādalum sequatur. vide Pau. de Castr. in consil. ccv. & consil. cccxlv. in primo impresis.

b Et ibi Bart. tu circa prædicta vide Alexandr. in consi. xxiiij. in ij. volu.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia inquantum dictū est, quod laicus osculans mulierem, præsumitur ꝙ animo venereo. Secus videtur in clerico, quia præsumitur quod bono

18 zelo osculatus fuerit. † Addatis quod credo, ꝙ doct. male loquantur. Ita loquendo indistincte, quia illa sunt consideranda secundū circunstantiam loci temporis & personarum. tex. ad hoc not allego in c. in omnibus. lxxxj. dist. vbi papa dixit. quod etiam si clericus nedum osculatur mulierem, sed loquatur de secreto cum muliere in malum præsumitur, & ideo recte glo. in d. c. absit. dixit, quod cum sola fabulatio clerici cum muliere in malum interpretetur aliquando, puta quando in secreto fieret, multomagis dicerem in obscuro. Et ideo vide do. Abb. in c. quanto. extra de præsum. in iiij. col. limitantem multum not. in d. c. absit. & limitantem prædicta. Idem dico in laico quod si laicus mulierem oscultaretur in publico, & multa alia concurrerent, quod nō præsumere quod animo venereo ita faciliter nisi alia concurrerent, quia vna præsumptio tollit aliam, vt l. non est verisimile. ff. quod me. cau. Et ideo dicit Ang. in l. si hi qui. C. de adul. secūdum Iac. Butr. quod etiam si esset nudus cum nuda & oscularentur inuicem & amplecterentur, licet per ista proberur adulterium. Tamen si probat, quod erant consanguinei, illa præsumptio consanguinitatis tollit aliā, quod not. idem Angel. in l. ij. §. fina. ff. de adulter.

19 † Item inquantum dicitur ꝙ si pater habet duas domos & in vna filia committat adulterium in qua parte non habitat, quod pater nō potest occidere filiam ibi impune. Et alleg. gl. & Bar. in d. l. nec in ea. Adde quod errauit iste doctor quod Bar. ibi nihil dicit de hoc, sed voluit allegare tex. in l. quod ait lex. §. quare. ff. de adult. Et ratio redditur ibi in tex. q̄a maior inuria fit patri, quādo tale delictū fit in domo propria vbi habitat, quam in domo propria vbi non habitat. Item adde quod Cy. Bald. & Ang. in l. imper. ff. de stat. homi. volunt q͞d pater filiam prægnantem occidere pōt, quod non videbātur verum per illum tex. vbi si mulier est damnata ad mortem quæ sit prægnans non potest fieri, executio sed differtur vsque quo partum fecerit, dic vt ibi per eos. Item

20 † Adde ꝙ si pater solam filiam interficeret & non adulterum tenetur l. Cornel. de sicca. vt pulchre declarat Azo in summa. C. de adult.

21 Et est tex. in d. l. nihil. ff. de adulter. † Item adde quod si pater occidit filiam vel adulterū opus est quòd incontinenti adulterum occidat. Et licet do. Ange. hic dixerit vno ictu & vno, impetu opus est quod ambos occidat. Et ego supra addidi quod incōtinenti hoc faciat, vt vno mortuo alterum occidat, incontinenti, quia sic dicetur vno ictu & vno impetu. Tamen intelligas quod si pater occidat adulterū, & interim filia fugiat, ideo quod statim mortuo adultero pater cœperit prosequi filiā suā, & horis interpositis ipsam inuenit & occidit. Tamen vno impetu & ictu dicitur occidisse & equali, ita & tunc etiam pater non dicitur incidisse in leg. Corne. de sicca. quia illud incontinenti dicitur fieri quod fit stante eadem ira. Iste est casus in l. quod ait. §. quod ait. ff. de adul. & infra hoc etiam dicit d. Ang. hic. Quinimo fortius dico, quod filia fugisset in quoddam castrum ꝙ fortasse fuisset mariti & pater staret per sex menses ad præparandum se continue vt filiam occideret, quod pater dicitur incontinenti fecisse, & hoc per elegantem doctrinam Vgotionis quam tradit j. dist. §. ius naturale. de qua facit magnū festū Bal. in l. fi. C. de his qui à non do. vbi habetur q͞d licet vim vi repellere incontinenti. l. j. C. vnde vi. l. vt vim. ff. de iust. & iur. Tamen incontinenti dicitur fieri, si alter qui expulit me erat potens & ego ad præparandum me steti per sex menses vt illum potentem expellerem. Nec huic conclusioni obst. text. in dicto. §. quod ait. in princip. vbi habetur quod si pater occidit adulterum vna die, & alia die vult filiam occidere, & ita occidit, quod pater incidit in l. Corne. de

sicca. quia respondeo quod illum tex. debemus intelligere quando pater potuit occidere filiã & noluit, quia illam iram deposuit, secus in casu nostro, quia semper voluit, & nunquam potuit. Item in iiij. v. & vj. conclu. d. Ange. inquantũ dictum est quod si pater non habet filiam in potestate, vel filia sit vidua, ꝙ pa-
22 ter non potest adulterum occidere. Idem † in fratre quod nec sororem vel adulterum. Idem in filio, quod nec adulterum in matre limita prædicta procedere in crimine solo adulterij, secus in crimine raptus. Iste est casus sing. in l. j. C. de rap. vir. in §. j. & voluit Cyn. in l. gracchus. C. de adulte. Et quod ista facultas sit data etiam illis qui non habent alios in potestate, si in flagranti crimine inueniunt hos sceleratos, vt impune possint occidere, probat ille tex. dum dicit quod cõsanguineis hoc eis permittitur. Quinimo & tutoribus & curatoribus. & glo. ibi extendit etiam ad cognatos. Et clarum est quod ibi non habent alios in potestate. Item vltimo errauit d. Ang. hic inquã tum per text. in l. quod ait in §. illud. dixit ꝙ etiam patri licet occidere adulterum existentem in magistratu. Addatis quod ille. § non reperitur in d. l. quod ait. sed voluit allegare tex. in l. marito. §. illud. ff. de adult.

23 *Filia si sit uilis & pater honesta persona, aut pater uilis & filia probata uita patri non licet interficere adulterum.*

23 Ang. †Et prædicta procedunt nisi filia esset vilis persona, tunc patri licet honesto nõ licere † interficere adulterũ, facit l. si eam. C. de adult. nec etiam patri vili, licet filia sit probatæ vitæ etiam vilem adulterum interficere licet, quia ei non conceditur accusatio iure mariti, ita dicit Bar. in l. quod ait lex. §. illud.

Avgvsti. Tu adde quod d. §. illud. nõ est in l. quod ait lex. sed est in l. marito. §. illud. ff. de adult. vbi Bar. hoc dixit, & dixi supra in addi. meis. in j. conclusione. huius glo.

24 *Pater mandans alteri quod filiam & adulterum interficiat, puta quia ipse erat senex, an liceat facere tale mandatum.*

24 Ang. † Quid si pater mandat alteri, quod filiam & adulterum inuentos in adulterio interficiat, an liceat, quia forte pater est debilis & senex vel infirmus, credo quod sic. arg. l. gracchus. C. de adult. nam ibi ideo non tenet mandatum, quia maritus interficere non potest, secus ergo si sibi liceret. facit l. ita tamẽ. §. gessisse. ff. de admi. tut. & isto casu credo, quod nec pater nec ille committens homicidium teneatur, quia si est delictum impunibile quo mandantem, debet esse non punibile, quo ad mandatarium. arg. l. adultero. §. j. & ibi Bar. ff. de adul. Aduertas tamẽ vt infra dicam in ver. an maritus.

Avgvsti. Tu aũt adde ea, quæ ego dixi ibi in d. ver. an maritus. sed pro nũc considero quod cũ in l. ait lex. ff. de adult. lex ipsa põderat qđ si pater durante eadẽ ita interficiat adulterum & adulterã, non incidit in aliquã pœnã quod mihi videtur impossibile, quod si pater alij mandaret quasi impossibile esset quod dispositio illius. §. verificari posset, qa pater credens fore quod ille mandatarius adimplcuisset voluntatem suam interficiendo filiam suã ira cessasset, & sic pater incideret in l. Corn. de sicca. cogita tamen in ver. an maritus.

25 *Marito an liceat accusare uxorem de adulterio, ut dotem perdat & puniatur leg. Iul. de adult.*

26 *Mulier quando possit accusari criminaliter de adulterio per maritum, ad hoc ut ipse dotem lucretur.*

27 *Vxor sicut perdit dotem propter adulterium, ita perdit bona paraphernalia.*

25 Ang. † Quæro quia video quod marito
c non liceat interficere, ᶜ an liceat, de adulterio accusare, vt ipsa perdat dotẽ, & etiam vt ipsa puniatur l. Iul. de adult. dic quod sic, vt l. j. & ibi gl. & Cy. C. de adult. & not. Bar. in l. rei iudica. §. morum. & ibi doc. ff. sol. ma. non autem
d contra licet vxori accusare virum ᵈ de adulterio per eum commissõ in aliquam solutã vel coniugatam vt puniatur l. Iulia de adul. vt d. l. j. ꝙ no. quoniam per vxorem fit iniuria viro non econtra vt ibi habetur ꝙ no. bene, & vide Cy. & Sali. in d. l. j. qui ponunt rationem, quia per maritum non potest violari torum põt tñ mulier accusare virũ ciuiliter vt separetur torum, & vt perdat donationẽ propter nuptias, vt ibi dicunt doc. per l. cõsensu. C. de repud.

c Interficere. Adde in hoc vide Alexan. in consi. lxxvj. in j. vol. Ber.

d Virum. Adde ꝙ contrarium consuluit Rom. in consi. clxxvij. vbi ꝙ ad hoc vt condemnatio sequi possit, mulier debet probare matrimonium, sicut tenetur vir. Ber.

Avgvsti. Tu aũt in hac materia, adde & dic ꝙ imo videtur quod etiam mulier potest accusare maritum de adulterio hodie per ius authen. vt est casus in authentica de nupt. §. si igitur secundum theodosium ibi maritum adul-

adulterio delinquentē. Quinimo etiā de iure C. per tex. in l. consensu. §. j. C. de repu. ibi si quā igitur mandat suū adulteriū, vbi mulier accusando maritū facit ipsum perdere etiā donationes propter nuptias, nisi saluando dicamus ꝙ ibi agitur ciuiliter, nō autē criminaliter sed certe est diuinare ad illa iura, & Sali. hoc modo respondet in d. l. j. vbi Sali. ponit vnū casum sing. qñ vxor potest accusare maritū de adult. etiā criminaliter, & hoc est quādo vxor ꝓsequitur suā iniuriā puta quia maritus commisit adult. cum vxore filii ipsius mulieris nati ex alio matrimonio, vel cum vxore fratris ipsius mulieris dic vt ibi per eum. De hac materia vide etiā quę scripsi in l. rei iudi. §. morum.
26 ff. sol. mat. post Moder. & Roma. † Adde hic omnino d. Imol. in l. cum mulier. ff. solu. matr. in viii. col. qui ponit materiā quando mulier potest accusari criminaliter per maritum de adulterio, ad hoc vt ipse posit lucrari dotē. Et Pau. de Cast. in consil. suo cxxvj. & videtur sing. consi. Pet. de Ancha. in cōsi. suo ccccix. qui consuluit in casu vno peregrino. ꝙ erat maritus quidā, qui acriter verberauerat vxorem suam & ipsa aufugit, & venit Ferrariā, maritus habitans Bononiæ accusauit ipsam de furto & adulterio, vt poneretur in banno ad hoc vt perderet dotem, consuluit ꝙ ipse maritus tanquam inimicus non est idoneus accusator isto casu, & tale bannū non profecit nec marito nec hæredibus mariti, ad hoc vt lucrētur dotē. Et vide cōsilium Oldr. in cōsi. suo clxviii. ꝙ maritus qui expulit vxorem de domo propter adulterium cum adulteriū non sit notorium vel sentētia aliqua fuerit
27 lata, debet vxor alī marito interim. † Et scias ꝙ sicut propter adulteriū vxor perdit dotem, ita perdit bona paraphernalia, glo. est sing. in l. plerunq;. de dona. inter virū & vxo. & allegat & sequitur Ro. in singularibus primi anni. ccxcv. ꝙ incipit, ꝓpter adulterium vxor perdit dotem &c.

28 *Socero an permittatur saltem uilem adulterū interficere ut patri, uel saltē sicut uir nō tenetur de sicca. sed leuius punitur ita & socer.*

28 Ang. † Nunquid socero permittatur saltē vilē adulteriū interficere, vt patri, vel saltē sicut vir non tenetur de sicca. sed leuius punitur ita & socer & vr̄ ꝙ sic, & fortius cū loco parentis habeatur, vt l quia parētis. ff. solu. mat. Contrariū vr̄ quoniā lex loquens in patre nō habet locū in alio ascēdente, vel collaterali, vt l. patri. ff. de adult. ita ergo lex loquens in viro non extenditur ad socerum, vt l. si vero. §. de viro. ff. solut. ma. quod no. qa vidi de facto. Et prædicta procedunt præterquam in raptoribus monialium & eorū auxiliatotibus quia in flagranti crimine inuenti, nō tantū à patribus monialiū inuenti, sed etiā à consanguineis & à tutoribus & à curatoribus poterunt occidi, vt l. raptoribus. C. de episc. & cle.

Augusti. Tu adde ꝙ mihi videt̄ ista quæstio non est dubia cū casu legis expressum, quodāmodo habeamus ī l. sic eueniet. ff. de adulteriis, vbi auo ꝙ fortius non permittitur occidere adulteram nec adulterū quia cum hæc potestas occidēdi exorbitet à iure communi, vt quis propria autoritate sibi ius dicat & vindictā faciat vt no. Bar. in d. l. sic eueniet. Ideo nō mirū si non possumus extēdere ipsam legē iuxta. no. in l. oēs populi. ff. de iusti. & iur. & in c. canonū. statuta. extra de cōsti. & in d. §. de viro. & in l. cōmodissime. ff. de libe. & posthu. & maxime cū socer vxorē filii nō habeat in potestate, vt no. in d. l. patri. & in d. l. sic eueniet.

29 *Martio sciente uxorem adulteram & non accusante siue ignorāte, an liceat eius heredi maxime propter dotē perdendam illā accusare.*

30 *Si uerò ipse teneat concubinam & mulier committeat adulterium, non debet perdere dotes suas per adulterium.*

29 Ang. † Quid si maritus scit vxorem
30 adulteram & nō accusa:, an licet eius hæredi maxime propter per dotem perdendā accusare, dic ꝙ nō, siue maritus sciuerit & non sit conquæstus, quia videtur remisisse, imo videtur de lenocinio teneri, vt l. ij. C. de adul. & l. ij. §. ij. §. eo. tit. siue etiam ignorauerit eius hæres non pōt etiam ad finē vt perdat dotem cōtra vxorē agere, vel excipere de adulterio, vt l. rei iudicatæ. §. morū. ff. sol. ma. & ibi Bal. Ang. Raph. & Imol. nā prout dicit ibi Bal. istud tendit ad vindictā, ergo talis actio, licet maritus ignorauerit sibi competere, non transit ad eius hæredes, vt l. cum emancipatus. §. cum emancipati. & ibi gl. ff. de colla. bo. Sed Sali. in l. fi. C. de adul. tenet ꝙ si vir ignorauerit ꝙ eius hære

des possint excipere de adult. vt mulier petens dotem eã perdat. Sed Bar. in l. pen. C. de adult. dicit quòd ita iniuriatur cõsanguineus de stupro commisso in vidua, sicut de adulterio commisso tempore mariti defuncti. Et vide Cyn Bal. & Ang. in d. l. fi. & vide quæ scripsi in d. l. rei iudicatæ. §. j.

Allegatio in causa adulterij. d. Alexan. de Imol. de Tarta.

Mulier quæ commisit adulterium & maritus non est conquęstus de ea hæredes nõ possunt obiicere ei exceptio. adulterii ad finem priuandi eam dote, quia videtur ei remissum per maritũ hoc verum, nisi mulier cõmisisset in arti. mortis mariti, q͞a nõ vr̃ ei remissũ quo ad illũ qđ cõmisit in arti. mortis & sic põt illud ꝓ hęredes opponi ad hoc vt perdat dotem. vt firmat Sali. in l. fi. C. de adul. & no. per glo. in l. fideicom. C. de fideicom. & argu. l. non est ferendum. ff. de transact. & idẽ tenet Ro. in l. rei iudi. § j. ff. solu. mat. vbi ꝓ hoc etiã allegat. l. j. cum ibi no. ꝑ Bar. ff. de his qui. vt indig. idẽ vr̃ voluisse Cy. in l. j. in fi. C. de reuocã. dona. vbi dicit ꝗ si dñs nõ reuocauit feudũ cum vasallus cõmisisset aduersus eum feloniã, quã ignorauit idẽ si sciuit & non habuit cõmoditatẽ reuocandi, q͞a statim mortuus fuit, poterit hæres eius reuocare feu. alle. arg. l. vtilitatẽ. & l. in cõfirmãdo. ff. de confir. tut. idẽ etiã tenuit And. de Iser. & Bal. in c. j. §. porro. q̃ fuit prima causa benefi. amit. vbi idẽ dicunt si sciuit & non habuit cõmoditatem vendicandi morte præuentus ꝓ quo Sali. in d. l. fi. C. de adult. allegat in argu. bonũ tex. in l. iii. C. de inoffi. testa. & idẽ etiam tenuit d. Abb. in præalleg. c. fin. de do. & qñ est in arti. mortis semper præsumitur ignorare vt dicunt pręfati doct. in locis superius alleg. quoniã adulteriũ in arti. mortis commissum, ac etiam quia non habuit facultatem vendicandi & accusandi.

Allegatio d. Alex. de Tarta. de Imo.

Nota in versi. Quid si maritus scit vxorẽ adulterã &c. Quod mulieri possit ꝑ hęredes crimen adulterii opponi ad finẽ priuãdi eã dote ꝓbatur expresse ꝑ d. l. ex cõsensu. C. de repu. auth. vt liceat matri & auiæ. §. q͞a vero plurimas. & in l. rei vẽdicatione. §. & hæredi. ff. solu. mat. cũ similib. Nã hoc est verũ ꝗ hæredes possunt de hoc obiicere nisi maritus mores mulieris adulteræ approbasset seu cõnquæstus nõ esset, quia tũc est secus. Sed improbasset mores vxoris adulteræ, aut conquæstus esset dũ viueret tunc etiã ad hęredes trãsit facultas obiiciendi crimen adulterii ad finẽ priuandæ mulieris, iure dotis. ita voluit Ioan. de Imol. l. cum mulier. in viii col. in ver. itẽ aduerte ꝗ hoc procedit qñ vir viuit &c. ff. solu. ma. vbi dicit ꝗ si maritus reprobauit mores mulieris adulteræ licet contra eã in iudicio non egerit hæredes pñt eidẽ mulieri opponere de adulterio ad finẽ excludendi eã à dote. ita dicit trãsire Ia. de Bel. in præalleg. §. q͞a vero plurimas. & in auth. vt liceat ma. & ibi hoc ponit Iac. de Bel. in fi. vbi ꝓ hoc alleg. l. si vxor. in fi. ff. de adult. & in c. plerũq; de do. inter vi. & vxo. hoc ẽt voluit Ang. in l. rei iud. §. & hæredes. ff. solu. mat. ibi dum dicit, nec sub silentio pertransiuit &c. hoc clarius voluit Fau. de Cast. ĩ d. l. cũ mulier. ibi dũ dicit, ꝗ si maritus in vita idẽ vr̃ tenere Bar. sumando illã. l. & l. rei iudi. §. j. in primo cõtrario. & in l. Lucius. circa fi. Dum dicit, ꝗ si maritus nõ fuit in vita de adulterio cõquæstus, nõ põt hæres eius de adulterio opponere, ꝑ d. l. rei iudica. hoc aperte voluit And. de Iser. in c. j. §. porro. quæ fuit prima cã beneficii amit. dũ dixit, ꝗ si vasallus offendat dominũ, tamẽ dñs eum in vita non inquietauit non poterit per eius hęredẽ feudo priuari per l. fi. C. de reuo. don a. & l. omnimodo. cũ glo. & l. non tantũ. §. si mãcipatus. ff. de contrata. & not. in c. imperialẽ. §. insuper. de prohi. feud. alie. per fed. Subdit tñ hoc esse verũ nisi dñs fuisset cõquæstus in vita de offensa allegat. l. quæ à patre.

Eiusdem allegatio.

Mulier propter adulterium perdit dotẽ. l. ex consensu. C. de repu. & auth. vt liceat matri & auiæ. §. quia vero plurimas. c. plerũque de dona. inter vi. & vxo. Tñ illud verum est si maritus accusauerit eam criminaliter de adul. & se ad pęnam talionis inscribat: ex. est secũdum intellectũ Bar. in l. miles. §. socer. ff. de adul. & pro hoc etiam allegat Bar. in d. §. si vero plurimas. & not. per gl. in præalleg. l. ex consensu. Præterea dico quòd nõ esset necessaria criminalis accusatio tñ ex quo maritus dũ viueret, silentio vsus est nõ videtur hæredes ad retinendã dotẽ posse mulieri obiicere crimẽ adulterii. l. rei iudic. §. & hæredi. ff. sol. ma. & ibi gl. & commu-

cõiter scribẽtes & Soc.in titu. de excep. in d. Ver.itẽ quæritur ecce.& in tit. de do. inter vi. & vxo.§.ij.versi.quid si mulier.licet ibi clare non firmat & no.Sali.in l.fi.C.de adult. & ibi etiã p Bal.& ad hoc l.fi. & qđ ibi no.C.de reuo.dona.& ꝙ legitur & no.in d.c.fi. de dona. no.C.eo.l.fi.in simili.C.de reuo. do.& ꝙ no. gl.in l.omnino in versi.si licebit.C.de inoff.testa.q̃ dicit no.ꝙ hẹredes dñi nõ possunt auferre feudũ vasallo,propter feloniã cõmissam versus dominũ, si dominus nihil dixit dum vixit.

Responsio contra prædictas alleg. d. Vgolini de Arimino.

Non ob.in cõtrariũ allegata.s. ꝙ necesse sit vt maritus lucretur dotẽ propter adulterium, vt vxorem accuset de adulterio criminaliter. vt hic Bar.in d.l.miles.§.socer. per illum text. secũdũ intellectũ Bar. quia respondeo ꝙ cõis opi.est in contrariũ à qua in iudicando nõ est recedendũ,& de hoc quòd nõ requiratur accusatio est tex.ĩ d.l.cũ mulier.ff.so.ma & ibi hoc sequitur Bal.Io.de Imo. & Pau.de Cast. & ẽt tex.in l.Lucius.ibi etiam sequitur Ro.eo.ti.& tex.iuncta gl.in l.viro.eo.titu.& tu.& est text. clarius in prẹallegato.c.plerunque.& in l.fi.cũ ibi not. C.de adult. & ita tenet etiã Iac.Butr. Pet.Cy. Bal.Sali.in auth.sed hodie.C.de adul. & Iac. Bel.in §.quia vero plurimas.in auth.vt lic.ma.& auiæ. Et ideo patet quòd illo intellectu Bar.ad d.§.si socer non potest procedere est contra prædicta iura, nec etiam probatur opi.sua in d.§.quia vero plurimas,quia vbi nõ negatur quod si maritus non accusat criminaliter sed alias per modum exceptionis opponatur de adulterio, quòd vxor dotem non perdat & ita etiam respondetur ad no. per glo. in d.l.ex consensu confirmò prædicta ex alio capite nam non est dubium quod per adulteriũ dicitur illata iniuria marito.l. si maritus sit.§. lex vilis.ff.de adulter.& l.miles.§.socer.eo.tit. & ibi probatur quòd non solum marito fit iniuria,sed etiam omnibus de agnatione mariti, vt probat tex.ibi in versi.vindictæ domus iuncta l.j.in princip.in versi.domus secundum expositionem Iac.de Aret.& ibi Bartol.ff.ad Silla.& l.cum vnus.in princip.cum glo. in versi. domum ff.de alimen & cib. leg.& est regulare quòd iniuria facta vni censetur facta omnibus de genere suo.l.lex Cornel.in princip.& ibi Bar.ff.de iniur.& l.j. & ibi Bald.C. si qua. prædi.po.l.cum scimus & ibi Bar.C.de agri.& censi.lib. xj. & ij ff. de lib.causa ergo si filij mariti ex propria persona eorum petant iustitiam ministrari super actione iniuriarum aduersus mulierem,non potest negari quin iudex debeat dictam iniuriam vel æstimanda sit per iuramentum actoris accedente taxatione iudicis.l.sed si vnus.§.seruus meus. & l. iniuriarum æstimatio cum ibi no.per Bar.ff.de iniurijs. & plene p alios in l.si non conuicij.C. de iniurijs. Maritus qui non approbauit in vita sua mores pudorem adulterij concernentes etiam extra iudicialiter hæredes possunt contra mulierem repetẽtem dotẽ excludere propter adulterium commissum in vita mariti allegant Io.de Imo.in l.cum mulier. in viij.col. in versi.item aduerte ꝙ hoc procedit. & alios doct.& hanc sñiam esse communẽ licet Bart. sentiat cõtrarium in l.miles.§.socer.ff.de adul. &c. ibi requiritur inscriptionem &c.& sic per viam iudicij ad quod respondetur cum omni reuerentia opi.Bar.potius esse communẽ quoniam confirmatur per tex.gl.& doc.plures maioris autoritatis,nam probari videtur per tex. expressum in authen.vt liceat matri & auiæ. §.quia vero plurimas.ibi si de adulterio maritus putauerit posse vxorẽ suam conuinci oportet prius virum inscribere &c.& glo.ibi super verbo fide adulterio expresse firmat ibi ꝙ est verius approbans quòd l.quamuis. C.de adul. corrigatur & clarius gl.idem confirmant in l. cõsensu.§. vir quoque. in j.gl. & in glo.super ver. sibi hæredi. hanc sententiam sequitur & firmat Specu. in titu. de dona. inter virum & vxo.§.fina. versi. Quid si mulier agit.de except.& d. versi. Item sequitur ecce cum quo ibidem transit Ioan.And.in addi. etiam Ioan. Andr.omnino sequitur opi.Spec.remittens se ad eum in c. plerunque. de do.inter virum & vxo. & ibi etiam Butr. idem sequi tenetur dicens teneas quod non competit exceptio,causa non lucretur maritus dotem nisi accuset de adulterio & inscribat &c. Idem expresse voluit & consuluit Bal.in consi.incip.si vxor reseden ibi dicti formalit.si vir dissimulauit adulterium vxoris & nec criminaliter nec ciuiliter egit & nec ius vindi.tentauit hæres mariti nõ potest accusare mores quos nõ accusauit maritus.ff sol.ma l.rei iudi.§. & hæredi. & ibi per Dy.& ad hoc.c.de re pu.l.& cõsensu.§.vir. & ibi gloss. Et verba mariti non in iudicio sed extra iudicium nihil operantur ad transmittendam actionem per naturam dotis nec ad perpetuandam in successores &c. & paulo post subdit.sed contrarium est cum enim vir dissimulauit & in iudicio conquæstus non fuit hæres audiri non debet. & videtur approbasse patiendo labi tempus accusandi de

adult.&c hanc etiam op. sequutus est Ang. & in d.l.rei iud.§.& hære.ad fin.ibi vltimo scias ꝙ sicut licitum est viro propter adulterium retinere dotem, & sic & hæredi viri, si modo vir expulit mulierem alias secus &c.magis expressius firmat in authen. vt lice. ma. & auiæ. §.quia vero plurimas.licet meus videtur intitulare Bar.sed communiter dicitur quòd Bar. non scripsit super authen. post omnes prędictos. Raph. Cu. prædictorum confirmat sententiam in d.l.cum mulier.ff.solu.matri.si igitur opi Bart.roborat tex.glo.& illustres doct. quo colore potest dici contrariam opin. esse communem, præterea nec Ioan.de Imo.in prędicta l cum mulier. vt supra alleg.nec Iaco. de Bel.& alij contradicunt licet dicant ꝙ si maritus non approbauit mores vxoris & est certum ꝙ hæredes possunt de oppo.de adult. nō tamen dicunt extra iudicium. ideo intelligentur non approbauit iuxta formam traditam in d.§.quia vero plurimas.& glo. & aliorū doc. supra qui expresse dicunt de non approbatione in iudicio, vt supra dictum est.deinde si expresse diceret quod sufficiat quòd maritus est querelatus extra iudicium tamen plures sunt & magis digni tex.gloss.& alij supra numerati ideo magis præualere debet opin.Bartol & sequa. nam qui pluribus &c.cap.prudentiam. de offi.deleg.& est expressum.xx.di.c. de quibus.& xxxiij.q.ij.hoc ipsum.hæc fuit alle.do. Vgolini de Arimino.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia, adde quòd Ro.in d.l.rei iudicatæ.§.morum. tenet expresse quod hæredes mariti possunt excipere de adulterio ad hoc vt mulier perdat dotem, per not.per glos.in l.fideicommissum C.de fideicom.& per tex.in l. j. cum ibi not. per Bart.ff.de his quib.vt indig.facit.l.in confirmando & l.in vtilitatem.ff. de confir. tuto. & quod eleganter decidit Cyn.in l.fin. C.de reuo.dona.& quod pulchre decidit Ioā. And. & alij canonistę in c,fi.extra de dona.vbi singu.limi.l.fi.C.de reuo.dona. procedere in donatore decedente, & sciente donatariū fuisse ingratum, secus si donator ignorauerit, quia poterit eius hæres donationem reuocare. Sed his non obsteneo opi. Bald.quia illa allegata in contrarium, non militant, nec tollunt rationem illam, per quam Bald.tenet suam opi. & hoc idem voluit Bald. in l.cum mulier.ff. solut.mat.in repe.in xv.oppo. & sequitur ibi in vij.col.Io.de Imol. Limita tamen prædicta quando maritus viuens post adulterium comprobasset mores mulieris, vel esset dubium an approbasset, sed si improbasset. tūc dicit Iac. de Bel.in auth.vt liceat matri & auiæ in §. quia vero plurimas, ꝙ hęres eius posset opponere exceptionē adulterij, & idem tenet Imo.in d.l. cum mulier.in viij.col.Idem etiam sentit Angel.in d.§.morum.dū intelligit illum text. qñ maritus sub silentio transiuit. In hac materia Bart.in d.l.rei iudicatæ.allegat Spe.in duobus

30 locis, & vide doct.in d.l.fi.C.de adul. †Adde tamen Pau.de Ca.in consi.suo cxxvj. inci. In Christi nomine Amen. hæc mulier. nō debet excludi à petitione dotis. qui per bona iura cōsuluit ꝙ si vir tenebat concubinas, & mulier cōmisit adulterium nō debet perdere mulier dotes suas per adulterium, Idem si maritus sciuit eam adulteram & eam carnaliter cognouit postea. Idem si vir nunquā est, cōquæstus, dic vt ibi per eum in d.consi.Item adde prædictū cōsi.cxxix.incip.In Christi nomine Amē. reuocabatur in dubium, qui disputat & terribiliter arguit, an sit vera illa doctri. Bar.quam posuit in l.pe.C.de adul. ꝙ si vidua commisit stuprum, an hæredes viri possint excipere de stupro, ad hoc vt ipsa perdat dotem, & in fi. approbat d. Bar.in d.l.penul.I t adde do. Nellum in tract. bannitorum in secundo tempore post bannum perfectum in xxix.q.

31 *Inquisitio an possit fieri de adulterio & lenocinio.*

31 ANGE. † Quæro an de adulterio possit per viam inquisitionis de iure procedi, dic quod sic tam de adulterio, quā de lenocinio, vt l.ij. §.si publico.& ibi gl.& Bar.ff.de adult.

AVGVSTI. Tu adde hic ea quæ dixi supra in gl.hæc est quædam inquisitio in princi. vbi late disputatum fuit in quibus casibus & in quibus criminibus potest formari dicta inquisitio, dic vt ibi late dixi.

32 *Marito agente contra uxorem de adulterio, an possit mulier excipere de lenocinio.*

32 ANGE. † Quid si per maritū agatur cōtra vxorē de adulterio an ipsa possit excipere de lenocinio, rñdeo ꝙ aut agit ad vindictā publicā, & ad pęnā corporalē imponēdā, & tūc exceptio lenocinij eā nō excusat, nā talis exceptio solū maritū aggrauat vt puniatur nō aūt facit vt se liberet, vt d.§.si publico, de quo late per gl.Bar.& Imo.in l.is qui reus.ff.de pub.iudi.

AVGVSTI. Tu in hac materia, adde ea quæ dixit Paul.de Ca.in d.consi.supra allegato per me cxxvj. qui dicit ꝙ imo videtur casus contra istam conclusionem do.Angel in l. cum

cum mulier.ff.sol.mat. vbi si vir agit cõtra mulierem, vt perdat dotem propter adulterium cõmissum, mulier excipit de lenocinio excludit maritũ, sed dic ꝙ ibi agitur ciuiliter, secus si ageretur criminaliter, dic vt ibi per eum.

33 *Adulterij accusationem quis facere possit.*

34 *Maritus & pater an praeferantur in accusando & an possunt accusare de adulterio, quae uxor est ignominiosa, & matrimonium fuit contra leges contractum.*

33 Ange. †Quis possit de adulterio accusare, dic cum crimen sit publicum, vt l.j.ff.de publi.iudi. ꝙ quilibet admittitur, ar. §. consequẽs. instit. de suspe.tut. Sed aduerte ꝙ si extraneus accusat & maritus & pater concurrat ꝙ maritus præfertur omnibus, etiam si pater iam accusationem & subscriptionem proposuerit, & maritus non fuerit in negligentia, vt l.ij.§.fi. & gl. & ibi Bart.ff.de adulte. in hoc dic latius, vt no. Azo in summa de adul. circa prin. videlicet ꝙ maritus in accusatione adulterij pręfertur omnibus etiam patri mulieris, nisi pater doceat generum infamem aut arguat eum colludere cũ vxore magis quàm animo accusandi, alias præfertur maritus etiã si pater præuenerit & libellum porrexerit, marito tamen non negligente vt dictum est, nec distinguitur iustum an iniustum fuerit matrimonium, siue fuit vxor vilis & vulgaris, siue nõ, vt l.si vxor §.plane.ff.de adult. In tantum ꝙ sponsus admittitur ad accusandũ de adulterio in sua sponsa commisso, præfertur alijs, quibus nec matrimonium qualecunque nec specie matrimonij violare licet vt ff.de adult.l.si vxor. §. diuus. & in §.si minor. & tene menti ꝙ in spõso vel marito non attenditur vtrum sit paterfa. vel filiusfa. quia etiam sine voluntate patris sui, qñ est filiusfa. de adulterio accusare potest, vt l.inter liberos.§.filiusfa.ff. de adult. Sed bene attenditur in marito sit liber vel seruus, quia seruus ob violatum cõtubernium accusare nõ põt.C.de adul.l.serui. Sed non consideratur etas mariti sit minor, quia etiam minor cum suo curatore admittitur ad accusandum pro suo toro violato.ff.de adult.l.si maritus.§.lex. Post maritum admittitur pater mulieris iure mariti, id est vt alijs præferatur intra lx.dies à die commissi adulterij, ita dicit gl. in l. iure mariti.C.de adul.& l.patri.§.j.ff.de adul. sed ille tex.dicit à die diuortij, vnum de iure quando incipiant currere dicti lx.dies plene not. Sali. in d.l.iure mariti.ver. quæro secundo &c. qui lx.dies cedunt pariter marito & patri neutri ipsorum accusanti, si tamen intra lx. dies maritus occupat accusationem, tamen residuum quod de dicto tempore restabat cum maritus cœpit accusare posse, vt ff.de adulte.l. si maritus.in prin. Sed hoc non procedit de iure authen. quia etiam nõ facto diuortio maritus potest accusare de adulterio & tempora sibi currunt & non patri, quia demum facto diuortio potest & si veniant pater & maritus ordine successiuo non currunt tempora patri, nisi marito excluso, vt not. Salice. in d.l. iure mariti. facit infra nouo iure.C.de adulte. Et bene no. ꝙ illud quod supra dixi maritum omnibus præferri, etiam primo accusantibus, verum est intra lx.dies his aũt finitis concurrentibus cũ marito & non præuenientibus, tamen etiam maritus tanquàm idoneior præfertur, vt d.l.j. in fin.& l.ij.& ibi glo.& Bartol.ff. de adult. & eodem modo potest maritum datur prælatio patri, vt d.l. j.in fin.cum l.ij. In quibus autem maritus omnibus alijs præferatur.no.gl. Bald. & late Sali. in d.l.iure mariti. in versi. quæro modo &c. Et tene cordi ꝙ prædicta procedũt quãdo patri permittitur accusare adulterum, sed de filia dicta iura non loquuntur. Tu aũt dic idem vt text.singu.in l. ꝙ si maritus. cum gl.ff.qui & à quib.& no.Sali.in d.l. iure mariti.ver.quæro dixi quando pater &c. scias tamẽ ꝙ hodie correctum est ꝙ siue constante matrimo. siue postea, siue maritus, vel pater, vel alij coniuncti fuerint negligentes, vel non, tamen nunquam extranei admittuntur ad accusandum de adulterio vxoris alienæ licet si publicum crimen, vt no.glo.& ibi Bar. quanuis se non firmet in l.miles.§.volenti.ff.de adul. Sed clarius Richar. Malum. Cyn.& Sali.in l.quãuis.la ij.C.de adult.in ver.oppono cum gl.iiij. cum versi.seq. & ibi assignant rationem quare &c. Et quia dixi de cõiunctis ꝙ admittuntur. dic siue sint ex latere coniuncti mulieris, siue viri, vt no. Sali.in d.l.quamuis. ꝙ no.

Avgvsti. Tu autem in hac materia, adde ꝙ intantum marito permissa est accusatio mulieris de adulterio, ꝙ imo si extraneus accusauerit mulierem de adulterio, & mulier fuerit absoluta, & maritus vult iterum ipsam mulierem accusare de adulterio, ꝙ poterit, vt est tex.in l.si maritus.§.fin.de adulte. dum tamen ipse probet à principio quod iusta causa fuerit impeditus, ꝙ intra tempus legitimum non potuit accusationem instituere. Item adde quòd Ang.in l.quamuis.ff.de adult. & Angel.in l.si maritus, in princi.ff.de adult. vult ꝙ falsæ sint gl. quæ dicunt quòd d.l.quamuis non corrigat iura

iura antiqua, quia imo hodie extraneus non potest accusare vxorem alterius de adulterio, quia non licet fedare matrimonia aliena. Et ideo dixit Ang.in d.l.si maritus. ꝙ si vxor fuit repudiata à viro, ex quo maritus eam contemnit, nemo poterit eam accusare de adulterio. Quæ autem personæ possunt accusare sancitum est in d.l.quáuis. Item inquantum dictũ est ꝙ maritus & pater præferuntur in accusando & possent accusare mulierem de adulte-
34 rio. †Limita nisi vxor fuerit ignominiosa quia non poterunt hoc facere, vel fuerit vxor, sed matrimonium contra leges fuerit factum. ita voluit Bar.in l.marito. §. illud.ff. de adult. casum alleg.in l.si vxor.§.plane.& §.sed in ea. ff.de adult. Et hoc intelligas quando iure mariti vellet accusare. alias secus, vt ibi habetur, & quando dicatur accusare iure mariti vel nõ, & quæ priuilegia habeat, vide Cyn. in l. iure mariti. C.de adul.ibi vide doc.& vide Bart.in d. l. marito.§.illud. qui dicit ꝙ si maritus & pater sunt infames, viles, & ignominiosi repelluntur ab accusando, hoc intelligo si iure mariti, alias secus. Item inquantum Sali. in d.l si iure mariti.& d. Angel.hic allegauerunt illum tex.pro singulari in l. sed si maritus. qui & à quibus. ꝙ pater ita potest accusare filiam adulteram sicut adulterum. & Sali. ibi dicit ꝙ ille tex.alibi non reperitur. & ita pertrãsit d.Ang. Aduertas quòd certe miror de istis clarissimi doc. qui luminaria iuris erant & ignorauerũt tex.magistrales.nam ille text. in d.l. sed si maritus.non probat nisi coniuncta glo.sed ego in indiuiduo. allego in terminis in l. is cuius.§. marito.ff.de adul. vbi expresse tex. hic dicit ꝙ pater pôt accusare filiam adulteram intra lx. dies & nemo alius extraneus præfertur, sicut in ipso marito dicitur. Quinimo contra istam sententiam videtur tex.in l nec in ea. §.j.ff.de adult. vbi dicitur ꝙ pater in accusando filiam adulteram præ ceteris nullum ius præcipuum habet. Vide ergo quõ ille tex.in l. sed si maritus est sing.cum reperiamus multa iura de ista materia loquentia. Sed responde ad tex.in d.l. nec in ea. quia loquitur in patre qui vult accusare filiam viduam quæ commisit stuprum. & ita dixit ibi glo. alias secus. Et tene menti quod dixit Rom.in sing. primi anni cclvii j. ꝙ inci.scis ꝙ adulter. qui dixit ꝙ in eod. libel. adulter.& adultera non possunt accusari. tamẽ ibi limitat no.hoc.

35 *Pater & maritus si intra lx.dies non probant accusationẽ an condemnentur de calumnia.*

35 Angel. † Quæro si pater & maritus intra lx. dies non probant accusationem an condẽnetur de calumnia. dic ꝙ nõ nisi sint in euidẽti calũnia. C.de adult. l.quáuis. de quo tñ vide late p gl.& Sal.in l.absolutione. C.de adult. Avgvsti. Sed adde. ꝙ contra istá decisionem est tex.in l.pater.& in l.is cuius.§.fi.ff. de adult. vbi expresse dicitur quòd si vir iure mariti accusat, tenetur de calumnia, faciunt ea quæ habentur in l.auxilium.ff. de minor. & ideo vide gl.in d.§.fi.& ibi Bar. expresse dicit quòd si intra lx.dies accusat nõ tenetur de calũnia si probat, secus si accusat elapsis lx. diebus quia tenetur de calũnia, de euidenti vero calũnia tenet̃.dicit ibi Bar.& ita intelligatur.d.§.fi.

36 *Pater & maritus licet intra lx.dies negauerint se velle accusare de adulterio, tamen intra quatuor menses vtiles admittutur iure extranei.*

36 Ange. †Scias tñ ꝙ licet intra lx. dies negauerint se velle accusare de adulterio, tñ iure extranei admittũtur intra iiij. mẽses vtiles, vt d.l.iure mariti.C. de adul.& l.ij.§. hoc si maritus.& l.maritus si negauerit.ff.eo.ti. Avgvsti. Tu adde ꝙ vera est ista conclusio, ꝙ maritus duplici via pôt accusare vxorem suam & iure mariti, & iure extranei, vt est casus in l.ij.§ j.ff.de adulter.& in l.si vxor. in prin.& in §.sed si ea ff.eo.tit. Priuilegia aũt quæ magis dantur in vno casu quam in alio satis supradictũ fuit. & l.iure mariti. per Cy. & alios.C.de adult.

37 *Maritus si intra lx. dies incœpit accusare & non finiuit & non prosequatur vltra, an cõsiderato fine teneatur de præsũpta calũnia.*

37 Ange. † Quæro an si maritus incœpit accusare intra lx.dies & non finiuit, & nõ prosequatur vltra & non probet an considerato fine teneatur de præsumpta calumnia. Sali. in d.l.iure mariti.in ver. quæro an maritus &c. dicit quòd non tanquá principium sit spectandum, vt ff.de bo.liber.l.qui cum maior.§.j. Avgvsti. Tu adde ꝙ mihi videtur ꝙ satis pulchre dixit Bart.in l. is cuius.§.iure mariti.ff.de adul.inquantũ diffiniuit præsumptam & veram calumniam, nam dicit quòd si maritus accusat intra lx.dies excusatur à præsumpta calumnia, à vera vero calumnia quis non excusatur.

38 *Pater frater uel auunculus an admittantur etiam iure mariti.*

Ange.

38 Ang. † Quæro an pater, frater, vel auunculus, admittātur etiā iure mariti, q̄a vtile est iure mariti accusare propter præsumptā calumniā, & vt præferatur. Azo in summa de adul. in ii. colum. dicit forte q̄d sic per l. quamuis C. de adulter.

Avgvsti. Tu adde ꝙ dubito de ista decisione. Et primo scias ꝙ quādo pater accusat proprie nō dicit accusare iure mariti sed iure patris dicitur accusare. vt est text. in l. marito. § illud. ff. de adul. ibi iure patris maritive. Sed in hoc considera ꝙ imo iure patris etiam pater semper non potest accusare, nisi concurrant certa quæ de iure concurrunt, vt est tex. in l. nec in ea. §. in accusatorem. ff. de adult. Si ergo pater non potest accusare semper iure patris, quantominus & frater & alii coniuncti separati. Et maxime requiritur ꝙ ille qui accusat iure patris & mariti, habebat adulteram in potestate, vt est textus in l. is cuius. §. marito. ff. de adult. Nec ob. ꝙ maritus non habet vxorē in potestate, quia respōdeo ꝙ imo est falsū hoc, quia pater habet filiā in potestate quo ad reuerētiā, sed maritus habet vxorē filiā familias in potestate, q̄ ad opera & debitū carnis. ita elegāter tradidit Bar. in l. rei iudicatæ §. socero. ff. sol. ma. Et no. gl. insti. ad tertul. §. ii. & l. si vxorem. C. de cōdi. incer.

39 *Extranei post quas personas admittantur accusare in crimine adulterij.*

39 Ang. † Et post has personas cōiūctas extranei admittuntur cū sit crimē publicū, vt d. l. quāuis. & licet olim aliud esse, hodie etiam cōstante matrimonio potest fieri accusatio, vt in authen. vt lic. mat. & auiæ. §. quia vero plurimas.

Avgvsti. Tu adde hic quæ supra dixi in tribus proximis additionibus.

40 *Capitula in adulterio quomodo formabuntur vt concludant.*

40 Ang. † Quomodo formabūtur capitula in adulterio vt cōcludant, & sic vt sciam q̄ ꝓbationes sunt necessariæ, & sic vides modū & formam practicādi de adulterio dic ꝙ aut ꝓceditur per accusationē factam ab extraneo, & tūc sufficit q̄d capitulet quod talis scilicet berta habebatur & reputabat vt vxor Caii ego idem. q̄n per viam inquisitionis proceditur, q̄n iudex succedit in locū patris extranei nō aūt inquirit iure mariti, vt habetur maxime per Bart. in l. ii. §. si publico. ff. d̄ adul. Sinautē maritus iure mariti accusat, tūc non sufficit ita capitulari nisi capitulet quod vere sit vxor non aūt capitulet quod habebat, & vt vxor reputabat. Sed aduerte quia etiam maritus q̄n ita capitularet & probaret, sufficit quo ad hoc vt præsumatur vxor & onus probandi in reū transferatur, vt l. in verbis. ff. de rit. nup. vñ si reus faceret capitula q̄d illa nō poterat esset vxor, nō releuat se, sed capitulare debet q̄d Berta nō habebat nec reputat vt vxor, quo probato etiā absoluetur. Et sic ex his habes capitula pro parte inquirentis, & pro parte accusatoris & rei, & ita eleganter dicit Bar. per illū tex. in l. si vxor. §. sed in ea. ff. de adul. Adde q̄d idē ipse no. in l. si vxori. §. ꝙ si in vxorē. ff. eo. quod bene not. q̄a non omnis scit bene capitulare, & cōsequēter minus bene ꝓbare in adulterio, ex parte vero cōmittētis adulteriū non refert, an credat eā verā vxorē Titii & sciuerit an eā in animo reputauerit & tenuerit ꝓ vxore Titii q̄a Titio iniuriā inferre volebat. ita dicit Bar. in l. d̄ iure. §. si. ff. ad municip. ꝙ no.

Avgvsti. Tu aūt in hac materia, adde q̄d Ang. in l. si vxor. §. plane. ff. de adul. posuit istā materiā & refert istā materiā aliter, nā Bar. dicit ꝙ vir accusans d̄ adulterio, vt vir, debet ꝓbare matrimoniū verū quod ꝓbat eoipso ꝙ ꝓbat se tractasse & tenuisse illā in vxorē per d. l. in verbis. Sed q̄n accusat simpliciter sufficit ꝓbare matrimoniū putatiue, q̄d ꝓbat probādo tractatū & ꝙ licet aduersarius ꝓbet ꝙ illa vxor esse nō pōt, nō eximit à pœna nisi probet negatiuā scilicet ꝙ nō tractabat ea vt vxorē. Et subdit Ang. ꝙ si inspiciantur verba Bar. ꝙ sibi ipsi vr̄ cōtrarius. Nā dicit primo matrimoniū vere debere probari, & deinde subdit ꝙ nō sufficit ꝓbare reo ꝙ ista vxor esse nō potest, vnde secundū Ang. dic ꝙ vbi maritus accusat vt maritus matrimoniū debet probari vere. Et ideo si aduersarius probet ꝙ ista vxor esse non pōt, absoluit quātuncūque illa tractaret vt vxor, quia præsumptio matrimonii insurgēs ex tractatu tollit per contrariam probationē suam. s. ꝙ ista vxor esse nō potest. Et certe plus mihi placet ista sententia Ang. Nec ob. tex. quē Bar. alle. s. text. in d. §. sed si in ea. quia ille text. recte intuenti

intuenti non probat id ꝙ ipse dicit.& no.id quod dixit Bal.in l.non igno.C.qui accusa. quod efficacior est probatio matrimonii,ꝙ vir tractabat Bertam in alimentis & vestibus preciosis quam ꝙ vir nominaret Bertam vxorem suam quia parum curamus, dicit ipse de solo nomine,cum sepenumero ista dant per fictionem,quod not.

41 *Capitula seu probationes de adulterio qualia esse debeant.*

41 ANGE: †Visis capitulis de vxore, nunc successiue queramus qualis debet esse ꝓbatio de adulterio,& per cōsequēs etiā illa capitula de actu venereo, qa post capitula sequi debet probatio,dic ꝙ adulterium non
a pōt probari directo a & quia si videres duos nudos in lecto nescires directo qd vere facerēt vnde dic ꝙ ex ꝑsumptionibus ꝓbaī vt c.præterea.de testi.& c.tertio loco extra de proba.vt quia vidisti eos nudos in lecto, vel ꝙ vidisti per scissuram ostii eos solos in camera clausa,& erant iuuenes & luxuriosi & nihil parentela coniungebantur & alia similia ꝓbando & deducēdo,ita dicit Bar. in l.ii.§.fi.ff.de adul.Itē dico qđ ex actibus venereis ꝓbatur & ꝑambulis,vt no.& Bar. in l.i.ff.de var.& extraor.cri.& l.qđ ait lex. in prin.& ibi Bar.ff.de adul.& l.capite quinto.& ibi Bar.ff.de adul. & supra dixi.

ADDITIO.

a ¶Probari directo.Adde tu & vide Ro.in consi. ccccli.vbi etiam an ex ꝙ mulier vadit de nocte ad domum Amasij præsumatur adultera Ber.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia, adde in ea quæ dicit Bart.in l.ii.ff.de fur.in prin.qđ aut ꝓbatur adulteriū, si in domo alicuius pulchre puellæ est aliquis inuentus de qua doctrina ego dubito in istis ꝑiudicialibus qđ iste dicaī manifestus adulter, qa poterit esse qđ ex alia causa iuerit in domū illius mulieris, vel qa erat frigidus & nō potuit fornicari.Sed vide d.Abb.in cap. ꝑterea.extra de testibus approbātē illā doctrinā Bar.in d.l.ii.sed ipse vult quod vir & mulier in latebris domus reperianī.Aduertas qa reperio.d.Abb.in c.tertio loco extra de ꝓba.in vi.col.facietē mētionē de hac doctrina Bar.in d.l.ii.& dicit qđ illa doctrina Bar.est falsa,qa ad ꝓbandū adulteriū non est verū qđ sufficiat ꝓbari qđ aliquis fuerit inuentus in domo vnius pulchre mulieris, qa poterit esse qđ ille ingressus illā domū, &tn̄ ignorauerit ibi mulierē habitare. Et ideo dicit qđ illa doctrina Bar.ī d.l.ii.debet intelligi qn̄ aliquis in latebris domus fuerit inuētus,& erat in actu præambulo veneris, puta quia se osculabantur.& vide Bal. in l. neq; natales.C.de ꝓba.qui dicit qđ si mulier admittit viros passim de nocte et de die in domo presumitur meretrix.Et ideo scholaris qui ingreditur in similē domū non est
42 presumendū qđ dicat pater noster.†Tene mēti que dixit Ang.in l.si qui adulterii.C. de adul.& in l.ii.§.si sic.ff.de adul.ꝙ adulterium directo probari nō potest vere,sed ex presumptionibus vt supradictū est,dicit tn̄ ꝙ illa præsumptio excluditur per aliā præsumptionē puta rōne cōsanguinitatis. Subdit tn̄ qđ licet ratione cōsanguinitatis sñīa absolutoria fuerit lata cōtra adulterū,tamē si vere postea probaretur adulteriū potest iterum procedi cōtra adulterum non obst. illa sententia absolutoria tex.alle.in l.si qui adulterii.C.de adul.ita dicit Ang.in d.§.si sic.Et omnino vide quæ dixi supra in hac eadm gl.in versi quid in parte in addi. vbi examinaui an prædicta militent in clerico osculante vel alloquēte mulierem. An aūt criminaliter ex istis præsumptionib. liceat criminaliter & ad mortem condemnare aliquem,vide d.Abb.multa allegantem in c. quanto.extra de præsum.& melius in c.af-
43 ferte.eo.ti.†.Adde tn̄ qđ licet ꝑ istas præsumptiones probaretur adulterium, tamē videreī qđ mitius debeat puniri ꝑ doctrinam Bal.in l.si quis non dicā rapere.C.de episco.& cle.in illa sua distin.quādo distinguit qualiter vnus puniaī, quādo vnus fuit inuētus cū vna muliere iacēte in terrā, vel quādo fuit inuētus osculari mulierē,& alle. gl.in l.i.ff.de var.& extraor.cri.q. dicit ꝙ mitius punitur,& illa fuit doctrina Ia.de Arc. & Guil.de Cu.ibi,nisi dicamus ꝙ ibi cōstabat ꝙ illi ad vlteriora non processerant cogita,& vide quæ late dixi in gl.fama publica præcedente in versi.quæro an vnum iudicium vel plura requirantur in illa addi. magna mea vbi examino istam materiam.

44 *Pœna adulterij quæ sit.*

45 *Adulterij pœna licet in uiro sit capitis iudex tamen illam ex causa minuere potest.*

Muliero

46 *Muliere committente fornicationem cum sacerdote iudex ecclesiasticus non laicus cognoscet quia effecta est fori ecclesiastici.*

44 ANGE. † Quaero quae sit poena adulterij b quia facta ꝓbatione & liquidatione adulterij sequitur poenae impositio. arg. l. j. §. j. ff. ad turpil, dic ꝙ masculo est poena mortis naturalis, vt l. quamuis la ij. C. de adult. & ibi vide late per Sali. In foemina aũt est pena de qua in authẽ. sed hodie. C. de adul. quia clauditur in monasterio & alia patitur de quibus ibi. De iure aũt canonico sententia lata contra foeminam adulteram licet emendata fuerit si maritus nõ vult ipsam recipere, tradi debet in monasterium in perpetuum ad poenitentiam peragendam, vt c. gaudemus. de conuer. coniug. Et predicta intellige quando est simplex adulteriũ. Si aũt esset adulteriũ cum incoestu vel cũ nefario coitu, & tunc etiã in foemina est poena capitis & sic punitur foemina vt masculus, vt est tex. in d. l. si adulteriũ cum incestu. in princ. ff. de adult. & ibi gl. & Bar. nec hodie corrigitur per auth. positam. in l. quãuis C. de adult. ita dicit Bart. in d. l. si adulterium. ꝙ no. De iure vero canonico si maritus vult, est pena adulterij vt habetur & no. in c. gaudemus, extra de conuersione coniugatorum.

b ¶ Poena adulterij, vltra ea quę ponit hic Aug. & vide Fulg. in consi. cliiij. & Fede. de Sen. in cõsi. lxij. vbi mulier. fuerit fornicata cum vno sacerdote iudex ecclesiasticus & non laicus cognoscet. & adde quod licet cum muliere nupta inhoneste viuente committatur adulterium. tamen cõmittens non punitur, sed ipsa mulier. ita Pau. de Cast. in consil. cccvij.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia, adde ꝙ Ioan. Fab. insti. de pub. iudi. post glo. ibi latius loquitur. Et considerat in hac materia quatuor iura. primum ius diuinum quo adulter & adultera occiduntur, vt Deuteronomij xxj. c. & xxxiij. q. v. c. haec imago cum c. seq. Item secundum ius digest. quo iure videtur ꝙ non esset certa poena statuta. Item non videtur ꝙ esset capitalis, vt no. glo. in l. qui cum vno. ff. de re mili. §. adulterio. & de his qui not. infa. l. cũ miles. Item de iure. C. fuit statuta pena capitis tam in masculo quam in femina, vt l. quamuis. C. de adul. Idem de iure authẽ. est ordinatum & statutum quòd in muliere mutatur pena vt non sit pena capitis sed alia pena, de quibus in d. auth. sed hodie. Solum est pena capitis in masculo committente adulterium, & ista est cõis sententia. Et ita tenet gl. & oẽs doc. & maxime Ant. de Bu. Abba. & Imo. in cap. tuae. extra de procu. vbi Imo. dicit ꝙ ita legistae cõiter tenẽt Et de materia vide Rom. in sing. suis secundi anni sing. cxlvj. ꝙ incip. nos sumus in materia adulterij qui dicit ꝙ hodie sunt statutae tres poenę. Et ibi ponit quis erit iudex. Adde d. Bart. in l. inter liberas. §. j. post glo. ff. de adul. & Bar. in l. si quis iudicium. post gl. ff. de quaestio. & Sali in l. castitati. & in l. eum qui duas. C. de adulte. & Ang. in authẽ. vt nulli iudi. §. adulteram. & Iaco. de Bel. in l. raptores. C. de epis. & cle. & §. necessitatem. in authẽ. vt nulli iudi. col. ix. & glo. in c. de benedicto. xxxij. q. j. & Bar. in l. Claudius. ff. de his quib. vt indig. ex quibus dictis possumus colligere vnã pulchrã

45 limitationem † ꝙ licet in viro sit poena capitis, tamen ex causa iudex potest minuere illã penam, per l. quid ergo. §. pena grauior. ff. de his qui not. infa. & vide Pau. de Ca. cõsi. suo ccciij. ponentẽ an si mulier núpta, quae viuit inhoneste adulterium committit, an ipsa & masculus adulter debeant capitaliter puniri, & ibi alleg. Ang. not. loquentem. Adde Fede. de Sen. in consi. clxij. ꝙ incipit mulier accusata, qui dicit ꝙ mulier quae cõmisit adulterium credens maritum mortuũ non debet puniri de adulterio

46 sed de simplici fornicatione. † Itẽ dicit ibi ꝙ si vna mulier fecit fornicationem cum vno sacerdote iudex ecclesiasticus non secularis puniet ipsam quia effecta est de foro ecclesiastico, & ibi dicit ꝙ si mulier respondendo inquisitioni dicit se commisisse adulterium vel incestum & in veritate nõ sit, non debet puniri de adulterio vel incoestu, quia forte erat fornicatio ibi vide, & dixit d. Abb. in consi. suo iiij. ꝙ quedã mulier quae fuit vi coacta facere adulterium cum quodam officiali cum dolose non commiserit crimen adulterij non incidit in poenam, nec perdit dotem, nec alimenta, & tene menti quòd dixit glo. in c. tuae. extra de procu. ꝙ mulierem damnatam de adulterio potest vir secum reconciliare & ipsam retinere, & ita dicendum est ecõtra in viro respectu mulieris, est text. in d. authen. sed hodie, quinimo fortius dico quòd etiam inuita muliere damnata de adulterio, potest maritus ipsam retinere penes se, est glo. no. in c. ex literis. extra de diuortijs, quam approbant ibi doc. maxime. Abb. licet do. Ant. de But. cum aliquali distinctione ipsam approbet & ita illam glo. intelligit do. Anto. sed hodie de iure canonico clericus cõmittens adulterium in monasterium detruditur & laicus excommunicatur, per text. in c. si quis clericus. lxxxj. dist. ita dicit Io. Fab. insti. de pub. iudi. §. ij.

47 *Fornicationem committentes, an euitent pœnas si dicant se contraxisse matrimonium.*

47 ANGE. † An autem postea dicti tales committentes fornicationem euitare possint pœnas si dicant & confiteantur [a] se cōtraxisse matrimonium. no. per Bal. in vsib. feu. in ti. de pa. iur. fir. dic vt ibi per eum. & dicam infra eo. ver. pone ꝙ est iuuenis.

ADDITIO.

a ℭ Confiteantur. Adde & vide do. Alex. in consil. j. in iij. vol.

AVGVSTI. Tu adde & dic vt dicam ibi in dicto versi. pone ꝙ iuuenis.

48 *Concubina alicuius si cognoscatur carnaliter à Titio, an Titius puniatur, & quomodo.*

48 ANGE. † Quid si concubina [b] alterius carnaliter cognoscitur dic ꝙ aut talis concubina perdidit nomen matronæ & honestæ mulieris, & tunc talis coitus est impunitus aut tamē matronæ & honestæ mulieris retinet vt quia liberta stat cum suo patrono, & tunc talis coitus est punibilis, vt est tex. & ibi gl. & Bart. in l. si vxor circa princi. ff. de adult. Et prædicta procedūt si est libera mulier quæ passa sit adulterium sinautem serua sit habet locū iniuriarū actio & de seruo corrupto. l. act. ff. de adult. l. miles. §. pen. & l. pen. Et si vis scire quis coitus sit permissus & etiam quis damnatus. vide Bartol. glos. & ll. quas allegat in l. si adulteriū cum incestu in prin. versi. oppo. d. l. qui contra. ff. de adult.

b ℭ Concubina. Adde quæ proprie dicatur concubina Pau. de Cast. in consi. cccclxvj. & do. Ludo. sardum in tra. legi.

AVGVSTI. Tu in hac materia, adde & dic ꝙ cum hodie de iure canonico nullus concubinatus sit licitus, vt voluit Ioan. Andre. sequendo opini. Hostien. in c. lator. extra qui fi. sint. leg. text. in c. nemo. xxxij. q. iiij. Quinimo secundum Hostien. etiam hodie de iure nouissi. videtur dicendum ꝙ leges damnant illum coitum concubinatus illicitum quia leges nouæ damnant fornicationem. & omne peccatum, vt in authen. de lenonibus. col. ij. & scen. mulieres &c. col. v. & vt non luxur. contra natu. col. vj. vnde & dicit imperator castitatis sumus amatores, vt in authen. qui. mo. na. col. vj. §. illud. & l. si qua illustris. C. de officianum. & in talibus potissime vbi de peccato agitur leges sequuntur canones in authē. quomodo opor. episcopos. colum. j. & de ec. titulis. col. ix. tenent per has rationes, & Ioan. And. & Hostien. hodie indistincte saltem de iure canoni. quòd omnis concubinatus est illicitus. Si ergo omnis concubinatus est illicitus, ita potest impune haberi accessus ad omnem concubinam sicut potest haberi ad illam quæ vulgariter meretricatur ad quam impune sine dubio habetur accessus per text. in l. si vxor. §. plane. ff. de adulter. & l. quæ adulterum. C. de adulte. & ideo dicebat Angel. in d. l. si vxor. in princip. No. tu scholaris qui quotidie habes accessum ad concubinas Bonon. quæ non sunt sclauæ, sed fantolastræ, vnde de tali accessu non debes puniri considerato ꝙ talis concubinatus est reprobatus de iure ciuili, & fortius de iure canonico etiam si sit libera Bonon. cōsiderato ꝙ de iure prædicto omnis concubinatus improbatus est, nisi dicas ꝙ ex quo omnis fornicatio est prohibita iure canonico etiam talis accessus debet puniri in terris ecclesiæ in quibus habet temporalem iurisdictionē, & sic iura canonica sunt spiritualia, vt not. Ioan. And. in c. ij. extra de regu. iur. in vj. Sed tu vide omnino Bar. in l. j. ff. de concu. optime saluantem in quo concubinatus de iure canonico est approbatus vel reprobatus, sed vide tex. cum glo. in c. concubina. xxxiiij. dist. qui videtur velle ꝙ de iure cauonico quandoque concubinatus sit permissus, & xxxiij. dist. in summa. vide omnino Abb. in c. cum sit generale. extra de foro compe. disputantem an hodie de iure ciuili concubinatus sit prohibitus, vide Matthe. in sing. suis singulari cj. qui ponit materiam de qua in j. quæst. hic tracta. dicit tamen ibi in fin. ꝙ si filius habet rem cū concubina patris est iusta causa exhæredandi eum ibi allegat bona iura.

49 *Mulier accusata de adulterio quas defensiones facere potest.*

50 *Maritus approbans mores mulieris, an videatur approbare futuros.*

49 ANGEL. † Quæro quas defensiones potest facere accusatus vel accusata de adulterio, dic ꝙ plures facere permittitur. Primo si dicat ꝙ iure mariti post lx. dies accusare nō pōt vel si dicat ꝙ plures accusatores de adulterio habere non potest, licet secus sit in crimine incestus, vt l. si maritus. §. penult. & l. vim passam. §. duobus. ff. de adulter. Item opponi potest exceptio peremptoria, vt si dicat transactum est quinquennium, quia quinquennio

nio accusatio adulterii tollitur, vt l. si maritus. §. scriptione. ff. de adulte. ꝙ tamen intellige, vt not. glo. & late Sali. in l. adulte. C. de adulter. & etiam in l. querela. C. de fal. Secundo si dicatur maritum destitisse, vt ff. de adulte. l. i. §. i. & l. absolutione. vel si mulier dicat adulterum esse absolutum, quia amplius in æternum accusari non potest, vt l. denunciasse. §. primo, & quod not. gloss. & Bartol. ff. de adulter. Et sic condemnatoria facta de adulterio nõ nocet mulieri, sed absolutoria facta de adulterio prodest mulieri, vt d. §. fi. Ratio aũt est quia in absoluen. sumus promptiores, vt l. arriani. ff. de act. & obli. Tertio si vir dicatur fuisse autor malorum morũ, iudex enim inquirere, debet an maritus pudice viuens mulieri quoq; colendi bonos mores autor fuerit, alias ꝑ iniquũ est ab vxore alios mores exigere quos ipse maritus non habet, vt. ff. de adult. l. si vxor. si iudex. Quarto opponitur ꝙ maritus eius mores approbauit vt si eã propter adulteriũ de domo expulit, postea vero eũ reassumpsit, vt l. si vxor. §. fi. ff. de adulte. Et consequenter dicit approbasse mores vxoris non tñ præteritos, sed etiam futuros: vt vult gl. in l. castitati. C. de adul. & ibi Sali. in pen. q. qui remittit ad not. per ipsum in d. l. quoniam Alexandrum. Vltimo ꝙ maritus fuit leno, vt l. quoniam. & l. ita. C. de adult. & dicitur leno multis modis, vt ibi plene ꝑ Salic. quod est verum, si opponat antequã nomẽ suum recipiatur inter reos postea autem vir non repellitur, mulier tamen obiiciens viro eum aggrauat, sed se nõ liberat, vt d. §. si publico. & quod ibi per gl. & Bart. de quo tamen late qui Imo. & Barto. in l. is qui reus. ff. de publi. iudi.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia, adde & dic quo ad iiii. & v. & vi. defensionem tex. in l. quæsitũ. §. fi. ff. de adul. ꝑ quẽ text. colligitur ꝙ licet maritus desistat ab accusatione ante cõdemnationẽ, ꝙ non põt amplius eã accusare qñ in veritate cognoscebat mulierẽ forte nõ culpabilẽ, & dicit glo. ibi ꝙ licet desistat, nõ tñ crimine lenocinii punitur, intelligas hoc verũ, qñ nõ erat dãnata de adulterio, q̃a si erat dãnata de adulterio ipsa mulier vel maritus in verum eã cognoscebat culpabilem & mulierem reducat punitur ipse maritus pœna lenocinii ꝑ tex. in l. fine metu. C. de adul. Aduertas tñ ꝙ hodie per tex. in authẽ. Sed nouo iure & in corpore vnde sumitur, licet marito sine pœna etiã mulierẽ dãnatã de adulterio reducere ad domũ eius, vide doc. ĩ l. castitati, maxime Ia. de Are. Cy. & Ang. q. dicunt ꝙ cũ hodie maritus pœna lenocinii puniretur si reduceret mulierẽ domum suã qñ mulier meliorẽ vitam nollet facere sed vellet esse meretrix quicquid dicat ĩ d. l. fine metu. &

50 vide Sal. in locis prealle. †Sed aduertas inquãtũ d. Ang. hic post Sal. in d. l. qm̃ Alexãdrũ. videñt tenere ꝙ maritus approbãs mores mulieris nõ modo ꝑteritos, sed etiã futuros vr̃ approbare. Addatis ꝙ imo credo ꝙ futuros nõ vr̃ approbare, nec etiã posset & hoc ꝓbo ꝑ tex. cõiuncta gl. c. queãdmodũ. extra de iureiu. ibi tutius ergo in hoc casu vr̃ vt ꝓpter iurisiurãdi religionẽ vir accusare desistat vxorem ad diuortium celebrandũ. vbi fortius dicitur ꝙ si maritus expresse per pactum etiam cum iuramẽto promittat non accusare mulierem de adulterio futuro, & sic videatur approbare mores mulieris, ꝙ hoc pactum inquantum venit contra publicam vtilitatẽ, ꝙ dolus de futuro remittatur, ꝙ hoc fieri non põt. per tex in l. si vnus. §. pacisci. & §. illud. ff. de pact. & ideo dicit d. Abb. hic tex. coniuncta gl. probat ꝙ non valet pactum per quod maritus ꝓmittat mulieri nõ accusare ipsam de adulterio futuro inquantum hoc pactũ venit contra vtilitatem publicã, & sic maritus posset ipsam accusare pacto nõ obstante & etiã iuramento nõ obstante, vt vult ille tex. bene valeret illud pactum & iuramentũ inquãtum cõtinere vtilitatẽ priuatã ipsius mariti, vt voluit ille tex. cõiuncta gl. & sic voluerunt Hostiẽ. Io. And. & Inn. ibi, & ideo si recte põderañt ille tex. in d. c. queãdmodũ cõiuncta gl. & dicta doc. ibi. & d. Ant. de Butr. & Imo. Sed melius ꝑ Abbatẽ ibi vbi multum elegãtissime loquitur habemus maximam limitationem in hac materia. & ita reperio clarissimũ patrem meũ in allegatione sua xlviii. multũ extollentẽ dicta d. Abb. ibi ad limitationẽ dictorũ Sali. in loco præalleg. & ita dicit obtinuisse de facto, quæ omnia no.

51 *Stuprum quando dicatur committi.*

51 ANGE. †Quæro qñ dicatur cõmitti stuprũ, dic ꝙ cõmittitur siue cũ masculis, siue cum fœminis viduis vel virginibus solutis, siue vna fœmina cũ alia, siue mulier sit agẽs & puer

& puer patiens & per consequens semper etiam quando contra naturam coitus committatur dummodo in quas cõmititur sint personæ liberæ, non autem seruæ, vt l. inter liberas. ff. de adulte. insti. de pub. iud. §. item lex iulia. de adulte. & dummodo etiam nõ sint meretrices, vt l. stuprum. primo respon so. & §. j. ff. de adulte.

AVGVSTI. Tu adde in hac materia qđ ille tex. in d. l. inter liberas. & ille. §. insti. de publi. iud. non probat ea q̃ dicit d. Ang. hic. Quinimo ille tex. insti. de pub. iud. videt probare quod nõ sit stuprũ qñ cũ masculo committitur coitus. Sed ista conclusio probatur de directo in l. stuprũ. §. j. ff. de adul. vbi iurisconsul. hoc expresse dicit. & bonus tex. in l. quæ domum. ff. de adul. Quando vero fœmina cum masculo & fœmina agit, vt masculus quod sit stuprũ vide in l. fœdissima. C. de adul. & text. cũ gl. xxxij. q. iiij. c. nemo. vbi gl. ponit quid est stuprum. & dicit qđ ista procedũt de iure ciuili. Alio modo capitur stuprum de iure canonico, vt xxxvj. q. i. §. i. vbi proprie dicitur quid est stuprũ pro adulterio & aliqñ econtra vide doc. in locis supra allega. gl. in d. §. i.

52 *Stuprũ cõmittens quomodo teneatur domino serui & quãdo stupri accusatio fieri possit.*

52 ANGE. †Qui autẽ cũ serua stuprũ cõmiserit tenetur domino serui corrupti iniuriarum. l. Aquil. vt d. l. inter liberas. & põt extra ordinẽ puniri vt ibi. & l. fi. ff. de offi. prę si. ita dicit gl. & Sal. in l. serui. in prin. C. de adul. Itẽ accusatio de stupro potest intra quinquennium institui, si tñ stuprũ per vim committitur in masculo vel fœmina sine temporis præfinitione, accusatio potest institui semper. ff. de adul. l. marito. §. quinquennium. & §. fin.

AVGVSTI. Tu adde docto. in l. serui. C. de adulte. & in d. l. fin. ff. de offi. præsid.

53 *Pœna stupri quæ sit.*

54 *Sodomia qua pœna de iure canonico puniatur.*

55 *Stupro quod non sit pœna capitis quando non interuenit vis quomodo intelligatur.*

56 *Stupro quomodo dicatur mulier consentire.*

57 *Raptor an per consequens matrimonium ducendo in vxorem raptam euitet mortem.*

54 ANGE. †Quæro q̃ sit pœna stupri, dic
a quod cũ masculis, & sic sodomiticum [a] est pœna gladii & sic decapitari debet, vt d. §. itẽ lex iulia. & l. cũ vir. C. de adul. & ĩ auth. vt nõ luxu cõtra naturã. §. i. Item qñ fœmina cum fœmina stuprum cõmittit, quia gladio materiali punitur, vt l. fœdissimam. & ibi gl. & Sal. C. de adul. Item qñ mulier est agẽs cum masculis quia eadẽ est ratio. Itẽ
b est pœna gladii quãdo p vim [b] stuprũ committitur, vt d. l. fœdissimam. cũ sim. Sin autem sine vi committatur in fœminis tunc si inferẽtes sunt honeste personę pœna est dimidiæ partis bonorũ publicatio humiliores cohertionis corporis & relegationis vt d. §. item lex iulia. Et eadẽ pœna est in muliere patiente stuprũ, quod est verũ qñ virgo q̃ est viri potens corrumpitur, si aũt nõdum sit viri potens tunc corruptores humiliores dannantur in metallum, honestiores in insulam relegantur, vt est tex. in l. si quis aliquid. §. qui nondum. ff. de pœ. nec hoc est hodie correctũ, vt no. gl. & Bar. in l. si adulteriũ cum incœst. in prin. ff. de adul. de quo tamẽ an sit in muliere correctũ. vide Sal. in l. eum qui duas. & in l. si mulier. C. de adul. & no. gloss. in d. l. inter liberas, quãdo vero tutor stuprauit eam cuius fuit tutor deputatur & oĩa eius bona publicantur, vt l. i. C. si quis eam cu. fu. tu. cor. Et mulier quæ maritum nõ habet secundum Sal. ibi quę seruo proprio se occulte immiscuerit capitis pœna punietur, seruus ergo igne cremabitur, vt l. i. C. de mulie. quæ ser. ppri. se immi. qđ no. contra istas maledictas mulieres & maxime viduas luxuriosas quæ seruis vel famulantibus propriis se immiscent vt merito decapitari debeant vt no. gl. fi. in d. §. itẽ lex iulia. Et prædicta procedunt etiam si patiens coitum cõsentiat, si autem dissentiret tũc habet locum l. i. C. de rap. vir. quia acriter punitur vim in adulterio vel stupro inferens & socius & particeps tam in persona quam in bonis vt ibi. Et ea mulier quæ passa est violentiam non punitur, imo aliquando præmiatur, vt hæc omnia habentur per tex. Cy. Bal. & Sali. in d. l. i. C. de rap. vir.

ADDITIO.

a ℂSodomiticum. Adde tu & vide Barba. in consil. lxij. incip. scribitur hester, & vide in consil. domini Anastasij Plati. quod est in consil. Barba.

* ℂAdde notabiliter. d. Vitalinum in suo opere malefic. in rubr. de raptoribus &c.

Quando

b ¶Quando per vim. Adde tamen ꝙ si tale crimē
committat minor xxv. annorum, debet mitius pu-
niri. ita Raph. Cuma. in conf. xcvi. vbi etiam dicit
ꝙ iuuenis rapiens mulierem in via publica, &
ducens eam seorsum a via causa cognoscendi non
dicitur committere raptum. & dicit Paul. de Cast.
in conf. cccvij. ꝙ rapiens mulierem solutam inho-
neste viuentem etiam per vim non incidit in pœ-
nam raptus. & vide Alex. in conf. j. in iij. volum.
quæ sit pœna rapientis monialem; vide Ioan. de
Anchara. in conf. j. Ber.

AVGVSTI. Tu autē in hac materia de
multiplici modo peccandi contra naturam
vt dixit tex. in c. adulterij malū. xxxij. q. vij.
& gl. vide in c. omnes accusationes. ea. cau.
& q. quæ vr̄ enumerare in isto delicto illum
qui propriis manibus se corrumpit: nō cre-
do tn̄ ꝙ simili pœna puniatur, & vide text.
i c. flagitia. xxxii q. vij. qui proprie appellat
ipsos sodomitas: & ibi est bona gl. quæ dicit
ꝙ isti qui peccant cōtra naturā, puniuntur
de iure ciuili, aliter de iure cano. nā de iure
ciuili ex pœna gladij, sed de iure cano. non,
dicit tn̄ illa glo. ꝙ hoc crimen tēpestates &
pestilentias inducit, per text. in auth. vt non
luxu. contra natu. Et subdit ꝙ qui puerum
corrumpit ad stuprum morte puniatur, per
tex. de pœ. dist. j. in c. solicitatores. §. q. pue-
54 ro. † Quæ aūt sit pœna de iure cano. con-
tra laicos cōmittentes delictum contra na-
turam, & sic contra sodomitas. est text. in c.
cap. clerici. extra de exces. prælā. qui dicit ꝙ
laici debent excōicari, clerici vero deponū-
tur à beneficiis, & in monasteriū detrudun-
tur, & in tantum hoc crimen est exosum de
iure cano. ꝙ propter enormitatē delicti pœ
na extēditur ad non peccantes, vt dicit do.
Ant. de But. in d. c. clerici. per gl. ibi, & eccle
sia habet iurisdictionē in laicos propter hoc
crimen, vt multū elegāter dixit do. Abb. in
d. c. clerici. quicquid dixerit ibi do. Ant. de
But. quia decisio Abba. est verior, per quæ
habentur in c. cū sit generale. extra de foro
compe. & per doctri Inno. in c. ꝙ super his.
extra de voto. Itē in hac materia adde ea
quæ supra dicta sunt in stupro vt illud deli-
ctum puniatur eo modo & ea. l. quæ dicta
sunt, habent locum de iure ciuili. Sed de iu-
re cano. aliter punitur, quia aut eam quam
stuprauit accipiat in vxorem, aut dotet, aut
alio modo castigetur, secundum distinct. tn̄
de qua per tex. & Doct. in c. j. & ij. extra de
stupris & adulterio & vide Machesil. in no.
suis dictis no. centesimo, qui dicit ꝙ non est
pœna capitalis qui stuprat viduā vel virgi-
nē honeste viuentē, nisi sit vilis infamis de
iure vel de facto, quia tūc relegabitur vel fu
stigabitur. Nec ob. d. l. j. quia ibi interuenit
55 aliqua vis ibi vide. † Itē adde ꝙ licet sem-
per allegeī ꝙ non sit pœna capitis vel gla-
dij in stupro qn̄ vis non interuenit in mu-
liere volente. hoc verū qn̄ p̄cesisit voluntas
mulieris, & sic est simplex volūtas, & ma-
sculus fecit stuprum sine aliqua violentia,
ita loqui. tex. instit. de pub. iud. §. sed eadem
lege. secus si p̄cesisit voluntas viri, & sic ma-
sculi, quia in stupro est pœna capitis, & sic
mortis. per tex. ī l. j. §. fi. ff. de var. & extraor.
cri. ita limitabat istā materiā Bal. in l. rapto-
res. C. de epis. & cler. & est notabilis limita-
tio. Sed aduerte quia Bar. in d. l. j. §. fi. alle-
gando Iac. de Are. intelligebat illum tex. in
d. §. fi. ꝙ ibi vis aliqua interuenit, & certe
est vna diuinatio in practica, tn̄ nō recederē
ab opi. Bar. sed melius declarādo p̄dicta vl-
56 tra doct. dico, † ꝙ vbi mulier consensit stu-
pro in sua simplici voluntate, quia nō vi, nō
verbis viri, non aliquo dolo subducta, non
precio, non promissionibus cōsensit, sed ma
gis filio capta in virū cōmisit stuprū, nō est
pœna capitis, per illū tex. in d. §. sed eadem.
quia hic est simplex voluntas nō coacta, tn̄
subducta verbis quoquomodo. Sed vbi nō
est raptus proprie cū violentia de facto, sed
vir p̄cesisit, vel cū lenocinio, vel cū promissio
nibus mulier fuit subducta ad stuprū cōmit
tendū, tunc est pœna capitis, per illū text. in
d. §. fi. quia violētia ēt cōmittitur sine facto,
sed verbis, isto casu per tex. in d. l. raptores.
& per tex. in d. l. j. C. de rapt. virgi. & ita in-
telligendo prædicta. & vide Bald. in l. si quis
non dicā rapere. C. de episc. & cle. qui ponit
quæ pęna sit in eo qui nō viri potentē stu-
prauit, & quando dicatur ꝙ raptus cōmit-
tatur vide pulchre per Host. in sum. de rap.
qui no. loquitur vltra Doc. per Ang. in l. sed
eximendi. post Doct. ff. ne quis eum qui in
ius vo. est vi exi. vide Alb. de Ros. in 3. part.
statuto. q. lxvi. qui alleg. Iac. But. & Gandi.
in tract. malefic. q centesima. & Cy. & doc.
in l. j. C. de rap. virg. xxxvj. q. j. c. ij. cū ergo.
& vide Paul. de Cast. in consi. suo ccciij. qui
cōsuluit q ille qui rapuit mulierē solutam,
q̄ semel ab alio fuit tacta vel quā alius oscu
latus est, nō incidit in crimen raptus stante
statuto ꝙ debet decapitari ille qui mulierē

honestā rapuerit, & ibi vide an raptus committatur in muliere nupta inhoneste viuēte. Alb. de Rosa. in 3. part. statu. qō. lij. dicit, quòd Dyn. dicebat quòd si faciebat quæstum, cū psona sua nō punitur pœna raptus ille rapiēs alias sic, licet aliàs eā cognouisset.

57 † An autē per sequens matrimoniū raptor si ducit raptā in vxorē euitet mortē. & sic pœnā legalē, vide Spec. in tit. de leg. §. nunc de dispensatione episcopi. vers. xxix. & Ioā. Cald. cōsuluit quòd euitet pœnā, hoc dixit c. fi. extra de rap. & voluit But. in l. j. in fi. C. de rap. vir. p gl. in c. ij. extra de hære. lib. vj. vide tex. 36. q. 2. c. de puellis. Et hæc not qa habui de facto, & ita obtinui s͞m opi. Ioan. Cald. Itē inquātū do. Ang. hic dicit ꝙ mulier q̄ proprio seruo se facit stuprari, punitur pœna capitis. p l. j. C. de muli. q̄ ꝓpriis ser. Adde & dic, ꝙ illa lex loquit̄ in persona nō libera, & sic in seruo, & iō ibi est spāle in illo casu, & dicūt doc. ibi. maxime Ang. cū ergo lex sit pœnalis in persona seruorū nō debet extendi, iuxta not. in reg. odia. de regul. iur. l. cōmodissime. ff. de lib. & posth. l. si vero. §. de viro. ff. sol. mat.

58 *Iuuenis solutus inuentus est cum quadam muliere etiam soluta contra quem fit inquisitio de tali carnali immistione, si uterque eorum confitetur quòd unus alterum desponsauerit, nunquid credatur.*

58 ANGE. † Pone quod quidam iuuenis q̄ est solutus, inuētus est cū quadā muliere ēt soluta, cōtra quē fit inquisitio de tali carnali immistione, mō vtraque eorū cōfitet̄, quòd vnus alterū despōsauerat, nunquid credat̄, a dic quòd sic a nisi signa in contrarium appareant. vt C. de rapt. virg. l. j. vt quia inuēta fuit fœmina plorans & similia. ita dicit glo. Bal. & doc. in l. pen. C. de fideiuss. quod not. ad euadendum aliquos à stupro.

ADDITIO.

a Quod sic. Adde tu Alexandrum in consi. j. in j. volum. & Bart. in consi. lvij.

AVGVST. Tu autē in hac materia adde ea quæ dixit Bal. in addi. Spec. in titu. de confess. in ij. col. qui dicit quòd hæc cōfessio matrimonii excludit accusationē stupri. sed fallit in crimine raptus, per l. i. C. de rap. vir. & idē dixit Bald. in d. l. pen. C. de fideiuss. & vide ibi Ang. q dicit ꝙ semel defendit vnū iuuenē qui debebat decapitari, qui accusabat̄ de adulterio de hac materia adde Spec. in tit. de confess. §. sequitur. vers. sed pone. & vide Bal. in l. quicūque. C. de ser. fug. in pen. col. qui dicit, quòd ipsa mulier poterit tamē torqueri, quod est vnū verbū periculosum, & credo illā doctrinam falsam nisi sint alia indicia in contrarium, arg l. non est verisimile. ff. quod met. caus. & eorum quæ dixit Sal. in l. fi. C. de qō. Sed in hac materia mihi placet sententia Bal. in c. i. §. furtū de pac. iur. fir. qui dixit, quòd illa allegatio matrimonii prætensi ante nō excusat ab accusatione stupri, & quòd iudex in hoc debet inspicere alias coniecturas. Et ad hoc est bonus tex. in l. i. C. de collusio. detegē. quem Bal. ibi ponderauit, & dat exemplum, quia dicit ꝙ illa gl. in l. pen. C. de fideiuss. nō militaret si masculus & fœmina erant impares, vel si nō essent alia indicia in contrariū, pro qua conclusione est bona glo. xxx. q v. in c. aliter. & vide Bal. in l. i. C. de confess.

59 *Inquisitione facta de adulterio si probetur stuprum, an sequetur condemnatio de stupro.*

59 ANGE. † Not. tñ & tene mēti ꝙ licet inqsitio vel accusatio fiat de adulterio, & probet̄ stuprū, sequet̄ condēnatio de stupro b s͞m gl. in l. si ea. C. de adult. Dy. aūt in qōne facti tenuit cōtrariū. & allegat l q. adulteriū. in fi. eo. tit. cuius opinionem sequitur Sal. in d. l. si ea. dic tamen plene vt ibi per eum.

b De stupro. Adde & vide Alexan. in cons. vlt. in ij. vol. vbi ꝙ cum inquisitio fit de vno delicto, & de alio probatur, sequi debet absolutio, & vide eundem in consi. xxiiij.

AVGVST. Tu adde quòd ego limitarē pdicta & dicerē glo. esse verā contra Dy. & Sal. nisi super illa inqsitione de adult. sequeret̄ cōfessio de stupro, quia ex eadē confessione sequi pōt cōdēnatio in criminalibus, s͞m tex. in c. i. & ii. extra de accu. & hic in terminis dixit Ang. in repe. l. si vacantia. C. de bo. vac. in xxiiii. col. qui dixit quòd licet inquisitio sit formata de homici. vel accusatio tamen si in processu apparet de furto vel alio delicto, an sequi possit condemnatio. & ibi eleganter decidit limitando prædicta duobus modis. ego in addi. meis supra late disputaui istum passum, dic vt ibi dixi.

60 *Pax erat inter aliquos & promiserant se non offendere sub pœna, an adulterando uxorem incidat in pœnam pacis.*

ANGE.

60 ANGE. † Quid autem si pax erat inter eos & promiserãt se non offendere sub pœna an adulterãdo vxorẽ incidat in pœnam
c pacis. Bar in l. verum. ff. de furt. dicit [c] ꝙ nõ, quia fecit causa libidinis, & non causa iniuriandi, vide quod not. Bar. & Imol. in l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publ.

c **Dicit ꝙ non. Adde ꝙ idem tenet Rom. in cons. clxxxiiij. & consi. cclv. & late tenet Alexand. in consi. cxiij. in ij. vol.**

AVGVSTI. Tu autem in hac materia, adde & dic quòd Ange. in d. l. verum. videt dicere ꝙ in dubio præsumitur ꝙ causa pacis rumpendæ illud fecerit q̃ causa libidinis per bonas rationes, & contra istam cõmunem sententiam fortiter obst. ea, quæ dixit Bar. in l. ita stipulatus. §. Grisogonus. ff. de ver. obli. quam mirabilẽ doctri. approbauit Bal. in c. i. §. similiter. quib. mod. feu. amit. & ibi multum exclamauit Bal. de ista doctr. & dicit eam menti esse tenendam, qui dicunt quòd si Sempronius fecit pacem Titio sub pœna, & promisit non offendere, licet personam Titii non offenderit. Sed illam personã offenderit, propter quẽ Titio proprio nomine cõpeteret actio iniuriarum, quòd pax dr̃ esse rupta. Modo stat regula, quòd licet vxor Titii sit adulterata actio iniuriarum competit marito proprio nomine, per tex. in l. i. §. fi. ff. de iniur. cum si. & per hanc rationẽ reperio Ro. in l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publi. vbi ipse dicit quòd aliàs legit Bal. in vsib. feud. reprobasse illam doctrinam Bart. quam posuit in d. §. quod illicite. Sed non recordatur, & dicit quòd ipse perquisiuit Bal nec vnquam potuerit inuenire, vbi Bal. hic dixerit in vsib. feud. Sed credit quòd lectura sit falsa, bene dixit, quòd aut Bal. posuit in c. ii. quæ sit pri. cau. benefi. amit. aut in c. i. quib. mod. feu. amit. Et ideo errauit iste doctor. nam habebat lecturam suam corruptam. Sed illo tẽpore nõ habuit memoriã, debebat nãq; perquirere vbi ego quæsiui, & inuenisset, scilicet in d. c. i. §. i. fuisset etiam lect. mea corrupta si solum in c. i. ego perquisiuissem. & in principali materia, adde Pau. de Cast. in l. qui seruum. ff. de verb. oblig. & Ioã. And. in regula. c. frustra. extra de regu. iur. in vi. Tu adde etiam quæ late scribo in allegationibus meis, vbi late discutio istam materiam.

61 *Statutum imponens pœnam pecuniariam pro adulterio si reus confessus est quòd pluries cognouit carnaliter vxorem Titij, an vna vel plures pœnæ imponentur.*

61 ANGE. † Quid si statutũ imponat pœnã pecuniariã ꝓ adulterio, & reus cõfessus est
a quòd pluries [a] carnaliter cognouit vxorem Titii, an vna vel plures pœnæ imponentur. Bar. ponit in l. vulga. ff. de fur. & in consi. qđ inci. Ant. cõmisit adulteriũ &c. & Io. Cald. & Io de Lig. in cõsi. suis, quæ incip. Inquisitionis huius thema &c. & aliud inci. Quæritur an multiplicentur pœnæ &c. facit qđ no. Bar. in l. nunquã plura. de pri. deli. & in l. i. §. vnde quæritur. & ibi Imol. ff. de publi. & conclude quòd licet Bart. in d. l. vulgaris. ibi videat velle saluare glo. quòd ibi iõ cõtingit quòd vnica pœna ꝓ omnibus vicib. imponit, quia pœna adulterii cum sit pœna capitalis, vt l. quãuis. la ii. C. de adult. nõ est reiterabilis. Ex quo infert quòd si esset pœna pecuniaria pro adulterio, vt plurimũ est per statuta, tũc pena multiplicabit ẜm delictorũ reiterationẽ. Sed Bar. in d. suo cõsi. dicit quòd Imo. d. gl. in l. vulgaris. est vera, ẽt si pœna pecuniaria esset imponenda, quia ꝓ omnibus vicibus adulterii vnica tm̃ pœna imponitur, per gl. & quòd ibi no. ꝑ Bar. in d. l. nunquã plura. nã ad hoc vt ex delicti pluralitate pœna multiplicetur, necesse est quòd sint diuersæ delinquendi species. facit d. §. vnde q̃ritur. & ibi Dy. Bar. & Imol. Sin autẽ eadẽ species delicti est, licet reiterata nõ reiteratur, ẽt pœna pecuniaria, & maxime qñ ex reiteratione nõ oritur nouũ interesse pecuniarũ. vt l. inficiando. §. in fin. ff. de fur. & ibi Bar. Et sic licet sexties Bertam carnaliter cognouerit vnica tm̃ pœna etiã pecuniaria à statuto inducta imponeretur, quod not. & tene bene menti istam doctrinã ad multa, & maxime in limitatione pœnarum quando delicta sunt reiterata.

ADDITIO.

a **Quod pluries. Adde & vide Petr. de Anchar. in consi. iiij. & ibi an adulterium dicatur crimen continuatum, Ber.**

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia, adde quæ dixit Bal. in l. quicũque. C. de ser. fugi. in ii. col. qui dixit quòd si eodẽ loco & continuato ꝓposito sæpius quis cognoscat vxorem alterius aut viduam, vt no. in l. vulga-

ris.ff.de fur.& in l.'pe:ff.de act. & obl.in gl. ordi.qa hic delictũ cõtinuũ est, reputaĩ hic quasi vnũ delictũ p l. eũ q in popularibus. ff.de iureiur.Et sic Bal.ibi vult ꝙ si diuerso loco hic fieret vel nõ proposito cõtinuato,pdicta nõ militarent.Et ad idẽ in terminis alleg.gl.vj.q.j.c.limitarẽ.quæ gl. per illum tex.concludit quòd si cum eadem muliere pluries cõmitto fornicationẽ quòd toties debeo puniri tanq̃ pro diuersis delictis p c.consideret. de pœn.dist.v. & c.misericordiã.de pœn.dist.j. & de illa gl.fecit mẽtionẽ Abb. & ipsam sequitur in c.sicut dignũ.extra de homicid. & vide gl.in c. virginibus.xxvij.q.& vide gl.& Bar. in l.si q̃s diuino.ff.de pœ.& gl.& Bar.in l.mariti.§. sex mensium.ff.de adult.sed Ang.in d. l.vulgaris.videt in hac materia approbare doctri. Bar.ibi,& vide Sal.in l.adult.C. de adulte. Sed vltra omnes latius loquutus est in hac materia Petr.de Anch.in cle.j. extra de priuilegijs.in §.quibus in vii.no. vbi facit mentionem de cõtrarietate Bar.in hac materia. & de illo consi.Bar.dic,vt ibi per eum,à cuius sententia nõ discedo.& vide Pet. de Ancha.in quodã cons. suo.iiij. in ordine meo, vbi not.loquitur.& vide Bar.in d.l.nunquã plura.de priuatis delic.Archi. in c. ad apostolice.de re iudi.lib.vj.

62 *Inquisitio quando fit contra eũ qui habet duas uxores, & negat inquisitionem, an iudex secularis posit inducere probationes super matrimonijs.*

62 ANGE. †Quid in casu l.eum q duas.C. de adul. qñ iquirit cõtra aliquẽ q hẽt duas vxores,& negat inquisitionẽ, an iudex secularis super matrimoniis posit inducere pbationes,vr ꝙ nõ, qa est spirituale, ergo ad episcopũ ptinet,vt c.tuã.de ord.cog.c.lator.qui fil. sint legi. Cõtrariũ tenet Bald.in l.quoties.C.de iud.per illã l. & idẽ Petr. de Anch.in cle.dispẽdiosam.de iud. q̃a illa capitula loquuntur qñ agitur ciuiliter, secus si criminaliter,q̃a sicut in criminali punitio ad iudicẽ secularẽ,ita & cognitio,vt c.iij.de rap.quòd singulariter tene menti, quia est notabilis limitatio ad d. c.cum similib.

AVGVSTI. Adde ꝙ ista quæstio non est ita faciliter decidenda vt dicit d. Ange. hic, sed essent videnda dicta Bal. in l. omni innouatione.C.de sacrosanct.eccl. & pulchrum consi.Gaspa.de Cal. quod incip:In nomine domini nostri Iesu Christi,vbi latissime loquutus est in hac materia,& dicta Ioan.de Ligna.& Imo.in d.clem. dispẽdiosam.extra de iu.& dicta docto. post Barto: in d.l.Titia.ff.solu.ma.& per Specu. in titu: de reconuentione.§.nunc videamus. versi. sed nunquid incidenter. Ergo,quia late posui istam materiam in d.l.Titia. me remitto ad ibi dicta per me, & Moderni late scripserunt in d.c.tuam.

63 *Pater vel maritus reperiens clericum in flagrãti crimine in cũ filia vel uxore iuxta l.Gracchus.C.de adul.an posit eũ occidere,ita qđ nõ incurrat canonẽ si quis suadẽte diabolo.*

63 ANGE. † Quid si pater vel maritus iuxta l.Gracchus.C. de adul. reperiat clericũ in flagrãti crimine cũ filia vel vxore,an possit occidere ita quòd non incurrat canonẽ si quis suadente diabolo.Bal. Ange. & Rapha.dicunt quòd sic in l.ergo.§.si hæres. de lega.j.& ibi vide Imo.

AVGVSTI. Adde ꝙ ego miror quòd isti Doc.alleg.Bal.& Doc.ponẽtes istã quæstionẽ ego allego tex. cũ gl. in terminis, in c.si vero extra de senten.excõ.in fi.ibi dum dicit tex. si clericum cum vxore vel filia inueni turpiter iacentem, possum ipsum capere.& ibi gl. dicit quòd i casu l.Gracchus. C. de adulte.possum inferre iniuriam ipsi clerico. & ibi vide ansim excõicatus. vide tamen omnino Doct.in d.c.si vero. sed omnino Ioon. And. qui ponit quid faciendũ sit isto casu ipsi laico impune.

64 *Maritus an posit demandare alteri occisionẽ uxoris deprehensæ in adult.*

64 ANGE. † An maritus posit demãdare alteri occisionẽ vxoris deprehẽsæ in adult. Bal.in vsib.feu.cap j.§.si vero.de pa. iu.firtenet quòd nõ per tex.in l. si quis in graui.§.ꝑ si maritus.ff. ad Silla.vbi videas.Lu.de Ro.ꝑ quo facit gl.in l.cũ fund.ff.de vi & vi ar.& hic vult Cy.in l.j.circa vlt.q.C.vñ vi. & nõ est mirũ, quia lex specialiter demonstrat solũmodo personã mariti, ergo alteri demãdari siue cõmitti non potest, vt l.si seruus.§.si hæredi.in ratione sui.ff. de sta.libe. Et hic etiam tenet Sal.in d.l.Gracchus versi.& hic tertia est &c. Licet Bald. ibi teneat contradicẽs, ꝙ si statu. licitũ sit marito interficere

terficere, adulterium; potest alteri demãdare & assassinus interficiens non tenet, sed prima pars est verior ꝑ d. l. gracchus q̃ a tãtũ filijs põt mãdare, vt est gl. in d. l. cũ fundũ. Sed an pater q̄ põt adulterũ occidere, possit alteri demandare, dixi supra in ista gl. in vers. (quid si pater mandat alteri.)

AVGVSTI. Tu in hac materia adde ꝙ cũ hæc q̃stio semel occurrisset de facto, & allegaret cõtra me hæc doctri. d. Ang. hic, & Bal. in d. c. j. & Cy. Ego cõtra ipsos allegabã. Ro. in l. j. §. fin. ff. de ope. no. nunc. qui expresse tenet cõtrariũ, & approbat doctri. Bal. in d. l. Gracchus. ꝓ cuius opinione allegat text. in l. metũ. la grãde. §. sed licet. ff. ꝙ me. cau. vbi ꝓbat̃ ꝙ si pecuniã iõ dedi tibi vt à violẽtia me liberes illã pecuniã repetere nõ possum, ergo ibi est casus ꝙ trãslatio istius iuris vendicãdi ꝓpria autoritate fieri põt in aliũ, ẽt si pecunia interueniat. Adde tñ quòd cõtra istã sententiã fortiter ob. dicta per doc. maxime per Cy. & Bal. ĩ l. ad officiũ. in fi. C. cõmuni. diui. & Bal. in repetitione l. j. C. vñ vi in xv. col.° & Bal. in l. accusationis. C. quòd met. cau. & Pau. de Ca. in l. si cũ dotẽ. §. trasgrediamur. ff. sol. mat. & Bal. ĩ l. vt vim. ff. de iust. & iu. Qui dicunt quòd si statutũ dicit quòd licitũ sit offenso occidere ꝓpria autoritate & se impune vẽdicare quòd talẽ facultatẽ vendicandi propria autoritate non potest alteri demandare ipse offensus. & in terminis nostris vide Salic. in l. non ideo minus. C. de accus. in v. col. ibi quæro quinto. an in delictis quis excusatur ratione mandati. Et ibi tenet quòd vbi per priuilegium competit alicui hoc ius vẽdicandi ꝓpria autoritate non põt cedi nec mandari. Nec ob. d. l. Gracchus. q̃a dicit quòd ibi concedit filijs tantũ, ergo alijs videtur inhibitum. Et ad idem ego alleg. Paul. de Cast. in consil. suo xlj. incipien. In Christi nomine amen. vr̃ dicendũ quòd si dictus Christophorus q̄ dicit quòd in d. l. Gracchus. pater nõ põt illud alteri demandare. Et hæc opin. mihi magis placet. Nec ob. d. §. sed licet. quẽ tex. alleg. Ro. cõtra cõmunẽ sententiã, quia ille tex. nõ habet obstare. quia ibi in d. §. sed licet. ille qui me à violentia defendebat omnino me poterat defendere sine translatione talis iuris. Nã licitum est alicui me adiuuare pro defensione rerũ mearum nedum pro ꝑsona, vt not. in d. l. vt vim. Præterea ille tex. loquitur de facultate iuris defendendi, quæ competit iure naturali. d. l. vt vim. non enim loquitur casu nostro, scilicet qñ facultas vendicãdi ꝓpria autoritate cõceditur ĩ priuilegiũ personæ cõtra regulã iuris cõis. Tũc talis facultas nõ põt in alterũ trãsferri, dic tñ vt latius vltra doct. scripsi in d. l. j. §. fi. ff. de no. oper. nũ. q̃ partẽ cũ multo labore & tãto tpis spatio cõmentaui vt affirmẽ nunquã additiones conficiam copiosius, nec præceptor meus vnquam aliud elegantius conficiet.

65 *Stuprum committit non autẽ adulterium qui duas habet uxores, & sic non debet capitaliter puniri.*

65 ANGE. † Et aduertas quia vidi multos iudices errare in intellectu dict. l. eum qui duas. nã puniũt capitaliter eũ q̄ actualiter hẽt duas vxores, quod tñ non credo de iure procedere, q̃ a d. l. dicit quod cõmittitur stuprũ, & gl. ibi in verbo infertur, expresse hoc vult quòd nõ cõmittatur adulteriũ sed stuprum, licet maritus accedat ad aliquã solutã, sed pœna stupri nõ est pœna capitis, vt §. itẽ lex Iul. de adulte. insti. de publ. iudi. & dixi s̃. ĩ vers. q̃ro q̃ est pęna stupri &c. & d. l. eũ q̄ locũ hẽt siue q̃s eodẽ tẽpore habeat duas vxores siue duas spõsas, vt l j. ff. de infam. Idẽ si vnã vxorẽ & vnã spõsam, vt no. gl. in d. l. eũ q̄. quæ oĩa nota [a], q̃a cum semel casus mihi cõtingeret nolui illum q̄ duas habebat vxores decapitare, sed alia pœna affixi, scilicet pœna stupri. & ita tenet ibi Sal. in d. l. eum qui duas.

ADDITIO.

a ¶ Quæ omnia not. & adde tu in materia d. l. eum qui duas, Bald. in consi. ciij. in iij. volu.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia, adde quòd imo vr̃ quòd cõmittat adulteriũ ille q̄ duas vxores hẽt, vt est casus in c. gaudemus. extra de diuortijs. ibi qui plures dicuntur habuisse vxores, ab adulterio excusantur, vbi illi sancti patres excusantur ab adulterio dico per pluralitatẽ vxorũ, aliũ nõ ibi certe est casus cõtra ꝑdicta. Sed ego nõ recedo ab opi. d. Ang. hic per tex. in l. 2. C. de incest. nup. & ibi Sal. hoc ẽt dixit ibi in terminis, ꝙ iste talis qui duas vxores accipit, pęna stupri est puniendus criminaliter, & licet Bal. in d. l. 2. dixerit quòd criminaliter puniat̃ ille qui habet duas vxores,

intelligo criminaliter, s. pęna stupri. d. l. eũ qui. nõ ob. c. gaudemus. quia ille tex. loquit̃ de iure cano. quo iure si vir habẽs vxorem iacet cũ vna soluta de iure cano. adulteriũ cõmittit̃ nõ aũt de iure ciuili, vt pulchre declarãt Cy. Ang. & Sali. in d. l. eũ qui duas. et Cyn. in l. j. C. de adul. & in terminis nostris Bal. affirmat. ĩ d. l. eũ q̃ duas. ꝙ pęna stupri punit̃. An aũt sit pęna capitalis pœna stupri dixi supra in eadẽ gl. Et ꝑ ꝑdicta reprehendo Ro. ĩ suis singularibus secundi anni q̃d incip. tu scis q̃ pęna est de iure ciuili capiẽnti duas vxores, & ibi dicit ꝙ est pęna capitis. & alle. d. l. eum qui duas. Sed hoc est falsum vt vidisti. dicit tñ Ro. ibi & bene, ꝙ de iure cano. vxori debent incidi capilli & pãni anteriores & posteriores text. alleg. quẽ dicit singularem ĩ c de benedicto. xxxij. q. j. iuncta gl. licet do. Ant. de But. consuluerit ꝙ si vilis persona duas nobiles acceperit ĩ vxores si pęna capitis, alias non: quia ista pęna extraordi. potest extendi vsq; ad mortem secundum gl. insti. de iniuriis. §. in summa. & per l. hodie. ff. de pœ. per. l. j. §. expoliatores. ff. de effracto. Sed ista sunt somnia.

66 *Adulterium stuprum nefarius coitus incœstus quando committi dicantur.*

67 *Coitus illiciti de quibus in precedenti ver. quomodo puniantur.*

68 *Incestas nuptias contrahentes sunt infames & etiam approbantes & defendentes, seu patrocinium præstantes.*

66 Ange. †Habeas etiam aduertentiam, quia adulterium dicitur cum vxorata, stuprum vero cum masculis vel virginibus vel viduis liberis, tamen vt supra dixi. Quando vero coniuncti commiscentur, & inter ascendentes & descendentes dicitur nefarius coitus, incœstus autẽ dicitur inter collaterales & affines, vt insti. de nup. §. ergo. & cũ matrimonio & sine, vt. ff. de adul. l. si adulteriũ cũ incœstu. in prin. ita habent̃ in auth. de incœst. nup. ĩ princ. Et ista delicta, s. coitus nefarius & ĩcœstuosus puniunt̃ vt
b adulteriũ,[b] vt d. l. si adulteriũ. Quod est verũ qñ scienter, si vero per iuris ignorãtiã à marito cõmittit̃, pęna mitigabit̃, vt d. l. si adulteriũ. §. nonnunq̃. & §. incęstũ. Sinautẽ à fœmina committatur per ignorãtiã iuris naturalis vel gentiũ punitur, vt masculus, si vero per iuris ciuilis ignorãtiã excusatur in totũ, & idẽ in minore, vt d. l. si adulteriũ. §. i. & §. incestũ. & §. Imperatores. & dic latius vt statim dicam secundũ Bart. in d. l. si adulteriũ. §. j. Et aduertas ꝙ oĩs coitus in re reprobatus est punibilis, & xiiij. modis dr̃ improbatus, & sic punibilis, vt no. glo insti. de
67 nup. §. aduersus. & dic vt ibi. † Et distĩguas secundum Bar. in d. l. si adulteriũ. §. j. ꝙ aut talis coitus sit sine colore matrimonij, & tũc indistincte punitur secundũ veritatẽ, & nõ secundum quod delinquentes putabãt vt puta si erat consanguinea punietur de incęstu. Sinautẽ erat nupta punietur de adulterio, quia ab initio dabat operã rei illicitæ, & erat in dolo, vt l. vulgaris. §. si quis decẽ. de fur. Qñq; talis coitus fit sub colore matrimonij, & tũc est aduertendũ, aut tu quæris vtrũ puniatur. l. Iulia. de adult. & stu. & de ĩcęst. aut q̃ris, an puniat̃ d̃ adulterio est in cõstitutionibus q̃ puniũt cõtrahẽtes incęst. nup. Primo casu aut ipsi sciũt ius & factum, & puniuntur de incęstu & stupro, vt dict. §. j. aut ignorauerunt vtrũque, & tunc sunt excusati, vt l. qui contra. C. de incæst. nupt. aut ignorabunt factum, & sciebant ius, & tunc idem, vt d. § primo. prout ibi dicitur de errore, aut econtra sciebant factum, & ius ignorabant, & isto casu siquidem est mulier excusatur. d. l. si adulteriũ. ibi in ver. cõsequẽter mulier. & ver. fratres. si erat masculus. & tũc minor. & excusatur, vt d. ver. fratres. aut maior, & tunc aut statim cũ cognouit̃ cũ pœnituit q̃ pœnitẽtia ꝓbatur per diuortiũ vel per supplicationẽ & parcitur, vt ibi in ver. Imperatores. & ver. idem polioni. aut statim nõ pœnitet, & tũc punit̃, sed mitius, vt d. §. nõnunq̃. aut dubitat̃, vtrũ sciuerit vel ignorauerit, & tũc aut matrimoniũ cõtractũ est clã, & ꝑsumit̃ sciẽtia, vt l. vlt. ff. de ri. nup. aut fecit palã & ꝑsumitur ignorãtia, vt d. l. vlt. q̃ maxime ĩ muliere & minore præsumit̃, & in eo quẽ statim pœnitet facto diuortio vel supplicatiõe porrecta, vt d. l. si adulteriũ. Si vero quærit̃ qualiter quis puniat̃ illis constitutionibus q̃ puniũt incæstas nuptias. Aduertendũ est ꝙ in hoc est triplex pœna, vna q̃d mrimoniũ nõ valeat, & ista indistincte hẽt locum, nec excipitur ignorantia vel ætate, vt l. j. C. d̃ interd. ma. alia est ꝑ q̃ q̃s repellit̃ à lucro & in hoc distinguitur, aut fuit sciens, & habet

bet locũ illa pœna, aut ignorãs, & tunc aut fuit ignorãtia iusta, & tunc à pœna excusatur, aut iniusta, & non excusatur, vt d.l. qui contra. C. de incæst. nupt. Ex quo sequitur ꝙ si errauit in iure, ꝙ cũ esset iniusta ignorantia, ꝙ teneatur pœna illius l. qui contra. Tertia est pœna per quã punitur ĩ persona & rebus, & talis pœna nõ habet locum, nisi tales nuptias cõtraxerit dolose & scienter, & ideo quæcunque ignorantia ab illa pœna excusaret, ita loquitur tex. in auth. de incest. nup. §. j. Quod nota vt scias formare inquisitionem, & concludere in scientia & dolo. Et prædicta procedũt qñ ambo sunt sciẽtes, sin autẽ vnus est sciens, & alter igno rans, sciens tenet, vt supra dictũ est, & ignorãs excusat in tñ ꝙ ẽt alia pœna extraordinaria nõ venit puniẽdus, nã regula est ꝙ quoties delictũ nõ cõmittit principaliter in alicuius iniuriam, tunc si cessat dolus nulla pœna venit imponẽda, vt d.l. si adulteriũ. §. j. ẽt si sit in culpa, vt ibi secus si iniuriã alicuius respiceret principaliter, vt no. Bar. in l. pe. ff. de adult. ita dixit Bar. in d. l. si adulteriũ. §. j. in fin. vt ibi, & adde ꝙ dixi supra in gl. super verbo, scienter & dolose &c.

B Vt adulterium. Adde tu late & per Cu. in consi. cliiij. & ibi quid si matrimonium sit contractum de consensu patris vel matris contrahentis incestas nuptias. & Ro. in consi. ccccvj. & ibi an miles contrahens incæstas nup. excusetur a pœnis iuris, & quid in muliere, & an iuris ignorantia excuset prædictos, & quid de minore contrahente incæstas nup. Et vide Bal. in consi. cij. in iij. vol. & adde ꝙ pęna de incæstis nuptiis, non habet locum in eo qui cognouit sororem vxoris suæ, Pet. de Ancha, in consi. ccccxcij.

Avgvsti. Tu ĩ hac materia adde ea q̃ singulariter dixit Ange. in l. si adulteriũ cũ incestu. §. incestã. ff. de adul. q̃ dixit limitãdo pdicta qđ licet à pęna incœstus cõmissi nõ in figura matrimonij, nullus error excuset iuris vel facti, ex quo operã dabat rei illicitę, vel l. vulgaris. in prin. & §. si qs ęs. ff. de fur. vbi delinquens in plusquã ipse credebat delinquere, punit in illo pluri. Adde ꝙ hoc verũ cũ incæstuosus credebat delinquere, sed si nõ credebat iusto ductꝰ errore qa ignorabat cõsanguinitatẽ & merito & credebat mulierẽ meretricẽ, qa mero meretritio ĩcedebat, & viuebat, tunc nullo mõ punitur l. itẽ apud. §. si quis virginem. ff. de min. cõiuncta. l. pe. ff. de fur. & l. quæ adulterium. C. eo. & subdit Ang. ibi ꝙ verũ est ꝙ vbi incestuosi matrimonium contraxissent errore facti & iustissimo, quia consanguinitatem ignorabant, exemplum ponit ĩ Florentino qui habebat sororẽ in Anglia, & ipse illam duxit in vxorem quam nunq̃ viderat, & tunc nulla pœna imponit, & filij nati ex tali mr̃imonio sunt legitimi ꝑ d. l. q cõtra. Si aũt dictus error nõ esset iustissimus sed iustus. exẽplũ ĩ puella tradita nuptui publicæ, & palã auunculo suo ꝑ auiã ipsius puellæ, & hoc casu similiter excusat à pœna. Sed soboles nõ est legitima nisi matrimoniũ durauerit ꝑ annos xl. vt d. §. diuus Marcus. & ibi Ang ĩ hac materia multa pulchra dixit ĩ d. §. incestũ. Et affirmat ẽt Ang. ibi ĩ d. §. incestũ. quòd ꝓsumit sciẽtia quòd incestũ cõmittat ẽt si cõtrahẽtes mr̃imoniũ postq̃ sciuerunt iuris disposi ionem in matrimo, ꝑseuerauerunt ꝑ §. idẽ polioni. ea. l. dicit tñ quòd excusatur ab ista pœna mulier, & ĩ totũ, qñ matrimonium erat solum interdictum de iure ciuili si errorem alleg. vt est tex. in d. §. incestum. & in versi. sexu. Excusatur etiã masculus, vt ꝓbatur ĩ d. l. si adulteriũ cum incæstu. §. idem Imperatores. & si mulier excusatur in totũ. Nec ob. quòd gl. dẽ directo sit in contrarium, in §. fratres. denique in d. l. si adulterium cum incæstu. qa dicit Ang. in d. §. incæstũ. quòd gl. in d. §. fratres. est falsa, nec recte loquit, sed tẽpera, & dic hoc esse verum si à crimine se distrahat antequã accusetur, vt est tex. in d. l. si adul. cum incæstu. §. idẽ polioni. excusatur similiter minor, & similiter in totum. Et hoc casu excusatur siue mr̃imonium sit interdictum iure gentium, siue ciuili, vt in d. §. incæstum. & probatur in d. §. fratres. Et subdit Ang. ibi vnũ notabile verbum, quòd tunc minor probat errorem eo ipso quòd ipse probat minorem ætatem, et dicit quòd hoc ꝓbatur expresse in d. §. incæstum & affirmauit etiam Ang. ibi quòd ab ista pœna excusaretur masculus & fœmina maiores quãtuncunq; matrimonium sit interdictũ de iure gẽtinm, sed incõtinenti habita scientia supplicauerint se coniungi & diuerterunt, dicit tñ quòd hoc casu nõ reuelantur ex toto. Sed aliqualiter puniuntur, & dicit ꝙ hoc probatur in d. §. incæstũ. in ver. punitur vbi coniunctionem &cæ. Et probatur ista conclusio in d. l. si adulteriũ

cum incestu.in §.nõ vsque. & de istis,& de ista materia late vide per glo. & Bar.& Moder.in l.si.ff.de cõd.sine caus vbi Bar.multũ eleganter loquitur,vide aliqualiter in l.fin. ff.ad leg.Iul.de adult. vide late per Bald.& Sal in l.qui contra.C de incest.nup.p Iaco. de Bel.in auth.de incœst.nupt.in princ.aliqualiter per Ioã.And.in c.exteriore.qui fil. sint legi.de errore iuris an habea excusare à pœna, late vide per Iac.de Bel.in l. si quis id quod.ff.de iuris.om.iud.ibi per Mod.videbis infinitas remissiones.Et tene menti ea quæ dixit Io.Fab.inst.de nupt.§. aduersus.

68 † ꝙ contrahentes incestas nuptias sunt infames, & etiam approbantes & defendẽtes, seu patrocinium præstantes. j.q.3.c.consanguineorum.& ipso iure sunt excõicati,& ꝓbatur in cle.j. extra de sponsa. dicit tñ hoc esse tẽperandum ꝙ prędicta militent in illis sex casibus ibi tantum enumeratis, in aliis vero non, & vide pulchrum consilium Pet. de Anch.in cons.suo 381.qui cõsuluit ꝙ licet ego cõcubuerim cum vna sorore secrete, & postea aliam palã duxerim in vxorẽ, propter hoc non debeo puniri pœna incœstus,quia ad hoc vt habeat locum ista pœna incœstus, habetur alio modo respectus affinitatis quàm velint canones in celebrãdis matrimoniis.

69 Lenocinium est delictum maius adulterio.

69 Ange. † Nunc de lenocinio dicamus, & dr̃ maius adulterio, & maius delictum q̃ sit adulterium, qm̃ adulter peccat in se, & in vnã fœminã, leno aũt peccat ipse & etiã duos peccare facit, vt no.glo. in l.Athletas. §.qui lenociniũ.ff.de infa. & sic erit grauissimũ delictum cũ dicamus in cõi maius est homicidio, vt no.aliqui doct.in l.pen.§.matre.ff.de leg.ii. An aũt lenocinium sit maius adulterio,& quo respectu.vide Bar. Ang.& Imol.in l.is qui reus.ff.de publ.iud.est autẽ leno qui adulterio subiicit, vel pretium pro coperto stupro accipit, vel dãnatã de adulterio duxit in vxorẽ vel quæstum ex vxoris adulterio facit, vel deprehensam vxorẽ in adulterio in matrimonio retinuit. Et aduertas ꝙ etiã lenocinii pœna tenetur is ex cuius ope & cõsilio dolo malo factũ est ne vir & fœmina in adulterio deprehendat si pecunia alia de pactione se redemerunt: vt C.de adult.l.ii.& l.castitati.ff.eo. l.is cui. j.respon.cum si. Et qũo de lenocinio accusari vel excipi possit,& qũo puniatur, habet plene in l.ii.§.j.& ij.& ibi p Bar.ff.de adult. & latius Bar.& Imo.in d.l.is qui reus. Et an vt simpliciter repellat accusantẽ. An etiam vt eum punire faciat de lenocinio, & an opponat ante nomen suũ receptum inter reos vel postea,& quot sint species lenocinij, dic vt ibi per gl. & doct. & per Sal.in l.quoniã Alexandrum.C.de adulter.dic vt ibi ponit multa bona ex quibus põt imputari marito lenocinium, sufficiatq; tibi remissio.

Augusti. Item adde ꝙ cõmittit lenociniũ proprie persuadendo adulterium vel stuprũ sequutũ, vt l.j.ff.de extraord.cri. & dicit Hosti.eo tit.de adul.ꝙ leno est q adulterum & adulterã subiecit. & dicit tex.in l. Athletas.§.ait prætor.ff. de his qui no.infa. ꝙ leno est qui seruos habet ad luxuriã prostitutos & quæstũ facit, & ꝙ plus delinquit q̃ meretrix.& hoc apparet in auth. de lenonibus.circa mediũ. Nã illud est maius delictum ꝙ dinumerat inter plures personas patientes vel facientes, vt ff.de iniur.l.si plures serui. Adde gloss.xxxii.q.j.crimen. quæ ponit quot modis cõmittatur lenocinium, & ibi est casus, & ibi est alia gl.ordi. quæ ponit quot sunt species lenocinii vltra supra al leg.& vide l.si lenones C.de episc.audi. vbi pœna lenocinij in domino aperte est priuatio potestatis, & præscribitur in metallum, & sic in eis nõ est mors naturalis ꝓ pœna: sic est differẽtia inter patrẽ & alios q cõsentiunt raptui. vt C.de rap.vir.l.i §.pen.& qa dicunt doct.ꝙ qui retinet vxorẽ malæ vitæ vel adulterã, punitur vt leno. An puniri possit vt leno ille qui habet vxorẽ suspectã, quã nõ inuenit in actu Veneris. Sed maritus habet aliquã vmbrã suspectionis, ꝙ ipsa committat adulterium. Adde & vide dicta Bal. Cyn.& aliorum in l.crimen lenocinii. C.de adul.& de materia ista vide Sal. ĩ l.castitati. C.de adulte.& no.ꝙ text.in c.queãdmodũ. §.illud extra de iureiuran.dicit ꝙ patronus est turpitudinis, qui celat crimen vxoris. Adde dicta Innocen.in capit. intelleximus. extra de adulteriis.

Summarium.

1 *Proditio patriæ est crimen enorme, & in eo nõ appellatur, tamen in eo non proceditur ad torturam nisi præcedentibus indicijs.*

ET


T hai tradito la tua patria.]
1 †Quamuis sit crimen enorme, & ēt in eo appellari non possit, vt dicam infra in glo. præsente Caio & appellante &c. tamen etiam in hoc crimine nō potest procedi ad torturam nisi præcedētibus indiciis, & aliis præsumptionibus, vt est tex. & glo. Cy. Bald. & Sal. in l. si quis alicui. C. ad l. Iul. maiest. Dictis aūt indiciis pcedentibus
2 omnis pōt torqueri nullo priuilegio[a] obstāte, siue sit miles siue doctor, siue ēt clericus, vt in c. i. de deposi. q priuilegiati aliàs excepto dicto crimine torqueri nequeunt, sine principis cōscientia. vt l. milites. C. de qō. Et ꝙ pro tali crimine quicūq; sit & quocūque munitus sit priuilegio possit torqueri. casus est in l. nullus. C. ad l. Iul. maie. tenetur aūt hoc crimine qui cōmisit aliquid de contentis in l. i. ii. iii. & iiii. ff. ad l. Iul. maiest.

ADDITIO.

a ℭ Nullo priuilegio. Adde tu & vide Cœpol. in consilio quadragesimo. & Pet. de Anch. in consil. ccccc xl. & ibi quomodo probetur rebellio et cōspiratio, & qualiter contra contra cōspiratores procedi possit, & ꝙ crimine læsæ maiestatis non possit procedi ad torturam indicijs non præcedentibus. Vide Barb. in cons. pen. & ibi ēst etiam consil. Angel. Aret. Ber.

Avgvsti. Tu in hac materia adde, ꝙ Bal. in l. quicunque. C. de ser. fug. in fi. videtur velle, quòd in istis tracta. qui fiunt secrete propter probationis difficultatē, incipiendum esset à tortura, præterea sunt alii casus vbi peruenitur ad torturam sine indiciis, vt no glo. 12. q. 2. c. q. & tu in illis casibus est tātum facinus quantum est crimen læsæ maiesta. nisi dicamus quòd ille text. in d. l. si qs alicui. loquitur qñ indicia poterunt haberi. Secus si non poterunt haberi. Sed certe multum stringit ille tex. in d l. si quis alicui. Et dicunt doct. ibi, maxime Ange. qui Doct. volunt ꝙ nullo modo quis torqueatur in isto crimine, nisi præcedant indicia, licet in isto crimine sint alia multa specialia.

2 *Crimen læsæ maiestatis an incurrat congregans gentem in alia ciuitate quàm in Romana ciuitate.*

3 *Crimen læsæ maiestatis an censeatur crimen commissum contra dominos seu tyrannos Italiæ, cum loco principis habeantur.*

4 *Crimen læsæ maiesta est attendere aliquid contra uicarium principis.*

5 *Crimen læsæ maiesta. est attentantis aliquid contra uicarium principis, an se extendat contra filios delinquentis.*

6 *Crimen læsæ maiestatis committitur non solum contra Regem sed etiam contra quemlibet dominum ciuitatis.*

7 *Crimen læsæ maiesta. cōmittitur proprie quando unū castrum rebellaret propriæ ciuitati.*

8 *Crimen læsæ maiesta. non est quando una pars ciuium expellit aliā propter partialitatem.*

2 Ange. † Quæro aliquis congregat gētē in alia ciuitate quàm in ciuitate Romana[b] an incidat in hoc crimen. glos. in l. i. ff. ad l. Iul. maie. dicit ꝙ non. Sed Bar. ibi dicit, quòd congregans gentē in aliis ciuitatibus tenet. l. Iulia de vi. Sed ego credo, quòd hoc sit verū, nisi sit talis ciuitatis quæ superiorē nō recognoscat, quia tunc cū illa ciuitas Romæ æquiparetur vel principi, vt no. Bart. in l. hostes. ff. de capti. & in l. lex 12. tabu. ff. ad l. Iul. maiest. igitur in talibus ciuitatibus habet locū ēt hoc crimē, quādocūque aliquid cōtra eā fiat si fieret contra ciuitatē Romanā, vt d l. i. 2. 3. & 4. pro quo est glo. in l. fallaciter. C. de aboli. vbi tñ Saly. aliter distinguit, videlicet quòd aut patria pditur, vt à principe auferatur, & tenetur crimine læsæ maiest. secus si prodit nō ad finē, vt principi auferatur, & ita proprie loquitur ibi tex. Quod nota cōtra istos qui quotidie in ciuitatibus, & maxime Bononiæ, concitant populū & gentiū faciunt cōgregationē, quòd ipsi l. Iul. maiest. teneantur, & dicto crimine
3 puniri possunt. † Idē si cōtra dños vel Italiæ tyrannos cōmittitur, qui cum loco principis habeātur, vt no. Bar. in d. l. hostes. perinde est, ac si tale delictum contra principē esset cōmissum tā contra delinquentē personā, q̃ cōtra personā ipsorū filiorū, vt l. quisquis. C. ad l. Iul. maiesta. vide Bartol. late in tract. qui sunt rebelles, in glos. contra istum honorē infidelitatis, vers. sed an hæc constitutio locū habeat vbi tenet quòd nō habet locū crimē læsæ maiestatis, quod credo verū proprie, vt voluit Cyn. in d. l. quis. & ibi Salyc. in vers. oppono primo extra glo. &c. & vide Pet. de Anch. in cle. pastoralis. vers. octauo not. de re iud. & quod not. Bartol. in auth. ad reprimendū, in verbo, rebellando.
4 † Secus si contra aliquē vicariū ipsius principis,

cipis,& eius personã attẽtetur, quia quo ad delinquẽtis personã perinde est ac si contra ipsum principem esset attentatum, sed non contra filios delinquentiũ, quia isto casu filij aliquã pœnã nõ patiuntur, ita dicit Sali. in d.l.quisquis.ĩ prin.quod est no.præcipue contra delinquentes contra istos dominos vicarios Papę,vt sũt isti domini de Romãdiola,quia licet cõtra delinquentes dicatur commissum crimen læsæ maiest.non tamẽ quo ad eius filios, quod no.

b Ciuitate Ro.adde tu Ang.in consil. ccxxiij.in ci.proponitur ꝙ forti guerra. vbi ꝙ contra aliam ciuitatem etiã non recognoscentem superiorem, non committatur crimen læsæ maiesta.licet dicat quod talis ciuitas potest statuere quod memoria bonis damnari potest. & quod contra aliam ciuitatem quam Romanam non committatur crimen læsæ maiest.adde Pe.de Anch.in cõsi. ccxxxix. & voluit Cal.in tit.de accu.consi.vlt. & vide tu de hoc per Socin.in consi.xxij.col.iij.& in consil.cclxxv. col.ij. versic. sed premissis.vbi quid in ciuitate Lucana.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia,adde & dic ꝙ mihi vr̃ ꝙ hæc conclusio d.Ang. sit falsa inquantũ vult quòd cõgregãs gentem contra patriã propriam, incidat in crimen læsæ maiestatis.maxime qñ non recognoscit superiorem, quia gl.nostræ semper posuerunt cõtrarium q̃ dixerunt quòd nisi hæc fiant contra ciuitatem Romanã , aliàs non committitur crimen læsæ maiest.Et ad hoc vltra doct.allego aliam gl. paruam.institu.de publi.iudi.in §.publica. in vna glo. parua quę incipit.Romanorum.& ibi Ioã. Fabri,q̃ dicit quòd nõ est crimẽ læsę maiestatis quo ad hoc,vt filij punaintur sicut puniuntur qñ proprie committitur crimen læsæ maiestatis secundũ formam traditam in l.quisquis.C.ad l. Iul.maie. Et ideo quo ad propositum nostrum pro opi. mea mihi videtur tex.& rub.ibi in l.j.C. de seditio. vbi tractatur quæ pœna datur istis qui proprie committunt aliquid contra rem publicam propriam,vel aliquid moliuntur,& ibi omnino vide Ange.post antiquos.& ideo dico falsam illã esse glo.in l.fallaciter.C. de aboli.quia proprie ille tex.in d.l.fallaciter. expresse dicit contrarium,si quis illum tex.põderat,vbi ille tex ponit vt casus seperatos quando aliquis committit crimen læsæ maiestatis, & quãdo aliquis demolitur contra patriam propriam. Et in hac materia vide vnum pulchrum consilium Bald.qđ incipit

5 quãquam allegata sint multa & plura. †Itẽ inquantũ dr̃ ꝙ qñ cõmittitur aliquid cõtra

a vicariũ a Papæ vel Imperatoris, ꝙ non cõmittatur crimẽ læsæ maiesta. quo ad filios. Certe credo istã opi.falsam,& põdero text. in d.l.quisquis.vbi expresse dr̃ , ꝙ si aliquis demolitur aliquid cõtra personã principis, vel suorũ cõsiliariorũ,vel suorum militum, quòd incidit in crimen læsæ maiesta.ẽt quo ad filios,vt ipsi puniantur secundum formã illius l.quisquis. Certe nescio quis est ille q̃ diceret ꝙ acrius puniret ille qui occideret vnũ militẽ Imperatoris , q̃ ille q̃ occideret vnũ vicariũ Imperatoris vel Papæ, qui sit vicarius in tẽporalibus cũ omnimoda iurisdictione meri & mixti imperij cogita. Et ꝑ hoc patet falsam esse sñiam Sal.in d.l.quisquis.& rõnem suã per ꝓdicta. & vide Imol. & do.Card.in d clem. pastoralis. qui ponit an si crimen læsæ maiesta.qui contra tyrãnos Italiæ cõmittit aliquẽ tractatũ q̃ contra vicarios.& dixit Bal.in l.data opera. C.qui accus.in v.col.ꝙ cõmittẽs aliquid cõtra vnũ baronẽ, vt sunt isti castellani , non cõmittit crimen læsæ maiesta.quod intelligo verum proprie ad hoc vt filij puniantur.Secus improprie, secundũ quod declarat Cyn.in d.l. quisquis.quia proprie & improprie sumitur crimen læsæ maiesta.quo ad pœnã instigãdam,vt declarat Salyc.ibi in d.l quisquis.& Ang.in l.j.ff.ad l.Iul.maiesta. Et de materia

6 not.vide Bar.in l.hostes. ff.de capti. † Dicit tñ Brixiensis in reper.suo in verb.maiestatis.committitur nedum contra Regem,sed etiã contra quẽlibet dominum ciuitatis. allegat casum in l.nemo. C.de episc.aud. qđ intelligo improprie non proprie . ad hoc vt puniantur filii eorum secundum l. quisqs. C.ad leg.Iul.maiesta. vt dicebant ibi Cyn. & Sal.ꝙ crimen læsæ maiesta. capitur proprie & improprie.& dicit Io. And.in c.felicis.de pœnis . quod crimen læsæ maiestatis committitur etiam in personam inferioris à principe supremo . vide pulchra verba do. Pet.de Anchara.in consi.cccxl. pulchra verba posuit Dominicus de sancto Geminia. in d.c.felicis. & vide Petr.de Ancharano in

7 consilio suo cclxxxix. † qui dicit quòd non committitur crimen læsæ maiestatis proprie quando vnum castrum rebellaret se

8 proprie ciuitati . † Item etiam qñ per partialitatem vna pars ciuium expelleret a iã, non

non est crimen lęsæ maiesta.ibi vide,& vide Oldr. in cōsi.suo xlij. qui ponit quid est proprie qñ cōmittitur crimen læsæ maiestatis, & ibi vide q̄ si quis non recognoscit ab Imperatore nisi vnum feudū,in reliquo nō est subditus Imperatori, quòd nō pōt talis committere crimen læsæ maiest.in personā Imperatoris proprie, & vide i hac materia d. Nellum in tracta.bannitorum, in secūdo tempore de cōcurrentibus post perfectum bannū in xv.q.qui multum eleganter & diffuse loquitur, an & qñ committatur crimē læsæ maiesta. qñ vna pars ciuium expellit aliam, vel aliquis rebellat contra patriā propriam, vel aliquem populum, vel aliquem dominum, vel aliquem vicarium.

ADDITIO.

a ¶ Vicarium Papæ. adde circa hoc late vt per Cepo.consi.xviij.Pet.de Ancha.consi.cclxxv. Raph.Cu.consi.xliij.Old.cōsi.xlii. & d. Alex. de Imo.in consi.ciij. in j.volu.& an contra Cardi.committatur crimen læsæ maiesta. vide Pet. de Ancha.in consi.cclxxv.& Cal.in consi.vlti. titu.de accusa. Ber.

9 *Accusare quis possit in crimine læsæ maiest.*

9 Ange. †Quæro quis possit accusare de hoc crimine,dic quòd omnis ēt ille q̄ alias est prohibitus,de quibus dixi supra in verbo (necnon ad querelam.) de quo text. est & ibi Bart.in l.famosi.et in l.quæstionibus. ad l.Iul. maiesta. Et per consequens etiam infames admittuntur.dummodo non sint infames ex eo quòd damnati sint publico iudicio, nam tūc de nullo crimine possunt accusare nisi suam & suorum prosequātur iniuriam, vt est gl.singul.in l.qui iudicio.ff. de accus.vbi Bart.nihil dicit sed in l.qui accusare.eo.ti.ver.Item hic dr̄ &c. & ibi, vel nisi in causis exceptuatis &c. sentit q̄ imo omnis infamis etiā crimine publico dānatus possit de crimine læsæ maiest.accusare, b & illud credo verius b quia non potest reddi maior ratio prohibitionis quare magis prohibeantur accusare de crimine læsę maiesta.damnati crimine publico quàm alij infames,& alij inhabiles,qui alias non admittuntur, vt d.l.famosi.

b Verius. An infamis possit accusare in crimine læsæ maiest. vide in consi. Ang. Are. Ant. de Praveteri.& Barb.quæ consilia habes in cōsi.Barb. in dictis consi.si accusans non potest ꝓbare, nisi per duellum,an sit repellendus. Ber.

Avgvsti. Tu autem in hac materia adde tex.cum gl.in l.in mulierē.ff.de accu. q̄ tex.vr̄ velle quòd infames admittant, & ibi gl.in casu l.famosi.ff.ad l. Iul. maiest. Et sic vult illa gl.infamē posse accusare de crimine læsę maie. Aduertas tñ q̄ ille tex.iuncta gl.non dicit qñ est infamis ꝑ sniam, quia sit dānatus de publico iudicio. Sed ad hoc allego Ang.in terminis vltra supra allegata in l.qui iudicio.ff.de accu.vbi expresse dānat illā gl.ibi,& dicit quòd illa gl. est falsa,q̄ dixit quòd in omnibus casibus vbi reperit infamē posse accusare,debemus intelligere de illo qui nō sit infamis ꝑ sniam, & sic si damnatus de iudicio publico. Et ideo dicit Ang.illā gl.falsam,& gl.& Bar.allegat dixisse contrariū in d.l.qui accusare.& ideo dicit quòd in crimine læsę maiest. & hæresis isti tales q̄ sunt dānati etiā propter publicū crimē possunt accusare in crimine lęsæ maiest.vide quę dicta sunt supra in § necnō ad quarelā. in materia accusationis, in illo articulo, an infamis possit accusare.

10 *Crimen læsæ maiestatis an committatur per illum qui in simplicem scientiam incidit.*

11 *Scientia simplex facit aliquem teneri crimine læsæ maiestatis si illa scientia est ꝓbabilis, id est si illud quod ipse scit probare potest.*

10 Ange. †Quod crimen læsæ maiest.cōmittitur ēt ab eo qui in simplicem scientiā incidit licet nullā operatio,vel factum interuenerit vt l.quisquis.ī fi.& ibi doct. C. ad l. Iul.maiest.& q̄ sola sciētia q̄s teneatur ex tali delicto,& pluribus aliis no Bar.i l.vtrū. ff.de parrici.& plene Sal in d. l. quisquis.§. 11 id quòd.†Quod tñ limitat Bald.in quodā suo consilio, quod incipit quāquam allega c ta sint multa &c.esse verum si talis sciētia c esset probabilis ꝑ l.qui accusare.C.de ede. nam ad quid enim tenet quis reuelare q̄ probare non possit,certe nemo debet se submittere tormentis quæ hoc casu delatori inferūtur,vt l.fi.C.ad l.Iul.maie. & squaliori carceris,vt l.fin.C.de accusa.nulla enim culpa est in vitæ discrimine se non ponere, vt voluit gl.in l.neminem.C.de infa.qui enim solum audiuit & non reuelauit, quia probare non poterat, immunis est à delicto per tex. in l.nostris,in fi.C.de calum. Ex hoc infert Bal. q̄ assessores sequentes Bar. in d.l vtrū. & occidentes homines solūmodo,quia non reuelant

reuelant secretū non probabile, oēs sunt homicidæ, quia visus, vidit, velit, nolit, auris audit, quia sensus corporis & primi motus nō sunt in potestate nostra, vt no. in gl. in l. j. §. ius naturale. in versi. cōiugatio. ff. de iusti. & iur. Et propter hoc ipse Bal. in d. consil. deplorat memoriā fidelissimi militis do. Donati de Barbadoris q ob hāc cām cū aliquibus suis sequacibus fuit decapitatus. Ita refert Io. đ Plat. doct. Bono. inst. de pub. iu. §. publica aūt. pro quo facit ij. q. vij. c. qa plerūq; qđ no.
d opinio[d] tn̄ Bar. & Sal. obseruat̄ ī practica, vt etiā dicit Bal. ex quo sequitur quòd quilibet quāprimum audiuit, vel notitiā habuit de aliquo tractatu contra suum Principē vel contra rempublicam, illico debet reuelare, & reuelans statim præmiū cōsequitur. Sinautem ex interuallo reuelauerit priusquam dictū delictum fuerit executioni mandatum. & antequam per alium fuerit reuelatū, tunc sibi parcitur, & non pu-
e nitur, sed præmium[e] perdit, vt d. l. quisquis. & ibi Cy. Bar. & Bal.

c Si talis scientia. adde tu pro hac parte q̄ sola & nuda scientia non sit digna hac pœna. facit quia l. quisquis. punit principales sattellites & consocios ac ministros, cōscius videtur accipi pro participe, non aūt pro simplici sciente de quo scripsi in c. j. de resti. spoli. vel de offi. deleg. & q̄ ita sit confirmatur ex tex. cum gl. & ibi Ioan. Mona. Ioan. And. & alij omnes in c. fœlicis. in. §. illud de pœ. in vj. vbi simplex, & nundum cōsilium fauor nudus non punitur pœna qua principalis, sed minore & arbitratoria, et tn̄ nudū consiliū et fauorē prēstans sciebat. vnde dicūt ibi Io. Mona. & alij q̄ punitur, quia debuit reuelare. tn̄ illud delictum censetur vt crimen læsę maiest. vt ibi in princ. imo magis secundū Ang. in l. quisquis. pro his faciunt quæ no. Io. And. & Dominicus ibi in prin. de eo qui præstat consilium & fauorem non nudū nisi dixerimus aliud esse in casu illius c. in quo nō punitur conscius simpliciter, vt patet in princi. & aliud in casu d. l. quisquis. Ad hoc etiam pondero dicta Car. & Imo. in cle. pastoralis. de re iud. dum tractant post antiquos quomodo committatur crimen læsæ maiestatis, & nullo modo in enumeratione casuum ponunt simpliciter scientem sine participio coniurationis, imo videtur ex qualitate casuum inclusorum ipsum excludere, facit etiā c. sicut dignum. de homicid. vbi mitius puniuntur etiam consulens dummodo non induxerint regē ad homicidium, & similiter opem ferentes, vt ibi: cum ergo l. quisquis. conscios eadem pœna puniat, debet intelligi de participibus, alias &c. In facto etiam vidi de vocato ad impediendum occulte ne dominus occideretur credientibus alijs coniuratoribus quod iuuare deberet, an retenta opi. quod nuda scientia puniatur, debeat puniri, & videtur quod non, quia nō fuit conscius nec a coniuratoribus vocatus, sed ab impedire volente tamen quia omnino sciuit qualitercunque & vidit coniuratores perseuerare in machinatione retenta dicta opi. non fuisset tutus.

d Opinio tamen. Adde tu & vide Io. And. in c. pœnas. de homi. & Spe. in ii. de lega. §. iuxta, versi. quid si amici. & consuluit Bald. in consi. 34. ij. lib. q̄ non reuelans crimē proditionis q̄ effectum non habuit, quia sciēs contradixit debet relegari maxime si erat affinis. Ber.

e Sed præmium. Vide Bald. in l. testa. ff. de hæred. institu.

AVGVSTI. Tu aūt in hac materia adde q̄ alias vidi istā q in practica, & fuit iudex in illa causa cōtra vnū potētē dominū, q suo principi nō reuelauit tractactū cōmittendum contra principē & supperiorē suū, quia erat ciuis suus, vnde feci ipsum decapitare sequutus sniām Bar. in d. l. vtrum, quā sentētiam sequutus est Bar. ipsomet in l. j. §. occisorum. ff. ad Silla. & ibi expresse Ange. & sequitur d. Abb. in c. j. extra de resti spo. & vide dictum d. Abb. in c. j. extra de offic. deleg. Dicit tn̄ Ro. in l. j. §. occisorum in fi. q̄ cōtra istam sniām Bar. consuluit Bal. Florentiæ in personam illius militis, & ita obtinuit. Quod non credo verū, quia propter exorbitantiam istius criminis iura ita voluerunt, vt voluerunt in §. alia insti. de pub. iudi & ī d. l. vtrum. & Canonistæ in d. c. j maxime d. Abb. Adde tn̄ quod dixit Ang. in l. frater. ff. ad l. Iuli. de parricid. q̄ vidit decapitari plures ciues qui non reuelauerūt tractatum ciuitatis suæ qui sciebant solūmodo tractatum, & non fuerunt participes, & hoc male fuit factū q̄ inique, quia iura hoc non patiuntur, quia dicit q̄ si filius sciebat futuram mortē patris, & non relegauit nō decapitari, sed relegari debet, ergo & ciuis debet relegari pœna capitis, est solum qn̄ fieret tractatus contra principem & Papā, & sic contra ecclesiam vel imperium. Et dicit Ang. hoc esse menti tenendum, quia quotidianum est. Et subdit quod vnus forēsis qui non esset de populo, & sic ius populi nō debet tueri, licet sciat conspirationem, tn̄ non debet puniri ex hoc q̄ non reuelauit, & dixit q̄ hoc tenet gl. in d. l. vtrū. in verbo, conscios. dum subaudit de participibus, quia de sola scientia iste talis non punitur in forēse, credo istam sententiam Ang. veram, sed credo sententiā Ang. falsam dum se restringunt tantum in personam Papę vel Impetoris, per ea quæ supra dixi. & no. bene ista.

Crimen

12 *Crimen læsæ maiesta. commissum per patrẽ siue per matrem facit quòd non solum delinquẽs sed etiam filij masculi puniantur.*

12 ANGE. † Et aduertẽdum est ꝙ ꝑ ꝑ tale delictũ cõmissum per patrẽ vel etiã per matrem, quia licet d.l. quisquis. loquatur in patre, habet etiã locum in matre, & sic ĩ fœmina, licet sit exorbitãs & pœnalis vt not. gl. in d.l. quisquis. in verbo, ausuras, & non est mirandum de dicta gl. quoniam aliquã do lex exorbitãs loquens in fœmina ex rationis identitate extenditur ad patrem, vt no. gl. in l. fęminæ C. de secund. nup. ꝙ non tantum punitur delinquens, sed etiam filij masculi, prout habetur ĩ d.l. quisquis. quod no. licet videatur inusitatũ quòd mulier talẽ crimẽ cõmittat, tñ vidi semel de facto Bononiæ, filiæ autẽ fœminæ de bonis matris, & non patris delinquentis habent falcidiã, vt l. pe. C. ad l. Iul. maiesta. & vxores delinquẽtium dotes nõ perdunt, vt d.l. qsquis. §. j. Sed Sal. in d.l. j. §. j. dicit quòd licet Pe. & Cy. teneat d. gl. quæ dicit idem in matre, tñ sibi non placet, quia materia est odiosa & pœnalis, ideo ex rationis idẽtitate extendi non debet, & maxime si pater esset viuus tunc filij domicilium patris nõ perderent. tamen gl. communiter tenetur.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia, adde ꝙ videtur ꝙ gl. in d.l. quisquis. sit vera, q̃a extat doc. Bar. per illũ tex. in l. quemadmodum. C. de agr. & cẽsi. qui dicit ꝙ statuta a pęnalia sunt fauorabilia, & possunt extẽdi vbi faciendo extensionem delicta nõ remaneãt impunita, & ciuitas purgeť malis hominibus. Non mirum ergo si lex quisquis loqueretur in patre si possumus extendere ad matrem, sed hæc ratio est nimis generalis & periculosa. Sed vltra doc. gl. ordinaria de iure canonico allego in hac materia quę vult idem ꝙ gl. nostra iuris ciuilis, quia gl. in c. statutum. el ij. extra de hære. lib. v. expresse. h d. in terminis quòd lex qsquis habet locũ in matre & in filijs. & licet huic sẽtentiæ sit tex. in contrarium in c. vbicunq;. extra de pœ. in vj. Tñ gl. in d.c. statutũ. respondet ad hoc contrarium, sed eius respõsio non mihi placet, & credo in puncto iuris falsas esse illas gl. Quinimo gl. in c. si qs vj. q. j. voluit ꝙ tex. ibi l. quisquis. loquatur solũ de filijs qui sunt in potestate. nõ emãcipatis. Sed mater nõ hẽt filios in potestate, igiť in practica nõ recederẽ à glo. ꝑ ꝑ enormitatẽ criminis, vide Imol. in materia nr̃a principali in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Tre. ibi vide. Tene tñ mẽti ꝙ ista pœna nõ afficit filios si sint clerici. Ita dicit gl i c. satis ꝑuersũ. 56. dist. cõtra facit tex. ĩ c. statutũ. extra de hær. & ibi Pe. de Anc. si crimen heresis æq̃parať crimini lęsæ maie. & ibi ui de q̃d ĩ matre. & vide Arc. ĩ c. si qs vj. q. j.

ADDITIO.

a ¶ Statuta pœnalia. Et ꝙ statuta pœnalia debeãt extẽdi fauore reipu. tenuit Ro. in consi. 338. & an crimine læsæ maiesta. masculinum concipiat fœmininum. Vide Franc. de Aret. cons. xxxix. & an delictum matris in crimine læsæ maiest. noceat filijs, vide Pet. de Anch. Ioan. And. mona. in d.c. statutum. Ber.

13 *Crimine læsæ maie. cõmisso per filiũfamilias, an pater puniatur, & an l quisquis. C. ad l. Iul maiest. habeat locum in filijs nascituris.*

13 ANGE. † Quærit ibi Sali. si filius fam. cõmisit dictũ crimẽ, an pater teneať & puniať, & dic ꝙ nõ, vt d.l. qsquis. §. rõ successionis sanguinis improbati. ergo &c. Cy. ibi q̃rit an habeat locũ d.l. ita in filijs nascituris. & dicit ꝙ sic, q̃a rõ d.l. ita in eis sibi locũ vendicat sicut in iam natis. arg. l. adigere. §. quamuis. de iure patro. & hoc tenet ibi Sal.

AVGVSTI. Tu aũt in hac vltima conclusione, an illa l. quisquis habeat locũ in iã natis vel nascituris, sæpius ego fui interrogatus de hac quæst. & adde gl. magistrã in c. si quis. vj. q. j. q̃ decidit istam quæstionẽ in terminis, & omnino vide docto maxime Ioan. Andr. in c. quibusdam. de pœ. in fi. ij. col. & Ang. in d.l. quisquis. & vide not. per tex. & gl. Bar. Bal. & Sal. in l. ii. C. de libertis & eorum liberis.

10 casum ad aliũ. † Itẽ inquãtũ dictum est, q̃ pupillus & vidua nõ cõprehenduntur, vt si ludat in domo ipsorũ nõ incidunt ĩ illas pęnas, de quibus supra, p l. j.C. de fal. mon. Addatis quod hoc falsum est, si intellexerimus in pupillo qui est doli capax & proximus pubertati, per ea quæ tradidi in l. j.ff. de verb.ob. & per l. impuberem.ff. de furt. per c. j. extra de deli. puer. l. pupillus.ff. de regu. iur. Præterea tex. in d.l. j. super quo se fundat loquitur in impubere qui quod vidit ignorat, & sic loquit in infante. Quinimo nec ẽt vidua excusaretur, nisi & ipsa esset ignorãs, secus si sciẽs, vt hr̃ in d.l. j. Præterea in vidua nulla est specialitas, q̃a nõ cõnumerat inter miserabiles p̃sonas, nisi qñ esset pauper, vel ei denegaretur iustitia, vt Can. post Io. And. ĩ c. ex tenore. de fo. cõp. Alia aũt pœna afficitur ludẽs, q̃a si clericus est & ludat, deponendus est, nisi desistat clericũ xlv. dist. c. episco. xxxv. distin. hr̃ in c. clerici. de vi. & hone. cler. Quinimo non debet ad ordinẽ p̃moueri qui ludis tẽpo-
11 ribus deseruit. xxxiij. di. c. maritũ. † Itẽ vltimo dicit d. Ange. hic, quod si statutũ punit ludentem punit etiam participem id est q̃ facit ludere per alium. alleg. Bal. & Guil. de Cun. vbi supra. Aduertas tu & adde quod Bal. & Guil. de Cun. amplius loquuntur. s. & quod statutum tale punit. nedum participes, sed ẽt inspectores qui vident ludere illos qui ludunt ad ludũ p̃hibitũ. Sed addatis qũod Albe. de Ros. in auth. interdicimus. C. de epi. & cle. facit mentionem qũo Vbert. de Bob. expresse tenebat cõtrarium quod imo tale statutum non cõprehendit participem nec inspectorẽ, & ita affirmauit Alb. de Ros. in d. auth. interdicimus. & idẽ dixit in ij. parte statutorum. q. cxv. q̃ incip. quid si statuto cauetur q̄d ludentes ad taxillos puniantur in decẽ qui dicit, q̄d imo tex. in d. auth. interdicimus, vult cõtrariũ, q̃a ibi inspectores ponunt diuersi à lusoribus. Et idẽ dicit in eo qui iurauit non ludere, quia si supersit ludo non est periurus, quia statuta sunt pœnalia & stricti iuris, iõ ad p̃sonas nõ ludentes nõ extenduntur, p̃ l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus.ff. de verbo. oblig. Sed aduerte, q̃a Raph. Fulg. in d. auth. interdicimus miratur de ista controuersia, inter Vber. de Bob & Guilielm. de Cu. qui videntur contrariari in vna eadẽq; scientia. Et certe mirãdũ est quod in vna eadẽq; lege doct. sint varij, & sint diuersæ opinio. & in vna eadẽq; lege sumat argumẽtũ quod sic, alter sumit argumentũ q̄d non, & iõ scientia nr̃a est periculosa difficilis & mirabilis, & ideo tot capita tot sententiæ. Et mihi placent doctores qui delectantur habere diuersos libros & doctores in studio, & ideo dicit Fulg. quod vidit de facto hoc esse verum, quod ille qui dat pecuniam alteri vt ludat est p̃iurus, sicut si ipse luderet, quia particeps, & hoc modo vera est sententia Guli de Cune. Secus si inspectore q̃ vidit ludere, q̃a in hoc videtur uerior sententia Vber. de Bob. & dicit sententiæ inhæreo tanquam æquiori.

12 Contractus celebrati inter ludentes ludo prohibito omnes sunt nulli nec uendens tenetur de euictione.

13 Ludo prohibito uincens, an dicatur habere titulo lucratiuo.

14 Ludens ludo prohibito, an teneatur satisfacere mutuantibus sibi in ludo.

15 Ludenti si tertius mutuet pecuniam, an repetere possit.

16 Ludens mutuans collusori, si postea ex internallo ille qui pecuniã mutuo accepit promittat per stipulationẽ illã pecuniã restituturũ, poterit pecuniam mutuatam repetere.

12 Ang. †Quarto aduertas, quod omnis contractus celebratus inter ludẽtes ad inuicem non tenet, vnde si ego ludens tecum in ludo vendo vestem, talis contractus non valet, vt not. Bart. in l. si quis cum sciret. in fi.ff. de vsucap. pro emp. nec vendẽs in ludo tenetur de euictione, vt est tex.
13 ĩ l si filiofa. §. j.ff. rer. act. nõ da. † Quæro an vincẽs in ludo p̃hibito & illicito dicat̃ hr̃e titulũ lucratiuũ, & videret quod non, vt l. si pate. C. de inoffi. testa. ĩ contrarium est verum,

verum, quia quicquid habetur ex maleficio dr ex titulo lucratiuo, vt ff. de dol. except. l. apud Celsum. §. de autore. & ideo filij possunt reuocare vsque ad eorũ legitimã, quod pater eorum in ludo p̃dicto perdidit: secus si fuisset ludus licitus, vt l. in executione. §. fin. ff. de verb. oblig. ita dicit Bal. in l. j. in fin. C si quid in fraud. patro. quod tene menti.

11 †Quinto sciendum est, quod si ludens mecũ mutuet mihi pecuniã vt luderẽ secũ, vel ille qui retinet ludũ, aliquã quantitatẽ pecuniæ mutuauerit lusoribus, quod tale mutuũ repeti non põt, vt est gl. ord. in l. j. in prin. & in l. fi. in gl. super verb. accipit pecuniã. ff. de alea. Secus aũt si ab alio, vt est gl. in d. versi: accipit pecuniã &c. quod forte verũ est, qñ talis qui mutuat ignorat, an ille ludere velit vel non: nã si mutuũ fit illi quem scio velle ludere & lusit postea, & pecuniam perdidit licet ego non ludã secum, vr̃ ꝙ ego repetere nõ possim, vt l. verũ. §. pe. ff. de mino. ne dicas, ꝙ ibi loquatur in minore, vt ẽt loquitur l. si vero non remunerandi. §. adolescens. ff. manda. qm̃ rñdeo, ꝙ d. l. verum. §. pen. loquitur etiã in minore, qui minor est priuilegiatus & mutat minori priuilegiato, & tñ licet ibi sint in pari priuilegio, potior est cõditio illius qui pecuniã perdidit, facit quod no. Bar. in d. l. si quis cũ sciret. Et p̃dicta p̃cedunt, quando luditur in ludis, vt supra prohibitis. Si aũt ludatur in ludo in quo virtus ostenditur, vt in saltando & in currendo, & qui longius proiecerit vnũ iaculum & similia, tunc talis ludus est permissus & pecunia quæ perditur vel aliud vincenti acquiritur, vt not. glo. in executione. §. fi. & ibi Docto. ff. de verb. obli. & est tex. in l. ij. & iij. & pen. ff. de aleat.

AVGVSTI. Itẽ adde ꝙ verũ est, ꝙ contractus factus cũ lusore nõ valet nec tenet, & nec tenetur de euictione. Adde & dic ꝙ verum siue loquamur de ludo proprio siue permisso, vt põt colligi ex dictis glo. & Bar. sed melius per Ange. in d. l. fi. §. ff. quar. rer. actio non da. Et pondera ꝙ Ang. ibi vult, ꝙ nec vendens teneatur actione ex empto ad restitutionẽ precij illi emptori collusori, à quo res est euicta, quia dicit, ꝙ ille qui perdit preciũ, non est factus locupletior, scilicet ipse venditor. volui: ergo Ang. ibi secus esse si vendens non perdidisset precium, quia licet de euictione non teneretur tamẽ ad restitutionẽ preci', per l. ex empt. Et istã partẽ credo veram, & vide aliquid per Imol. in d. l. si quis cũ sciret. & per doc. in l. si quis cũ dotẽ. §. j. ff. sol. mat. & ibi dixi, & per cano. in d. c. clerici. Adde tñ, ꝙ si recte ponderentur verba Bar. & glo. in d. l. fi. §. j. in fin. ff. quar. rer. actio non da. non videtur velle, ꝙ in ludo permisso p̃dicta procedant, quia põt agi de euictione, ergo contractus tenet, nec mirum, quia si in ludo permisso possum vincere tibi res proprias, quare nõ potes mihi vendere rẽ tuã. Nec obst. ꝙ vltra vnum aureum non licet ludere etiã in ludo permisso, quia hodie per consuetudinẽ est abrogatum illi authẽ. alearum vsus. in hoc vt dixi supra in prima additio. mea, in ista glo. dum tractaui materiã schacorum, an liceat lude-

15 re vltra vnũ aureũ, cogita pro nunc. † Item adde in illa materia, an mutuans ludenti possit repetere, quicquid dixerit do. Ang. supra, ꝙ si vnus tertius qui nõ ludit, mutuat pecuniã ludẽti ꝙ datur repetitio. ista est sententia Azo. in summa de relig. & sumpt. fun. & Abb. in d. c. clerici. & affirmat Salyc. in d. auth. alearum vsus. & est sententia Imol. in c. clerici. extra de vita & honest. cleri. & dicit Ioan. And. ibi hoc voluisse. & idẽ affirmauit Imol. in l. si quis cũ sciret. ff. de vsuca. pro emp. dic imo regulariter quod mutuatur in ludo repetitur. Fallit in quatuor casibus. Primus nisi mutuans sit collusor. Secundus nisi sit aleator. Tertius si mutuatur minori ludẽti. Quartus si sibi bonis est interdictum, & dicit ꝙ ista opinio obseruatur in practica, & hoc teneo quicqd dixerit Io. And. in rub. extra de obli. & solu. in additio. Spe. in prin. qui distinguebat secundũ quod dixit do. Ange. hic, an mutuans sciebat illũ ludere vel non. Primo casu non datur repetitio. Secundo sic, quæ doctrina cõfunditur per doctrinam Barto. in dict. l. si quis cũ sciret, quia ludens possibile est, quòd vincat. Sed adde vnicam mirabilem limitationem

16 in hac materia, † quia si pecunia mutuaretur etiam in casu in quo non datur repetitio, puta quia inter collusores pecunia est mutuata, tamen si postea ex interuallo ille qui accipit pecuniam mutuo promittat per stipulationem se illam pecuniam restituturum, vel accipit præceptum inconfessum coram iudice, potest tunc illa pecunia repeti, mirabililis est decisio Albe-galco. in l. solent.

sent. § i. ff. de aleat. quam reassumit & magnifacit, & sequitur Io. Andr. in addi. Spec. per bonā rationē in d. rubr. de oblig. & solutio. Adde etiā ꝙ Imol. in d. c. clerici. dum tractat istā materiā vr̄ decidere, an etiam pdicta habeant locū inter collusores in ludo permisso inuicem pecuniā mutuantes, & maxime vt infra dicetur. Hodie de consuetudine vr̄ derogatum illi authen. alearū vsus. & hodie de consuetudine pecunia nō restituitur quæ perditur in ludo reprobato, per d. auth. alearum vsus. & in fine istarū conclusionum dicit, ꝙ licet de consuetudine hodie in omnī ludo pecunia deperdita non restituatur, & sic videtur ꝙ licitum sit hodie ludere indistincte, tñ in practica seruatur illa opinio, vt mutuans possit repetere, Sed fallit in illis quatuor casibus, & sic sentit ꝙ in ludo etiā permisso ēt per consuetudinem mutuans collusori non potest repetere. Sed aduerte vt supra dixi, si hodie contractus factus inter collusores in ludo licito valeret, idem deberet posse dici mutuum tenere, & daretur repetitio, cogita.

17 *Ludere etiā in ludis uetitis, licitum est aliquid nescendi gratia.*

17 Ang. † Et tene menti, quia etiam in ludis vetitis vt in taxillis permissum est, vt aliquid ludatur vescendi causa, vtputa quādo scholares inter se causa solatii ludunt ad aleas vnum edum, vel vnum par caponū, vt est tex. in l. fi. ff. de aleat.

Augusti. Tu adde ꝙ Floria dicit, ꝙ d. l. quod in conuiuio. non habet locum in clericis, quia non licet clericis facere conuiuia, quia debent quotidie clerici esurire, vt not. in c. à crapula. extra de vita & honesta. cleric. c. non oportet. xliiii. dist. Sed aduerte, quia ille tex. loquitur etiā in laicis, nisi dicamus ꝙ si fiunt propter luxuriā vel lasciuiā, non valeret tam laicis q̄ clericis, & hoc tene quo ad forum conscientiæ, sed iure fori bene valeret & teneret contra Floria. tam in laicis quàm clericis, & si luderent propter lasciuiam tenerentur facere pœnitentiam. arg. not. per Ioā. de Imol. in d. cap. clerici. & per ea quæ supra dixi, & vide omnino Abb. in ista materia ad veritatem permissorum, qui notan. loquitur in d. c. clerici. in penul. col. melius per do. Ant. de But. in c. inter dilectos. extra de exces. præla.

18 *Ludentium pœna ludo prohibito quæ sit.*

19 *Ludens ludo prohibito si nolit repetere, uel negligens sit qui possint repetere.*

20 *Ludens uincens & perdens potest puniri arbitrio iudicis de hoc inquirentis.*

21 *Statuto concedente arbitrium officiali contra ludentes ad ludum aZardi, an poterit officialis omnia bona ludentium confiscare.*

22 *Ludens ludo permisso & uincens, an possit ab eo repeti in foro contentioso.*

23 *Ludens ludo reprobato & uincens, an possit ab eo repeti in foro contentioso.*

18 Ang. † Quæro, quę sit pœna ludentium ad ludos prohibitos? dic ꝙ illud quod vicerunt, coguntur restituere, & cōtra tales ludētes & vincentes, pōt agi ad restitutionē eius quod vicerunt, & cū bonis non tātum falsis taxillis vsque ad quinquaginta annos, vt est tex. in d. auth. alearum vsus. ibi, sed solutū reddatur &c. & ibi non obst. nisi quinquaginta annorum &c. Secundo quòd si vicerunt, & de victis fidem habuerunt, tūc de tali ludo actionē nō consequentur, nec vincenti contra victum dabitur actio, vt d. authē. ibi nulla sequatur condemnatio. Et est aduertendum, ꝙ si filius vel seruus in tali ludo vicerit nō tantū ipsi ad restitutionem rei victæ tenentur, sed etiā eorū pater, vel dominus peculiotenus teneretur, vt est

19 tex. in d. l. fin. ff. de aleat. † Et not. ꝙ si ille q perdidit in ludo vetito non vellet repetere, vel negligens esset ad repetendū quod perdidit, tñ episcopus loci vel fisci pcu. potest repetere, & quando ignoratur cui victū sit, expendetur in piam causam, vel in opus publicum quod aufertur vincenti in ludo, vt d. authē. ibi, opus publicum conuertatur &c. qñ autem scitur cui victum est, illi victo restituetur, vt ibi habetur, & ibi not. Bal. an autem quod in ludo perditur possit repeti, vide quod no. glo. & ibi Ant. de But. in c. pe.

20 de vit. & honesta. cleri. † Vltimo scias ꝙ ille qui vicit, & ille qui lusit, potest arbitrio iudicis inquirentis de hoc puniri secundum personarū & delicti qualitatem, siue in publico, siue in priuato ludatur, nec licitū est ludere in specie, nec in genere, vt est text. in d. authē. alearum vsus. ibi, neq; in publicis. & ibi, neque in specie neque in genere. & ibi, puniri &c. & talis inquisitio ꝙ non ludatur nec blasphemetur, potest fieri per episcopum

sco pum loci & iudicē secularē, vt in d. auth.
21 ibi, episcopis locorū &c. † Tene tñ menti, qđ si p statutū cōcedatur arbitriū officiali cōtra ludētes ad ludū azardi nō poterit vir tute talis arbitrii omnia bona ludentiū con fiscare, quia arbitriū intelligitur ſm dignitatē eius cui conceditur, vt l. plenū. §. æquitii. ff. de vsu & habita. supple tu & qualitatē delictorū, ita dicit Bal. in l. j. C. ne sine iuss. princ. no. qa vt plurimū per statuta dat arbitrium officialibus contra ludentes.

AVGVSTI. Tu autē in hac materia adde, quia hic intendo tractare materiā, qñ id qđ perditur in ludo possit repeti & in omnibus casibus, & materia est amplissima, & quid in ludo permisso, & quid in prohibito & quid in foro contentioso, & quid in foro poli, & conscientiæ, & quia doct. inculcant casus, quia casum quē debent ponere in foro poli, & conscientiæ ponunt in foro contentioso & econtra, ideo hic latius me extēdam q̃ doct. scripserint. Et primo scias, quia materia ex amplissima. & primo tāgit ista materia p glo in l. fi. ff. de alea. & p gl. in c. clerici. extra de vit. & hon. cler. & ibi p Io. And. Io. Cal. Ant. de But. per Abb. & latius per Imo. latissime in l. si quis cū sciret. ff. de vsucap. pro empto. & per Inno. Ioā. Andr. Anto. de But. & alios in c. quia pleriq;. extra de immu. eccle. & per gl. in c. j. xxxv. distin. & ibi latissime per Domi. de sancto Gemi. qui notāter loquit, & p Bal. in rub. ff. de aleat. & p Bal. in quodā consi. suo, de quo ipsemet Bal. facit mētionē in d. auth alearū vsus. p Host. in summa sua de exces. præla. §. vnico. versi. clericus seu sub. §. clericus autē. & per eundē Hosti. in summa de pœn. §. i. & ibi p beatū Tho. in scda scdæ. q. xxxij. & per Mod in c. inter dilectos. extra de exces. præla. Sali. in d. auth. alearū vsus. & sanctus Bernardinus ponit materiā in suo opusculo de restitutione & vsuris, & p Pisanellam in litera l, in verbo, ludus. & per Ray. in summa in secunda parte, in fi. quem etiā recitat Sali. in dicta authē. alearum vsus. & Mod. in d. c. clerici. & Mod. in aliquibus tractatibus de ludo. Sed aduerte, qa non reperio aliquē posuisse materiā, nisi Imo. in d. c.
22 clerici. & in d. l. si quis cum sciret. † Et ideo primo quæro, an id quod vincitur in ludo permisso in foro contentioso possit repeti. Et habetur in d. auth. alearū vsus, quod nō, qa ludus est permissus. & no. Inn. & Abb. in d. c. clerici. Tene tñ menti quod si luderetur in maxima quantitate in ludo permisso posset peti restitutio, vt supra dixi in alia materia scachorū, sed hoc est derogatū p cōsuetudinē, vt ibi dixi, quia etiā in maxima quantitate posset ludi, & sic nō veniret restitutio in foro contentioso. Limito tamē prædicta, nisi luderetur cū falsis taxillis vel cū illo qui nō habet administrationē rerum suarū, qa filiusfami. vel monachus, qa tunc ex parte ludētis qui nō habet legitimā personā lusoris, qa filiusfa. vel quia dolose cū falsis taxillis ludit, non est bonus ludus, daretur restitutio p dicta, per Bal. in rub. C. de condict. ob turp cau. & per dicta doct. in d c. clerici. Si ergo in foro contentioso ista venirent restituenda, multomagis in foro cōscientiæ, quia iste qui vicit, vicit lege non permittente. Si autē ista cessarent, & quis vinceret i ludo permisso causa auaritiæ vel blasphemaret ludēdo, an id veniat in restitutione nō reperio quod de iure positiuo iste talis debeat restituere ista. Sed in foro conscientiæ, an ista veniant in restitutione. vide qđ dixi supra in materia scachorū in additio. meis. qa Imol. vult quod nō debet restitui, sed sufficit agere pœnitentiam de auaritia vel blasphemia. Sed Abb. dicit, qđ pauperibus est errogandū. Sed opi. Abb. tutior est per ea quæ dixit Anto. de But. in d. c. quia plerique. & quia dixi hic cū falsis taxillis & sic ludus nō esset permissus, loquor ego qñ cōsuetudo faceret ludū taxillorum permissum, idē dico si luderet cū falsis chartis vel socius intelligeret secū alio socio in ludendo, tunc vbi fit fraus in ludo permisso semper venit restitutio de iure contentio
23 so, & de iure poli per prædicta. † Si autē ludus est reprobatus vt taxillorū & alearū, an vincens debeat restituere. Omnes doc. indistincte videntur approbare gl. in l. fi. ff. de aleat. quod sic, qđ id debet restitui. Sed aduerte, quia Imo. in d. c. clerici. & in d. l. si quis cū sciret. dicit q̄ hodie est abrogatū p cōsuetudinē illi legi, quia quod perditur nō restituitur, allegat sanctū Tho. ita voluisse d. Car & d. Pet. & Io. Cald. & Io. And. in d. c. clerici. & idē vr̄ velle Sali. in d. auth. alearum vsus. Limito tamen prædicta, nisi ille qui vinceret filiumfam. vel monachū, vel minorem, vel similes personas cum taxillis

falsis, per ea quæ dixit Sali.in d.l. alearum vsus.& per Imol. in locis præallegatis. An autẽ in foro conscientiæ prædicta militẽt, vide longã distinctionem Imol.in d.c.clerici.qui omnes allegat, & in d.l. si quis cum sciret.licet Card.& Ioan.Cald. & Salic. & Innoc.locis supra allega.multa dicant & diuersa.Dicit tamen Cald.in d.c.clerici.in additio.suis, ꝙ si quis ignarus ludi luderet cũ illo qui esset magnus magister aleæ & ludi & taxillorũ,tunc indistincte ille vincens tenetur restituere, ex quo videtur dolo versatus ludendo cum illo ignaro,quam sñiam credo militare de iure poli,non contentioso in loco vbi ludus per cõsuetudinẽ esset permissus. Adde etiam quod id quod vincitur in ludo reprobato non venit in restitutione.vbi ille qui vincit erat in maxima necessitate,& ratio est, quia tempore necessitatis possum furari alium.c. si quis pro necessitate.de fur.Hæc est sententia Richar. in iiij.distin.xv.articu.v.q.iiij.hęc tamẽ intelligo in foro conscientiæ,sed in foro contentioso si ludus esset reprobatus etiam cõtra existentem in maxima necessitate daretur repetitio,per d.auth.alearum vsus.

24 *Stante statuto quod ludens ad aZardum puniatur tanta pœna, si aliquis lusit cum pluribus & pluries uno die uicit & perdidit,an dicatur unus ludus uel plures, & sic an dicatur unum delictum uel plura.*

25 *Ludens,ut supra in uersic.preced.quando dicatur committere unum delictum uel plura.*

24 Ange. †Quæro si statuto cauetur, ꝙ ludens ad azardum puniatur tanta pœna. a modo aliquis lusit cũ pluribus [a] & pluries vno die vicit & perdidit,an dicatur vnus ludus vel plures, & sic an dicatur vnũ delictum vel plura,quoniam si sunt ludi pluribus pęnis afficietur iuxta materiam.l. nunquam plura.ff.de pri. delict.Sed in casu nostro dic, quod vnus tantum ludus dicitur, & sic vna pœna tenebitur, quoniã licet sit hora quod vicerit poterit postea alia hora perdere & multa accidere poterunt perdere & vincere poterit.ar.l.in l.laqueum.ff.de acquir.rer.do.vnde dicitur vnus ludus tantum quousque ipse partes non habuerunt eum pro perf.cto & absoluto, vt l.contractus.C.de fide instru.& quod ibi not. licet alio se & ad diuersa loca ludentes contulerint, vt l.continuus.in prin.de verb.oblig.& ita singulariter dicit Bar. in d.l.inficiãdo.§. infan.ff. de furt.in versicu. pro huius declaratione &c.

ADDITIO.

a ¶Cum pluribus.Adde & vide do. Alex. in apostil.in l.inficiãdo.§.infans.ff.de fur.& do.Mariã Soci.in cõsi.xxxiij.col.iiij.versi. insuper etiã.

Augusti. Tu autẽ in hac materia,adde quod vera est ista cõclusio, ꝙ ille q̃ ludit ad azardũ toto vno die, & plures vicit & ludit,& perdit etiã quod punitur pro vno de
25 licto,limita hoc verum,† nisi perdidisset illam pecuniã quã primo extraxit,& postea secundo extraxit aliã,quia dicitur alius ludus,& tunc bis deberet puniri tanq̃ in duobus ludis lusisset. Ista est aurea sñia Bar.in l.Pomponius in negotiis.ff.de nego.gest.q̃ sequitur ibi Bal.Item limita secundo ꝙ est vnus ludus, qñ omnes collusores nunquã recessissent. Nam si vnus ex collusoribus recessisset,& postea recessisset licet statim, tunc diceretur alius ludus & bis ludens deberet puniri. Ita limitat Ang. istam materiã in d.§.infans.qui tertio limitat istã materiã ibi nisi statutũ puniret, inuentũ ludere,quia similes fuerit inuẽtus, tunc pluries debet puniri, & hæc bene nota.

26 *Ludus qui sit permissus.*

27 *Statuto prohibente ludere simpliciter, licet ille ludus non sit proprie turpis, tamen quia reprobatus uincens tenetur uicto & uia fori & uia poli.*

26 Ange. † In ista tñ materia ludi, ego postea vidi Bal.in rub.C.de condict.ob turp. caus.in versi.venio ad secundum quod de ludo &c.Et dicit quod aliud est honoris lusor & laudis amator, & iste ludus est permissus, vt ff.ad leg. Aquil.l.qua actione.§. si quis in colluctatione. Alius est lusor alieni fraudator,& iste ludus nõ est licitus, vnde ille qui ludit cũ monacho qui non habet propriũ,vel cũ filiofa.qui lusit patri pecuniã,vel cũ institore qui lusit domino pecuniã scienter non solum nihil lucratur,sed furti tenetur arg.l.si seruus cuiusdam.ff.de condict.indebiti.Itẽ dico si lusit cũ falsis taxillis,quia furti tenetur nec efficitur dominus pecuniæ.argu.l.falsus.in princ.ff.de furtis

tis. vel saltem extra ordinē punietur & restituet pecuniam, quia turpitudo est solius vincētis. Alius est lusor naturæ recreator, & iste ludus est permissus, vt in d.auth.alearum vsus. Alius est fortunę tēperator, seu perscrutator vt accidit in taxillorū ludo, vel vbi fortuna cū aliquali industria commiscetur, quem ludum quidam dicunt ex accidenti contra bonos mores non per se, sed quasi ex eo multa mala oriātur, blasphemiæ, furta, & similia, vt videmus, vnde videtur quod iste ludus sit turpis ratione consequentiæ & accidentium sibi. Alij dicunt, quod si luditur bona fide parua quantitate siue magna, ludus est permissus, & quod par periculi causa, quia vterque pariter subiacet fortunæ, facit hunc ludum esse permissū, similis ratio habetur in l.si pater puellæ. C.de inoffic.testamen. vnde qui bona fide ludit in foro conscientiæ non tenetur ad restitutionē, nec confessores faciunt de hoc conscientiam, quod non est verum, vt supra dictum est, & patet in d.authen.licet Bald.non dicat, sed sanctus Thomas dicit, quod vbi de consuetudine est licitus, vt est in ciuitate mea Aretij in festo natiuitatis, tunc si quis vicerit non arctatur ad restitutionem, nec in foro ciuili, nec in pœnitentiali. Item dicit Ioan. And. in c.clerici. de vita & honesta.cler.in nouel. & vide Salic. in d.auth.alearum vsus. qui recitat verba Ioā.
7 Andr. † Si ergo non permitteretur, sed loci statutum vetaret ludere simpliciter, vel etiam puniret ludentes, licet iste ludus non sit proprie turpis, tamen quia reprobatus est vincēs victo tenetur & via fori & via poli, vt d.authen. Et si nesciret cui vicerit, debet arrogare in pauperes, vt extra de iude. cap.cum sit. & ita dicit ibi Bald.& hoc ibi sequitur. Ego autem latius supra dixi, vnde dic vt supra dictū est, quod verius puto. Ad vnum aduertas si statuto dicatur quicunque fuerit inuentus ludere, vel ad ludum azardi & similia, an intelligatur inuentus & captus per familiam, vel simpliciter inuentus, dic vt dicā infra in gl. super verbo, dictus Andreas armatus &c.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia adde inquantum supra tactum est, an hodie alearum vsus sit permissus, & quo ad forum iudiciales, & quo ad forum poli, quòd nemo est qui latius tangat istum passum, nisi Ioan. And. in d.c.clerici. extra de vit. & honest. cle. qui dicit, quod d. authen. alearum vsus. hodie per cōsuetudinem non obseruatur. Et isto consuetudo excusat ludentem vt non teneatur vincens quo ad forum iudiciale ad restitutionem, & ista consuetudo potest iuuari, quia sicut vincens in ludo qui consistit in ingenio, vt in ludo scachorum vincens non tenetur ad restitutionem, ita & in isto ludo qui partim consistit & in ingenio & in fortuna, quia ratione mixturæ multa permittuntur, quæ alias non permitterentur, per cap. sacris. extra de sepult. Dicit tamen, quod prædicta non militarent in eo qui vinceret filiofamil. vel institori, vel monacho, vel illi cui bonis esset interdictum, vel alias administratio esset interdicta, vnde concludit secundum Hostien. in summa de excess.præla. sub. §. primo versicul.clericus. quod vincens nullo modo teneatur ad restitutionem, dummodo nec cum falsis taxillis nec per fraudem ludatur, & essent blasphemiæ & turpia, quæ euenire solent in ludo, & dicit quod nec confessores faciunt conscientiam, quæ conclusio an sit vera. vide per Cardina. & do. Abba. & latius per Imol. ibi in dicto cap. clerici. quam opin. in hac materia ego appprobo, & credo quod nemo in hac materia latius locutus sit & melius quam Imo. in dicto cap.clerici.& in d.l.si quis cum sciret. Sed melius locutus est in dicto cap.clerici. quia paruam facio differentiam inter ludum alearum & ludum azardi. An autem id quod luditur in parua siue in magna quantitate veniat in restitutione, vide quæ dixi supra in proxi.addit.& an id quod vincitur in festis natiuitatis veniat in restitutionem, adde Cardina. in dicto cap.clerici. de cuius opin. facit mentionem d. Ioan. de Imo. in d.cap.clerici. Item adde quod licet Bald. in rubr.C.de condic.ob turp. caus. nesciuerit allegare decisionem beati Tho. in hac materia, tamen Salice. allegauit ipsum in d.authen. alearum vsus. & eius verba de verbo ad verbum posuit & bene fecit, quia docto. nostri canonist.& legistæ in hac materia vario modo referunt & intelligunt verba beati docto. & verba sua refert Ioan. Calde.& Imo. in dicto cap. clerici.& Pisanella declarat in litera l, in verbo, ludus. dic vt ibi per eos. Sed nullo pacto in omnibus istis non recedatis ab opinio. Imo. in dicto cap.clerici. quicquid dixerit Anto. de Butr. in d.cap.clerici.& in cap. quia plerique. extra de immu.eccl.& hęc sufficiant pro nunc in ista materia.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria illata alicui capiendo per vestimenta, an dicatur iniuria personalis.*

a PER pannos siue caputium a capiendo dictum flochum: quē habebat ad latus euaginauit & ipsum.] † An talis dicatur iniuria
2 personalis & illata in corpus. Bar. posuit in pluribus locis, scilicet in l. sed est. per illum tex ff. de iniur. & in l j. §. hoc aūt edictum. ff de ope. no nunc. & ibi im ol in l. licitatio. §. quod illicite. ff. de pub. & Flor. in l. si seruus seruū §. rusisse. ff. ad leg. Aquil. & l. j. §. hæc autē verba. ff. de his qui deie. vel effud. & vide Bal. in l. ad testiū. §. si. ff. de testa. & in dictis locis Bar. concludit, quod dicitur iniuria personalis & illata in corpus, & maxime qñ est odium rationabile. Guil. de Cu. & Bal. in l. si qua per calumniā. C. de epis. & cler. faciunt differentiam, an dicatur offensa b personalis vel offensa in persona
b nam, quia scindere vestes dicitur offensa personalis, nō autem in personam, quia offensa in personam dicitur, quoties persona tangitur, vel quod affixum coheret personæ, vt in capillis, & idem not. Bert. in d. §. quod illicite. vbi late videas vt scias formare accusationem vel inquisitionem, & etiam si statutum puniret delictum commissum in personam, an tunc isto casu teneatur pœna statuti.

ADDITIONES.

a ¶ Caputium. Adde tu quod appellatione caputii veniat vestis. & vide Alex. i cōsi v. in iij. vol. B.
b Offensa. Adde tu quid sit offensa & quotuplex & vide Pau. de Cast. in cōsi. cxciiij. & ccclxxix. & ibi an frangens ostium vt cognoscat mulierem dicatur inferre vim personalem, & vide Alex. de Imol. in consi. cxij. in ij. vol. vbi an pax dicatur rupta per raptū filię eius cum quo fuit facta pax. & Ro. in consi. clxxxiij. & cclv. & stante statuto φ offendens puniatur certa pœna, an habeat locum in eo qui offendit negligendo, vide Ange. consil. lxx. Ber.

AVGVSTI. Tu autē in hac materiā, adde quæ ego late & remissiue dixi in l. j. §. hoc edictum. ff. de oper. no. nunc. & vide & adde Iac. de Are. in l. si quis in graui. §. si quis. ff. ad Silla. & Bal. in l. j § hæc verba. ff. de his qui deie. vel effud. & omnino ibi Bal. in addi. & per Innoc. & Io. And. Ant. de But. & doct. in c. nuper. extra de sent. excom. & vide Bal. in rub. solut. matr. in ij. col. late per Ro. in d. §. quod illicite. qui dicit, quod proprie est iniuria personalis, quādo persona propria offenditur. Et ideo si aliquis ponitur in carcerem priuatū est iniuria personalis, & ideo vera est sententia Innocē. in d. c. nuper. pro quo videtur casus in c. j. §. si quis aliquando. cum §. sequent. de pace tenen. & eius violato. & ideo dicit ibi Ro etiā quod vera est ista cōclusio, φ licet iniuriatio verbalis dicatur offensa simplici modo sumpta, attamen non dicitur offensa in personam, & dicit quod in hoc est casus in l. omnes. §. præterea. C. de epis. & cle. inducendo illum text. hoc modo, quia ille tex. inter ista duo loquitur alternatiue, & hic not. Adde Alb. de Ros. in ij. parte statu. q. xlix.

2 *Iniuria illata fratri meo, an dicatur iniuria personalis quantum ad me, & quando dicatur fieri iniuria personalis alicui.*

a ANGE. † Quæro, an dicatur offensa personalis si fratri meo infertur iniuria. Bart. in l. si
c stipulatus. §. Chrysogonus c in fin. ff. de verb. oblig. dicit quod non, qm̄ sunt certæ personæ per quas dicor offendi, inter quas non est frater, vt l. j cum seq. ff. de iniur. Item tunc mihi dicitur fieri iniuria, quādo nomine meo mihi competit actio, vt l. in testamento. de manu. testa. sed non nomine meo, sed fratris mei nomine cōpetit actio, ergo non dicor offendi personaliter. Ang. ibi tenet contrarium per titu. in vsibus feudorū. an ille qui interfecit fra. domi. sui. cap. j. Sed Imo. in d. §. Chrysogonus. dicit quod illud. c. est contra Ang. quoniam ibi dicitur, quod si interfecit fratrem domini, non redit feudum ad dominum, & tamen si iniuria fieret domino rediret ad eū, vt in c. j. quæ sint cau. feud. amit & sic per iura sua tenet opin. Bar. Ego aūt dico φ ego sum offensus & iniuria dicitur personalis, licet non in personam meam, vt dixi supra, secundum Guil. Bart. & Bal. nā negari non pōt, quin ego sim prouocatus ad iracundiā, ergo dicor offendi offensione personali, vt d. l. in testamēto vide omnino Bar. in l. j. ff. de his quibus vt indignis. qui elegāter loquitur, & opi. Bar. tenet ad literā Bal. quib. m. d. feu. amit. c. j. §. similiter. dic vt ibi.

c ¶ §. Chrysogonus. Adde & vide Alex. ibi limitantem opin. Bar.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia. Adde Ro. in l. licitatio. §. φ illicite. ff. de publi. & vid. nda essent dicta Bald. in l. j. C. si quapręd. po. Et adde dicta Io. And. in regula. frustra. in mercur. extra de reg. iur. Et in ista materia qñ dicatur offensa committi. vide Bar. in l. quidam cum filium. ff. de hæredi. instit. & ibi per Bal. Ang. & Imo. & doct. & Bart. in l. cum te. C. de inoffi testamen. Bald. in l. si qua per calumniam. C. de episco. & cler. & in l. solam. C. de liber, sau. & per doct. in clem. j. de

pœnis

pœnis. Ang. in consi. suo lxxj. & Mod. in q. nostra princi. late scripserunt in d. §. Chrysogonus. in fin. vlti quæstio.

SVMMARIVM.

1 *Admenatio cultelli, bastoni, uel manus, & si non percutiat, an sit punibilis.*



1 ADMENAVIT. contra dictum Titium.] † Nam iste actus solus admenationis cultelli, vel bastoni, vel manus etiã si nõ percutiat, tamen est punibilis, vt est tex. singu. & ibi Bart. in l. item apud Labeonẽ. §. si qs pulsatus. ff. de iniur. quod no. sed forte in casu nostro cum post admenationem secutum fuerit vulnus & de vulnere punitur, vr̃ quod de admenatione puniri non debeat, sicut de insultu dixi, puniretur. n. de admenatione, qñ ex ea nõ est secutũ vulnus, vñ qñ ex forma statuti esset maior pęna de admenatione q̃ de percussione, vt supra dixi de insultu ĩ gl. sup verbo, insultũ &c. puniet de admenatione sicut đ ipso vulnere, ꝙ no. AVGVSTI. Tu adde quod Ang. in d. §. si quis pulsatus. in d. l. in item apud Labeonẽ. fatetur in hoc illum. §. esse singularẽ & non esse alibi, & dicit quod proprie illa dicitur admenatio, qñ aliquis manum cõtra alium leuat, velut verberaturus vel percussurus, sed quia non verberat, nec percutit nõ tenetur iniuriarum directa sed vtili, & dicit hoc esse vtile propter statuta quæ dicunt qđ percutiens puniatur in decẽ, nã si nõ percutit, sed admenat tenet vtili ex illo statuto non ad tantã pœnã, quia nõ cõsummauit actũ, vt plene no. in l. si qs nõ dicam rapere. C. de episc. & cler. Sed aduerte, quia dubito de ista decisione, inquantũ loquitur de statuto, quia statuta pęnalia regulariter extra casus suos non debent extendi, in regula, odia. extra de reg. iur. cogita.

2 *Pater percutiens filium, propinquus propinquũ maritus uxorem, dominus seruum, uel magister discipulum, an teneantur.*

2 ANGE. † Quid autẽ si pater percutiat filiũ, vel propinquus propinquũ, vel maritus
a vxorẽ, vel dñs seruũ, [a] vel magister discipulum, an teneantur, vide l. j. C. de emendatio. seruo. & l. j. de emendatio. propinq & vtrobique no. per gl. & doct. & in l. iiii. § si magister. ff. ad leg. Aquil. & ibi Bar. & Floriã. vbi Bar. concludit, quod debet articulare quod tunc monebat corrigebat vel instruebat eũ & ex qualitate instrumenti cũ quo percussit & percussionis qualitate præsumetur an animo admonitionis, & sic nõ teneatur an causa delinquendi, & sic teneatur, quibus probatis percutiens debet absolui vel deferri iuramentũ purgationis, quod dicit semel fuisse obseruatum Perusij.

ADDITIO.

a ¶Seruum. adde tu qualiter sit permissa castigatio seruorum domino, & vide Alex. in cõsi. lxxv. in iij. vol. & de magistro castigante discipulum. vide Bar. in consi. ciij. Ber.

AVGVSTI. Tu omnino adde Sal. Ang. & Sali. & doct. in d. l. j. C. de emendatione seruorũ. & in d. l. j. C. de emẽdatione propinquo. & dicit Ang. in d. l. j. C. de emenda. propinq. quod magistri mechanici hoc faciunt & alii magistri scholariũ, sed nõ magistri & doctores legũ & canonũ qui nõ corrigunt discipulos suos quos nõ habẽt in potestate sicut alii magistri, an autẽ maritus possit verberare vxorẽ, vide Io. And. in addi. Spec. in rub. in tit. de iniuriis. Bar. in l. cũ scias. C. de agricolis & censi. & tex. in auth. sed hodie verberato. C. de repudiis. & ibi doctores, vbi nõ licet marito sine cã fustib. cedere vxorẽ. vide tex. in auth. vt cum de appellationibus cognosc. §. quia vero. qđ liceat mulieri diuiti si maritus eã flagellat.

SVMMARIVM.

1 *Vulnerare & percutere quomodo differant.*
2 *Vulnus dicatur an percussio, si ex percussione facta est tumefactio.*



ET ipsum Titium percussit & vulnerauit vna percussione & vulnere in pectore, ex qua.] Inter
1 ista est magna † differẽtia, nam
b vulnerare siue vulnus [b] proprie est, qñ fit scissura vel separatio in corpore, vt est tex. ad literã, & ibi Floria. in l. si seruus seruum. §. rupisse. ff. ad leg. Aqui. percutere autẽ siue percussio est etiã sine scissione corporis, vt ibi habentur, dummodo carnẽ tãgat, q̃a percutere est cutẽ tangere, vt ibi, & in l. libellorum. in princi. ff. de accusa. vnde sit cautus iudex, qñ non est scissa caro qđ non di-

non dicat in inquisitione vulnerauit, sed dicat percussit. †Quid autem si ex percussione facta sit tumefactio, an dicatur vulnus vel percussio. Respond. aut ex tali tumefactione fit scissura carnis latens, licet non appareat, vel oportet quod per medicum scindatur, quia facit saniem subtus, siue latenter, tunc etiam dicitur vulnus, alias non dicitur vulnus, sed percussio. ita no. dicit Bart. in l. prætor. §. qui atrocem. ff. de iniur.

b ¶Siue vulnus. Adde Fede. consil. lviij. vbi quod si testes dixerunt quod Titius percussit Seium cum ense cum sanguinis effusione, an necessario sit intelligendum quod fecerit vulnus, & quid sit vulnus, & quando processit tumefactio, vide Cepo. in consil. xlj.

AVGVSTI. Itē adde quod licet vulnus sit, quando est scissura, tamen si scissura esset facta cum vngue nō dicitur proprie vulnus, quando statutū puniret faciētē vulnus. Ista videtur esse decisio Ange. si recte eius verba pōderentur in l. si pignore. §. furē. ff. de furtis. Nec mirū, quia statutū puniens vulnus non videtur velle punire vulnusculū, vt pulchre declarat Ange. in l. extat. ff. quod met. cau. qui ponit differentiā inter ferire & vulnus & cicatricem. facit tex. in l. j. in fi. ff. ad Silla. & Bart. in l. edita. C. de eden & per doct. in l. j. C. de ædil. actio. & etiam vide Bar. in l. si gemina. in fi. ff. arbor. furt. cæsar. vbi no. differentiā inter vulnus & percussionē, & ibi omnino vide Ang. qui ponit, an parua scissura dicatur vulnus. & Bal. in l. si prędiū. C. de ædil. edict. qui vult quod modica scissura nō dicatur vulnus, & dicā infra in glo. vna alia percussione. in pen. additio. & pulchra verba de vulnere. vide per Bar. in cōsi. suo ciiii. incip. cōtra Titiū processum fuit. vide Oldr. in cōsi. suo lv. qui ponit differētiā inter percussionē & vulnus & sanguinis effusionē, & ibi decidit si est probatū quod percussisti me cū spada cū sanguinis effusione, propter hoc proprie nō est probatū vulnus. adde d. Catal. in tract. syndi. q. cxxxv. qui sequitur doct. Bar. in d. §. atrocē. & dicit, quod si sanguis exiuit in modica quātitate quod nō præsumitur de percussione cū sāguine, & dicit quod modicū vulnus nō hēt in se delictū. Et dixit idē Cata. q. cii. quod appellatione vulneris nō venit percussio faciēs tumorē sine extractione sanguinis, casū allegat quē dicit singula. in l. si seruus seruū. §. rupisse. ff. ad leg. Aql.

3 *Vnico actu & ictu inferentis si plura resultāt vulnera puta cum bidente, quomodo puniatur inferens.*

3 ANGE. †Quid si ex vno ictu & actu inferentis resultant plura vulnera, vt quia cū

a bidente. [a] percussit. Bar. in l. si gemma. ff. arbo. fur. cæs. dicit, quod verba statuti sunt aduertenda, quia aut dicit, si quis admenauerit, & tunc si vno ictu & admenatione plura vulnera inferuntur pro vna tm̄ tenetur. Si vero considerat actum prout infertur in aliquem, vt quia dicit si quis aliquem percusserit, tunc Iac. de Are. dicit aut statutum dicit, quod pro percussione aut pro vulnere. Si pro vulnere, & tunc quot sunt vulnera pro singulis tenetur, aut dicit, si quis percusserit, & tunc pro vno tm̄ tenetur, quia vnus est actus percutiendi. Sed Bart. ibi in hoc casu dicit, quod imo pluribus punietur quia statutum considerat actum qui infert in aliū quod non pōt cōsiderari ex parte agentis, quin consideretur ex parte patientis, & ideo pro pluribus tenetur. Sed opi. Iac. de Are. cōiter tenetur, vt no. Flor. in l. iiii. ff. ad l. Aquil. vide omnino Io. And. in mercu. in c. dilectū. de reg. iur. in vj. vbi videtur aliter loqui quā Bar. Ego aūt in practica semper vidi obseruari opi. Iac. Et prędicta secundum Bar. ibi sunt vera quando fiunt vno ictu, secus si successiue, vt si percussi in capite descēdit in spatulis postea in crure, licet sit vno ictu tm̄, quia successiue fit, pro omnibus tenetur, vt l. ter eni xa. ff. de verb. sig. Et idē si vno ictu in pluribus digitis, quia pro pluribus delictis, quia loca sunt distincta tenet, vt l. de pupillo. §. qui nūciat. ff. de ope. no. nunc. Si aūt percussit aliquē & fregit os fractū facit vulnus, an de vtroque teneatur. Rnd. quod duo sunt vulnera & duobus pōt puniri, si autē de osse fracto & nō de simplici vulnere inquireret non posset postea de præcedēti vulnere puniri, quia vulnera precedentia tendunt ad frangendū os, ideo de solo illo tenetur l. si seruus seruū. §. si illū. cōiuncta l. illud. ff. ad le. Aql.

ADDITIO.

a ¶Cum bidente. Tu adde & vide Bal. in consil. clxvj. in v. volu. & si quis vno ictu cum instrumento non bifurcato faciat duo vulnera, an debeat de ambobus puniri. vide Ange. in consil. cxc. vbi ponit de illo qui fuit inquisitus a iudice Pisano de vulnere in supercilio dextro si soluit condemnationem, an possit ab alio iudice inquiri de vulnere in supercilio sinistro, & vide Bald. in consil. cix. in ij. volu.

AVGV-

AVGVSTI. Tu autem in hac materia adde quod Ang. in d. l. si gemina. indistincte appro bat dicta Bar. in hac materia. Sed adde Alb. de Rosa. in ij. par. statut. q. xxiij. & qđ latius exa minauit istã materiã Alb. de Ros. in ij. par. statuto. q. xxxviij. quæ incip. vij. q. est, si qs vulnerauit aliquẽ cũ forcipe vel furca, q. dicit in hac materia quód docto. antiqui cõiter tenẽt, quod pro vno vulnere tantũ quis debet puniri, quãdo cũ forcipe vel furca vulnerauit, quia vnus est ictus & ab eodẽ instrumẽto processerunt, per d. l. si gemina. & quod ibi gl. & alleg. Gand. in tracta. maleficio. hoc voluisse in tit. de pœnis percussis & insultu. vers. sed pone aliquis percussit. & q. a ab vna radice ista processerunt, ergo vna l. tolluntur &c. l. fin. C. de nuptijs. Sed dicit ibi Albe. quod putat, quod puniatur pro duobus vulneribus, constat. n. quod sunt duo vulnera & quo ad dolorem & quo ad expensas, per ea quæ ipsemet Albe. disputauit in ij. par. statu. q. xxix. quæ incip. statuto cauetur, ꝙ si quis aliquẽ percussit condẽnetur in centũ. Si vero percusserit in capite in cc. Modo aliquis percussit aliquẽ in capite & in manu simul vno ictu, an debeat condemnari bis, & in qõne nostra prin. dicit Albe. quod alias daretur materia fabricãdi arma, ex quibus vno ictu plura vulnera possent inferri. Non ob. d. l. si gemina, quę dicit, qđ si iunctura duarum arborũ apparet supra terrã, vna est arbor ex quo arguitur quod forpex vel furca bifurcata est vnũ instrumentũ ex quo concludunt quod vnũ est vulnus, quia ista cõsequentia est falsa, quia licet si vnũ instrumentũ bifurcatũ, tamẽ sunt duo vulnera. Nã etiã ex vno ense vno ictu possunt fieri duo vulnera, vnum in capite aliud in brachio, quod exponeretur pro defensione capitis, & idẽ posset contingere in vna sagitta qua percuteretur quis in brachio tenente clypeum & sagitta vltra penetraret & transiret ad aliam partẽ corporis, & sic essent duo vulnera. Si ergo ista sunt in instrumento non bifurcato multo magis bifurcato, dicit tamen, quod ista sua conclusio est contra communẽ opin. cogita. Adde etiam dicta Bal. in l. quicunque. C. de ser. fugi. & limita per Ange. in consi. suo clxxxiij. incip. Titius fuit inquisitus per iudicem Pisanum.

4 *Fugiens si cadat & se vulneret, an insequens teneatur de vulnere, & si percussit e in cerbelleria et ex tali percussione sit vulnus in fronte an percutiens dicatur vulnerasse, & quid si eodem loco bis percutiam.*

4 ANG. R. † Quid si insequar te, & tu in fugã
b cecidisti, b & te vulnerasti nõ teneor de vulnere, sed teneor quasi fecerim te vulnerare. l. qua actione. §. proinde. ff. ad l. Aquil. Si quis percusserit in cerbelleria, & ex pcussione cerbellerię feci vulnus in frõte dicor vulnerasse te, vt l. itẽ mela. in prin. ff. ad leg. Aquil. Si vero eodẽ loco bis percutiã cõsiderãda sunt verba statuti, q. a aut punitur vulnus, & vnũ vulnus est, aut percussiones, & plures sunt, & isto casu ꝓ pluribus tenetur, vt l. nunquã plura. ff. de priua. delict. ita dicit Bar. in d. l. si gemma, quod not.

b ℭ Cecidisti. Adde Cepo. in consi. xxix. vbi ponit de illo qui fugit & cecidit in terra & fregit caput.

AVGVSTI. Tu autẽ in hac materia, adde ea quæ dixit Bal. in l. quicũque. C. de ser. fug. & in terminis nostris vide omnino Ang. in d. l. si gemma. ff. arbor. furt. cęsar. qui videtur limitare illã conclusionẽ qñ percussi aliquẽ super cerbelleria, postea cerbelleria fecit vulnus, dic vt ibi per eũ, & ẽt ibi tangit aliã qõnẽ, qñ quis eodẽ loco aliquem percutit, an teneatur percussione bina vel de bino vulnere, & ibi expresse tenet contra dicta Bar. in d. l. si gemina. & allegat bonas rationes & in effectu approbo dicta Ang. ibi cõtra Bar. quando ex secunda percussione illud idem vulnus ampliaretur, alias secus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in sua inquisitione debet dicere sanguis exiuit, quia tunc verificabitur, etiam si gutta sanguinis exiuerit, secus si dixerit cum sanguinis effusione.*



ANGVIS exiuit & ipsum percussit.] Isto modo debet iudex loqui in inquisitione, quia tũc sua inquisitio verificabitur
c etiam si gutta c sanguinis † exi-
1 uerit, secus autem si dixerit cum magna sanguinis effusione, vel cum effusione sanguinis, vel intulit tale vulnus sanguinolentum, quia tunc est necesse ad prædictorum verificationẽ qđ magna & nõ parua sanguinis copia fuerit & exiuerit & ꝓbetur, alias sequi del. et absolutoria. ita dicit Bald. in l. ij. C. de iure emphy. & est gl. ordin. in c. cũ illorũ. in verbo, effusionẽ. extra de sen. excom. & in c. ro. in verbo, effundendum. de elect. in vj. & est tex. xvj. q. ij. cap. reuertimini. ꝙ tu latrunculator tene bene menti in formatione tuæ inquisitionis.

c ℭ Gutta. Adde & vide tu Bar. in consi. cix.

AVGVSTI. Tu in hac materia adde quæ dicit do. Abba. in dicto c. cum illorum. extra de senten. excommu. qui etiam no. illam glo. in d. c. ibi. & de illa glo. facit mentionem Ioan. And. in additio. Specu. in titu. de accusa. in rub. in fin. vlti. parte. & ibi infert ad quæstionem statuti imponentis pœnam de vulnere cum sanguine & tempera prædicta secundum doctrinam Bal. in l. si prędium. in fin. j. colum. C. de ædil. edict. & vide quod not. Bald. in l. prima. §. sed & sciendum. ff. de ædil. edicto. in lectura antiqua. Nec inuenio Bald. in l. ij. C. de iure emph. tangentē istam difficultatem, vt allegat iste autor hic, nisi liber meus sit corruptus. Et dicit Rom. in singularibus secūdi anni, singu. xlj. qđ incip. excapillás aliquē qđ excapillás aliquē in pillis vel in barba sine effusione sanguinis tenet in libris decē parti, & in xx. fisco. allegát casum singularē in c. j. §. si quis aliquē de pace tenē. Et dicit do. Catal. ī trac. syn. q. cxxxv. quod si probatū est, quod sanguinis exiuit in modica quantitate non præsumitur de percussione cum sanguine. & idem Catal. in q. cij. an appellatione sanguis veniat aliqua gutta sanguinis. alle. glo. in c. cum illorū. extra de sent. excom. omnino pro intellectu istius glo. vide do. Nellum in tracta. bannito. in ij. parte secundi temporis. q. liij.

SVMMARIVM.

1 *Vulnerato aliquo mortifere, an possit contra delinquentem inquiri de occiso.*

2 *Vulnerato aliquo mortifere, an ex processu de uulnere simplici sequi possit cdemnatio de homicidio.*

3 *Vulnus quod sit mortale quando stetur dicto unius.*

4 *Inquisitione facta de uulnere, si postea mors sequatur, an possit in eadem instantia ferri super morte.*



1 NA alia percussione & vulnere.] † Si autem quis est mortifere vulneratus, an possit contra delinquentem inquiri de occiso. Et primo bene notes quod dicitur vulnus letale iudicio medicorum, & si potes habere plures, nunquam permaneas
2 vnius iudicio. a ita dicit Bartol. in l. si rixa. in fin. ff. de sicar. Istam quæstionem ponit Bart. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infec. & Bal. in l. si quis non dicam rapere. C. de episco. & cleri. & x. colum. quibus modis seu. amit. cap. j. in princ. vbi concludunt, quod non potest inquiri de occiso, quia dum ille viuit, nō potest dici mortuus, vt l. qui duos. ff. de manumis. testam. Item quod mortifere vulneratus dicatur mortuus est ficte, & per fictionem quę non habet locum in statutis, vt l. iij. §. hęc verba. ff. de nego. gest. Idem no. Bal. in l. non quęcunque. ff. de iudic. & vide omnino eundem in c. j. §. furtum. in penult. colum. de pace iura men. firman. Quæro hic loquitur, quando
2 ex vulnere, non dubitatur de morte. † Sed qđ si vulnera erant mortalia, an ex processu de vulnere simplici sequi possit condemnatio de
b homicidio. b Bar. in d. §. Sabini. dicit, quod secundum statuta quę actualiter requirunt mortem, tunc non potest sequi condemnatio etiā si in inquisitione dicatur de vulneribus mortiferis, quoniam illa inquisitio non fuit ad hoc proposita. Si autem fuerit ad hoc proposita, vt quia dicit quod intendit etiam de morte inquirere, tunc ex eodem processu posset de morte condemnari & puniri, quia ius superueniens actori ex causa de præterito comfirmat ius & iudicium suum, vt l. si rem alienam. §. fi. ff. de pign. actio.

ADDITIONES.

a ¶ Vnius iudicio. Adde tu qđ imo statur iudi. vnius medici concurrentibus aliquibus coniecturis, quæ adiuuent eius dictum, vtputa si vulnus non est in loco mortali, & quod post vulnus vulneratus superuixerit aliquibus diebus. ita consuluit Bald. in consil. cix. in ij. volu. incip. proponitur quod Titius percussit, & quando vulnus dicatur mortale, & quid si medici referant quod vulnus erat aliqualiter mortale, vel aliquantulum periculosum, & qui sint præferēdi cum aliqui viderunt corpus mortuum, & dicunt vulnus non fuisse mortale, & illi qui viderunt viuum dicunt, quod erat aliqualiter mortale. vide late Cepo. in consi. lxij. & adde quod statur dicto vnius periti cum plures haberi non possunt, & quod sufficiat si talis deponit de credulitate. ita Roma. in consil. xxij. & ibi et quod sufficit vnus, licet statutum requirat plures quando procederetur sola facti veritate inspecta, & quando stetur peritis vel saltem dicto vnius, vide Alex. in consil. xv. col. penulti. & in consil. xxxvj. in j. vol. & in consi. cxlix. in ij. volu. & vide ad materiam quæ late ponit do. Bartho. Socci. in consil. clxxviij.

b De homicidio. Adde tu & vide Cepo. in cōsi. xl.

AVGVSTI. Tu autē in hac materia, adde inquantum incidenter dominus Auge. hic dixit, quod nunquam standum est dicto vnius. an vulnus sit mortale, vel nō. Sed duo medici ad

nus &c.vbi dicit q quoties culpa vulnerati admissa est cũ vulnere, nõ dr̃ mortuus ex vulnere,quia nõ dr̃ ex simplicibus prouenire q cũ alio ꝓuenit, vt l.j. ff.de aqua quoti. & æsti.Et sic concludit quod ille qui vulnerauit non debet teneri de toto Facit etiam quod not.idem ibidem in seq.col.versic. & no.quod difficilius &c. & q de vulnere tm̃ teneatur facit l.huic scripturæ. §. si seruus vulneratus.& l.itẽ mela.§.celsus.& l.q occidit.§.fi.ff.ad legẽ Aquil.vbi Bal. dicit no. tex.qñ vulnus nõ est mortale & aliquis ꝓpter suã culpã decessit, vel cũ vxore concubuit,vulnerans nõ tenetur de occiso, sed solum de vulnerato & de hoc stabit iudicio medicorũ qui habent considerare vulnerũ qualitatẽ.Et ibi ẽt subdit quòd p̃sumit sua culpa decessisse si medicis noluit obedire & ita tenet Floren.vbi etiã dicit nota.istum text.ad articulandum defensam vulnerantis.& hoc etiam tenet glo. & Io. And.in c. ij.de cle.percusso.istud etiam voluit Dy. & Gui de Suza.quos refert Tancredus in sua compendiosa in xj.rubri.q.ix.vbi plene de hoc disputat & de hoc videtur casus ĩ c. ad audientiam de homi. & de illo qui non est obediens medico not.plene Ioã.And. in c. tua nos.& facit.c.significasti. lo ii. de homici.Si autem quis fuerit mortifere vulneratus licet nullam adhibuerit diligentiam,tamẽ hoc non minuit homicidiũ dicta.l. occidit.§.fi.à contrario sensu.ita dicit Baldus in quodam suo consilio quod incipit Sapientissime allegatum est. † Et tene menti vt
13 medici possint præstare bonum iudiciũ debẽt ad multa aduertere, videlicet ad robur percutiẽtis & debilitatem percussi.l.j. cum gl.C.vnde vi & l.quas actiones.§.si quis seruum.ff.ad l.Aquil. & qualitatem ac vulneris profunditatem de homici.d.c.significasti.in fin.locum & magnitudinem vulneris fluxum immoderatum sanguinis de sentẽtia excom.c.cum illorum.an vulnus medio tempore consolidatus, ita q habeat formã sanitatis vel infirmitatis.l.maritus.ff. locati cum gl.ita dicit Bal.in d.suo consilio.& ibidem subdit q inspiciatur si vulneratus perdit loquelã,quia similis mortuo l.iubemus. C.de testa.vel si ꝑdit sensum et intellectũ quia grauius morbum corporis inducit exilium mentis.ff.de ædil. edi.l.ob quæ secundo respon.& ff.de testa.l.in aduersa.

b Medicos. Adde q licet in loco insigni p̃sumatur qđ sint medici, tñ nõ p̃sumitur q inueniat homo qui velit tota die stare impeditus pro alio,nisi probetur,ita dicit Franc.de Are.in consi.xvj.Ber.

Avgvsti. Tu aũt in hac materia adde Gandi.in tractatu maleficiorũ sub rubrica si iudicetur per medicos vulneratũ non moriturum & febre adueniente dicunt cõtrariũ,& moritur vulneratus,an vulnerans teneatur de occiso ibi late vide, & vide etiã ipsum ibi in sequenti quæstione quæ incipit,Sed quæro quidam vulnerauit aliũ non mortifere, postea ille vulneratus mortuus est non ratione vulneris, sed propter malum & imperitum medicum q medicatus est. Quæritur nunquid vulnerator teneatur de occiso, & certe dicendum est quod vulnerator teneatur de vulnerato tantũ.al leg.tex.in d.l.qui occidit.§. penult.& ita di-
14 xit q ita scripsit do Odof.& ibi dicit † qđ in dubio vulneratus præsumitur mortuus ex vulnere nisi negligentia vel mala custodia vlnerati probetur. Nam tunc tm̃ tenẽ de vulnerato & non de occiso,& ponit exẽplum de rustico qui modicũ ĩ capite vulneratus in æstate ad laborãdum cũ bobus ad solem & est iratus cum bobus & calefactus venit domũ & mortuus est,nam tũc vulnerans non tenẽ de occiso, & ita dicit tenere do. Albe.de papia, & in hac materia allego casum quem isti nõ allegant in c. tua extra de homicidio voluntario ibi qui spreto p̃cepto.Et no.q Bal.in d.l.si ab hostib⁹. §.fi. nõ dicit de directo id quod hic dixit domi. Ang Sed omnino vide quæ dixi in d.l.si ab hostibus.§.fi.in additio.meis.& ibi Bal. etiã voluit quod licet medici non adhibeantur, & tñ vulnus fuisset mortale quod nihilominus occidens teneretur. Nam dicit q tunc hoc iuuat:medicum non fuisse adhibitum, qñ ex vulnere dubitat,an esset mortale vel non.& ibi vide Ang.& Imo. dicentes paria esse non adhibere medicum, vel adhibere medicum imperitum q no.Et in hac materia adde omnino elegantia verba Ang.in l. q si nolit.§.si mancipium.ff.de ędil.edi.vbi in ista q.multum eleganter loquitur, & ita tempera & limita prædicta, vt ibi habetur. Et adde quod opus est quod probẽ medicos potuisse adhiberi, quia erãt in ciuitate: vt dicunt doc.in d l.si ab hostibus.& ibi late dixi & doct.in d.§.si mancipium.

15 *Statuta per italiam puniunt factum non animũ, vnde nisi quis interficiat licet etiã mortis causam animo præbuerit nõ tenebitur de sicca sed alio modo castigabitur*

16 *Venenum tenens vt daret alteri, licet non dederit punitur ac si dedisset.*

15 ANGE. †Sed aduertas ne erres, qa is q̃ cũ gladio deuenit ad actũ proximũ aio occidendi, licet non occiderit tene de siccar. ac si interfecisset, vt l. j. §. infra. ff. de sicca. & l. is qui cũ telo. cũ ibi no. per doc. C. eodẽ. sed

a statuta p Italiã puniũt factũ ꝙ nõ animũ.[a] Vnde ad similitudinẽ. l. Aqui. dicunt si quis interfecit vnde nisi interficiat licet ẽt mortis causam animo prebuerit non tenebitur de sicca. sed alio modo castigabitur. ita dicit no. Bar. i l. j. §. diuus. ff. de sicc. & qualiter cõ

b prehendat animus occidendi [b] vel nõ vide ibi gl. & Bar. vt puta si habebat i manu giauerinam & noluit percutere cũ ferro sed cũ hasta percussit, vel ẽt respicias in qua parte corporis cũ bastono percussit, quia si in spatulis non p̃sumitur animus occidẽdi sed sic in capite, alleg. gl. in d. c. significasti. in fi. Et pro hoc est bonus tex. in c. omne delictũ. §. qui non militat. ff. de re mili. & in l. j. C. de

16 emẽ. ser. † Vnũ [c] tñ singulare nota, ꝙ si q̃s

c emerit venenũ vt daret alteri licet non dederit punitur ac si dedisset, vt est casus singularis & ibi Bar. in l. j. in fi. ff. de parri. & in l. j. C. de malefic. & mathe. & in l. eiusdẽ. in prin. ff. de sicca. vbi ẽt punitur qui retinet & qui facit venenũ causa hominis occidendi, quod tñ intellige vt no. Sal. in d. l. j. de male. Et prædicta procedunt qñ interficitur extraneus, si aũt interficiatur ascendes vel de-

d scendẽs in infinitũ, tenetur de parricidiis[d]. vt l. pe. §. j. cũ gl. ff. de parri. & no. gl. in d. l. i. C. de his qui pa. vel l. & gl. in §. alia. insti. de publ. iud. Si aũt personas agnatas vel cognatas. vel affines vr̃ ꝙ de sicca. tm̃ teneatur, vt l. j. ff. de parri. sed gl. i d. l. j. C. de his qui pa. vel li. &c. Sali. tenet ꝙ isti ẽt tenẽt de parri. & eius pœna ibi habetur in d. l. i. & in d. l. pe. & in d. §. alia. sed secundũ Sal. in d. l. i. talis pœna non est hodie in vsu. sed credit ꝙ debeat decapitari, & carere sepultura.

AVGVSTI. Tu aũt in materia, adde ꝙ ẽt si nõ essent statuta per Italiã, sed ius cõe hodie de generali consuetudine totius mũdi derogatũ est l. is qui cũ telo. C. de sicc. & similibus legibus q̃a ẽt cessante statuto nemo debet decapitari nisi proprie occiderit alterũ, nec ꝑꝑ animũ tm̃ debet puniri, nec ꝑpter conatum tm̃. mirabilis est doctrina Specu. in ti. de accu. in i. parte in §. i. ver. sed

e pone primo [e] quẽ refert & sequit & ipsum magnificauit Ang. in l. i. §. hæc verba. ff. q̃d quisque iur. & Bald. in l. iii. C. de ser. fugi. Et Ro. multũ elegãter loqui ur in l. damni. §. sabini. ff. de dam. infec. Fallit in crimine læsæ maiestatis & in assassino vt dicunt Bal. & Ang. in d. §. hæc verba. & adde Ang. in l. is qui cũ telo. C. de sicc. qui dicit q̃ habens hasta cũ ferro & percussit aliquẽ cũ hasta & non cũ ferro non dr̃ habere animũ occidẽdi, vnde non tenetur. l. Corn. de sicca. alleg. tex. cũ gl. in l. iii. §. pe. ff. ad l. Cor. de sicca. & gl. in d. l. is qui cũ telo. Itẽ adde quod Io. Fabri. insti. de publ. iud. in §. alia approbat ibi opinio. Pla. de qua in gl. ibi in verbo, ꝑparauerit, vt teneatur. l. Cornel. de sicca. ille præparauit venenum alicui causa venenadi, & sic tenet opin. Bar. quam tenuit in l. i. fi. de parri. licet Ang. ibi nihil affirmet. & Sali. in d. l. i. C. de malc. & mathe. vr̃ ẽt tenere istã opi. Bar. licet Ang. aliter videatur loqui in l. i. §. fit iniuria. ff. de var. & extraordi. cogni. Na vr̃ velle vbi ꝙ opus est quod mors sequatur qu cq̃uid sit hodie cũ statuta requirant factũ Credo opin. Bar. nõ procedere, & qñ non essent statuta vt dix de generali cõsuetudine totius mũdi, hodie nemo det mori, licet deuenerit ad cõnatũ nisi sequat effectus mortis ꝑ illud dctũ Specu. de quo supra. Et illud dictum Spec. sequitur etiam Cyn. in d. l. is qui cũ telo, aliquid per Bald. in l. data opera. C. qui accusa. in penul. char.

ADDITIONES.

a ¶ Et non animum.

b Animus occidẽdi, Adde Alex. in cõs. cxxxviij. in j. vol. Cep. in cõsi. xxxix. Rapha. Cu. in cõsi. cxxxj & Fran. de Are. in consi. lxxx. Ber.

c Vnum tñ. adde tu vide Cepo. in cõsi. vltimo qui cõsuluit in terminis. & Bal. in cõs. cxxj. in v. vol. & cõsi. iiij in iiij vol. vbi ꝙ occidens veneno est proditor & homicida. ideo eius grauissim. ñ. B.

d Parricidiis. adde & vide Ioann. de Ana. in consil. ixxj. Ber.

e Sed pone primo. adde quod dictum Specu. refert & sequitur Alexan. in consi. xv. in j. volu. & Cep. in consi. xxx.

17 *Pater occidens filium spurium, an incidat in pœnam parricidij.*
18 *Filius interficiens patrem bannitum an erit sine pœna.*

17 ANGE. † Quid si pater occidit filiũ spuriũ an incidat in dictã pœnã, dicit Bal. in c. j. §. de feu. fue. contro. inter domi. & vasal. ꝙ sic, qa natura oĩbus est cõis. Si vero interfecit quẽ poterat exhæredare, dic ꝙ non tenebitur de parricidijs sed alia pęna castigabit
18 vt l. diuus. & ibi Bar. ff. de parricid. † Quid si filius interficiat patrẽ bannitũ an impune fecerit Dy. tenet quod nõ, quia patris persona filio semper debet sancta haberi, vt l. liberto. ff. de obse. liber. In contrariũ fuit de
a terminatum [a] per collegiũ Perusij, per l. minime. ff. de relig. & sump. fune. coniuncta. l. postliminij. §. filius. ff. de capti. & postli. reuer. ita dicit Sali. in d. l. j. C. de his q. pa. &c.

ADDITIO.

a ¶ *Fuit determinatum. Adde Abba. In consi. cliij. vbi quod bannitus non habet filios in potestate, & filij possunt testari. & idem Angel. in consil. ccxxiij. Ber.*

AVGVSTI. Tu autẽ in hac materia adde ꝙ Albe. de Rosa. in q. statutorũ in q. vj. in iij. parte. q incipit. itẽ qd si statuto caueẽ ꝙ bannitus possit impunẽ occidi, nunquid filius possit occidere patrẽ, & ibi sequitur opin. Dy. ꝙ nõ respondet ad l. minime. s. qd loquatur in casu speciali, licet in patre oppugnante patriã & liberos, & de materia vide etiã Alb. de Rosa. in iiij. parte statuto. q. xxvii. quæ incipit, itẽ præsupposito prædicto statuto ꝙ bannitus possit impune offendi, q allegat etiã Gand. in tract. malefi. tetigisse istam quæst. dic vt in prædictis locis.

SVMMARIVM.

1 *Rapina proprie dicitur quando aliquis abstulit vestem illi quem vulnerauit & an dicatur crimen publicum.*
2 *Statutum loquens de robaria quõ intelligatur.*
3 *Rapina non est licita in bannitis post mortem ipsorum, licet ex statuto possit impune offendi in ere & persona.*
4 *Fur manifestus & non manifestus, quomodo puniatur de iure.*
5 *Fur quamuis puniatur de iure in duplum siue quadruplũ pro uarietate casuũ attamen etiã officio iudicis puniri potest extra ordinem.*
6 *Delictum quodlibet siue publicum siue priuatũ parit duas rationes unam quæ competit parti læsæ, alteram quæ competit reipublicæ.*
7 *Ra[p]ere an dicatur crimen publicum.*
8 *Banniti an post mortem derobari possint.*
9 *Bannitus si post mortem fuerit derobatus cum hæreditas non est adita derobans committit crimen expilatæ hæreditatis.*
10 *Fur manifestus an in pœnam quadrupli, et nõ manifestus in pœnam dupli incidat.*
11 *Iudices an possint condemnare fures ad furcas & ad restitutionem eorum & sic an in uno libello ciuilis et criminalis intẽtari possint.*



TIAM vestem cœlestem foderatam de armelinis dicto Titio
1 abstulit.] † No. quod hæc est ꝓprie rapina, & ideo vi bono.
b rap. in triplũ potest puniri [b] de iure, vt l. j. & ij. & per totũ. ff. vi bono. rapto. & cũ regulariter pro rapina etiã competat accusatio. l. Iul. de vi publi. & priua. vt ff. ad l. Iul. de vi publi. & priua. l. j. per totum, merito dicitur crimen publicũ, & cuilibet potest cõpetere accusatio, vt l. j. & ij. ff. de publi. iud. ita dixit Imo. in rub. ff. de publi. iudi. & Cy. in rub. C. vi bono. rap. & Sali. ibidẽ in l. fin.
2 in fi. & ibi Bar. ff. de priua. delic. † Si autem dicatur statuto vel alia dispositione de ro-
c baria [c] qualiter intelligantur dicta verba dicit Bal. in auth. sed nouo iure. C. de ser. fugi. versi. quæro quomodo accipitur istud verbum &c. ꝙ dicta verba grosso modo intelliguntur secundũ videlicet quod vulgus intelligit. l. labeo. ff. de supelle. leg. ꝙ perpetuo tene menti, propter statuta quæ faciũt mentionem de robaria. Sed in casu nostrę inquisitionis non fuit furtum, nam proprie furtũ dicitur à furo, id est à nocte & sic non potest dici furtum, vt l. j. ff. de fur. Est autẽ furtum rei alienæ contractatio fraudulenta, inuito domino, animo lucrandi facta, vt in §. furtũ. insti. de obli. quæ ex quasi delic. nascun. nota. quod est cõtractatio v t ibi dicitur sine contractatione, & sic absque amotione de loco ad locũ non committitur furtum, licet scriptura voluntas, vel verbũ interueniat, vt l. j. cum l. seq. & l. si quis vxori §. neque verbo. ff. de fur. Alia autem verba apposita in ista diffinitione declarantur ꝑ Azo. in summa in tit. de fur. in prin. & hæc contractatio sufficit siue vere siue interpre-

natiue, vt si falsus procurator volens debitum exigere alij delegauerit soluendū se p̄sente nam contractasse videtur propter pręsentiam, vt ff. de fur. l. falsus. §. si ius. Et ne nimium prolixius videar aliquas qōnes & dicta quæ quotidie de facto eueniunt & de quibus dubitatur dicā, reliqua ad furti materiā spectantia causa breuitatis omittam, remittens me ad not. per Azo. in summa de fur. Vnde prosequor materiā nostram, & dixit ꝙ in casu nostro proprie loquēdo, non est furtum sed proprie rapina vt dixi
3 † quæ nō est licita non tantum in personis quæ stari & morari in ciuitate absque aliqua prohibitione possunt, sed nec in bannitis etiā post ipsorū mortē.[d] nam licet ex statuto bannitus possit impune offendi in ære & persona, illud tñ intelligitur in bannitis, scilicet viuis existentibus, secus si iam mortui sunt, quia licentia morte finitur, vt l. si qua. ff. de pœn. Et ideo capiens vestem bannito mortuo, tenetur crimine expilatæ hæreditatis. ita dicit Sali. in d. l. q in sepulchra. C. de sepulch. viola. & est tex. & ibi not. in
4 d. l. diuus. ff. de bonis dam. † Si aūt esset furtum, de iure loquor debet in duplū fur nō manifestus & rei subtractæ restitutione cōdemnari parti lęsæ. Si autē esset fur manifestus debet restituere rem furatam & vltra ea quadruplū. insti. de oblig. quæ ex quasi delic. nascun. §. fi. quod est verum, nisi damnum passus duxerit furē, vel fuerit causa ꝙ fur duceretur ad præsidē, tunc videtur remittere pœnā dupli vel quadrupli. Ite est tex. in l. interdū. §. q furē. ff. de fur. Et ideo latrūculatores simpliciter condemnant furem ad furcas & restitutionem rerū ablatarum, nō autē ad restitutionē ad duplū vel quadruplū. Et fur dicit manifestus qñ fuit visus post furtum fugere & post eū fuit acclamatum vt l. si quis in seruitute. §. fi. ff. de fur. & no. Cy. in l. falsus. C. de fur. in iiii. oppo. nec requiritur apprehensio siue captura vt ibi habet, & Bar. in l. ij. & iii. ff. de furt.
5 † Et bene aduertas ꝙ licet parti læsæ ita debeat condēnari, tñ etiā condemnari pōt & puniri extra ordinem officio iudicis ad vindictā publicā. vt est tex. singularis in l. fi. ff.
6 de fur. Sed tamē nō est mirum quoniā scire debes qđ in quolibet delicto priuato vel publico oritur duplex actio, siue duplex modus agendi, siue vindicādi, vnus qui parti læsæ cōpetit pro suo interesse reficiendo & ad pœnā applicandā sibi. alius qui cōpetit reipublicæ pro vindicta publica de crimine
c publico[e] casus est in l. q noīe. & ibi glo. & Bar. ff. de fal. de priuato, casus est ī l. fi. ff. de priua. delic. & sic fur ex re furtiua tenetur condōne furtiua ad ipsam rē subtractā, vt l. si pro fure. §. j. & toto tit. ff. de cōdic. furti. quare ista condictione furtiua hæres furis non pōt conueniri etiā lite contestata contra furē iam defunctū, nec etiā qđ aliquid peruenerit ad eius hæredem, quia speciale est in condictione furtiua, vt l. si pro fure. §. si & ibi Bar. & in l. in condictione. in princ. ff. de condi. furt tenetur etiam actione furti, scilicet ad duplum & quadruplum & ēt ad vindictam publicam, vt dictum est.

b ¶ Puniti. Adde & vide Alexand. de Imol. in consil. ciij. in j. volumi.
c Robaria. Adde tu quę differentia sit inter rapinā & robariā & vide Bal. in c. j. §. si duo. de pa. iur. fir. & quod statuta sint intelligenda scđm cōem vsum loquendi & vulgarum non autem secundum peritos, vide quod voluit Roma. in consi. inj. & in consi. xxxij. & an furti appellatione veniat rapina vide Ro. in consi. cl. & consi. cxliiij. Ber.
d Ipsorū mortem. Adde tu ꝙ si fuit formatus processus de furto potest fieri condemnatio de crimine expilatæ hæreditatis. ita Cepo. in cōsi. lxviij.
e Crimine publico, adde Rom. in suo consi. ccccv. in vltimis verbis.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia in prima conclusione inquantum dictum est
7 † ꝙ rapina est crimen publicum, adde ꝙ imo videtur crimen priuatum esse tex. allego in l. infamem. ff. de publ. iudi. & tex. in l. si quis ex domo. ff. de furt. sed vide Bar. in d. l. infamē. & in d. l. si quis ex domo. q dicit ꝙ speciale est in d. l. si quis ex domo. vbi rapina est crimē priuatum. & ita dixit Bar. in d. l. infamem. per quæ potes limitare istam primam conclusionē, & inquantum dictū est supra quid est robaria. adde ꝙ Bal. in c. j. §. si duo. de pace tenen. ponit differentiā
8 inter rapinam & robariam ibi vide. † Item inquantū tactū est an bannitus post mortē suam possit derobari. adde Bal. in l. sororē. C. de his quib. vt indi. qui tenet illud idem qđ tenet. Sali. in d. l. qui sepulchra. Et adde Albe. de Rosa. in quęstionibus statutorū. in iiii. parte. in q. xcj. incip. si statuto cauetur, ꝙ bannitus possit impune occidi, & sic sequit ꝙ multo fortius derobari, qui arguit pro & contra.

contra. Tandem cõcludit quòd alias Pistorij fuit determinatum spoliatorem fore bannitũ de robaria quasi rubaria fuit commissa de rebus hæreditatis ad filios banniti pertinẽtibus. sed ipse Alber. non stat in ipsa opinione, quia allegat quòd rei hæreditariæ non potest dici commissa robaria sicut nec furtum, ex quo in hæredes non transit possessio sine apprehensione, & hoc probatur in l. cum hæredes. ff. de acquir. possessio. coniuncta l. hæreditarij. ff. de acquir. possessio. An autem prædicta militent quãdo incontinenti & in flagranti crimine fit dicta spoliatio. vide dicta Albe. de Rosa. in d. q. ex cuius verbis poteris habere decisionem, & certe in ista materia placet mihi ista sua de-
6 cisio. † Et tene menti quòd si bannitus derobatur post mortem cum hæreditas nõ est adita talis committit crimen expilatæ hæreditatis. vt dixit Sali. in d. l. qui sepulchra. Dicit tamen Bald. in l. de his. C. de fur. quòd talis nihilominus debet furca suspendi sicut famosus latro. sed Sali. in d. l. de his. reprobat Bal. ibi & Ludo. Ro. in l. gerit. ff. de acquir. hęredit. dicit ꝙ cum hæc quæstio fuisset de facto iudices secuti sunt opin. Bal. propter authoritatem suam, sed dicit Ro. quod opinio. Bal. non est vera de iure, & sic Ro. ibi reprobat Bal. & bene quia cũ supportatione rationes Sali. concludunt cõtra Bald. & dicam infra in vltima quæst. in addit. meis vltimo loco factis in hac eadem glo. Et si recte põderentur verba Albe. in d. q. ibi Albe. sentit quòd alia pœna datur expilatori, hæreditatis & alia pœna datur furi, seu robatori, & si statutum loquitur de vno crimine non infertur ad aliud. & vide Pau. de Cast. in consi. suo xxxj. in fin. qui dicit limitando prędicta ꝙ si bannitus qui occiditur statim derobatur, hoc potest fieri, secus si ex interuallo antequàm deueniant ad illos actus, & ibi concludit ꝙ casu quo quis ante hæreditatem aditam committeret crimen expilatæ hęreditatis ꝙ ista est pęna extraordinaria. & faciunt pulchre nota. per
a Bar. in consi. suo clxxiij. a quod incipit statuto castri plebis cauetur. qui ponit de statuto. ibi vide an furtum dicatur maleficium personale & bene faciunt per domi. Catald. in tractatu syndicatus. quæstio. cxlviij. qui ponit an corpus mortui possit furari vel vulnerari vel in delinquentem habeat locum pœna furti vel per quod bannitus potest offendi ꝙ poterit occidi, & statuti. & dicit quòd non. & vide domi. Nellum in tracta. bannitorum. in ij. parte vltimi temporis. q. iij. vbi latissime loquitur & ibi disputat an recte Alber. de Rosa. in quæstio. statutorum supra allegata locutus sit ibi
10 omnino vide. † Et adde in hac materia inquãtum dictum est ꝙ fur si est manifestus incidit in pœnam quadrupli, fur vero non manifestus in duplum. Adde ꝙ contra istam doctrinam est text. in l. mancipia. C. de ser. fug. vbi fur non manifestus aliter punitur, sed gl. dixit ibi ꝙ erat speciale in illo casu sicut est etiam speciale in alio casu in l. Christanis. C. de paganis. & etiam gl. instit. vi bo. rap. allegauit illam. l. ibi in d. l. Christanis. & gl. inst. de oblig. quæ ex delic. in §. pœna quadrupli. Item inquantum dictum est ꝙ ad hoc vt quis dicatur fur manifestus non requiritur apprehensio. Adde ꝙ de hac conclusione non opus est allegare doct. sed tex. in proprijs terminis habemus institu. de fur. in §. furtum. vbi imperator diffinit ibi furtum manifestum à non manifesto, & in effectu concludit ꝙ fur dicitur manifestus si fuit repertus cum re furtiua, vel fuit visus ire cum re furtiua & sic ibi text. loquitur per disiunctiuam vel, & ibi habemus meliorẽ textum de iure. Itẽ circa intellectum. l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. quare ibi illa pœna dupli vel quadrupli remittatur ex eo quia duxit furem ad præsidem omnino vide dicta
b Salice. in l. prima. C. quando ciui. actio. pręiu. cri. in vltima columna. vbi multum elegãter loquitur declarando ibi illam glo. ind. l. i. quæ
11 allegauit dicto. §. qui furem. † sed considera ꝙ videtur quod decisio d. Angel. hic sit falsa inquantũ voluit quod iudices possint cõdemnare furem ad furcas & ad restitutionem rerum quia in vno & eodem libello nõ possunt ciuilis & criminalis intentari. d. l. j. sed vide ibi Ang. in fi. multum eleganter loquentem qui allegando. dicto. §. qui furem. dicit quod licet ciuilis vel criminalis nõ possit intentari in eodem libello, tamen bene potest quis in iudicio criminaliter accusari. & officio iudicis petere restitui damna & interesse & expensas, vt lege qui crimen. C. qui accusa. non possunt & lege quod euitandi. C. de condictio. ob turpem causam. & pen. ff. de calum. & lege medicos. ff. de varijs & extraordina. cogniti. & in corpore de quæst. §. si vero aliqui. in corpore de manda. princ. §. si vero delinquentes. & in corpore vt litigantes iurent. §. & hæc quoque. & allegat etiam. §. qui furem. & ita dicit quod practicatur quod in libello criminali concluditur delinquentem ex delicto condemnari & puniri secundum formam iuris & statutorum cum restitutione damnorũ & interesse & expensarum, & cum restitutione

tione rerum ablatarum. Et adde tex. in l. si res C. vi bon. rap. & ibi gl. & Salic. & doct. vbi ponunt etiam an condictio furtiua competat cōtra hæredem defuncti. Et adde Mod. in locis supra allegatis per do. Angel. hic vbi multum elegante r loquuntur.

ADDITIO.

a ¶ Bar. in consi. suo clxiij. Adde ꝙ alias est numero cxxxviij. Ber.

12 *Fures de iure mortui an damnari debeant.*

12 ANGE. † Et no. bene ꝙ de iure nō reperio
b ꝙ pro furto quis debeat mori [b] nisi fures crassatores & insignes latrones, vt l. capitaliū. §. famosos. & ibi Bart. ff. de pœn. vel si est fur no-
c cturnus [c] & aliter non poteram defendere aut personam meā vel familiæ meæ vel bona mea vel etiam furem diurnum qui se telo defendat, & sine discrimine personæ meæ vel familiæ defendere non poteram, tunc licet mihi eum impune occidere, vt est tex. & ibi gl. in l. furem. ff. de siccar. & in l. itaque. §. lex. ff. ad l. Aquil. & ibi Flor. & Salic. in l. si vt allegas. C. de sicca. quod est verum si immineret perditio rei magnæ, secus autem si rei vilis quia tūc mihi non liceret occidere furem nocturnum etiam telo defendentem imo nec vulnerare, casus est singularis & peregrinus vbi hoc probatur, in l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ad leg. Aquil. Pro quibus omnibus & maxime pro crassatoribus & furibus insignis, iudex pati nō debet aliquem aduocare, quorum fera & periculi sui nescia feruet insania l. per omnes. C. de defensori. ciui. Et sic regulariter de iure communi pro furto non est pœna mortis nisi vno casu videlicet in l. pen. ff. de condictio. ob causam. sed forte illud fuit de facto vel forte ibi speciale quia fur erat vilis persona. s. seruus, vel dic vt ibi not. doct. & vno alio casu scilicet in auth. de pa. tenen. §. si quis quinque solidos. sed ibi dicitur esse speciale propter fractionem pacis. & alio casu quando ministrator publicus pecuniam publicam, vel quis rem sacram vel religiosam furto abstulerit qui capitali pœna punitur, vt est tex. insti. de publ. iudi. §. item l. iuli. pecul. sed de iure nouo fit membri abscissio, vt in authen. sed nouo iure. C. de ser. fugi. sed communiter per Italiam vigent statuta quæ seruanda sunt, vt notat etiam Bald. in d. auth. sed nouo iure. versi. sed adde ꝙ furta & alia &c. Nam vt plurimum statuta dicunt ꝙ pro primo furto fustigetur, pro secundo fustigetur & mitrietur vel bulletur, pro tertio autem suspendatur.

b Debeat mori. Adde tu quæ sit pœna furti de iure communi. & vide Cep. in repet. authenticæ sed nouo iure. C. de fur. & in consi. suo xxxvj. & consil. xlj. & ibi qualiter puniatur furto qui subtrahit pecuniam communis & vide Raph. Fulgo. in cōsi. cl. et clvij. Alex. in cōsi. v. & in cōsi. cxxxv. in i. volu. & in cōsi. cxiij. in iiij. vo. Pau. de Cast. in consi. cccl. in ij. parte, in ij. impressis.

c Nocturnus. Adde tu & vide Alex. de Imol. in consil. cxxxviij. in j. volu. Ber. & de hoc etiam per Alex. in consi. cxlj. col. j. versi. iiij. non videtur, in ij. volumi.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia adde quòd Gand. in tract. malefic. sub rubr. de furi. & latronibus. vltra omnes disputat istam materiam in versicu. nunc videamus quæ pœna sit furibus imponenda. & ibi dicit quòd de iure cōmuni si fur nō est famosus & clam furtum faciat, dicit quòd fustigatur, vt in authē. vt nulli iudi. §. penult. & vide docto. quæ autem signa inest in authen. sed hodie. C. de ser. fugi. Si autem est famosus & tunc debet suspēdi, dicta l. capitalium. §. famosos. ff. de pœn. Si autem palam quis furatur & est famosus, tunc furca suspendatur dicto. §. famosos. vt sunt derobatores stratarum. Si autem palam delinquat derobando & non est famosus, & tunc aut semel tantum derobauit & tunc punitur. l. Iul. de vi publ. vel priua. vt insti. de publi. iudic. §. item. l. Iulia. Si autem bis aut sæpius & tunc punitur furca, vt l. capitalium. §. transgressores. ff. de pœn. & dicit hoc esse seruandum de iure communi & Roma. dicit tamen quòd de iure Lombardorum aliter fit, quia pro primo furto fur amittit oculum, pro secundo nasum, pro tertio suspenditur, dicit etiam in penultima column. quòd furtum aliter punitur. Et tertio modo per l. Federici Imperatoris, quia si quis quinque solidos fuerit furatus laqueo suspendi & sic vt vides per tres leges criminaliter furtum punitur. Primo per leges Romanorum. Secundo per leges Lombardorum. Tertio per l. Federici. Sed subdit ibi Gandi. hodie quas leges seruabimus. dicit quòd gloss. ordi. in capitulo primo de pace iura. firmand. in §. iniuria seu furtum. dicit furtum puniri secundum iura communia, non secundum legem Lombardorum, vel dicit dic quòd hodie punietur secundum formam dicto. §. si quis quinque solidos. Sed dicit quòd hodie de consuetudine hoc non seruatur quòd fiat punitio per iura communia, sed fit secundum leges Lombardorum & hoc tam in Lombardia quàm in Tuscia, licet multæ ciuitates super hoc habeant multa statuta quæ

quæ seruanda sunt, & hæc Gandi. Bal. vero in auth. sed nouo iure. C. de ser. fugi. dicit ꝙ hodie de consuetudine non seruatur d. §. si quis quinq; solidos. & hoc est verum, quia statuta sunt hodie per totã Italiã aliter punientia furta, vide doct. maxime do. Abba. post gl. in c. inter alia. extra de immu. eccle. in xj. col. & do. Catal. in trac. syndi. q. cxlix. qui ponit intellectũ d. §. si quis quinque solidos. Adde tamẽ omnino bonã gl. in c. j. de pace iura. fir. in d. §. iniuria seu furtũ. & Ange. in l. fi. ff. de fur. q. dicit ꝙ late posuit istã materiã in auth. sed nouo iure C. de ser. fugit. in repeti. Paduana. & vide Ang. in d. authen sed nouo iure. notabiliter loquentem in lectura sua & Io. And. in addi. Spec. in ti. de fur in ru. & vide gl. xxiii. q. iii. §. si qs fortitudinẽ. Et i hac materia multa allegat Albe. de Ros. in d. auth. sed nouo iure. & multas decisiones allegat, & allegat bonũ tex. de iure canonico & ibi vide do. i c. tua nos. §. fi. extra de homici. & vide quomodo respõdet ad illũ tex. in quibus tñ casibus licet occidere furem, vide Ang. omnino in d. l. si vt allegas. & doct. maxime do. Ant. de But. in c. olim. extra de restit. spolia. in xviij. col. & Ange. in l. j. C. vnde vi. qui dicit etiã ꝙ in his casibus in quibus dictum est licere occidere furẽ, habet locũ si furtũ erat magni valori. secus si parui; quod dicit relinquendũ arbitrio iudicis. De materia vide aliqua per Paul. de Cast. in consi. clxxx. in fi. An autẽ prædicta militent qñ vnum furtum esset enorme dicam infra in seq. q. & ibi vide qui dicantur fures latrones. Et qui dicantur famosi latrones & Bar. in d. §. capitalium. melius per Ang. in d. auth. sed nouo iure. in reportatis Paduæ. Ang. in l. aduersus. ff. de sepul. viola. d. Catal. in tracta. synd. q. cxlix. in illa. q. vbi tractat materiam quando fur in vna ciuitate fecit furtũ, & in alia postea furatur vbi vr̃ velle ꝙ ꝓ multis furtis paruis nõ dr̃ famosus fur. Sed ad hoc vt dicat famosus requirit ꝙ cũ armis hoc fecerit. ibi vide.

13 *Furtum quando dicatur vnũ, et sic quando dicatur primum secundum & tertium furtum.*

13 ANGE. † Nunc sumpta occasione aliquid de furtis dicamus ad statutorum declarationẽ. Et primo qñ dicatur primũ, s̃m & tertium furtũ. Rñdeo vnũ furtum dicit quod de vno loco vno contextu siue vno tempore sit, etiam si plures res furentur tñ dicitur vnum furtum, ita dicit Bar. in l. eum qui. §. idem respondit. ff. de furt. & sic tanꝙ vnum furtũ commiserit punietur, licet plures res sit furatus. Tamen singulariter dicit glos. in d. l. capitaliũ. §. famosos ꝙ isto casu pro vno furto veniam meretur a furca. & no. Bal. in d. auth. sed nouo iure. in ver. vlterius quæro nunquid &c. quod est verum secundum Bal. nisi furtum sit magnum quod alias præualeat pluribus furtis paruis, tunc licet statutum prohibeat furẽ suspendi nisi pro tribus furtis. In iudice tamen pro vno magno poterit suspẽdi, ita ibi dicit in versi. tertio nota de pęna &c. & alleg. l. si quis. ff. de excu. tut. & et qa propter delicti enormitatẽ permissum est leges transgredi, vt no. Inno. in c. j. de consti. quod no. qa ita semel practicaui Perusij dum ibi assiderẽ.

AVGVSTI. Tu autẽ in hac materia; adde ꝙ ista sententia Bal. mihi non placet, & si recte consideratur omnia iura quæ dicũt ꝙ fur furca debet suspẽdi, nõ habent respectum ad quantitatẽ furatã, & sic ad ipsum furtum. Sed ad alia extrinseca, & ideo Bal. in auth. sed nouo iure. C. de ser. fug. in ver. vlterius quæro, nunquid plura furta in eodem loco & tempore. dicit ꝙ statutũ quod punit furẽ furca ꝓ tertio furto ꝙ mens statuti est vt grauis puniat furem, propter cõsuetudinem delinquendi & sic doct. nõ habent respectum ad quantitatem, sed ad animum delinquentis hoc est ad reiterationẽ delicti quod grauis puni tur propter ipsam reiterationem vt in furto dicit gl. de pa iur. fir. in §. iniuria seu furtum. & ita obseruarẽ si ista casus mihi obueniret de facto. Nec obstat doctr. na Inno. in d. c. j quia ibi nõ est ita vrgens causa ꝙ imponatur pęna mortis vbi alias imponi non debet. an sit vnũ furtum vel plura furta vide Bar. in l. inficiando. §. infans. ff. de fur. Sed Bal. in c. j. §. furtum. in prin. de pace iur. fir. videtur velle ꝙ pro primo furto enormi fur possit furca suspendi, & sequitur d. Abb. in c. inter alia. extra de immu. eccle. in x. col. qa ex causa licitũ est trãsgredi leges & statuta, & ita econuerso cõsului Lud. Roan cõs. suo ccccl xix. ꝙ si per statutum quis pro leui furto debet suspendi tñ si iudici videbitur poterit iudex minuere illam pœnam statuti & cõmutare in aliam pęnam minorem citra mortm

14 *Fur alias passus pœnam primi & secundi furti puta quia fustigatus mitriatus uel bullatus postea facit tertium furtum, an pro isto tertio poterit suspendi.*

14 ANGE. †Quæro si alias fur passus fuit pœnā primi & secundi furti q̄a fustigatus, mitriatus vel bullatus, postea fecit vnū furtum qđ est tertiū in ordine an pro isto tertio possit suspendi, & vr̃ ꝙ non, quia ꝓ primis iam punitus est igit &c. vt l. licet §. j. ff. nau. caupo. stab. & l. senatus. ff. de accus. In
a cōtrariū vr̃ ꝙ debeat suspendi: quia in crimine perseuerauit. igitur &c. vt l. seruos. C. ad l. Iul. de vi publi. & l. iii. C. de episc. audi. & l. capitaliū. §. solent. ff. de pœn. & ita tenet Vber. de Bob. Idē credo si de dictis primo & secundo furto habuerit gratiā à domino loci, q̄a priuilegiū nō meret q. cōcessa sibi abutitur potestate lxxxiiii. dist. c vbi & ff. de pec. le. libere. & ff. de neg. ge. l. q. fine. & l. iudæos. & ibi gl. C. de iudæis. Et pro hoc facit q̄a prima furta fecerunt eum notorie & manifeste furē, vt l. emptorē. i prin. ff. de actio. emp. Ergo vt publicus & manifestus fur pōt furcis suspendi, vt d. §. famosos. Nā furta vel alias vel alibi cōmissa qualificant furtū factū hic vt acrius puniatur & suspendatur, ita dicit Bar. in l. si cui. §. fin. ff. de accu. Et hoc etiā vult Bal. in auth. sed nouo iure. C. de ser. fugi. in ver. sed dubitatur. Sed contrariū tenet Ioā. And. in addi. Spe. in rub. de fur. & Sali. in d. l. seruos. dicit plus ꝙ etiā furta & numerus furtorū hic cōmissorū. vt si statuto cauet quod ꝓ tribus furtis suspēdatur & alibi cōmisit duo furta & hic vnū tantū, tamē verū est dicere ꝙ tria furta commisit, & sic suspendetur. quod nota.

ADDITIO.

a ℂSuspendi. Adde ꝙ imo duo furta punita aggrauant tertium, ita Ro. in consi. ccxxxvj. vbi dicit esse tex. nota in authenti. qui semel limitat tamen ꝙ prædicta non procedunt vbi de duobus primis furtis fuisset penitus absolutus, quia hoc casu non aggrauaretur tertiū. & ibi ꝙ stante statuto ꝙ notarius pro trina annotatione dicatur priuatus q̄ si fuit bis annotatus & absolutus, ꝙ pro tertia annotatione non priuabitur, & quando furta alibi commissa aggrauent tertium furtum in loco fori, vide Bald. in consi. cccclxxiiij. in iiij. vol. & ꝙ tertium furtum aggrauetur per duo alia furta præcedentia vide Pau. de Cast. in consi. cccl. in nouis.

AVGVSTI. Tu autē in hac materia, adde Gād. in trac. malefi. sub rub. de furibus & latronibus in illa q. quæ incipit, sed pone pœnā fore impositā furi pro primo & secūdo furto. qui allegando dictū Vber. de Bobio tenet quod licet fur sit punitus pro primo & scđo furto, tn̄ pro tertio debet mori, quia lex dicit ꝙ pro tertio morit nō ꝓ primo & secundo. & ibi ēt Gandi. subdit illam aliā q̄onem de eo qui alibi cōmisit duo furta & hic tertiū, an furta alibi cōmissa aggrauent delictum. & in effectu cōcludit ꝙ nō, & exclamat contra potestates ita feroces, q̄ pro furtis alibi cōmissis volunt punire furē in suo territorio. Ang. autem in d. l. si cui. §. fi. dicit ꝙ de cōsuetudine seruatur ꝙ furta alibi cōmissa aggrauant delictū. Et de materia, adde dicta Bal. in l. fi. ff. de iuris. om. iudi. & per Iaco. de Bel. in auth. vt nulli iudicū. §. si quis vero cōprehensorū. & vr̃ esse de mente Bal. in auth. qui semel. C. q̄uo & q̄n iud. Adde Albe. de Rosiatius disputasse istam materiā in iii. par. statu. q. xxxix. Pet. de Anch. in cle. j. extra de pœn. expresse approbat dicta Bar. in d. l. si cui. §. fi. ff. de accu. & vide Sali. in l. iij. C. de epis. audi. Et in hac materia teneo ego opi. quā tenui supra in gl. in verbo, (existēs Florentiæ.) in addi. j. q. & certe rigorosa est opi. Bar. dicit tn̄ d. Catal. ī trac. synd. q. cxlix. ꝙ cū alias habuisset istā q. de facto euasit furē qui in alieno territorio alia furta fecerat vt illa furta alibi facta nō cōnumerent in numero furtorū.

15 **Fur commisit furtum Florentia furtum Bononiam portauit, an possit de tali furto puniri Bononia.**

15 ANGE. †Quæro quid si fur furatus fuit Florentię & furtū huc scilicet Bononiā portat, an hic possit de furto puniri. Bar. posuit in pluribus locis istā suam opi. quæ multos suspendi fecit, & quam ego semper secutus fuit in practica videlicet ꝙ sic, & ita dicit in d. l. si abducta. C. de fur. & in l. sed nec. ff. de condi. fur. & in l. si dominiū. ff. de fur. nam sicut mutatione dominij noua nascit actio furti, vt d. l. si dominiū. ita etiam mutatione territorij ad vindictā publicā facit. l. si furē. §. de statu. homi. Sed cū casus occurrisset de facto do. Bononienses consulerunt contrarium quod consilium incipit quidam scholaris &c. & mouetur ipsis his rationibus. Primo ex regula vulgata, scilicet ꝙ ex assidua cōtractatione non nascitur noua actio furti,

furti, vt l.ei qui.ff.de fur.& ibi Bar.non ob.l.si dominium. quia ex mutatione domicilij tunc ex noua cõtractatione nascitur noua actio furti quia in persona noui domini nascitur in quẽ cadit furti diffinitio quæ est vt res aliena inuito domino non contrectetur, sed in casu nostro non contractatur nisi propriè possessore & domino inuito, cui non potest nasci noua actio furti, vt d.l.ei qui. Tertio quia à dicta regula.l.ei qui.recedetur ex mutatione dominij, vt d.l.si dominium. ergo est casus exorbitans igitur contra regulam non debet extendi ex mutatione territorij. Quarto per d.l.ei qui. non datur patri ex assidua contractatione noua actio furti ergo nec reipubli.si non patri ergo nec reipublicæ vt l.non solum.§.quanquã. ff.de iniur. & ibi Bar. Quinto fur non visus ad locum destinatum portare res non est manifestus licet postea mutato proposito alio res transferat & videatur, vt l.iij.cum l.seq.ff.de fur.ita in casu nostro ex mutatione loci noua actio non nascitur nec persona mutatur nec qualitas furti. Sexto potest adduci in authen. vt nulli iudic.§.si quis vero comprehensorũ. vbi fit remissio ad locum delicti quæ non esset necessaria si in loco in quo portauit furtum posset puniri. Sed do.Franc. de Albergotis de Aretio solennis doctor tenet opi.Bar.pro qua alleg.l.inficiando infans.ff.de fur.ita etiam refert & tenet Anto. de But.in c.j.de rapto. & istud est tenendum & obseruandum & maxime vt vitium furti non frequentetur & etiam videtur sequi Bal.in c.j.§.iniur.de pa.iura.fir. col.x.& in d.l.si abducta. & in auth. sed nouo iure.C.de ser.fugi.& pro opi.Bar.adducit.d.Salustius de Perusi.eius nepos ex filia in d.l.si abducta.tex.in l.verum.in prin.ff.de mino.& in l.j.C.de noxa.& in l.iij.in prin.ff.rerum amo. & gl.in d.l.de his.C.de fur.in q̃bus probatur quòd ex noua mutatione personæ quia de seruo fit liber & de vxore desinit esse vxor, tunc ex noua contractatione oritur noua actio furti, ita in casu nostro insurgit mutatio status furis ex mutatione territorij. non obst.rationes do c̃to. Bonon.allegatæ contra Bartol.quia prima ratio tollitur per eundẽmet Bart.quę regula d.l.ei qui.non habet locum nisi mutetur dominium nec etiam facit secunda ratio quia negatur quòd lex quæ dicit ex noua contractatio ne oriri actionem furti sit contra regulas iuris. imo dicit do.Salustius quòd est cõtra regulas iuris. Propterea potest extendi quantuncunque pœnalis, quia hoc facit lex antiqua, scilicet regula d.l.furti. Item tertio potest dici quod nulla fiet extensio si respectum habes ad vniuersum dominum quod est vniuscuiusque ciuitatis & in qua furatus est & in quam postea se contulit fur, nec ob.tertia ratio nam nihil repugnat vt dicamus furtum esse factũ, quia facta est contractatio inuito domino & tamen actio furti non datur sibi propter nouã contractationem, sed datur reipub. vbi furtum portauit cum ex illa noua contractatione nouiter offenditur cũ regula sit ꝙ actio furti detur illi cuius interest furtum nõ fieri, vt l.manifestissimi.C.de fur.nec obst.no.in §.quanquã. quia negari potest assumptum, quia videtur contra.l.falsi.C.de fal.& Bal.tenet oppositũ l. fi.C.de fur. Nec ob.quinta ratio quia tollitur ex eleganti doctrina Bal.in d.§.iniuria, & de pace iura.fir. Nec ob.§.si quis vero comprehensorum.quia potest dici ꝙ non habeat locum in fure qui nouiter contractasset, nam à iudice loci in quo est facta noua contractatio non potest peti quod fiat remissio inuito suo iudice nouiter offenso, cum ipse velit ex delicto commisso in suo territorio punire. Sed in § si quis vero.in secundo loco nullum delictum commisit merito debet facere remissionem vt puniatur per iudicem quem offendit. Et tamen bene aduertas quod prædicta procedunt si huic apportaret rem furatam, secus si apportaret eius pretium quia de dicto pretio non dicitur committere furtum nec tenetur furti, vt est tex.& ibi not.in l.qui vias.§.fi.ff. de furt.quod singulariter not.

a AVGVSTI. Tu autẽ in hac materia,[a] adde ꝙ inquantum opi. Bar. esset vera. Tamen primo limitatur vt procedat si intermedio cõditio furis mũtata fuerit quia de seruo liber fuerit in itinere. Ita limitabat Ang.istam materiam in d.l.si dominium. Aliam limitationem dabat Ang.in l.si dominium, vt opi.Bar.procedat si in ipso initio fur fuit propositi, vt in aliũ territorium se transferet suæ securitatis causa exemplũ ponit. Pone in subtrahẽtibus in confinibus Bononiæ vt transferant se Ferrariam ibidem ergo maleficium consumabitur, vnde ibi poterit puniri & per rationes suas concludit ita Ang.ibi. Tertio limitat ibidem Ang.vt opi.Bar.procedat quando in initio furti actio non est nata, & ita in his casibus poterit procedere opin. Bar. alias secus. Item quarto addit alium casum vt opin.Bart. procedat vt si furtum est factum Bononiæ bannito, qui secundum formam statuti licite potest offendi, nam si fur se transtulit Ferrariam ibi puniri poterit postquam Bononiæ puniri non poterit

obstante statuto. Item adde aliam limitationem quam tradit Angel.in l.si abducta.C.de fur.vt procedat opi.Bart.in vagabundo fure, quia scriptum est vbi te inuenero ibi te iudicabo,vt l.j.C.vbi de cri.agi opor. Idem & sexto restringitur opi.Bar.vt procedat si fur prorogет iurisdictionem iudicis. † Vnde dicit si eris assessor ne possis conueniri tempore syndicatus, si vides ꝙ expediat reipublicæ vt suspendas furem repertum cum re furtiua alibi derebata ne damnū possis pati,facias ꝙ fur pro roget iurisdictionem,per l.quæro.ff.de solu.& l.j.ff.de iudi.& hic dicit Ang.in d.l.si abducta. & ibi etiam Ang.facit mentionem de illa limitatione quā supra dixi vt opi.Bar.procedat qn̄ fur mutauit conditionem personæ in itinere. Item sexto loco restringas opi.Bart.vt opinio sua procedat qn̄ fur fuisset inuētus cum re furtiua, puta quia Florentiæ fecit furtum & hic Ferrariæ inuenitur cum furto.Secus si rem vēdidisset postea Bononię & hic Ferr.fuisset inuentus cum precio quia in isto precio hic Ferrarie non committitur furtum quia in re sua furtū non committitur per l.pen.ff.de condi. ob tur.cau.Ita singulariter dixit Bald in l.j.C. de cōfes.in xij.col.quod tene menti. Itē septimo intelligas dictū Bart. procedere si fur qui furatus est Florētiæ & venit Ferrariā vt possit hic Ferra.puniri hoc verū si fecit hic Fer.residentiā per spatiū vnius diei,alias non poterit hic puniri,ita dicit Bald.multū singulariter in l.qui furere.ff.de stat.ho.per l.quo destinauerat.ff.de furt. Et ita dicit quod intelligi debet opin. Bar.in d.l.si dominium.alias secus quod not. Octauo reperio Raph.Fulg.in l.siue manifestus.§.tādiu.ff.de condi.furt. dicentem ꝙ opi.Bar.nō procederet tanquam iniqua si hoc Ferrariæ foret statutum propter quod pro leui furto esset imposita pœna mortis,nam tunc dicis quod opi.Bar.tanquam iniquā non est sequenda,quæ no.quia alibi pulchre ita collecta non reperies,sed quia multoties vidi refricari in dubium an opin.Bar.sit vera vel falsa omissis his talletijs scribam quod scriptum reperio in hoc passu terribili, dico passum terribilem quia hæc opi.sua vt dicit d. Maria.in cap.j. de rap. fecit suspendi decem milia hominum, & id ꝙ dixit ipse Bar.in d.l.si dominium.approbauit etiam in l.ei qui furti.ff.de furt.in fin.& Bar.in l.sed nec legatarius.ff.de condi.furt. & Bar.in l.si abducta.C.de fur.Bald.vero secundum do.Io.de Ana.in c.fi.extra de fur.semper videtur approbare istā opi.Bar.nam Bal.tetigit istam difficultatē in pluribus locis & maxime in c.j.§.furtū.de pace iur.fir.arguit pro & contra in hac difficultate. Tādem videtur approbare opi.Bar.& Bal.in l.cunctos populos. C.de sum.trini.& fide cath.in xvij col.& Bal. in auth.sed nouo iure.C.de ser.fug.in ver. vlterius quæro nunquid plura furta. Idem fecit Bald.in l.qui fure.ff.de sta.homi. Idem dixit Bald.in l.j.C.de confes.in xij.col. & sequitur opi.Bar.ipse Bald.in l.sed nec legatarius.ff.de condi.fur.& Bal.in l.si abducta.C.de fur. Et aduertas quia licet docto.allegent Bal.semper secutum fuisse opi.Bart. Tamen vt infra dicā allegabo Bal.non indistincte approbasse opin. Bar.Fran.de Are.tenet etiam opin. quam tenet do.Bar.per l.inficiando.§.infans.ff.de furt. & ipsum refert do.Ant.de Bu.in c.j.extra de rapto.& istam sententiā tenuit ipse do. Anto. de Bu.in c.fi.extra de fur.& licet pro hac sententia soleat allegari ꝙ hoc etiam affirmauit d. Ant.de But.in c.j.extra de rapto. Dicatis ꝙ hoc est falsum,ibi d.Ant.de But.hoc non affirmauit,sed dicit ꝙ in ista quæst.sunt opin.inter legistas & hoc relinquēdum est legistis, & sententiā Bar.hoc est secutus etiam Pet.de Anch. in d.c.fi.extra de fur.& licet doct.non allegent d.Pet.de Anch.in cle.j.extra de pœnis.approbauit etiam dicta Bar.in d.l.si dominiū.& hoc fecit.in xvij.not. sed pondera quia d. Pet. de Anch.ibi proprie nō infert ad quæstio. nostrā d.Ioan.de Ana.etiam in c.fin.extra de fur. refert do.Pet.de Anch.in suo reper.sub rub. de fur.tetigisse istam difficultatem,sed ibi ēt nihil affirmat,sed bene hoc affirmauit do. Pet. de Anch.in l.qui furere.ff.de statu homi.in reportatis iuris ciuilis d.conte.in d.l.qui furere.& in d.l.sed nec manifestus.tenet illam opin.quòd vbique ipse fur potest suspendi. & alleg. Iaco. de Aret.hoc voluisse in d.l.si dominium.& ita refert Io.de Ana.in d.c.fi.extra de fur. qui dicit quod Paul.de Ca.in d.l.sed nec legatarius. ff.de condi.furti tenet ēt opin.Bar.in collectis quas habet,& sententiam Bar.approbauit etiā Raph.Fulg.in d.l.si abducta. & in d.l.sed nec legatarius. Temperabat tamen hoc verum si pœna erat correspondens delicto in secūdo loco vbi fur fuit captus, quia si pro modicis florenis quis debet suspendi non seruaretur opi. Bar.& ita dicit quod consuluit cum semel iste casus feltri occurrisset,& dicit Ang.in d.l.si dominium.ꝙ opi.Bart.per multos assessores obseruatur.& Ang.in l.de his.C.de furt.in lect. Florenti. dicit quod fauore publicæ vtilitatis opin.Bar.approbatur.& Angel.in lectu. Perusina in d.l. si abducta. dicit quod vidit sæpius pra-

practica i opin. Bart & multos ad furcas deduci. & Ang. in l. si abducta. in lectu. Paduana dicit ꝙ assessores seruant opi. Bart. tanquam vtilem reipub. Et dicit do. Flor. in d.l. si abducta, ꝙ assessores tenent opi. Bart. pro Euangelio. Et aduerte quod licet ista allegentur pro ista opin. Bar. tamen reperio quod multi tenuerũt contra opin. Bar. & melius, nam Frãcis. Tigri. tetigit istam difficultatem in l. qui vas. ff. de furt. in §. fin. & ibi expresse tenet contra Bart. & ita etiam eum refert do. Ioã. de Ana. in d.c. fi. extra de fur. contra Bart. etiam tenuit Ray. de Forl. doc. profecto maxime autoritatis. per tex. in l. j. §. fi. ff. de noxa. & per l. de his. C. de furt. & ita eum refert Ludo. de Cortesijs de Padua in suo reperto. in verbo, furtũ in princ. & ipsum etiam refert do. Ioan. de Ana. in d.c. fin. extra de furt. & licet ipse do. Ioan. de Ana. crediderit allegare omnia quæ possunt adduci in ista materia in d.c. fi. addatis ꝙ Ang. in l. si is qui. in §. si cui rem. ff. de furt. qui summando illum tex. dicit ꝙ mutatione dominij committitur nouum furtum noua contractione secuta, dicit ꝙ hoc est verum ratione interesse dominij commissi in persona secundi domini. Et dicit ꝙ ista ratio cessat cum locus & territorium mutatur, quia non mutatur dominiũ, quia interesse nunquam renouatur, & ideo dicit ꝙ opi. Bar. in d.l. si dominium. non est vera. Et certe ille text. multum destruxit opin. Bart. & ideo recte Ang. in d.l. si dominium. dixit ꝙ ista opinio Bar. de rigore communiter reprobatur. & ideo Ang. in d.l. si abducta. in lectura Paduana per multas rationes dicit ista verba opinio. Bar. salua eius reuerentia nõ potest sustineri. Et licet doct. allegent semper Bal. tenuisse opi. Bar. Tamen allego Bald. quẽ doc. non referunt nec allegant nec viderunt in lectura sua quam pauci habent super. ff. nouo. quæ lectura parua est, quæ commentauit certas leges. Nam Bal. in d.l. si dominium, dicit ꝙ licet opin. Bart. seruetur de consuetudine, tamen sua opinio videtur esse contra text. in cap. j. extra de rapt. & dicit quòd opinio sua non potest saluari nisi in duobus casibus quãdo ille qui furatus est Bononiæ furtum fecit vni bannito, & sic actio furti non est nata ibi, & postea venit Ferrariam, & hic reperitur vel etiam alio casu quando furatur in confinibus Bononiæ, vt furtum portet in ciuitatem Ferrariæ & hic Ferrariæ reperitur cum furto alias opin. Bartol. non est vera, & sic Bald. ibi indistincte non approbauit sententiam Bart. & ꝙ opin. Bar. non sit communis opinio nonne. do. Anto. de But. in d.c. j. extra de rapto. dicit ꝙ de hoc est opinio inter legistas, imo fortius est do. Abb. in c. j. de rapto. dicit ista verba formalia quod communis opi. doctor vsque ad tempora Bar. fuit ꝙ fur repertus hic Ferrariæ cum re subtracta non possit hic Ferrariæ puniri, licet Bar. tenuerit contrarium in d.l. si dominiũ. pro qua opinione dicit ꝙ multi & multi sunt suspensi. Quinimo dicit ꝙ Moderni adhuc dicunt ꝙ destructio iure illa opi. Bar. non procedit & respondit ad d. §. infans. qui adijcit ꝙ ille. §. de necessitate nõ cõcludit & dicit ꝙ vltra non ꝓcedit, quia opi. est periculosa. Et ideo recte dixit Flor. in d.l. si abducta. ꝙ licet assessores obseruent opi. Bart. tamen ipse arguit contra Bar. finaliter dicit ꝙ dubium est argumentabile. vnde dicit tene ꝙ vis Sali. vero in l. siue manifestus. §. j. de cond. furt. tenet expresse contra Bar. in d.l. si abducta. per multas & multas rationes concludit cõtra Bar. & arguit terribiliter ostendens opi. Bart. esse falsissimam, & istam sententiã vt ipse refert tenuit etiam Richar. de Sali. & etiam Ioan. de Lig. consuluit pro ista parte. Quinimo dicit Sali. ibi ꝙ collegium Paduæ cõsuluit contra opin. Bar. & ita referebat Richar. de Sali. tempore quo legit Paduę, vnde multum exclamat contra assessores, qui sequuntur opi. Barto. ꝙ ipsi debeant se præcauere, Quinimo Odofr. fuit in cõtraria opinione Bar. & ita ipsum allegat Bal. in d.l. j. C. de confes. in xij. col. & per hæc reprehendo do. Ioan. de Ana. qui in c. fin. extra de fur. reprehendit do. Abb. qui do. Abb. in c. j. de rapto. dixit quòd communis opinio vsque ad tempora Bart. fuit in contrariam sententiam Bar. quia do. Ioan. de Ana. dicit ibi libenter scirem ab Abb. vbi inuenit istã quæst. tractatam ante Bar. quia salua reuerentia do. Ioan. de Ana. Bal in loco supra alleg. refert Odof. tetigisse istam quæstionem, & ipse do. Ioan. de Ana. refert quòd Franc. Tigri. & Ray. de Forli. fuerunt in contrariam sententiam Bartol. quinimo Rapha. Fulg. in d.l. si abducta. & in d.l. sed nec legatarius. refert quòd septem doct. Bononienses subscripserunt se illi consilio Ioan. de Lig. & licet d. Ioã. de Ana. referat Pau. de Cast. tenuisse opi. Bart. tamen non est verum hoc, quia Pau. de Cast. in d.l. siue manifestus. §. j. dicit quòd licet hodie cõmuniter iudices sequantur opi. Bar. tamen dicit quòd docto. Moder. reprehendunt istam opinionem, & dicit quod re vera opin. Bar. est falsa, & ibi arguit terribiliter contra Bart. dicit tamen quòd de iure & consuetudine inoleuit

seuit opi. Bart. Et ideo do. Nellus in tractatu suo bannitor. in ij. par. q. v. dicit quod assessores sequētes opi. Bar. de iure non recte se fundant. Sed dicit quod sequētes opi. Bart. in syndicatu suo defendunt se ex varietate opinionū per not. in l. cū prolatam. de re iudi. & forte ex consuetudine, dicit tamen quod si fur est vagabundus, pōt in omni suspendi. & Pau. de Cast. in d. l. siue manifestus dicit quod opi. Bar. per vniuersum mundum seruatur, sed dicit quod eius opinio non est vera, & arguit cōtra Bart. & respondit ad motiua sua & dicit quod illis rationibus quas adducit Bal. contra Bart. in d. l. si abducta. potest responderi pro certo, si tot illustres doct. tenuerunt contra Bart. & dicūt doct. quod de puncto iuris falsa est opi. Bart. quomodo isti iudices sitibundi sanguinis humani in istis contrarietatibus & subtilitatibus iuris volūt magis condemnare quam absoluere contra tex. in l. si præses. ff. de pœn. & alio die cum ille casus occurrisset hic Ferrariæ quod vnus Mantuanus furtū commisit in ciuitate Bononiæ & venit huc Ferrariam cū furto & fuit captus Illustriss. Dux Hercules cū sim de suo consilio secreto interrogauit me Augustinum de Arimino quid agendum esset respōdi sententiam Bar. penitus fugiendam esse tanquam iniquam quā tot illustres doctores damnauerint, licet aliqui latronculatores sitibundi sanguinis humani obseruent opin. Bar. & male, & ita obseruatum fuit & hæc not. quia non ita bene collecta alibi reperies, possem ego adducere omnes rationes quas scriptas reperio super libris & à me visis sed hoc esset longū transcribere, hæc sufficiant.

ADDITIO.

a ¶ In hac materia. Adde tu vltra ea quæ ponit hic dictus Augustinus pro opinione Bar. facit qd voluit Spec. in tit. de cōpe. iud. adi. §. j. ver. sed quid si Lucanus & sequitur Pau. de Ca. in cōsi. ccccixxj. incipit viso casu pposito in nouis. vbi φ si fur res furatas exponat venales prope aliquod cœmiterium quod ratione mutationis territorij dicitur sacrilegus, et confugiēs ad ecclesiam potest extrahi. adde tamen quod Fulg. in consi. cxlviij. refert plures consuluisse contra Bart. vbi vide & adde φ Bal. in consi. clij. in j. volu. dicit opin. Bart. de iure veriorem, licet de facto non seruetur. & vide Cepo. in consi. lix. in pen. colum. qui etiam tenet contra Bar. Ber.

17 *Furto commisso an possit torqueri actor rei subtractæ etiam sine indicijs, & quando plures unam rem furto subtrahunt an sit unum furtum uel plura.*

17 A N G E. † Et etiam tu iudex aduertas quādo furtum committitur potes torquere custodē rei subtractæ ēt sine indicijs b vt indicet furē & non teneris in syndicatu de tortura, ita dicit Bar. in l. j. ff. de offic. præfe. vigil. & ēt menti habeas tu iudex quod si plures furantur eandem rem, licet sint plura furta quia alia contractatio vnius alia alterius, & tot sunt contractatiōnes & furta, quot sunt delinquentes. tamē vnicum furtū est propter rei subtractæ vnitatem c ita dicit Bar. in l. si familia ff. de iurisd. omn. iudi. & pro vnico furto debet reputari.

b ¶ Sine indicijs. Adde Alex. de Imo. in consi. v. in iij. volu.

c Vnitatem. Adde Fulgo. in consi. cl. vbi dicit qd etiam data opin. Bart. pro vera φ etiam si furta fiant in pluribus locis & cum rebus inuenti fuerint in alio loco φ censetur vnum furtum arguendo de loco ad tempus. Ber.

A V G V S T I. Tu autem adde φ Bar. in d. l. j. ff. de offic. præfe. vig. non dicit φ sine indicijs ille possit torqueri, vt dicit d. Angel. hic. Sed aduerte quia etiam si Bart. diceret φ sine indicijs possit quis torqueri, intelligerem vt ille tex. loquitur quādo custos esset vnus homo vilis vt seruus, alias secus. & ita Bar. loquitur ibi in seruis dū dicit hoc ꝓbatur ibi in tex. in seruis custodiētibus & hoc corroboratur ꝑ ea quæ dixit Sali. in l. fin. C. de quæst. qui dicit quòd licet iura velint φ si res furata reperitur penes vnū, est sufficiens indicium vt ipse possit torqueri, hoc verum si ille esset persona nō bonæ famæ alias secus. Item de secunda conclusione adde Bal. in l. cum rationibus. C. qui accus. & Pau. de Ca. Moder. in d. l. si familia, qui ponunt an sit vnicum furtum vel plura.

18 *Fur confitetur se abstulisse mihi certa bona, & antequam cōdemnaretur moritur, an ex tali confessione habeam actionem contra illius heredes.*

18 A N G E. † Quid si fur confiteatur se mihi furto abstulisse certa bona & antequā cōdemnaretur moritur, an ex tali cōfessione habita, habeam contra eius hæredem actionem, vide Bar. in l. j. circa fi. ff. de priua. deli. & in Spe. qualiter in accusatione procedatur. in prin. ver. qd si latro famosus, qui dicit φ sic, quia in istis indicijs quasi contrahitur, vt l. iij. §. idē scribit. ff. de pecul. & quia ex cōfessione oritur actio in factum sicut ex sentētia, vt l. proinde. §. si procurator. ff. ad l. Aquil. igitur &c.

A V G V S T I. Tu adde φ Ang. in d. l. j. hoc idem tenet quod Bar. & hanc eandem sententiam

tiam tenet Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de accu. in addi quæ incipit, quid si latro. qui li mitat prædicta. Nam dicit ꝙ si iudex procedit per viam accusationis, scilicet Titij contra Caium qui Caius cõfitetur se plura furta fecisse à Titio & multis alijs, illa confessio Caii nocet hęredibus tantũ quo ad Titium q accusauit ꝙ nõ alijs prodest, secus si per viam inquisitionis, quia illa confessio nocet hęredibus quo ad omnes & istam limitationẽ magnificat Imo. in d. l. defuncto. ff. de pub. iudi. Et limita prædicta procedere nisi hæres contra cõfessionem probaret contrarium, vt dicit Bal. in l. j. C. ne ex delict. defun. qui tẽperat hoc modo dicta Bar. & Spe. & dicit idem si non est facta confessio, sed est cõclusum in causa. & vide bonã gl. in §. pœnales. insti. de perpe. & tẽpo. acti. quæ dixit fortius & bene faciunt nota. per Bart. in l. interdum. §. qui furem. ff. de fur.

19 *Emens pignori accipiens rem furtiuam à fure an teneatur furti.*

19 ANGE. † Quid si quis emit sciẽter rem furtiuam à fure dic ꝙ tenetur furti, vt l. in ciuilẽ. & ꝙ ibi no. & gl. & doc. C. de furt. & idem si rem furtiuã à fure scienter pignori accepit, vt est casus in l. si seruus cuiusdam. ff de condi. inde. & ita dicit Bald. & Raph. Fulg. in d. l. eos. C. de fur. secus si ignorãter emeret vel pignori acciperet vt in dictis iuribus, debet tamẽ nominare furẽ ne ipse incidat in suspitionem ꝙ ipse fuerit ille qui furatus sit, vt d. l. seruus, & tunc etiã qñ recipit ignorãter, cogitur rem furatã restituere domino, sine restitutione pretii, vt est casus in d. l. inciuilem. quod bene not.

AVGVSTI. Tu adde inquantũ tangit hic an si res furata reperitur penes vnũ, an præsumat fur certe variæ fuerunt sñiæ & licet Accur. variauerit ab opi. Placen. in d. l. inciuilẽ, qa illa gl. semper alleg. tñ de materia vide Sal. in l. fi. C. de quæsti. & pulchra verba posuit Bal. in l. fi. ff. de hæred. institu. vlti. col. qui sequitur opi. Cy. & omnes doc. cõiter videntur hoc approbare, quia si persona erat bonæ famę nõ præsumitur, secus si malæ famę dic tñ vt dicam infra in q. quę incipit, quæro an eoipso ꝙ res furtiua reperitur. & sic vir bonæ famæ emit ab illo quẽ non cognoscit nõ credo ipsum præsumi furem, nec credo debere cogi nominare, & indicare furem si iurat ipsum nõ cognoscere per prædicta, & de receptam te furtum in domo quomodo puniatur ne erres, vide Bar. in l. furtum. ff. de fur. & infra dicetur.

20 *Pignorans vnum librum, & postea alium submittens, an teneatur furti.*

20 ANGE. † Quid aũt si qs cõstituit mihi vnũ librũ pro pignore, & postea aliũ submisis tenet dic ꝙ tenetur furti, secus si in pignore cõstituẽdo vnã rem ꝓ alia sumittat qa furti nõ tenetur, sed crimine stellionatus, vt l. si pignore. in prin. & ibi Bar. ff. de pig. acti.

AVGVSTI. Tu de ista materia adde ꝙ verũ est ꝙ tenetur crimine stellionatus ille q persuasit hebreo aurũ esse cum ęs esset & sic extraordinarie puniretur, vt est tex. in l. i. in fi. ff. de pig. actio. & est tex. in l. pe. ff. de crimi. stellio. & vide glo. in d. l. i.

21 *Furem vel furtum receptãs, an teneatur furti.*

21 ANGE. † Quid si rẽ furatã quis scientes receperit & receptaculũ dederit dic ꝙ tenetur furti, vt est text. in l. eos. & ibi Barto. & Bal. C. de fur. Et bene aduertas ꝙ receptãs furẽ vel rem furatã dicitur pręstare auxiliũ furi & furto, ita intelligit illam l. eos. Bart. in l. furtũ. ff. de fur. & sic nõ dicitur proprie fur, & non tenetur proprie ac si furtum cõmisisset, sed ac si furti opem pręstiterit ꝙ no. pro intellectu vidi dubitari Bononię cũ casus occurreret, & etiã prædicta nota pro statutis quæ debent intelligi in verbis propriis quæ puniunt aliter furem vel aliũ præstantem opem, de quo in simili per Bar. in l. sed si vnius. §. si seruus. ff. de in. u. & in cle. i. ff. de rescript. Et de ista receptatione vide quæ scripsi infra in gloss. & dicto maleficio semper astitit circa finem.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia adde ꝙ Bal. in d. l. eos dicit ꝙ vidit Bononię ꝙ vna mulier semel fuit suspẽsa q̃ pręstabat furibus domũ & ibi receptabat maleficia, & certe ista doctrina vr falsa, qa hoc auxiliũ post factũ meleficiũ & cõsummatũ pstat, et ideo extraordinarie debet puniri vt pulchre declarat Barto. in l. furti. §. ope. ff. de fur. Sed Bar. optime respondet huic motiuo in d. l. furtũ. ff. de fur. ibi vide, & de receptãte furẽ. Adde Bal. i l. pe. C. ad l. Iul. de vi & tex. in l. i. C. de his qui latro. & ibi do. Adde tñ ꝙ latissime istam materiã vltra omnes disputauit. Gand. in trac. malefi. sub rub. de receptato.

ptato.furium & latronum. q ponit omnes casus quando receptator in omnibus maleficijs banniatur & qua pœna & quando & ibi multa bona dicit & essem nimis longus si omnia ponerem. Adde omnino quæ dicam infra in gl.super verbo,(& dicto maleficio semper astitit)in vers.quęro quia dixi supra quod post maleficium ibi omnino vide. & de materia vide per Ro. in consi.suo cccclxxiii.& ibi concludit qđ in dubio præsumitur receptans ignorasse.

22 *Furem incidere,an quis cogatur.*
23 *Iudex negligens in faciendo restitui res furto subtractas damnum passo,an teneatur.*

22 ANGE. † Quæro an quis cogatur indicare a furem Bar.& Ang.in d.l.in ciuile.C. de fur.& ibi Rapha.tenent q nō etiam de iure canoni.vnde dicunt q episcopi hodie faciunt excōmunicationes,& sic non cogi-
23 tur indicare.†Quid si iudex fuit negligens in faciendo restitui res furto ablatas damnum passo an teneatur iudex, dic q sic,vt no.Bal.in l.si mācipia in prin.C.de ser.fu.

ADDITIO.

a Cogatur indicare.Adde tu & vide Ioan.And. in addi.Spec.in tit.de fur.& ibi an valeat peccatum quod sit inter furem & dominum rei furatæ ne ipsum accuset.Ber.

AVGVSTI. Tu adde quæ dixit d. Ant. de But.in c.nemo.extra de simo. qui dicit etiā q ad instantiā patris nemo cogitur indicare furem, sed ad instantiā iudicis sic,vt ꝓuincia purgetur malis hominibus, per l. congruit de offi.pręsi. Et de materia omnino vide docto.in d.l.in ciuile. & per gl.in l. si seruus.C.de his qui ad eccle si.confug.Et ibi doct.& in l.iii.§.fi.ff.de condic.ob turpē caus.& in c.dilectus. extra de exces. præla. & i.q.i.c.quod quidam.§.ex his.in gloss.& illa glo.alleg.bonas concordantias.

24 *Furtum de quo non potest cognosci temporis præscriptione,vel quia sit commissum extra territorium, an aggrauet furtum de nouo cōmissum et in numero furtorū cōnumeretur.*

24 ANGE. †Quæro nunquid furtū de quo non potest cognosci tēporis præscriptione, vel qa extra territoriū sit commissum, aggrauet furtum q de nouo cōmititur, & in numero furtorū cōnumeretur. Istā q.format Bar.secundum Iac.de Aret.in l.si cui. §.fi.ff.de accu.& Bal.in d.auth.sed nouo iure.ver.sed dubitatur nunquid furta &c.vbi dicunt q sic quia ratione aliorum furtorū remanet infamis,& ideo q principaliter cognosci non pōt,cognoscitur per consequentiam,argu.l.quoties.C.de iudi.& quod no. ibi docto.& sic furta alibi commissa qualificant & aggrauant furtum cōmissum nouiter hic,quia faciunt furem manifestū ita dixit Bart.in d.l.si cui.§.fi.& sic tanq̄ contra furem manifestum agi pōt. Quinimo fortius dicit Salic. vt supra dixi in l.seruos.C. ad l.iul.de vi pub.q vnum furtum alibi cōmissum nō tantum facit q aggrauet furtū hic commissum,sed facit quod illud furtū in numero furtorum cōnumeratur. Vnde si non posset mori nisi ex tribus furtis,illud furtum alibi commissum computatur in nu. furtorū & habet ꝓ vno furto etiā. hic.

AVGVSTI. Tu autē in hac materia,adde q reperio Io.And.in addi. Spe.in rubr. de fur.tenuisse cōtrariā partem, scilicet qđ furta alibi facta non aggrauent furtum factum hic Ferrarię,& hoc per bonas rationes.Et ad idem reperio Gand.in tract.maleficio.sub rubr.de furib.& latronib.in penul.col.in versi.sed iterum pone aliā quæstionem de facto. qui allegādo Vbertū de Bobio hoc idem vult & multum exclamat contra potestates & officiales, qui sunt ita feroces q pro furtis alibi cōmissis volunt punire furem in suo territorio.Ang.tamen in d.l.si cui.§.fi.dicit q opin. Bart.seruatur de consuetudine,etiam dicta Bar. approbauit Pe.de Anch.in cle.i de pœnis.Et de materia vide Sali.in l.iii.C. de episco. audien. & Bal.in l.fi.ff.de iurisdi.omni.iudic.& per Iaco.de Belui.in authenti.vt nulli iudi.§.si quis vero comprehesorum. & videtur esse de mente Bal.in authen qui semel.C.quomodo & quādo iudex. Sed latius vltra omnes doctores disputauit istam materiā Alberi.de Rosa.in secunda parte statutorum q.xxxix.& adde quæ dixi supra in versic. existens Florentiæ.in additio.i.q. & certe rigorosa est opinio. Barto.& vide quæ dixi etiam supra in hac eadem gloss.in illa quæstione quæro quid si fur passus fuit pœnam primi & secundi furti.

25 *Confessioni confitentis se plura furta diuersis temporibus*

temporibus & locis commisisse an stetur.

26 *Furto apparente, sed iudice neque fure cognoscente personam cui furtum dicitur factum, an furti puniatur fur.*

25 ANGE. † Quid si quis confiteatur se plura furta diuersis temporibus & locis commisisse, nunquid standum sit huic suæ confessioni. a Respondeo ꝙ non a quia talis confessio est generalis cũ non constet de rebus subtractis, arg. l. si illud §. j. ff. ad treb. ita dicit Bald. in d. auth. sed nouo iure. C. de ser. fugi. sed pone ꝙ quis &c. Et sic tu iudex sis bene cautus ne damnes animam & corpus tuum quando fur confitetur coram te maria & montes & plura furta commisisse ꝙ velis dicta furta hic & alibi commissa verificare vt in destinando nuncium ad habendum informationem pro veritate & in reperiendo furta, ita quod appareant quæ distraxerit & quæ pignorauerit & quæ penes se vel alium habeat alia, sæpe innocentem condemnares qui metu tormentorum multa & non vera confitetur contra l. absentem. ff. de pœn. Et eodem modo si quis cõfitetur se multa furta commisisse eodem loco diuersis temporibus, quia ista verba diuersis temporibus sunt obscura quia potest intelligi diuersis temporibus continuatis & sic non reputantur plura furta, arg. ff. de actio. & oblig. lege nunquã actiones. nisi dicatur in inquisitione cum temporis interuallo, quæ verba videlicet cum temporis interuallo faciunt iudices apponi, ita dicit Bal. in d. auth. sed nouo iure. in ver. quid si confitetur &c.

26 † Quæro quid si apparet de furto, sed persona cui factum est non est cognita neque iudici neque furi, an nihilominus furti punietur dic ꝙ sic, argu. ij. q. ix. c. libellorũ. ita dicit Bald. in d. auth. sed nouo iure ver. sed si apparet de furto.

ADDITIO.

a ¶ Quod non. Adde tu & dic vt per Paul. de Ca. in consi. cclxvj. in nouis. Ber.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia, adde quæ dixit Angel. in l. j. C. de confes. in ij. colum. qui dixit ꝙ vidi de facto Perusij obseruatum esse per egregium virum do. Nicolaum de Locellis ibi potestatem qui fecit mori quosdam derobatores mercatorum & occisores eorum qui confessi sunt occidisse ipsos mercatores & deroborasse & proiecisse corpora in quodam flumine, & tamen non apparebat de rebus subtractis & de corporibus occisis, & sic illa confessio generalis præiudicat in criminalibus ipsis reis. Sed aduerte quia Ang. ibi dicit ꝙ ideo hęc militant de iure, quia illi inquisiti alias erãt homines malæ vitæ & famę & habiliter potuerunt proijcere illa corpora in flumine illo, quia stabant iuxta illud flumẽ in cõmittendo & perpetrãdo illa delicta, dicit tñ ꝙ si non esset verisimile vel propter hoc distantiam scilicet fluminis vel propter bonam famam inquisiti ꝙ non credit ex tali cõfessione quis sit damnandus. Colligitur ergo recte ex hac doctrina Ang ꝙ dicta Bald. in d. auth. sed nouo iure. non militarent vbi confessio furis qui generaliter dicit se derobasse Ferrariæ & Paduæ & in illo loco in quo est captus, ꝙ tunc illa delicta non debent verificari semper quando fur alias esset malæ famæ & conditionis, quia tunc confessio illa generalis se fecisse plura furta absque eo ꝙ constet de rebus subtractis præiudicaret confitenti & ita Augu. in d. l. j. C. de confes. videtur limitare istam materiam, & ea quæ no. in d. l. illud. ff. ad trebel. Sed aduerte quia etiam si fur esset malæ vitæ & conditionis non dubito ꝙ semper iudex debet facere ꝙ constet de rebus subtractis, & de delicto perpetrato per tex. in l. j. §. item illud. ff. ad Silan. Et latissime dixi supra in verbo, fama publica præcedente. circa fin. in addi. in ver. postquam aliquis fuit captus & incarceratus aliqñ sine tortura confitetur. Præterea ego reperio Ang. expresse damnasse alibi illum do. Nicolaum potestatẽ Perusi. qui propter illas cõfessiones generales occidit illos inquisitos cũ non constaret de rebus subtractis, & de corporibus mortuis, & hoc dixit Angel. in l. certum. ff. de confes. & adde Bald. in addi. Spec. in tit. de sen. in xviij. col. in simili qui dixit ꝙ si quis confitetur se hominem occidisse & corpus proiecisse in mari ꝙ cum non constet de corpore mortuo ille non potest occidi saltem nisi probetur per famam illum esse mortuum. sed dic vt dixi in d. addi. in verbo, fama publica.

27 *Statutum dicens quòd accusatus de furto non comparens ponatur in banno furcarum, an valeat.*

27 ANGE. † Quæro an valeat statutum b ꝙ accusatus de furto non comparens ponatur in banno furcarum, dic ꝙ sic, vt arg. in auth. de lenonib. §. si quid in versi. expellatur. ita dicit Bald. in d. auth. sed nouo iure. versi. dubitatur de statutis disponentibus &c.

b ¶ Statutum. Adde & vide Pau. de Cast. in consi. cccl. in nouis. Ber.

AVG.

AVGVSTI. Adde tamen tu q hæc militarent in contumacia vera. In contumacia autem ficta non datur bannum vel multa, ita dicit Bart. in l.j.in fin.ff. si quis ius dicen. nõ obtempe.& ibi in materia vide Moder.

28 *Furtiua res eo ipso quòd reperitur apud Titiũ, an præsumatur Titius, illam furto subtraxisse.*

29 *Furtiua res eo ipso quòd apud Titiũ reperitur, an præsumatur Titius particeps furti.*

28 ANGE. † Quæro an eo ipso q res furtiua reperitur penes aliquẽ, præsumatur illam subtraxisse. Istam quæstionẽ format Bal. & Imol. in l.fi.ff.de hære.insti. Et concludit ibi Bal.qđ aut erat malæ famæ & præsumitur subtraxisse, nisi doceat à quo habuit, vt l.ciuile.C. de furt. secus si erat bonæ famæ, vt l. non omnes.§. à barbaris.ff.de re mili.Sed Imol.ibi dicit q etiã si est malæ famę hoc solummodo facit indiciũ, non tamen q propter hoc posit damnari sed
a poni potest ad torturam,[a] vt l. absentem.ff.de
29 pœ.† An autem eo ipso q habet penes se rem furtiuam præsumatur saltem particeps furti. Istud ponitur in l. inciuilem.& l.ciuile. C. de fur.& ibi concluditur q si consuetus erat emere res furtiuas præsumitur q scienter emerit & sic q fuerit particeps & sic tenetur furti nisi aliter se excuset. Si autem non erat solitus emere tales res,tunc secũdum Bald.in d.l.inciuilem.debent attendi aliæ circunstantiæ vt quia emit pauco pretio & clam, & tunc præsumitur contra eum secus si palam vel iusto pretio satis. & ita etiam dicit Imol.in d.l.fin.ff. de hęre. instit.

ADDITIO.

a ¶Ad torturam. Adde Alexan. de Imol. in consi. v.in j.volu.& posita supra in versi. quid si quis emit scienter.

AVGVSTI. Tu in hac materia adde quæ dixit Alber. de Rosa. in d.l.inciuilẽ.C.de fur. qui per bonas rationes concludit quas mihi hic adducere & trãscribere parum esset, quod etiam si res furtiua reperitur penes aliquem in loco absconso, & licet persona alias sit consueta furari quòd per istas præsumptiones nõ inducitur etiam vera probatio quæ sit sufficiens ad condemnandum Bart.vero in l.fina. ff.de quæstio.in princ.ij.colum. dixit quòd si res furtiua est penes aliquem, quod est sufficiens indicium ad torturam,allegat.l.ciuile. & l.inciuilem.C.de fur.dicit tamen & iste præsumptiones possunt elidi. Verbi gratia, si res furtiua est penes me & reperitur penes me & ostendam à quo habui,& tunc non est sufficiẽs indicium ad torturam. Sed aduerte quia Sali.in l.fi.C.de quæst.in iiij.col.faciens mentionẽ de hac doctrina Bar.dicit q doctrina Bar. debet temperari q hoc verum q si res furtiua est penes aliquem est sufficiens indicium ad torturam,dummodo attendatur qualitas personæ. Quid enim si vir alias bonæ opinionis vt sunt strazaroli qui ab ignoto consueuerũt emere. Nam dicit q tunc hic non esset sufficiens indicium ad torturam, sed certe si recte doctrina Bart.ponderetur in d.l.fin.Bart. hæc etiam voluit q ille alias esset homo malæ vitæ & opinionis vel famæ, & dic etiam vt dictum est supra.in additio.in illa quæst. quid si quis emit scienter rem furatam.

30 *Accusari vel inquiri de furto vel alio delicto, an possit simul & semel ciuiliter & criminaliter.*

30 ANGE. † Quæro an simul & semel possit accusari vel etiam inquiri de furto vel alio de-
b licto ciuiliter & criminaliter.[b] Bar. in l.interdum.§.qui furem.ff.de fur.dicit q aliquando ciuilis & criminalis proponuntur principaliter & tunc non possunt successiue intentari vel nec simul proponi eodẽ tempore, vt l. interdum.ff. de publi.iudi.& ibi Bartol. & Imo.& Bart.in l.prætor.§.j.ff.vi bono.rapt. vbi Bart. plene. Aliquando criminalis proponitur principaliter & ciuilis incidenter, & tunc vtriusq; concursus admittitur & toleratur, vt d.§.qui furem.quod confirmatur per text.in l.iiij.§.si dicatur.cum glo.ff.finium reg. Vnde secundũ Bar.sustinetur libellus in quo dicitur peto talem puniri de rapina vel furto rei meæ mihi subtractę & rem mihi restitui,nam hic restitutio venit incidenter officio iudicis. Vnde ille qui fuerat prius iudex solius causæ criminalis, vt l.solemus.§.latrunculator.ff.de iudi. erit et eius incidentis competẽs iudex, vt l. medicus. ff.de var. & extraor. cri. facit quod not. Cyn. secundum Mar.de Fano.in l.si quis homicidij. C.de accusa.de quo vide late per Salicet.in l.si quis ad se fundum.C.ad l.Iul.de vi.

b ¶Et criminaliter. Adde in hoc & vide Bart. in consi.cvj. & Paul.de Cast.in consil. cccxlvj. in nouis Ber.

AVGVSTI. Tu in hac materia adde Bar. in l.pen.ff.de caluin.qui examinat istã materiã & dam

& damnat illam limitationem eorum qui dicunt ꝙ in publicis iudiciis nō pōt cōcurrere ciuilis & criminalis, per c.interdum.ff. de publ.iud.secus si in iudiciis priuatis per d.l.pe.quæ cōclusio est falsa, vide tñ doctrinam Bar.ibi qui aliqualiter videtur contrarius iis quæ dixi in d.l.ii.§.i.ff.vi bo. rapt.in hac materia.& adde pulchram cōclusionē Bal.in l.i.C.de appel.in ii.col.q dixit limitādo prædicta ꝙ illa iura quæ dicunt quod ciuilis & criminalis nō possunt simul cōcurrere limitantur vt non habeant locum vbi pœna mortis venit imponēda quia tūc possunt concurrere & certe est conclusio noua & ibi late ponit materiam & intellectum dic.§.qui furem.in d.l.interdum.& si vis videre istam materiam latius. Adde hic ea quæ latissime scripsi supra in verbo, iudicē maleficiorum.vbi latissime posui ibi docto. examinant intellectum d.§. qui furem. & an iudices simul & semel super ciuili & criminali possint simul pronunciare.

31 *Furti an teneatur ille qui reperiens boues in suo prædio sibi damnū dantes si illos ad domū suā cōducat & domino inuito retineat.*

31 Ange. † Quæro quidā reperit boues meos damnū dantes in vinea sua quos cōduxit ad domū suam & retinet me inuito, an teneatur de furto, videtur ꝙ sic, vt l.tertia.§ fi.ff.de acquir.pos.& ff.de furt.l.iiij.§.fi.sed cōtrarium est veritas, quia furtum nō fit sine dolo vt supradictum est, facit l.j.ff. de furt.sed iste nō fuit in dolo, quia iustam causam habuit capiēdi & retinēdi quousq; emēdaretur sibi damnū, igitur non dicitur esse in dolo & sic furti nō tenetur pro quo vide bonū text.in l.quamuis.ff.ad l. Aquil. Augusti. Tu in hac materia adde ꝙ d.Ang.videtur male loqui, qa imo est sententia Oldr. & Bar.in l.prætor ait.§.de his. ff.de damno infect qui dicūt quod imo nō possunt retinere illam pecudem vel bestiā dātem mihi damnum & ibi Ro.dicit quod saltem possum retinere illā bestiā ad hoc vt Dominum cognoscam. Adde Gand.in tract.malefi.sub rubri.de furib.& latronib. in iij.col.qui dicit de consuetudine possum ducere ad domū meā donec damnū emendetur, ita dixit d. Ant.de But.post Io. And. in c.si læserit.extra de iniur. & damno dato.Et vide gloss.in terminis.in l.de pecoribus.C.ad l.aqui.Ego latissime vltra omnes doctores examinaui istum passum multas decisiones allegando in addi. meis in d.§. de his.dic vt ibi dixi.

32 *Commodaui tibi librum vt studeas, tu ad alium usum retines commodo tibi equum ut uadas ad uillam, tu uadis Florentiam commodo tibi argentum ut utaris & tu pignoras hæbreo, an tenearis furti, idem quæritur de re pignorata.*

33 *Furtum aliquando fit & res vitio furtiuitatis afficitur tamen non oritur actio furti filius patri, seruus domino si furtum committant, an teneantur furti.*

34 *Famulus furto subtrahens res domino quando debeat suspendi furca.*

32 Ange. † Quid si cōmodo tibi librū vt in eo studeas & tu ad aliū vsum retines puta pro exemplari, an tenearis furti. Vel pone cōmodo tibi equum meum vt vadas ad villam & vadis cū eo.Florentiā me inscio.Vel cōmodo tibi argentū vt vtaris & tu pignoras hæbreo, an furti tenearis, & dic ꝙ sic, vt l.si vt certo.§.denique ait.ff.cōmo.& l.si furtum.ff.de cōd.fur. Et idē si quis accepit rem in pignore & ipse creditor re vtat vel vendat antequam possit vendere vel pacto vel de iure, vt l.si is qui pignori.ff. de fur. q̄ omnia vera sunt si verisimiliter vtens re ad alium vsum quā destinata sit sciebat, vel scire, vel credere verisimiliter debebat dominum nō permissurum.vt not.gl.in d.§.denique ait.quod not.alias non tenetur furti, c vt ibi no.Si autem res sit communis [c] cum alio, & socius in ea committat furtum an teneatur furti.Vide l.rei communis.cum l.sequē.& l.merito.ff.pro socio.& l.si socius.ff. de fur.Si autem res sit mea & alius habeat ius in re, vel quia creditor vel bonefidei emptor est, & ego eam accipio, committo furtum & teneor furti, licet nō afficiatur vitio furtiuitatis.ff.de fur.l.cum æs.§.j.& l.is 33 qui rem pignori.† Aliquādo ecōtra fit furtum, & res vitio furtiuitatis afficitur, & tamen nō oritur actio furti, vel cū filius vel seruus patri vel domino furtū faciūt.ff. de fur.l.serui & filii.& sic filius vel seruus pro furto facto ab eis patri vel domino non te- d nentur, quod est verum si sit lene.[d] Si autē est magnum tenētur.Et dicitur magnū vel paruum

partuum secundum personarum qualitatẽ & rei subtractę quantitatem, vt est text.& ibi Bar.in l.respiciendũ.§.furta.ff.de pę. Et
e idẽ est in vxore ᵉ ꝙ ex leui furto facto viro suo non tenetur.Secus si furtum magnum commiserit quia isto casu etiam istæ personæ possunt criminaliter teneri. Et idẽ not. Bar.in l.i.ff.rerum amota.& est tex. glo.& Barto. in l. si libertus.ff. de furt.quod not.

c ℭCommunis cum alio. Adde & dic vt per Alex. in consi.ciij.in j.volu.Ber.
d Leue.adde & vide Alex.in cōs.cxv.in j. vol. & Cep.in consi.xxvj.qui in facto consuluerunt in ciuitate Brixiæ Ber.
e In vxore Adde & vide Petr.de Ancha.in consi.ccocix.Ber.

Avgvsti. Tu autẽ in hac materia,adde ꝙ licet vera sit ista cõclusio ꝙ si cõmodo tibi vnam rẽ ad vnum vsum & tu vtaris ad alium vsum ꝙ tu committis furtũ ꝙ vera ista esse intelligo nisi ille qui vtitur illa re ad aliũ vsum dominũ rei crediderit permissurum ꝙ ille vutatur illa re in longiorẽ vsum.Et ideo Ang.in l.inter omnes.§. recte.ff.de furt.dicit,ꝙ si commodo tibi vnũ equum per decem dies, & tu tenes illum equum per viginti,& asseris ideo hoc fecisse quia credebas dominũ equi faciliter hoc permisisse ꝙ hoc nõ est furtũ,quia nõ animo lucrãdi inuito domino hoc facis, aduertas ꝙ licet glos.insti.de oblig.quæ ex quasi delic.in.§.placuerit.ꝙ si fur habuit ab initio animum concurrentem,quia inuito domino ab initio non habuit rem furatã, sed dominus ab initio sibi dedit illã rem, puta quia commodauit librum & equum hæc pcederent. Secus si fur nõ habuit ab initio animum domini,quia inuito domino surripui rem tuam. Nã fur isto casu nunquã potest dicere ꝙ dominus potuit hoc non consentire,quia hoc non præsumitur,licet Bar. in d.§.recte. aliter videatur loqui quam illa gloss.tamen Ang. ibi dicit & melius ꝙ hęc relinquũtur arbitrio iudicis,dicit tamẽ Angel.vbi vnum verbũ periculosum,ꝙ si cõmodo tibi vnum equum, vt vadas in villã & tu ires ad bellum nunquam te excusabis ꝙ crederes dominũ realiter hoc permissurum,secus si commodo tibi per duos dies equum & tu teneres per decem dies ibi vide.
34 †Item inquantum dictũ est ꝙ si famulus furatur domino,& furtũ sit leue & nõ debet furca suspẽdi,nec agi potest furti. Et tempera & limita hoc procedere qñ semel hoc fecisset,sed si hodie surriperet rem vilem,& cras aliam,& alio die aliam, & pluries plures res viles furaretur,tunc deberet furca suspendi.Ita voluit Bal.in l.pe. C. de fur.qui ita limitat& temperat text. in l.respiciendum.§.furta domestica.ff.de fur.

35 *Furtum ad hoc quod committatur quomodo sit necesse quod aliquem spectet.*

35 Ange. †Et aduertas bene,qa in inquisitione dicitur dictã vestẽ spectantẽ & pertinentẽ ad dictũ Titium.Nã ad hoc vt furtum committi posset,oportet ꝙ res quæ auferet sit alicuius vel ab aliquo posideatur, vel aliquis in ea vsumfructum,vel aliquod ius habebat,vel sua intersit ex aliqua iusta & probabili causa scilicet ratione domini vel quasi,vel ratione possessionis vel detẽ-
a tionis a vel custodiæ.Alias autem si res esset hæreditaria & iacente hæreditate furtũ committatur nõ punitur,nec tenetur furti. l.hæreditariæ.cum l.sequen.ff. de furt. & l. manifestissimi. C.de furtis.in prin.& quod ibi not.gl.& omnes doct.& nõ mireris si supra dixi in diffinitione furti. quod non fit sine contractatione vel amotione.Eex quo sequitur quod rei immobilis nõ fit furtum quia contractari nõ põt.vt insti. de vsuc.§. quod autem. Si autem cretam aufero de tuo fundo,furtum committo,vt l.si cretã. ff.de fur.Vnde de fundo meo auferens lapides vel cretam me inuito, fur efficitur.

ADDITIO.

a ℭ Detentionis. Adde tu ꝙ ille qui capit fructus sui fundi non committit furtum in quo alias fuit missus in posesionem ex primo decreto, ita Rom. in consi.cl.& ibi vide & in consil.clxiiij.qualiter rei immobilis non fit furtum, & ibi qualiter sit formanda inquisitio de furto & vide eundem in consi.cxij.de subripiente falconem.

Avgvsti. Tu in hac materia, adde ꝙ intelligentia horũ quæ dixit glo.& Angel. in l.conquerebatur.C.vnde vi.& ibi per docto.& per gloss.instit. de vsuc.§.qđ autẽ.& in l.i.ff.de eri.expila.hæredi.vbi habetur ꝙ licet rei hęreditariæ nõ fiat furtum si tamẽ hæres postea adeat hæreditatem,& ipsi hęredi nullo modo posit cõpetere actio furti,tamen sibi competit condictio ex d.l.cõquerebatur.C.vnde vi. ad recuperandum dictam possessionem quia dicitur quodam modo

modo spoliatus, eo quod spoliatus fuit defunctus, quæ cõclusio an sit vera, vel falsa, omnino vide Angel. post gloss. qui ista declarat in d.l. conquerebat. Et vide omnino Ang. in d.l. hæreditariæ. & ibi vide Ang. aliter loquẽtẽ quã Bar. quare rei hæreditariæ nõ sit furtũ vt agi posit actione furti. De secundo tene menti & no. bene illã gl. in d.l. si cretæ. ff. de furt. q̃ dicit ꝙ si à principio ego fodio cã faciẽdi cretam & amoueo illã cretã de loco ad locũ, licet nõ abstulerim illã cretam nihilominus furtum est, quod not.

36 *Furtum an committatur quando aliquis putat aliquid facere domino inuito & tamen dominus erat uolens.*

36 ANGE. †Sed q̃d si aliqs putat facere aliquid ĩuito domino sed tñ dominus erat volens b, dicas ꝙ furtũ ꝑꝑ furantis affectionẽ cõmittitur sed tñ quia nõ facit inuito domino nõ oritur actio furti & sic de tali furto nõ põt puniri. l. inter. §. pe. ff. de fur. Et dicit domino volẽte fieri si semel dedit licẽtiã aliquo modo, vt ff. de fur. l. falsos. §. si qs. & l. cũ creditore. nisi in casu. l. si quis seruo. C. de fur. vbi est casus specialis ꝙ qñ ille actus ibi fit in seruo volẽte, tñ furtum ibi cõmittitur propter corruptelã illius persuadẽtis.

b Volens. Adde ꝙ pro hac decisione facit quod voluit Roman. in consilio cccxc. vbi quod auferens lapides de palatio qui habebantur pro derelictis non committit furtũ, nec quasdã cãnas quas dominus erat permissurus, licet ipse subtrahens cõfiteatur furtum fecisse quia in potestate sua non erat per suam confessionem facere furtum id quod vere non est furtum, Ber.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia, adde quæ dixit Bar. in l. inter oẽs. § recte. ff. de fur. in vlti. col. dixit ꝙ semper contra furẽ est ꝑ̃sumptio iuris dominũ nõ ꝑmissurũ se velle derobari, q̃a nemo ꝑ̃sumitur iactare suũ. l. qui vas. §. vetare. ff. de furtis & iõ dicit, ꝙ opus est ꝙ probet ipse fur dominum rei subtractæ consensisse ipso furto, per aliquas ꝑ̃sumptiones verisimiles. Et omnino vide Ang. in d.l. inter omnes §. recte. ff de furtis qui ponit vnã pulchrã cõclusionẽ, & vide Abba. in c. dudum. el. ij. extra elect. in vj. col. qui in hoc approbat dicta Bar. in d. §. recte. & vide Roma in consi. ccxc. q consuluit ꝙ ablatio lapidũ ex palatio, vel alio loco quæ habentur pro derelictis, & quæ capiuntur sub confidentia voluntatis domini non inducit furtum.

37 *Furtum quòd sit contracto animo lucrandi intelligitur respectu rei uel possessionis uel usus rei.*

38 *Fur habens animum lucrandi nõ totũ sed partẽ, an committat furtum totius, vel partis.*

37 ANGE. † Et aduertas ꝙ illud q̃d dr̃ ꝙ furtũ est cõtractatio aĩo lucrãdi, intelligas ꝙ habebat animũ lucrandi rem vel possessionẽ vel etiam tantummodo vsum rei, tũc de furto tenetur, vt l. j. ff. de fur. Si autem non haberet animum lucrandi aliquod cõmodum pecuniarium, sed tantummodo damnificandi dominum, vel causa libidinis hostium frangendo, vel amouendo, tunc non tenetur furti, vt l. verum. & quod ibi nota gloss. & Barto. & in l. fullo. ff. de furt. eod. titu. † Sed pone quod fur habet animũ
38 lucrandi partem a & non totum quod abstulit, & dic quòd quandoque totum cõtractatur, sed pars exportat, & tunc illius partis tantum fit furtum siue totũ, quòd constat ex pluribus separatis, vt l. vulgaris. in princ. & in §. si de naui. ff. de fur. siue sit totum integrale consistens ex partibus cohærentibus. l. si apes. in fin. ff. de fur. quandoq; totum exportatur, sed animus non est in toto. & tunc aut animus erat in qualitate rei, & totius fit furtum, vt d.l. vulgaris. §. si quis æs. aut erat totum indiuiduum, & tunc aut erat totum integrale & totius fit furtum, vt dicta l. vulgaris. §. idem Iulia. versicu. sed si causam, aut illud totum consistebat ex partibus separatis. & illius partis tantum in qua est animus, fit furtum, vt ff. ea. l. si qs æs. ita ibi Bartol.

ADDITIO.

a Partem. Adde Cep. in repe. auth. sed nouo iure, C. de ser. fugi.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia adde q̃ pulchre declarando dixit Angel. in dicto §. sed si damni. in d. l. vulgaris. qui dixit ꝙ qui dissoluit inuolutum vel cursellum pannorum, vel aperiendo armarium librorum. vel dolcum vini, vel granarium vbi est aceruus frumẽti, vel etiam ipsum aceruum manu tangendo, vel etiam ipsum granum in saculis ponendo, tunc in totum committitur furtum, licet ipsum integrale

totũ deferre nõ potuit, & de hoc est casus ĩ terminis in d.l.vulgaris.in princ.& si tu diceres ista videnẽ expresse contra dicta per Bar.in d.§.si quis æs. Respõdeo scd̃m Ange. ꝙ ista ꝓcedunt de rigore. Sed de æquitate in tñ cõmittitur furtũ, inquantũ exportatur, & nõ in plus. Et certe ista fuit sententia iuriscõsulti cum gl.sua in d.l.vulgaris.in princip.& rõ est ista scd̃m Ang.q̃a licet fur habuerit animũ lucrandi totũ, quia tãtummodo semel lucrari nõ potuit, scd̃m proposítũ propter grauitatẽ rei quã in totum exportare non potuit, dici oportet furtũ nõ cõsummatum perfecte, & ideo solũ de exportatis tenetur, sed vbi potuit solidũ exportari, ex quo à principio habuit animũ lucrãdi totum, & interuenit cõtractatio, licet postea eum pœniteat portare totũ per pœnitẽtiam nõ purgatur delictum perfecte cõmissum, vt l. qui ea mente.infra eodẽ. dicit ꝙ hoc voluit gl. in d. l. vulgaris.in §.itẽ si q̃s & in d.l.vulgaris. vers. tutius.& vers. licet. quos simul iunge, & multo fortius si nõ pœnituit facere, sed nõ voluit portare torsellum, dubitans ne propter eius magnitudinẽ ab alijs videreẽ, vt d.§. itẽ si quis.in vers. quid si totũ. Si aũt à principio fur dissolueret tursellum pãnorum quã poterat semel portare, totum, non vr̃ habuisse animum, nec semel nec inter plures vices totum portare, sed vnam rem voluit portare, tunc illius rei tñ fit furtũ, vt colligitur ĩ dictis glossellis & ita dicit hæc menti esse tenenda Adde tñ q̃ dixit Angelus, in l. si apes.ff.de furtis. in §.j. ꝙ actio furti põt cõpetere ẽt illi q̃ tm̃ hoc interesse habeat, ꝙ sperabat habere dominium illius rei, q̃ fuit subtracta, & de hoc recordor patrẽ meum in allegatis habuisse maximũ honorẽ. hoc dico q̃a s. dñs Ang. dicit, quod sufficit ꝙ sit interesse respectu rei, aut possessionis, vel vsus rei.

39 *Auferens animo lucrandi, si postea pœnitentia ductus uoluit restituere, an teneatur furti, & quid si à principio abstulit animo restituendi domino rei.*

39 ANGE. † Sed q̃d si aliquis aliquid abstulit animo lucrandi, & postea pœnitentia ductus voluit restituere teneẽ furti, dic tamen vt habetur in l qui ea mente.ff.de fur. Si autem à principio abstulit animo restituendi ei cuius esset non committit furtum. l. falsus.§.qui alienum.ff.de fur.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia, adde quia ista est maxima materia, quæ pulchre scripsit Ioan. Andr.in c.cum laici.extra de iure patro.ad quam doctrinam omnes recurrunt quando pœnitentia excusat in delictis vel non.aliquid ꝑ Bal.in l.j.C.de plus petitio. Et bñ faciunt ea q̃ scripserunt Cy. Bar. Bal. & Sali.& Mod.in l. si quis nõ dicam rapere.C. de episco.& clericis.

40 *Furtiua condictio non infamat, actio uero furti infamat etiam si iudex diceret condemno cum hoc quod non sit infamis.*

40 ANGE. † Et aduertas ꝙ cõdictio furtiua nõ infamat.l.cessat.ff. de act.& obliga. sed actio furti infamat ẽt si iudex in sententia diceret condemno te ex tali furto cum hoc ꝙ non sis infamis, vt l.non potest.& ibi Bartol.ff.de furtis. Vnde cautela est quando vis etiam consequi pœnã, & quòd non infametur quod agas certi condictione generali ad duplum vel quadruplum, & in dicta conditione includi debet quid certũ, & consequeris etiam pœnam, & fur non infamabitur. ita dicit etiam gloss. & Barto. in l. certi condictio. in princip.ff. si certum petatur. & facit ad prædicta institutio de pœna teme.li.j.§.penulti. & quando est semper furtum non manifestum, clarum est quod ciuilis pro furto manifesto est prætoria, & tamen vtraque licet pro manifesto sit prætoria, durat xxx. annis, vt institu.de perpe.& tempo.ac.§.j.& hoc propter odiũ tanti sceleris. Vnum tamen scias quòd licet tanto tempore duret, tamen ipso iure tollitur etiam pacto nudo, vt l. si tibi. in princip.& l.si vnus.§.pactus.ff. de pac. & vtrobique gloss.& Barto.

AVGVSTI. Tu adde hic vnum notabile verbũ ꝙ licet oĩa iura dicant, & affirment istã cõclusionẽ ꝙ actio furti infamat, sed cõdictio furtiua nõ. Tñ scias ꝙ si q̃s ꝑ condictionẽ furtiuã esset cõdẽnatus ad restituendũ mihi res derobatas, illa cõdictio furtiua aggrauat opinionem illius penes bonos & graues homines.gl.est sing.in l. sed si.§ ꝑtor.in verbo, sigillat.ff.de in ius voc.quã gl. sẽper teneas mẽti. Et de his q̃ s. dicta sunt adde omnino, & vide Mod.in l.si tibi, & in l.si vnus.§.pactus.ff.de pact.post gl. Bar.in & Ioã.Fab.institu. de perpe.& tẽpo.ac.§.j.

Furandi

41 *Furandi animo quis accessit ad banchum Titij, sed non potuit, quia uisus fuit per eum, tamen non stetit, an teneatur pœna furti.*

41 ANGE. † Quęro, aliquis accessit ad bãchũ Titij animo furandi, & nõ potuit, quia visus fuit & per eũ non stetit quin furtum committere, an teneatur furti, dic quòd pęna furti non punitur, sed pœna extraordinaria, vt est tex. & ibi Bartol. in l. saccularij. ff. de extraordi. crimi.

AVGVSTI. Tu adde ꝙ Bart. expresse hoc idẽ vr̃ affirmare in l. vulgaris. §. furti. ff. de furtis. & vide q̃ not. dixit Bal. in l. si quis non dicã rapere. C. de epis & cle. qui attingens istã difficultatẽ de fure qui fuit visus ingredi domũ & captus nõdum delicto cõsummato, qua pœna puniri debet, dicit ꝙ alibi melius non probatur quam in d. l. penult. & multum exclamat de illo tex. & dominus Cataldi. in tracta. syndica. quæstio. cxcvj. ibi dicit quòd talis potest fustigari vel puniri, iudicis arbitrio. Et vide Albe. de Rosa. in secunda parte statutorum. quæstio. clxv. qui ponit de illo qui cogauit facere delictum, & venit ad actum proximũ & non perfecit qua pœna puniatur.

42 *Petens & exigens ut procurator Titij scienter, & sciens se nullum habere mandatum, an ex hoc dicatur fur.*

42 ANGE. † Quæro aliquis vt procurator Titij scienter petit & exigit, & in veritate nullũ mandatũ habet, & ipse procurator bene scit se nullũ mãdatũ hĩe, an ex eo ꝙ sciẽter exigit, dicat̃ fur, dico ꝙ dr̃ fur & ma-
a nifestus, a vt no. Bal. tit. de pace iur. fir. in c. j. vers. in rubrica &c. quod no. facit. l. falsus. cum materia. ff. & C. de fur. l. falsus.

ADDITIO.

a ℭ Manifestus. Adde tu vt per Ioan. Andr. in addi. Specul. in rubri. de solut. & per Angel. in consi. ccxcj. Ber.

AVGVSTI. Tu adde ꝙ dubito ꝙ iste doctor errauerit, quia Bal. ĩ d. l. j. in §. furtum. de pace iur. fir. in ij. col. ibi quæro an falsus procurator faciat furtum manifestum, expresse Bald. ibi dicit contrarium, quia dicit quòd bene committitur furtum, sed dicit quòd non punitur pœna furti manifesti, & Bald. non punitur dicere contrarium, quia de hoc est casus in terminis d. l. falsus. C. de furtis, quem tex. colligit Bald. ibi.

43 *Furto rebus mihi subtractis, si suspicor illas esse penes aliquẽ, an possum petere officio iudicis quod fiat mihi copia perquirendi in domo illius.*

43 ANGE. † Et bene nota quod de rebus mihi subtractis quas suspicor esse penes aliquẽ, possum petere officio iudicis, quod mihi fiat copia perquirendi in domo illius, & iudex hoc facere debet, vt l. j. §. hoc aũt & l. diuus. ff. de ser. fugi. & l. requirendi. C. eo. ita tenẽt ibi Doct. quod etiã est verum non tantum in vno territorio in quo factum est furtum, sed etiã si Aretii sit mihi factũ furtum, & fur conuolauit Bononiam, & assignauit vnam rem subtractam, possum petere hoc autoritate legis quæ suum vbiq; extendit vigorem, vt l. ii. C. de cur. & coar. libr. xj. inquirere in domo illius de re mihi furata, ita dicit Bal. in d. l. requirendi.

AVGVSTI. Sed adde tu vltra Doc. ꝙ iste passus est dubius, sed Raph. Fulg. in d. l. requirendi. altius exorditur istã materiã dicẽs ꝙ gl. nostra tenet ꝙ imo ꝑ furto non licet inquirere & perquirere in domo aliena, & istã sñiam sequuti sunt Iac. de Ra. & Petr. sibi eã adscribentes, & istã sñiam sequuti sunt secundũ eum Bar. Bal. & Ange. adiicientes duas exceptiones prima fallit gratia publicæ vtilitatis per l. facultas. C. de iure fisci. lib. xj. Secũda est nisi essent indicia ꝑ quæ euitatur suspitio, ꝙ res furtiuæ essent in domo illius, & dicit ꝙ hoc mõ põt saluari opinio Odofr. qui tenuit ꝙ imo licebat inquirere furtum in domo aliena, quã sententiam tenebat Franc. Accur. & Nicolaus Matharelli. & Ray. nam dicit intelligamus opin. horum in illis casibus duobus, & subdit ꝙ cum tractatur de modico ꝑiudicio, sufficiunt indicia leuia, scd̃m Bald. ibi, & iõ dicit Rapha. solum iuramentum sufficere, & hanc sententiam approbat Pe. de Anch. in cle. j. de vsu. in §. j. dicens ꝙ ista fuit originalis opin. Marti. de Fano. scilicet ꝙ vbi iusta præsumptio mouet iudicẽ, possum inquirere in domo aliena de furto, & certe hæc fuit sententia Specu. in tit. de instr. edi. in. §. dicendum. tex. in vers. pone instrumẽta & Iaco. Fabr. insti. de oblig. q̃ ex delictis.

in §.conceptum.vide tñ Sal.in d.l.requirēdi. qui vr̃ restringere istam cōem sententiã, & ibi vide eum ponētem, an requiratur citátio in alieno territorio.

44 *Crimen rerum amotarum non comprehenditur sub præcedenti uersiculo, nec crimen expilatæ hæreditatis, quod crimen hæreditatis expilatæ largo modo est furtum.*

45 *Procedendum non est de similibus ad similia, ut statutum loquens de furto comprehendat crimen expilatæ hæreditatis.*

44 ANGE. † Et prædicta non procederent in crimine rerum amotarũ, nec in crimine expilatę hęreditatis.l.j.& ij.& ibi Bar.ff.rerum amotarũ.& in toto tit.C.& ff.de crim. expila.hæred. Sed largo modo sumptũ crimē expilatæ hæreditatis dr̃ furtum.[b] & sic est improbus fur, vt no.gl.& doct.in l.si te. C.de infa.quod Bal.ĩ d.l.his.C.de fur. dicit esse notãdũ, & vtile ad statuta quæ loquunt̃ de furtis, vt contineatur publicus & famosus expilator hæreditatis, procedēdo de similibus ad similia, imo de minorib⁹ ad maiora, seu de positiuo ad cōparatiuum, & per locũ à maiori & minori, vt talis possit furca suspēdi, vel alia pœna affligi vigore statuti loquētis de furto, quod nō est not. ꝭm Bal. ibi, & qđ dictũ est de actione rerũ amotarũ[c] est verũ nisi post solutũ matrimoniũ mulier cōtractet, & tũc ēt furti tenet̃, vt est tex.in l. iij.in prin.ff.rerum amotarũ. quod not.cōtra mulieres q̃ in vita mariti aliquid amouent, & eo mortuo contractant de loco ad locum, quia etiam furti tenentur.

b **Furtum.** Adde tu ꝙ Cep. in cons.lxviij.sequitur opi.Bal.& ꝙ in criminalibus possit procedi de similibus ad similia, vide Bar.in cons.xj. Ber.

c **Amotarum.** Adde tu,& dic, ꝙ constante matrimonio non potest de furto accusari, ita Pet.de Anchar.in consi.cccix. Ber.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia actionis rerum amotarum, adde ea quæ dixerũt Spec.& Io.And.in tit.de fur.in §.j. versicu. pone constante. qui dicunt etiã ꝙ actio famosa furti, non pōt esse inter virũ & vxorē. Et ideo propter res contractas datur actio rerum amotarũ. & ibi vide Spe. ponentem formam libelli.& ibi Ioã.And. dicit ꝙ octo requiruntur ad hoc vt dicuntur rerũ amotarum, quæ numerat Rofre.in sum.sua. tit. rerum amotarum. Et late posuit Hosti.sub rub.de dote post diuor.restituta. sub §.fin. & ēt ibi dicit Ioã.And. ꝙ si diuortio facto, vxor illa quæ fuit vxor amoueret, teneret furti, per d.l.iij.ff.rerũ amotarum.& ibi disputat ēt an cũ hodie matrimoniũ nō possit separari ne fiat diuortiũ, an hodie de iure canonico ista actio cesset? ibi vide.& per Doct. in rub.C.eo.& per Bar. in locis supra allega. Itē adde ꝙ Sal.ibi multũ terribiliter arguit per sex rōnes contra illam decisionē Bal.quã fecit in d.l.de his. & idē fecit Sal.in d.l.si reprobãs.

45 † ꝙ nō est procedēdũ de similibus ad similia, vt statutum loquens de furto comprehendat crimen expilatæ hæreditatis.& dixit Rom.in l.gærit.ff.de acqr. hære.quòd opinio Bal.in d.l.de his.est falsa de iure, & reprehendit assessores qui eam sequuti sunt.dixi etiam supra in prin.huius glos. & certe miror de domino Bal.quòd in re tam periculosa ita errauerit.

SVMMARIVM.

1 *Accusatio & inquisitio an debeant continere ualorem rei subtractæ.*



VALORIS & communis æstimationis florenorũ decem, & de loco ad locum contractãdo: quo voluit asportauit, & vt prędictus Caius omnia huiusmodi cōmittere posset.]

1 † Ista verba cum ministerio apponuntur, & apponi debent in inquisitione & accusatione, vt simus certi quæ pęna veniat imponenda maior vel minor.nã si valor rei non apponitur, tunc assumimus pœnã quæ est mitior seu minor. vt l.interpretatione. ff.de pœn.& l.præses.eodem tit. & ita dicit Bar.[a] in l.Pedius. § diuus. ff. de incend.rui. naufr. quod dicit esse not.ad statuta cōmuniter per Italiã quæ disponunt furibus esse imponendã maiorē vel minorē pęnã secũdum valorem rei subtractæ, quod not.

ADDITIO.

a ¶ Ita dicit Bar. Vide tu ibi do. Alexã.in apostil. & ibi dicit ꝙ æstimatio est apponenda in inquisitione vel accusatione, alleg. Ro.in l.si familia.& in l.magistratibus.ff.de iuris.om.iud.quinimo si in inquisitione diceretur vestem cœlestemm valoris florenorum x. saluo errore calculi talis inquisitio non ꝓcederet: vt voluit Barb.in cōs.cvj. j.vol. incip.verba accusationis.et licet Bar.in d.§.diuus. dicat de processu parti. dicit de libello qui est processu.c.quoniam contra.de proba.& de prædictis vide Barb.in cons.xvj.in ij.vol. Ber.

AVG.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia, adde quòd d. Ang. hic nimis se arctat dum dicit quòd opus est quòd in accusatione, vel inquisitione, valor rei subtractæ apponat. Nã dico quod idem erit si in processu hoc appareat, licet in inquisitione seu accusatione non sit appositus valor, per ea quæ habentur in l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. & ideo si recte ponderentur verba Bar. in d. l. Pedius. Bart. ibi dixit ꝙ opus erat quòd in processu hoc appareat, nec Bar. ibi dixit ꝙ in accusatione ista apponatur, vel inquisitione, & ideo sufficeret ꝙ in accusatione diceretur, accuso te quod talẽ vestem mihi surripuisti, quæ est talis coloris & talis magnitudinis, iuxta formã traditam in l. si cum rem. ff. de rei vendi.

SVMMARIVM.

1 *Auxilium cum armis præstare an dicatur astãs armatus licet non euaginet, & an insultum & uiolentiam facere dicatur.*

2 *Associãs aliquem ad delictum committendum, an præsumatur præstare opem.*

3 *Armatum stare cum aliquo, & tamen ei opem non præstare quomodo est possibile.*

4 *Assistens delicto an præsumatur assistens ad auxilium, quando aliud non apparet.*

5 *Bastono aliquem percutiens, gente congregata si illum occidit quem bastonare uolebat, an astantes teneantur de occiso.*



Ictus Andræas armatus quodam ense de ferro quẽ habebat ad latus.] 1 † Not. ꝙ iste Andræas armatus non euaginauit cultellum, nec manus posuit ad arma, & tñ dr̃ præstitisse auxilium cũ armis. Nã sufficit quòd quis habeat arma ad latus, licet nunq̃ manũ ad arma ponat, vt dicatur insultus, vel violentia. vel præstare auxiliũ cũ armis, quia ꝑ arma q̃ habet ad latus & ad sui petitionẽ ipse redditur audacior, & aduersarius timidior, ideo de insultu, violentia, vel auxilio cũ armis præstito punitur. ita sing. dicit Bar. in l. 2. §. j. ff. de vi & vi arma. qđ no: quia semel illud dictũ habui de facto nursiæ, nã armatus præsumitur de rixa & bello cogitare, vt nota. glo. in l. licet. C. de pact. Bald. & Salice. in l. j. C. de ser. fugi.

AVGVSTI. Tu adde ea q̃ dixit Bal. in c. j. §. si quis rusticus. de pac tenẽ. & eius viola. & vide Alb. de Rosa in ij. par. statuto. q. xxxiij. qui alleg. Iac. Bu. tenere ꝙ si ille nõ euaginauit arma, non dr̃ aggressura facta cum armis, vide tñ ibi Albe. alleg. quod in contrariũ faciat. Et in hac materia adde q̃ dixit Bal. in l. non iõ minus. in vlt. col. C. de accu. q. dixit ꝙ licet quis stet à remotis, tñ si offendens reddit audacior, & offensus timidior, tenet de ope. 2 † Et tene mẽti q̃ dixit Inno. in c. continentia. de clerico percusso. ꝙ ille q. associat aliquẽ ad delictũ cõmittendum, ꝓsumitur ꝓstare opẽ, & maxime ꝓsumitur si erat armatus, sequitur Bald. in l. 1. C. de ser. fugi. in ij. col. & Bal. i c. j. de benef. fra. & quod dixit Inn. in d. c. cõtinẽtia. ꝙ ille qui stat armatus cum aliquo dicat ꝓstare auxiliũ, licet nullũ actum faciat, voluit Bal. in l. raptores. C. de epis. & cle. & vide Bal. in repeti. l. j. in fi. C. vnde vi. Vide tñ pulchra verba Bal. in l. data opera. C. qui accus. ĩ fi. in penul. col. qui docet quomodo possibile 3 est ꝙ aliquis stet armatus cum aliquo. & tamen non dr̃ ꝓstare auxilium. Et in hac materia mihi placet sententia Bal. quã non posuit in lectura, sed in additionibus suis in l. j. ff. de ser. corrup. qui quærit nunquid quilibet assistens dicatur fauere maleficio, & dixit ꝙ non, nisi ad hoc assistat, vt l. prætor. §. homines. vi bono. rapt. dicit tñ ꝙ ille qui est cum aliquo, & ex hoc ille redditur audacior & securior ad maleficiũ perpetrandũ, licet ille nullum actum faciat, tamẽ ipso iure dicitur præstare auxilium, vt not. in glo. de facto in l. 2. §. etiam quis. ff vi bo. rapto. 4 nunquid autem præsumatur ad hoc assistere si aliud non apparet. Respondet ibi Bal. vr̃ quòd non, quia non constat de effectu assistentis, & volũtas, & propositum distinguunt maleficium. concludit tñ Bal. ꝙ iudex debet hoc arbitrari ex circunstantiis. arg. l. j. si quis in villa. ff. ad Sillan. & §. cùm dominus. & hæc not. tu quia pulchra. & dicit Bal. in l. ob hec verba. ff. de his qui notã infa ꝙ ille qui stat armatus cum aliquo, & à remotis stat, vel ex incidenti superuenit nõ dr̃ præstare auxilium, & de associãte qñ dicatur præstare auxilium ad maleficiũ, vide Bal. in l. pen. & vlt. col. & in l. nõ ideo minus. C. de accu. Et per prædicta patet an vera sit sententia Rom. in l. j. §. sed in eo. ff. ad

Silla. qui dixit quòd licet probatum sit Titiũ fuisse præsentẽ tẽpore maleficij perpetrati, tñ pp hoc non vr̃ probatũ esse Titiũ pstitisse auxilium maleficio, qđ tñ duobus modis limita scđm Bal. Primo nisi pbatũ sit ipsum associasse delinquentẽ ad maleficiũ pperãdum, per doctrinã Bald. quã posuit in c. j. in ver. cũ do. de pace iur. fir. Secũdo nisi pbatum sit Titiũ fuisse psentẽ maleficio, & armatũ cum armis, licet nullũ actũ fecerit per doctrinã Inn. in d. continentia. q̃ doctrina an sit vera vel falsa, patet ex supra dictis & dicetur infra in glo. dicto maleficio semper astit. t ĩ q̃stione q̃ incipit, quæro qñ duo simul stãt. Et adde oĩo multa pulchra verba q̃ posui supra in gl. in verbo, Andreã auxiliatorẽ. in antepe. col. dũ tracto an vera sit cõclusio Bar. quã posuit in l. si in rixa. ff. ad l. Cor de sicc. ibi vide qũo põt esse quòd vnus armatus psens non teneaẽ de auxilio. Et vide vnum pulchrũ consilium Ro. ĩ cõsi. suo xvij. quod incipit, ꝙ præmissa statuti particula loquẽs de pœna & vide pulchra verba Pet. de Anch. in regula, accessorium. extra de reg. iur. in vij. q. prin. ı ver. sed iuxta pdicta q̃ro ex quibus actibus quis dicaẽ præstare opẽ. Intellige tñ prędicta scđm ꝙ consuluit Pau. de Ca. in consi. suo cxc. quod incipit, in causa incarceratorum per pote-
5 statẽ Mantuę, qui dixit † ꝙ si bastonaui aliquem, & congregaui gentẽ, & nihilominus ego occidi illũ quẽ volebã bastonare, ꝙ illi astãtes cõgregati nõ tenẽtur de occiso, qa ad hoc propositum ipsi nõ erãt coadunati. scilicet ad homicidiũ perpetrandũ. hoc dixit Pau. de Ca. in ij. col. illius consilii. & alleg. Ange. hoc voluisse vt ibi. & iõ consuluit Pe. de Ancha. in consi. suo ccxvii. in fi. illius cõsilii, quod si sunt tres in vna rixa, & vnus occidat, alii duo nõ possunt puniri tanq̃ socij & auxiliatores, quia ad hoc principaliter non erant coadunati. Vñ oẽs censentur principales, & prout deliquerunt puniendi sunt. & ideo dicit ꝙ non debemus dicere ꝙ ibi affuerint causa pbẽdi auxilium & fauorem illi occisori, sed tanq̃ principales cẽsentur, & hoc est quod dixit Bal. in l. non ideo minus. C. de accus. in vlt. col. ꝙ quando plures sunt in aliquo loco congregati, & quilibet facit, quilibet tenetur prout facit, & pter hoc non probatur ꝙ alter alteri præbeat auxilium, licet probetur ꝙ ipsi fuerint simul in illo directo, nisi probaretur clare, ꝙ vnus impedisset auxilium alteri, vide q̃ dicentur infra in sequenti gl. & vide Ro. in sing. primi anni ccxlij. & do. Catal. in trac. synd. q. cxciiij. qui dixit ꝙ in vna adunatione gẽtiũ nemo teneẽ de auxilio, nisi quatenus tulit. alle. Inn. ĩ c. sicut dignũ. de homi.

6 *Statuto puniente violentiam factam cum armis, uel sine, an comprehendat etiam mulieres quæ committunt etiam violentiam cum armis, uel sine.*

6 Ang e. † Quid si statutũ punit violentiã factã cum armis, vel sine, an cõprehendat
a etiam mulieres [a] quę etiam comittunt violentiam cum armis vel sine. Dic quod sic. ita no. Bal. Ang. & Imo. in l. si constante. §. fi. per illum tex. cum gl. ff. solu. mat.

ADDITIO.

a **Mulieres.** Adde & vide Alex. in consi. cxxxv. in j. vol. & Cep. in cons. xxvj. & ibi an statutũ ꝙ fur famosus furca suspendatur, comprehendat mulieres, & quando in statutis masculinũ cõprehendat fœmininum, vide do. Alex. in cõs. 80. in j. vol. & in cons. xxiiij. secundo volu. Ber.

Avgvsti. Tu adde ꝙ ista quæstio dependet ab illa quæstione, an in statutis masculinum concipiat fœmininum. de quo p doct. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. & per docto. in c. canonum statuta. de constit. Bar. in l. j. ff. de verb. sig. & in l. in iura. ff. de leg. & in l. si quis in tantam. C. vnde vi.

7 *Statuto dicente quicunque inuentus fuerit cum armis, uel inuentus de nocte, uel ludere ad azardum intelligitur inuentus supple & apprehensus.*

8 *Statuto dante præmium officiali inuenienti, puta aliquem cum armis an intelligatur de inueniente & apprehendente.*

9 *Statuto puniente mulieres inuentas cum perlis, an sufficiat eas esse uisas, uel oportet esse apprehensas.*

7 Ange. † Et facit si statutum dicit quicũque inuentus fuerit cum armis, vel inuentus de nocte, vel inuẽtus ludere ad azardũ, quia tale statutũ intelligitur inuẽtus, supple, & apprehẽsus, vt l. si barsatorã. C. de fideiuss. & ibi gl. Cy. & Bal. & no. Bar. Ange. & Imo. & Lud. de Ro. ĩ l. j. ĩ prin. ff. de acq. poss. alias autem licet inuentus fuerit cũ armis, si tamen non fuerit apprehẽsus nõ tenetur

netur pœna statuti Sed Ang.in l.3.§.Neratius.ff. de acquir. posses. dicit q̄ imo tenet pœna ordinaria statuti,[b] quia statutum nō videtur considerasse apprehensionem personæ,sed intentionē delicti, alias aūt cōuicto ludente pōt imponi pœna statuti, q̄ dr̄ inuentus deliquisse, quia delicto cōuincit, vt l.j.C. de rap. virg. † Sed si statutū præmiaret officialē inuenientē, dic q̄ cū statutū exorbitet à iure cōmuni officialis nō cōsequetur p̄mium,nisi ludentes vel portātes arma,vel euntes de nocte personaliter reperierit,& apprehenderit, ita loquitur d.l. si barsatorū.sed Imo.in d.§.Neratius. & forte verius dicit q̄ forte hoc casu satis dr̄ inuentus si conuincitur,vt l.j.ff.de rap. virgi. & in c.j.ad fi.de dila.nec obstat d.l.si barsatorū.qa p̄miserat inuenire barsatorē latronem, & sic verisimiliter vr̄ intellexisse de actuali,& reali inuentione,& apprehensione,& iō nō sufficit tunc doceri vt ibi.Sed in casu nr̄o statutū solū considerasse vr̄ odiū delicti,q̄ ratio locum hēt vniformiter,quādocunque & quomodocunque delictū pateſiat,vt possit puniri,& iō vr̄ sufficere si familia vel officialis inueniat eum ludentem, vel de nocte euntē, vel arma portare, licet actualiter nō apprehendat, dūmodo possit hoc probare per testes ibi assistentes, quia talis inuentus fuerit per officialē.licet apprehēsus non fuerit vt delinquens teneatur pœna statuti & officialis habeat præmiū statuti.dicit tamen ibi Imō. quòd p̄p autoritatē tē Cy.& Bart.forte eorū opinio seruaret in practica, & quia in pœnalibus mitior via eligitur, vt l.si præses.& l.interpretatione. de pœ.Ego credo opini.Imo.veriorem per rationes suas.& adde quæ dixi supra in glo. super verbo,cum vno stocho.

b ¶Statuti. Adde & vide Alex. in consi.xxiiij. in ij.volu.Ber.

Augusti. Tu aūt in hac materia, adde qđ Cy.Guil.de Cu.& Ia.de Are.in l.licet.C.de acq.pos. expresse tenent q̄ nō dicitur inuentus nisi q̄ fuit apprehēsus, & ad hoc possunt allegari multi text. licet etiam in contrarium possent allegari alij casus,& istam partē tenet etiam Paul.de Ca.i d.l.j. ff.de acqui. pos.& Bal.in l.item lapilli.in fi. ff.de rer.diui.& Ang.in l. qui seruum.ff. de ver.ob.& allegant etiam Ang. hoc voluisse in l.si fugitiui.C.de ser. fugi. Sed in lectura mea hoc nō habeo, sed pōt hoc esse alia lectura Ange qa duæ lecturæ reperiunt, vna Paduana,alia Perusina.& ita ōt tenuit Alb. de Ros.in l.q̄ ait.ff.de adul. Adde Albe. de Ro.tetigisse istā difficultatē ī ij.par.statuto. q.cxvj.q̄ inc. si statutū dicit si quis fuerit inuentus ludere ad taxillas &c. vbi arguit ad partes,& tandē cōcludit q̄ Iac. de Are.expsse tenebat q̄ nō sufficit quē esse cōuictū p̄ p̄bōnes in isto, casu sed opus est inuētū esse,& idē Alb in alphabeto i lect.j. i verbo, inuētus.Sed p̄ decisione huius q̄stionis nō omitto ea q̄ sing.tradit Ange. p̄ illū text.in auth.de sanct.epis.in §.reuerēdissimus, vbi p̄ illū text.in verbo,inuētus.dicit q̄ tex.probat q̄ ille dr̄ inuētus q̄ nō est inuētus, sed tātūmodo per p̄bationes est cōuictus.Et iō si statutū punit inuētū facere homicidium, nō opus est q̄ inueniat in p̄sona & in materia flagrāti. Sed sufficit si est cōuictus p̄ p̄bationes. Sed Ang. mirabiliter dat istā regulā q̄ vbi inuenio nō est crimē,sed factū de per se est crimē absq; inuētione. Tūc sufficit si fit p̄batio per testes, puta q̄a occidere hominē est homicidiū sine inuētione, & iste est casus in d §.reuerēdissimus. cū si.Secus vbi delictū nō esset delictū sine inuētione. Et dat exēplū de statuto puniēte arma portātē,puniatur in tm̄, quia isto casu statutū nō punit portātē simpliciter, sed inuētū portare arma, quia sine inuentione crimen nō est,qm̄ statutū,crimen facere voluit. Et idē dicit in statuto dicēte, si q̄s iuerit de nocte,& fuerit inuētus, nā ire de nocte nō est maleficium cū vadit de nocte, & ideo necessaria est inuentio,& ita practicat. Adde tn̄ ī quantū dicit q̄ portare arma nō est p̄hibitū nisi sit inuentus, hoc vr̄ esse cōtra ea q̄ habētur per tex.& Bal.in c.j.§.si quis rusticus.de pace tenē. vbi dr̄ q̄ ille qui portat arma vetita perdit arma. & maxime secundū Bal.ibi portat p̄sumitur habere malum animum. Et ideo ille tex. videtur permittere quòd possim portare arma in itinere,sed
9 nō per ciuitatē. Et †tene menti q̄ dixit Bal. in d.l.item lapilli. q̄ statutum puniens mulieres inuentas cū perlis,si sunt visæ mulieres cum perlis per officialem & non apprehensæ, non poterūt puniri tales mulieres, nec incidunt in pœnā statuti, & teneo istā partem tanquam mitiorem.

SVMMARIVM.

1 *Astare maleficio committendo per alium nihil aliud est quã praestare opem dicto maleficio.*
2 *Iudex quae verba debet ponere in inquisitione si vult quòd ille qui percußit non lætaliter teneatur de occiso*
3 *Vulnerans potest teneri tanquam principalis & tanquam opem præstans.*
4 *Libellus continens quòd quilibet sibi adinuicem præstiterunt auxilium & fauorem quomodo procedat.*
5 *Vulnerauerunt Titium duo, quorum intulit in cute vulnus mortale alter non, moritur Titius, an ille qui intulit vulnus non mortale debeat mori.*
6 *Vulnerauit dominus vnum mortaliter, famulus postea de facto occidit illum, an dominus debeat decapitari.*



Icto maleficio semper astitit, & prædicta, & quodlibet prædictorum facta commissa & perpetrata fuerunt per prædictos inquisitos, & quemlibet eorum singula singulis referendo supradictis modis locis, &
1 potissimum.] † No.[a] bene ista verba, quia
2 astare maleficio committendo per aliũ nihil aliud est quã præstare opem dicto maleficio, qm̃ propter talẽ assistẽtiam quã facit ille Andræas, iste Caius erat audacior, & vulneratus timidior, igit̃ dr̃ pstare opem. Ita singulariter dixit Bar. i l. si in rixa. in pe. col. ff. de sicc. & l. qui seruo. §. fi. ff. de fur. & dixi supra in verbo. Andræã auxiliatorem. in prin. & no. Inno. in c. continentiam. de cle.
2 percus. ex quo no. † ꝙ qñ sunt plures vulnerantes. quorum vnus intulit vulnus lætale, si tu iudex vis ꝙ illi qui prius percusserunt non lætaliter teneãtur de occiso, apponas post illationem vulnerũ cuiuscunq; ꝙ dicas & vnus alteri dicto maleficio, vt habilius cõmitti posset sem p astitit ita sing. dixit vt habilius Bar. in d. l. si in rixa. tũc q primo intulit vulnus non letale, licet ex suo vulnere nõ deberet teneri đ occiso, tñ q a astitit vulneri lætali cõsocii, tenet̃ de ope pstito homicidio. Nõ aũt pstiterunt auxiliũ & fauorẽ. Nã ex tali inquisitione nõ põt sequi cõdẽnatio de auxilio, q a nõ exprimitur qualiter auxilium & fauorem præstiterunt, & ideo dicta verba debẽt intelligi in benigniorem partem, vt d. l. si præses. intelliguntur ergo si percutiẽdo ego præstiti auxilium tibi, & tu percutiendo præstitisti mihi, & sic actus meus fuit auxiliũ tibi, & tuus mihi, sed de isto meo actu punior vt principalis, ergo đ eodẽ vt prestãs opẽ nõ debeo teneri, sed vt dixi in inquisitione debet dici ꝙ vulnus alteri, & alter opẽ pstitit assistẽdo dicto maleficio, vt habilius cõmitteretur, & si vnus pstitit auxiliũ per aliũ actũ, q̃ per illũ de quo principaliter punitur, q oĩa singulariter nota in practica. Et vide ẽt circa hoc quod no. Sali. in l. i. C. de rap. virg. versi. qro vi. si plures &c. Quod intelligas, vt dicã infra ea. gl. in vers. (& aduertas bene &c.) aduertas tñ si tu adderes in inquisitione & diceres, & dictus Andræas pstitit auxiliũ, consiliũ, & fauorẽ, & sic adderes prædictis consiliũ tunc ex eo ꝙ dicit consiliũ posset puniri, vt pstãs opem, etiã si in inquisitione non sunt dicta verba, vt habilius cõmitteretur semper astitit dicto malefic.o, quia præstans consilium dicitur præstare opẽ, vt d. l. qui seruo. ff. de fur. & sic istud consiliũ de necessitate præsupponit alium actũ q̃ illum de quo ipse inquisitus est, & quod ipse manibus propriis commisit, merito ẽt tenetur de ope & auxilio. ita sing. dixit Bar. in d. l. qui seruo. §. fin.

ADDITIO.

a ¶No. bene. Adde tu & vide late d. Alex. in consi. xv. in j. vol. & consi. xiiij. in iiij. volu. Pet. de Ancha. in consi. ccccxvij. & Cep. in consi. j. consi. ij. & consi. xxxiiij. Ber.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia adde ꝙ in hoc ego non discordo me ab his q̃ dicta sunt hic per d. Ang. in quantũ dixit ꝙ possibile est ꝙ in vno homicidio qs teneatur tanq̃ principalis, & etiam tanq̃ opẽ prestans. † Et ideo Bal. multum eleganter in l. 3
nõ ideo minus de accu. in antepe. col. dixit, ꝙ alias quidã Perusinus qui cũ vno famulo suo occiderunt Titiũ, qui Perusinus ille cum vno cultello vulnerauit Caium, famulus vero cum alio cultello intulit aliud vulnus adeo ꝙ ille mortuus est. Modo quærebatur an iste Perusinus teneatur tanq̃ principalis, & etiam tanq̃ opem præstans, effectus est magnus, q a si tenetur tanq̃ principalis pœna non erat capitalis propter statutum, si tenetur tanq̃ opem prestãs, pena est capitalis dicit Bal. ꝙ breuiter fuit allegatũ, ꝙ cũ essent duo vulnera illata, vnũ ab illo Perusino

Perusino in capite: alterũ à famulo in fianco ꝙ ipse de suo vulnere teneretur tanquam principalis, ꝙ de vulnere illato per famulũ teneretur tanꝗ opẽ præstans, quia iste malefactor nõ eodem, sed diuersis respectibus teneretur, sed respectu diuersorũ vulnerũ, & si diceretur ꝙ ex istis vulneribus non sequitur nisi vnus effectus, scilicet mortis. Ergo debet pro vno reputari. Rñdet Bal. hoc est verũ qñ eẽnt illata ab eodẽ, sed qñ duo vulnera inferuntur à diuersis cuilibet attribuitur ius insolidũ ac si ista vulnera essent illata in persona diuersorũ: alleg. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. & dixit ꝙ ita fuit de facto iudicatũ: & dicit Bal. ꝙ credit ꝙ ista sñia fuerit iusta, quia in inquisitione continebatꝰ distincte & clare quomodo vnus itulit vnũ vulnus mortiferũ, & alter intulit aliud vulnus mortiferũ, ita ꝙ vnus alteri super diuersis potuerunt pstare auxiliũ & fauorem, & dicit ꝙ ita ẽt fuit visum aduocatis. & putat Bal. ꝙ ista sit veritas. Vnde subdit concludẽdo dico ꝙ cõstat quem posse teneri, vt principalem & de auxilio & fauore. & alleg. dicta per Bar. in d. l. qui seruo. §. fin. ff. de furt.

4 †Sed aduerte, quia in hoc non sto cum opi. do. Ang. inquantũ voluit sequẽdo Bar. in d. l. qui seruo. §. fi. q. dixit ꝙ si duo accusantur de duobus vulneribus, qlibet de suo subnectitur ꝙ quilibet sibi adinuicẽ pstiterũt auxiliũ & fauorẽ nõ procedit libellus respectu auxilii & fauoris, quia possibile est ꝙ quilibet alteri pstitisset auxiliũ per suã percussionem quã fecit, de qua percussione & vulnere cũ puniatꝰ vt principalis nõ est possibile ꝙ puniatꝰ, vt opẽ ferens. Sed adde ꝙ Ange. expresse tenet contrariũ in d. l. qui seruo §. fi. quia dicit ꝙ actus sui vulneris & percussionis fuit ordinatus scd̃m proposita in accusatione ad duos disiunctos & separatos effectus inter se contingentiã nullã habentes. Cũ igitur ex vno facto resultent plura crimina, plures tituli criminis plures agendi formæ, non video, dicit Ang. cur de isto eodẽ vulnere, duæ pęnæ sibi nõ possint inferri sicut dicimus in eo qui cõmissit adulteriũ cum incœstu, vel etiã rapuit cultellum de manu alterius cum sanguinis effusione, vt no. idẽ Bar. in l. senatus. ff. de accu. & inscriptio. nõ tñ negat Ang. quin alia forma libelli sit tutior. & certe ista sñia Ang. est verior de iure. & ideo Ang. in l. reos. in j. col. ff. de duob. re. faciens mentionẽ de hac doctrina Bar. in d. l. q. seruo. §. fi. pungit ẽt Bar. ibi, & si certe considerentur verba Bal. in d. l. nõ ideo minus in verbis suis, vr velle ꝙ sufficit si ĩ inquisitione dicatur ꝙ vnus pstitit auxiliũ alteri, maxime qa negare nõ possumus qñ sunt duo qui aggrediũtur vnũ hominẽ, illi duo sunt magis audaciores, & ille solus est magis timidus pp duos & propter existentiã illorũ duorũ vnus non dicatur quin pstet auxiliũ alteri, qa plus valent duo quã vnus, vt no. in l. i. C. vnde vi. & arg. not. in l. vbi numerus. ff. de testib. Tñ in practica seruatur opi. Bar. & an ille qui dat consiliũ dicatꝰ pstare auxiliũ Adde Bar. in l. in furti. §. ope. ff. de furt. & dr̃ infra in hac ead. gl. in q. quæ incipit, si autem quis persuadens. & vide do. Catal. in materia syndica. q. cxxxvij. qui allegando Bal. dicit ꝙ non tenet inquisitio, cum iudex dicit vnus alteri, & alter alteri prestitit auxilium, consilium, & fauorem. Et an ille qui stat armatus cũ alio dicatꝰ prestare auxilium. Adde ea quæ latissime dixi supra in gl. sup verbo, dictus Andræas armatus. Adde tñ ꝙ eleganter consuluit Cy. in consi. suo incip. Alberi. & Barth. fratres,

5 qui dixit† ꝙ si duo insultauerunt Titium, & vnus dedit vnũ vulnus mortale, alter vero intulit vulnus non mortale, licet vulneratus moriatur, tñ ille qui intulit vulnus non mortale, non debet mori, sed debet puniri inquãtum deliquit, per l. i. in fin. ff. de extra ordi. cri. quinimo dicit si iudex vult punire ex eo qa homicidio præstitit opem inferẽdo vulnus non mortale, & dictum sit in inquisitione sibi dederunt auxilium & fauorem, vt habilius dictum homicidiũ cõmitteretur, tũc iste debet decapitari sicut alter. Secus si dicit iudex in inquisitione sibi dederunt auxilium & fauorẽ, quia cũ non sit dictum ꝙ ad homicidium dederũt auxiliũ, intelligitur ꝙ ad vulnerandum tantum, & non ad interficiendum, vt l. interpretatione. ff. de pœn. Et vide Ro. in singul. sui primi anni ccxlij. ꝙ incipit, quidam fuit vulne

6 ratus mortaliter, qui dicit ꝙ† licet vnus dominus mortaliter vulneraret aliquem, & famulus postea de facto occidat, ꝙ dominus non debet decapitari. Et de ista principali quæstione vide do. Catal. in tract. syndic. q. cxxxviij. qui approbat dicta Barto. in l. qui seruo. §. fi. ff. de fur.

Accu-

7 *Accusantur tres vel plures siue inquiritur contra eos, & in accusatione, aut inquisitione dicitur quòd alter alteri præstitit auxilium, cõsilium, & fauorem, an ista pars inquisitionis procedat.*

7 ANGE. †Vnũ tñ tene mẽti perpetuo ꝙ qñ tres vel plures accusantur vel inquiruntur de vno maleficio, & in accusatione vel inquisitione dicaẽ ꝙ alter alteri pstitit auxilium, consiliũ, & fauorẽ, ꝙ ista pars inquisitionis non procedit, quia est cõtra propriã significationẽ illorũ verborum, vnus alteri &c. vt l. ancillæ. cũ gl. C. de fur. ita dicit ibi Bal. & Sal. in prin. quod tñ vr̃ mihi durum, cum ad hoc vt libellus saluetur verba impropriantur, vt l. si olei. & ibi Bar. C. loca. & l. si possessor. §. i. & ibi Ia. Bu. & Bar. ff. de iureiur. tamen in practica seruaretur eorũ opinio propter eorum autoritatem.

a AVGVSTI. Tu adde [a] quòd pro sñia do. Ang. faciunt no. per Anto. de Bu. in c. cũ ecclesia sutrina. extra de cau. poss. & proprie. qui dicit quod in libello omnia veniũt quæ etiã non secundum propriam significationem trahi possunt. & idem videtur voluisse in c. quærelam. extra de electio. & in c. examinata. extra de iudi. Sed adde ꝙ ista in ciuilibus militarent, non in criminalibus, ꝓpter periculum maximum ꝑ ea quæ habẽtur in l. fi. C. de proba. cum simil.

ADDITIO.

a ¶ Tu adde. Adde tu vltra quæ hic ponit Angel. Bal. in consi. ccxxviij. in iij. vol. Ber.

8 *Præstans opẽ his enormitatibus factis per Caium an teneatur de eis.*

9 *Præstans opem homicidio vel persuasor, an dicatur homicida.*

8 ANGE. † Quæro primo an pstans opẽ his enormitatibus factis per Caiũ teneatur

9 de eis dic qđ sic, vt l. is ꝗ opẽ. ff. de fur. † Secũdo posito hic quæro an persuasor vel præstans opem homicidio dicaẽ homicida, ita ꝙ si statutum punit homicidam verificetur etiam in præstante opem. Rñdeo, aduertas ad verba legis vel statuti. Nã si statutum loquitur in personã, vt puta si quis homicidiũ commiserit, vel si quis vulnerauerit, tũc pstans opem non dr̃ homicida, vt pœna homicidii teneatur, sed alia pœna extraordinaria tenebitur, aut statutũ loquitur in rẽ, vt puta si homicidium fuerit commissum, vel pro homicidio vel vulnere sit tanta pœna, tunc pstans opẽ teneẽ dicto statuto, arg. l. qui aliter. §. fi. ff. ꝙ vi aut clã, & ibi Bar. in l. hæc verba. & ibi Bar. ff. de adul. ita singulariter dicit Bar. in d. l. is qui opem. in princip. & l. nihil interest. ff. de adulte.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia adde ꝙ ista doctrina Bar. semꝑ visa mihi fuit periculosa ꝑꝑ nimiam generalitatẽ, quia dico ꝙ infinita iura reperiẽtur ꝗ loquũtur in ꝑsonã, & tñ qui per aliũ facit, vere dr̃ facere, vt cõprehendatur in verbis legis. est casus in c. mulieres. ext. de sen. excom. coniuncto text. in c. si quis suadente. xvij. q. iiij. & alter tex. in c. si quis per aliũ. vbi est casus ĩ terminis coniuncta rubri. ff. ne quis eũ qui in ius vo. est vi exi. Et alia iura alleg. d. Abb. in d. c. mulieres. & Ro. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsuca. Et certe iste passus. q. proposit æ per do. Ang. hic, & per Bar. i d. l. is qui opẽ dependet ab illa in materia fictionis. Vtrũ ille qui pstat auxiliũ maleficio dicatur vere vel ficte facere maleficiũ, ꝙ fit ꝑ aliũ, quia in hoc est maxima vtilitatis, vt dictũ est per doc. in locis supra alleg. Et licet Bart. in ista materia voluerũt rñdere ad tex. d. c. mulieres, in d. l. is qui opẽ, dũ dicit Canonistæ aliter loquuntur. & non alleg. tex. dicti c. mulieres, dicatis ꝙ illũ tex. in d. c. mulieres, bene allegauit Bar. in hac materia in l. sed si vnus. §. seruus. ff. de iiur. Nã dicit ꝙ ille tex. loquitur quãtũ ad peccatũ. dicatis ꝙ nõ est verũ, ꝙ imo loquitur quantum ad pœnam, scilicet excõicationis. Et ideo Rom. in d. l. si is qui pro emptore. & do. Abb. in d. c. mulieres. reprehendunt Bart. sed ẽt solutiones ipsorum nõ mihi placent. Præterea ista doctrina do. Ang. est defectiua, qa in hac materia doctores ẽt subdistinguunt sequentes Bal. i l. oẽs populi. ff. de iust. & iure. De quo Moder. maxime Ro. in d. l. si is qui pro emptore. facit mentionem. & Abb. in d. c. mulieres. Et in hac materia conclude ea quę dicta sunt in mandante, an mandans dicaẽ vere vel ficte facere quia idem est in isto passu, de quo articulo satis dixi in verbo, Sempronium mãdatorem. Et vltra doctor. late dixi in l. i. ff. de verbo. obliga. & in terminis istius quæstionis adde domi. Anton. de Bu. Imo. in c. j. extra de offi. deleg. qui sequuntur opinio. Barto.

10 *Opem præstans qua pœna puniatur.*
11 *Condemnato principali in plus propter eius cõtumaciam, istud non nocet opem præstanti, ita si acrius punitur principalis, quia confessus est, non proderit hoc præstanti opem, nisi etiam ipse confiteatur.*
12 *Pœna minori existente in ciue quàm in forensi si forensis opem præstat ciui, an qualitas ciuis prosit forensi ad minoritatem pœnæ.*
13 *Opem præstare maleficio quando quis dicitur:*
14 *Ignorantia nunquam est in consultatione ubi quis dat operam rei illicitæ.*
15 *Præstantes opem an puniuntur pari pœna sicut principalis, quãdo præstantium opem magna erat multitudo.*
16 *Præstans auxilium & fauorem, an sit arbitrio iudicis puniendus & non ut principalis quãdo auxilium & fauor est simplex, id est, maleficium ita est executum ac si non interuenisset.*
17 *Præstans opem an puniatur sicut principalis, quando fert opem per actum remotum, non autem proximum facto.*

Ange. † Quæro qua pœna puniatur o præstans opem. Respondit Dyn. ꝙ punitur media siue minori pœna eius qua puniretur principalis, per l. is qui opem. ff. de furt. Sed Bar. ibi dicit ꝙ regula est quòd eadem pœna b qua principalis tenetur, teneatur etiã præstans opem, vt d. l. nihil interest. fallit in casu l. j. C. de rap. virgi. & ĩ l. j. C. de nil. agg. non rump. & ibi Ange. Item fallit qñ præter propositum aliqua qualitas plus est in vno, q̃ in alio, tunc præstans opem non punitur secundũ qualitatem principalis, quia qualitas vt puta ꝙ hoc vt efficiatur fur manifestus, non fuit ex eorum proposito, vt d. l. is qui opem. secus si à principio talis qualitas erat, tunc ꝑꝑ delinquentis qualitatẽ, vt qa est nobilis cuius maior est pœna, in plus tenetur præstans opem. argu. l. vtrum. ff. de parrici. ita dicit Bar. in l. is qui opẽ. Sed Sal. multũ late in d. l. j. de rap. virgi. in vers. q̃ro ad declarationẽ prædictorum tenet opinionem Dy. & dicit ꝙ illa est regula quæ dicit ꝙ pro minori pœna teneatur, & vbi est aliter prouisum, est fallentia, dic vt ibi per eũ, quia sufficit remissio ne nimis longus videar. & vide etiam omnino Saly. in d. l. j. de rap. virg. in versi. quæro si propter qualitatẽ inhærentem &c. Sed Bal. in l. non eo minus. C. de accus. in vers. hoc p̃misso circa qõ. &c. tenet cõtra Bar. dicens ꝙ dictum Bar. est cõtra l. moris. §. iste fere ff. de pœn. vbi ẽt decurio mandat vili personæ homicidiũ cõmitti, an teneatur pœna vt tenetur vilis, an vt nobilis, & tenetur vt decurio, vt ibi, & sic nõ subiicitur bestiis, licet vilis subiici posset. Non obst. d. l. vtrum, quia ibi esset specialis ꝑꝑ criminis immanitatem, vel secundo dic ꝙ ibi est propter qualitatẽ quæ est in offenso, quæ aggrauat factum & qualitatem in personam mandantis & mandatarij. Sed in qõne supradicta solũ loquitur de qualitate, quæ est tñ in offendentibus. igitur &c. & c istud teneo.c Ex quibus infertur ſm Bar. in
11 d. l. is qui opẽ. † ꝙ si principalis cõdẽnatus sit in plus propter eius contumaciã, ꝙ istud nõ nocet præstanti opem, quia ista qualitas superuenit præter eius propositũ. Facit pro Bar. in l. j. & quod ibi no. per glo. & Bar. & Bal. ff. de in litem iuran. cum similib. & idẽ dicas econtra si minus punitur ꝑꝑ suã cõfessionem ex beneficio statuti, quod certã partẽ remittit confitenti, tunc talis minoritas pœnæ ꝑꝑ principalis confessionem non prodest præstanti opem nisi etiã ipse confiteatur. ita eleganter dicit Bart. in l. libertos quos. §. penul. ff. de alim. & cib. leg. Et prædicta procedunt, quãdo qualitas quæ est in
12 principali auget pœnam. † Quid econtra si minorat, puta minor est pœna in ciue, q̃ in forensi, & forensis p̃stat opem ciui, an qualitas ciuis prosit forensi ad minoritatẽ pœnę, dic ꝙ non, vt expresse probatur in l. prima. ff. de parri. & in l. qui seruo. § idem placuit. ff. de fur. ita dicit ibi not. Bart. & sic forensis præstans opem cui tenetur pœna forensium, & patet in filio præstante opẽ extraneo vt patrem occidat, qui punitur vt parricida & extraneus occidens, vt simplex homicida, vt d. l. j. in fi. ff. de parrici. ita dicit Sali. in d. l. j. de rap. virgi. vers. quæro enim si qualitas &c. & ratio est, quia opem præstãs non dicitur accessorie obligari, vel venire obligationi principali, qui si ita esset, teneretur omnino eadem pœna, & non plus. vt §. fideiussor. instit. de fideius. sed dicitur accedere factum suum facto principalis. Nã si principalis committat factum vel maleficiũ nunquam præstans opem tenetur, vt l. j. §. persuadere. ff. de seruo corrupto. ita dicit
13 Bart. in d. §. item placuit. † Quærit Bar. in d. l. is

d.l.is qui opem.in fi.& in l.furti.§.ope.ff.de fur.qn dicatur præstare opem maleficio. & dicit q aliquando ante maleficium, vt prestando ferramenta ad furtũ, vt l.si pignore. §.ferramēta.ff.de fur. vel domum vt se reponat ne videatur ab aliquo, vel vt de maleficio possit loq, vt l.si amici.§.j.& ibi Bar. ff.de adult. Et iste dr præstare opem maleficio, vt dictis iuribus, & punit ea pœna qua principalis. Secundo modo dr prestare opē ipsi maleficio assistēdo, vt habilius cōmittatur vt in nostra inquisitione, & tunc etiā simili pœna tenet, vt l.j.C.de rap.virg. Primo tn casu non est necessarium q ponatur tēpus auxilij ante præstiti, sed sufficit locus & tēpus delicti principalis, quia tūc cōmisso delicto ille obligatur, vt l.qui seruo.& ibi Bart. & l. si quis vxori.§.neque verbo.ff.de fur.ita not.dicit Barto. in d.l.in furti.§.ope. Tertio modo dr præstare opem post maleficium cōmissum, vt puta associādo eum, vel præstādo auxilium ad euadendũ, & iste nō pōt puniri vt præstans opem maleficio, qm non præstitit ad maleficiũ cōmittendũ, sed ad euadendum, ideo tenetur ex tit.de his q latro.l.j.& ij.vide Bart. in l.furtum.§. non cōmittit.ff de fur.& Bar.& Ang.in l.j.de his qui latro.& in l.non eo minus. C.de accus. Et prædicta etiā videas, vt dixi in glo.super verbo, & Andream auxiliatorem &c. circa prin. Prædicta procedunt nisi per prius datum esset consiliũ, vt puta facias q ego adiuuabo te ad euadendũ, tunc ex illa spe data vr datum auxilium ad maleficiũ cōmittendũ, & tenetur eadem pœna.

b Eadem pœna. Adde circa hoc & vide Cep. in consi.xxxiiij. Ber. Et tu vide circa hoc late per do. meum Soc.in consi.clxxxviij.col.iij. versi. sed iterum.& in colum.sequen.& sequen.in versi.confirmatur ista responsio.

✠ Tu adde q cum Dy.tenet do. Bonifa. Vitalinus in suo opere malefic.in rubri.quid sit accusatio in forma accusæ porrectæ per syndicum.nu.104.versicu. sed pone q quidam fuit accusatus &c. Fely. vero in c.j.de off. deleg.

c Tento. Adde Cœpol.in consi.xxxvj.columna quarta.& Bart.in consilio sexagesimoquinto, incipien.ad declarationem. Ber.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia adde, q canonistæ hanc difficultatē tetigerunt.in c.j.de offi.deleg.post glo. & licet cōiter canonistæ sequātur opi.Bart.in d.l.is qui opē. maxime do.Anto.de Butr.Abb.& Imol in d.cap.j.qui approbant omnes suprascriptas opin.Bar.de quibus supra. Tn aduertendũ est in hac materia, q licet etiā Ang. in d.l.is qui opem.sequatur Bar.ibi. Tn ipse Ang.in l.j.C.de nili agge. non rūpen. aliter loquutus est, vbi reprehendit hæc dicta Bar.dicēs q nunc prestans opē punitur eadem pœna qua faciens, procedit quando sciuit, vel scire debuit illā qualitatē inhęrere delinquēti, puta quia sciebat illum fore nobilem, vel fore filium eius quem occidere volebat. & allegat l.vtrum.ff.de parrici. & l.fi.ff.de recepta.subdens quòd cum hæc qō aliàs Perusij fuisset de facto contra doctrinā Barto. fuit iudicatũ, & pœna mortis non fuit imposita illi opem præstāti, & sic præstās opē euasit a pœna mortis, quia non fuit probatum nec articulatum q præstans opem sciret illum esse filium fa. vel esse nobilem, & certe secundum ipsum recte fuit iudicatū. Sed tu in hac materia adde q dubito quòd

14 pessime fuerit iudicatum. † Et arguo sic, ratione incōuincibili, quia regulam in iure habemus q nunquā ignorantia est in cōsideratione, vbicunq; quis dat operā rei illicitæ. hæc fuit elegans doctrina Bart.per illũ tex.in l.eum qui nocentem.§.pen. ff.de iniur. Sed negari non pōt quin in hoc præstās opem daret operam rei illicitæ, igitur &c. quia principalis maleficium volebat committere, ergo ignorantia nō attēditur. Preterea, & secundo vbicūq; ignorātia nō venit ex defectu iniuriati, non excusat iniuriantem.l.itē apud.§.si quis virginē. ff.de iniur. Sed in casu Barto. ista ignorantia nō habuit ortũ ex defectu occisi, vel ex defectu occidētis, ergo non excusat præstantē opē. Et per consequens male dixit Angel. nec obst.d.l. vnum, quia si rēcte ponderetur, loquitur de eo qui est conscius delicti, sed non qualitatis delicti. Nec obst. l.j. ff. de recepta. quia ibi receptans non dabat operam rei illicitæ. Itē adde in hac materia Bald.in l.hæc verba ff. de his qui not.infam.in vlt.col. facit mētionem qualiter fuit altercatio inter Dyn. & Bart. & alleg.do.Bartol. in d.l.is qui opem. Adde etiam quòd Gand.in tract. malef.sub rub.an mandans, & fieri faciens hom.cidiũ, puniatur vt homicida.in questione quæ incipit, item pone Titius cōmisit homicidiũ. aliqui alij fuerūt accusati q dicto Titio derunt auxilium & fauorem &c. dicens q

cum

cum ista quæstio fuisset de facto transmissa fuit Bononiã d.Dy.de Musello, & domino Bonogratiæ, & quibusdã aliis legisdoc. ꝙ ipse Gãd.cognoscebat dubitarunt pfati Doc. de decisione, qa videbatur ꝙ dicti auxiliantes deberent puniri eadẽ pœna qua homicida, iuxta illud, agentes & cõsentientes pari pœna puniuntur, vt l.itẽ mela §. is qui.ff. ad legẽ Aqui.l.diuus.ff.de iure fisci.& qa in malefici s voluntas spectatur.l q ea mente. ff.de fur ex alia parte videbatur pdictos auxiliatores nõ tam graui pęna debere puniri, quia cõstat eos minus deliquisse. Itẽ quia inter criminis reos, & faudis participes, multum interesse iura cõstituerunt.l.si multi.ff. de publica. Nã de ope quis nõ tenetur nisi crimine cõsumato, vt l.sæpe.ff de ver. obli. & de hoc est decretalis, quòd nõ tñ punitur in c.sicut dignum.extra de homicidio. Demũ post multas altercationes & allegationes, dicit Gandi.ꝙ fuerũt dicti docto. in cõcordia, ꝙ dicti auxiliãtes puniant media pęna, qua dictus homida debeat puniri, vel ex forma iuris cõis, vel ex forma statutorũ. Et idem affirmauit Gãd. in rub.de pęna asso. & fugere facientis homicidã. Limitabat tñ non habere locũ ꝙ si dicti auxiliantes fuissent causa homicidij, vel dederunt causam mortis, quia tunc tanquã homicidæ tenentur, & puniri debent, per l.nihil interest.ff. de sicc. Ita dicit Gãd.in d.q.sub rubrica, an mãdans vel fieri faciens. Itẽ adde ꝙ inquãtum vera esset doctri. Bar. in d.l.is qui opẽ.

15 †Tñ Io.de Imo. n c.i.extra de offic.delega.limitat, nisi esset magna multitudo præstantium opem, quia tunc posset procedere ꝙ principales magis punientur q̃ alii.allegat cap.latores.extra de cleri.excomm. vbi etiam videtur expressum quòd qñ non est magna multitudo, omnes pariter puniuntur. Nec distinguitur de præstantibus opẽ ad ipsos principales, sed certe miror ꝙ do. Ioan.de Imo.in hoc non allegauerit Ange. in terminis hoc dicentem in d.l.is qui opẽ. qui dixit, ꝙ si iaceret strages multorum, ꝙ soli corporales punientur, & allegat dict. c.latores. Item adde in hac materia vnam

16 mirabilem limitationem, †ꝙ licet præstãs opem, pari pęna deberet puniri secundum doctrinã Bar.vbi supra. Tamen Ioan. And. in c.felicis.de pęnis.lib.vi. dicit ꝙ vbicunq; auxilium & fauor est simplex, eo ꝙ maleficium non est actum, sed ita est executioni mandatũ sicut & si non interuenisset, quòd tunc auxilium & fauor arbitrio iudicis puniendus est, & non pęna ordinar a, qua punit principalis. Et istã mirabilẽ doctrinã sequitur Ang.in l.in furti. §. ope. ff. de fur.& Ang.in d.l.is qui opem. vbi multum exclamat de ista doctrina, & dicit istam doctrinã esse menti tenendam. Et adde ꝙ similis est gl.in cle.i.de poe.in gl.super verbo, defensauerit.circa medium. Tñ dicit ꝙ nudus fauor est qñ &cæ. & per hoc alias defensaui à pœna furcæ vnum qui præstiterat auxilium quinque latronibus, qui noctis tempore furati sunt vnam apotecã à qua exportauerunt vnã petiã veluti qui exceperunt vnũ aliũ qui præstaret sibi auxiliũ. Nã iste qui pstitit auxiliũ nihil fecit, quia non aperuit apotecham nec asportauit illã petiã veluti, stetit tñ super viam cũ aliis quatuor, interim ꝙ ille alter surripiebat illã petiam veluti, & apothecã illemet frangebat. Nã dicebat quòd iste sextus pstitit fauorẽ simplicẽ, quia omnino illi quinque illud delictum executioni mandassent sine isto sexto. Vnde dicebam ꝙ pœna ordinaria non debeat puniri per pdicta, & ita fuit iudicatũ, & hæc

17 no.bene. †Itẽ adde aliam mirabilem limitationẽ quã tradit Bald.in l.j.C.de crimine pecul.qui per illum text.dicit ꝙ licet Doct. dicãt quòd pstans opem punitur eadem pęna qua principalis, hoc est verum quando fert opem per actum proximũ facto, puta assistendo facienti delictum, Sinautem fert opem per actum remotum à facto, tũc mitius punitur, & quomodo fit illud mitius, dicit quòd est arbitrariũ, & dicit ꝙ ita cõsuluit Dy. & dicit ꝙ de hoc ẽt not.per Cy.in l.i.C.de nili agge.nõ rũpen. & dicit ꝙ facit c.sicut dignum.extra de homici. & dicit ꝙ ratio differentiæ inter opem proximã facto & remotã à facto est, quia mitius puniĩ factum remotũ, quã factum proximũ in l.i.ff. de extraord.crimi. Et subdit ꝙ nescit quid dicat Cy.in d.l.i.C.de nili agge.non rũpen. Et dicit ꝙ ista est veritas, quia dicit ꝙ cum opẽ ferens agit in actu, æque deliquit, & tũc punitur sicut principalis, cũ vero nõ agit in actu.sed aliquid præparatorium facit, puta qa ferramẽta accõmodauit. Iste non æque deliquit sed mitius. Et ideo mitius punitur. facit.ff.ad legem Cornel.de siccar.l.infans.

& hoc

& hoc est ꝙ affirmauit etiam Salic. in l.i.in col.viij.C. de raptu virgi. qui dixit ꝙ si pstans opē est causa delicti,ipse punit ea pœna qua principalis, dicit Sali. ꝙ istud ,pbat de iure canonico in dicto ca. sicut dignū.Et subdit Sal.ꝙ vbi est maior culpa,debet infligi maior pœna.l.diuus.la secūda.ff.de fal sis.cum similibus.Sed nō est dubium quòd est maior culpa in eo qui opē pstando, præstat causam mortis vel alterius delicti, quā qui causam nō præbet,licet opē præstet. Et hanc rationem dicit ponderasse theologos etiam canonistas in dicto c.sicut dignū. Et ideo dicit ꝙ opinio Bar.quam iudices imitantur,occidit animos ipsorum.Et pro hac opinione est casus in terminis cōtra Bar. in c.i. extra de offic.deleg. vbi tūc pstans opē punitur eadē pœna qua principalis qn̄ præstat opem cooperatiuam ipsi delicto.& ita illū tex.ponderauit ad hoc ibi do.Car.non ita recte ponderauit illum tex.in cle.i.de pœnis.& ita in practica limitarem dicta Bart. licet contra dictā limitationē fortiter obstet tex.insti.de oblig.quæ ex quasi delic.nascū. in §.at vbi ope.& consil.vbi ille qui præstitit ferramenta ad delictum commitēdum, & sic præstitit auxilium remotum à facto, nihilominus incidit ī illam pœnam in quā principalis incidit,nisi dicamus ꝙ ille text. & alia iura quæ similiter hoc dicunt, quia multi tex.etiam reperiuntur qui hoc dicūt, loquuntur de pœna quadrupli. Nos vero loquimur de pœna capitali.

18 *Persuadens vel consulens maleficium, dicatur opem præstare, & vt præstans opem maleficio possit puniri.*

18 ANGE. † An aūt quis persuadens [a] male
a ficiū cōmitti,vel si cōsuluit, dicatur opē pstare, & vt præstans opem maleficio possit puniri.dicit Bar.in l.in furti.§.ope.in fin.ff. de furt. quòd non.quia proprie consulere non est præstare opē,de quo plene per Salic.in l.j.de raptu virg.in ver.ideo ante oīa quæro &c.Et an ex consilio quis teneatur. vide late per Bal.& Sal.in l.i.C. de ser. fugi.Dic omnino vt ibi per eos, qui ibi plenè & perfecte loquuntur.

ADDITIO.

a ¶Persuadens. Adde tu circa hoc quæ ponit do. Alex.in consi.lxix.in j.vol.Bar.

AVGVSTI. Tu aūt in hac materia,adde quæ dicta sunt supra in hac eadē gl. per d. Ange.in i.q.& quæ dixi in adddıtione.Aduertas tn̄ quòd non dubito ista esse penitus diuersa,& non credo ꝙ ex inquisitione formata de consilio posset sequi condemnatio de auxilio,vel econtra, quia ista sunt penitus separata.d.l.qui seruo. §.fi. Præterea diuersæ sunt pœnæ.est casus in terminis,insti. de obl.quę ex delic.nascun.in §.at vbi ope. ibi,sed tātum consilium dedit.& multi sunt text.qui etiam hoc dicunt.adde in materia consilii pulchrum consilium Bar.clx.ꝙ incipit,in quæstione qua quæritur, vbi ponit quando quis tenetur de consilio.

19 *Maleficio commisso per vnum ex duobus simul stantibus, an ex hoc solo quòd stat secum, dicatur præstare opem.*

19 ANGE. † Quæro quādo duo stāt simul, quorum vnus cōmittit maleficiū,an ex hoc solo ꝙ stat secum, dicatur præstare opem. dicit Inno.in c.continentia.extra de cle.per cul.dicit quòd sic,& idem no. Bal.in tit. de benefi.fra.c.i.in vsib.feud. quod tamen intellige vt infra dicetur in hac ead.gl.in ver. & aduertas bene.& est not.doctrina Bald. in l.non ideo minus.de acc.& in l.data opera.C.qui accusa.non pos.

AVGVSTI. Tu aūt in hac materia, aduertas,quia ego late posui istam materiam supra in gl.quæ incipit,dictus Andr.armatus super prima q̄st.in addi.meis, ideo hic aliter non me extendo,ibi latissime dixi.

20 *Procedi si non debet contra opem præstantem, necesse est probare contra opē præstantē factum principale,& operis præstationem.*

21 *Limita versiculum præcedentem nisi simus in casibus in quibus aliquando principalis punitur,tamen aliter non potest constare de delicto,nisi per confessionem principalis.*

20 ANGE. †Quæro ad hoc vt procedi possit contra opē pstantem, necesse est primo ꝙ costet opē pstantem delinquisse, & delictū factū fuisse vere,vel p testes vel per cō
a fessionē principalis. [a] nam si est contumax & ex forma statuti habeatur pro confitente,tn̄ talis confessio non obest opem præstanti nec per hoc contra opem præstantē potest procedi.ita no.dicit Bar.in l.si is.§. si tu titium.ff.de fur.& in l.denunciasse.§.fin. ff.de

ff.de adult. Sed si procederetur contra præstantem opem necesse est probari ipsum principalē cōmisisse maleficium siue nōdū principalis esset dānatus siue iam dānatus erat, ratio, quia cum ipsum factum accedēs non posset esse sine principali, vt d. §. si tu Titium. opē prius cōstare de eo vt ibi. & tene tñ mēti ꝙ quāuis probatio facta esset cō tra principalē nō habet obesse præstāti opē nec ēt sententia lata cōtra eum, vt C. de fid. instr. l. si veteris. est ergo necesse probare cō tra præstātē opē factum principale & operis præstationē. Ita dicit Sal. in l. j. de raptu virg. in vers. quòd successiue &c.

ADDITIO.

8 ¶Principalis. Adde ꝙ idem dicit Bal. in consil. ccxxix. in iij. vol. Pet. de Ancha. in consi, ccxvij. in fi. & Bal. in consi, xxxv. in j. volu.

tum esset conditum ab episcopo, vel comite, vel marchione, & non à populo quo casu, cum tale statutum tanquam factum à magistratibus habeat vim iuris pretorij, vt declarat Bart. in l. stipulationum alie. in princ. ff. de verb. oblig. cum concor. quis ibi dedi. Ideo tempus prefixum à iure pretorio semper intelligitur esse vtile & non continuum, vt voluit etiam text. notabilis. instit. de perpe. & tempo. act. in ver. annum. & no. Bart. in rub. supra alleg. ideo nõ currit ignoranti. Ita loquitur tex. in d. l. auus. & in d. l. semper. Tempora vero cõtinua currunt impedito, tam propter ignorantiam, quã propter absentiam & similia, vt habetur in d. l. fi. C. de dolo. & in l. fi. C. de præscri. longi tempo. cum simi. Et hanc partem quam tenẽt Moder. in d. l. fi. videtur approbare Paul. de Cast. in l. genero. ff. de his qui not. infa. in vlt. colũ. qui dicit ꝙ reperitur quædam sing. doctrina Guliel. de Cu. in l. si cum exceptione. §. si quis. ff. ꝙ met. causa. qui dicit ꝙ tempus præfixum ad accusandum vel inquirẽdum propter odiũ ipsius accusationis vel inquisitionis semper currit ignorãti, & ideo elapso illo tempore nõ poterit fieri inquisitio vel accusatio. Et subdit ipse Paul. de Cast. ꝙ est ista bona conclusio, quia tempus legale in dubio est continuum, & non vtile per illam glo. not. in dicta rubrica. ff. de diuersis & tempo. præscri. & facit mentionem ibi Paul. de Cast. quomodo Bald. ibi tenet istam partem. licet Angel. dicat contrariũ ibi, & se iactat habuisse hanc quæstionem de facto & obtinuisse. Sed Paul. de Cast. dicit ꝙ suæ rationes sunt satis debiles & deridet Angel. qui allegauit glo. in rub. ff. de diuer. & tempo. act. quæ secundum eum dicit quòd tempus legale in dubio est vtile, & illa gloss. dicit contrarium ꝙ imo tempus est continuum in dubio. Sed aduerte quia mihi durum sapit ꝙ præscriptiones breues currant iudici ignorãti vel accusatori, & maxime ꝙ lapso illo modico tẽpore, nõ possit inquiri contra delinquentes, maxime si sunt delicta atrocia & contra iura naturalia, cum de iure communi huiusmodi præscriptiones durarent per spatium viginti vel triginta annorum, regulariter ad hoc vt non possit quærelari de delicto, dico regulariter per text. & glo. in l. quærela. C. de falsis. cum similib. & quod ibi per glo. Bartol. Bald. Angel. Sali. & doct. & per glo. in l. in cognitione. ff. ad Sillani. ꝙ ideo quòd propter breue tempus statuti tridui vel mensis, vel sex mensium vel per annũ tollatur vt non possit quæri de delicto hoc non credo de iure posse sustentari, iura enim supra allegata quæ volunt ꝙ tempus currat ignoranti, regulariter habẽt maximum tractum temporis decem viginti vel triginta annorum, vt not. in dicta l. omnes. & in d. l. j. quia lex præsupponit & præsumit quòd elapso illo longo tempore quo non est quæsitum de delicto illud delictum non fuerit perpetratum in rerum natura, quia præscriptio æquiparatur veritati l. j. C. de seruitu. & aqua. vt inquit Bald. in cap. fina. in vlt. col. de feu. dato in vicem legis commisso, hæ ratione cessant quando tempus breue est. Et ideo dicit Bald in cap. j. §. porro. qualiter olim feudum pot. alie. quòd istæ præscriptiones criminales vel minoris temporis nunquam currunt ignoranti, & affirmauit Bal. in cap. fina. de prohibi. feu. alie. per lotha. & maxime elapso illo tempore posset quæri de delicto si constaret de delicto per confessionem delinquentis. & hoc videtur etiam esse de mente Bal. in l. properandum. in fin. princi. C. de iudi. per rationem quam ipse ibi assignauit vt supra dictum est. Tenentes tamen aliam partem possent allega. alias limitationes, vt potest colligi in decisionibus doc. supra per me alleg. & negari non potest quin iste passus non sit dubius

11 in iure. †Item in hac materia adde vnam mirabilem limitationem Angel. in l. si qui. C. de adult. qui allegando Iac. But. quod elapso illo tempore terminato ab ipso statuto, poterit inquisitio formari & omnino vide Pet. de Ancha. in repe. c. canonum statuta. extra de cõsti. in materia interpretationis ibi dũ dicit. Quintodecimo vtrum statuta recipiant interpretationem in sexto. Sed alibi quærit Bart. & non soluit vtrum illud tempus ad accusandum &c. Et ibi dat vnam mirabilem limitationẽ in materia quam omnino videas. & Paul. de Cast. in consil. ccxxvj. qui ponit de quadam muliere quæ fuit impregnata, an tempus incipiat currere postquã peperit, & an tempus currat ignoranti, & an tempus sit vtile vel continuum.

12 *Procedi omni die & tempore, an possit in criminalibus.*

12 ANGE. † Quæro an omni die & tempore possit procedi in criminalibus. Dic ꝙ de iure cõi nõ põt procedi diebus feriatis, nec in honorẽ Dei, vt l. si feriatis. ff. de fer. nec etiam feriatis in hominũ vtilitatem, vt l. custodias. & ibi Bar. ff. de pub. iudi. nisi aliter per statutũ sit prouisum, & sic habeas menti ꝙ illæ feriæ quæ sunt & obstant in ciuilibus sunt etiã in criminalibus, saluo quam in casu l. prouinciarum. C. de fer.

fer. in quo casu potest procedi propter criminis immanitatem etiam in die paschatis. AVGVSTI. Tu autẽ in hac materia, adde & dic qđ imo vr̃ qđ indistincte executio criminalis fiẽda est die dominico, q̃a ius dicit ꝙ non est peccatũ occidere delinquẽtem xxiij. q. v. q. malos. & c. iudex. Sed Io. And. & Ant. de Bu. & oẽs doc. in c. i. extra de fer. dicũt ꝙ licet nõ sit peccatum est tñ horrendũ & miserabile, & ob rei reuerentiã abstinendũ, nõ tñ ob. qđ dr̃ ꝙ beati qui faciunt iustitiã omni tp̃e, quia intelligitur omni tp̃e. s. cõpetẽti, vt c. nunq̃ de consecr. dist. v. & c. i. de vsuc. Excipit tñ Host. ibi fallit in publico latrone & nocturno depopulatore per l. prouinciarũ. C. de fer. Et voluerũt ibi doc. maxime Ant. de Bu. & Abb. & Moderni. q̃ cõclusio mihi placet quia l. prouinciarũ nõ loquit in nocturna depopulatore, sed propter inhumanitatem criminis extendũt illã l. prouinciarum. & vr̃ esse de mẽte Bal. in d. l. prouinciarũ. quę nõ loquit nisi in certis latronibus vt extendat illa dispositio ad omnia delicta q̃ sapiũt inhumanitatem. & vide d. Ant. & Abb. & doc. in c. fi. extra de iud. aliquid per doc. in c. fi. extra de feri. Et certe ista q. est male formata hic, quia hoc quod sequitur nõ bene conuertit.

13 *Statuto dicente quod potestas non possit cognoscere de maleficio cõmisso ante inchoatum processum per annum modo aliquis fecit ligam prohibitã iam sunt tres anni, quæ adhuc durat, an possit de hoc crimine cognosci, & vtilis erit clausula inchoata facta &c.*

14 *Statuto cauetur quod iudex expediat processum vel accusationẽ intra duos menses probata accusatione in legitimum tempus opponitur de falso contra testes an talis instãtia prorogetur ita quod si iudex non expediat causam non incidat in pœnam.*

15 *Potestas cognoscere non potest de maleficijs commissis per sex menses ante initium officij sui modo ante lapsum termini inquiritur, sed inquisitio non habet substantialia propter quod fit alia recta sed post sex menses dictos an poterit delictum tunc puniri.*

16 *Limitatur primo versiculus procedens qui incipit, statuto cauetur, si iudici ex actis constet de innocentia accusati.*

17 *Limitatur secundo si accusatus accusaret suum accusatorem ex eo quod dicat eum produxisse falsos testes.*

18 *Accusatus de homicidio si in medium exceptionis dicat testes falsos esse differtur quæstio homicidij.*

19 *Limitatur primo dictum præcedens nisi iudici constet quod in fraudem & causa litis differendæ talis exceptio proponatur.*

20 *Limitatur secundo nisi imputari posset accusatio quod nimis se arctaret ad opponendum exceptionem prædictam.*

21 *Aduocati caute faciunt vt accusatus de homicidio accuset accusatorem, quod testes falsos producit uel excipiat contra testes de falso.*

13 ANGE. †Est etiã talis clausula vtilis, quia si statutum dicit ꝙ potestas non possit cognoscere de maleficijs commissis ante inchoatũ processum per annum. Modo pone qđ aliquis cõmisit maleficiũ qđ habet causam permanentẽ [a] vt puta q̃a in loco prohibito fecit ædificiũ quod adhuc durat, vel facta fuit quædam liga vel coniuratio prohibita iam sunt tres anni & adhuc durat an possit de hoc crimine cognosci. Glo. in l. eũ qui. §. in popularibus. ff. de iureiuran. videtur velle ꝙ non. In contrarium facit l. i. ff. de vsufru. accre. & in l. eum qui. & quod nota. Bar. ff. de fur. facit l. fi. §. fi. cum gl. de his qui deiece. vel effude. & prædicta procedũt si statutum dicat si quis habuerit ædificiũ in platea secus si dicat si quis ædificauerit, quia tunc inspicimus tempus ædificationis, & abinde currit præscriptio, si hoc notum erat secus si factum esset clam, vt l. semper. §. annus. ff. ꝙ vi aut clam. ita dicit Barto. in d. §. in popularibus. de quo plene in cle. i. de consan. & affi. per Pet. de Ancha. facit l. inficiando. §. infans. ff. de fur. & quod no. Bartol. vbi ponit an vnus ludus contiuatus sit vnus ludus vel plures ludi. dic vt ibi per eũ, quia non est materia nostra. Et aduertas ꝙ illud statutũ quod dicit ꝙ potestas non possit cognoscere de maleficiis ante suum officium per sex menses commissis, intelligitur & intelligi debet principaliter non autem secũdario & incidenter. Vnde si de alio inquiratur vel agatur & postea incidenter & secundario deducatur vnum delictum cõmissum ante annũ, quod potestas poterit cognoscere qđ punire. Ita dicit Bal. i auth. qui semel. C. quomodo & quãdo iudex & pro hoc facit quod not. Bar. in l. si quis nec causam.

causam.ff.si cert.petat.in illa quæstio.an va leat statutum in fauorem bannitorum, vbi dicit ꝙ sic,quando fit in fauorem reipublicæ principaliter & in consequẽtiam,& necessario resultat vtilitas Bannitis, secus si principaliter in fauorem bannitorũ statueretur,de quo ibi per eum,facit l.interdum.

14 §.qui furem ff.de fur. †Quid autem si statuto cauetur ꝙ iudex expediat processum intra duos menses vel accusatio vel inquisitio intra legitimum tempus, sed opponi-

b tur de falso b contra testes an talis instantia prorogetur,ita ꝙ si iudex nõ expediat causam non incidit in pœnã.Istam quæstionẽ format Cyn.& Bal.in l.j.C. qui accus.non pos.& ibi finaliter concludit Bald. secundũ aliquos ꝙ iudex condemnet saluo & reseruato ꝙ si apparuerit , postea ꝙ testes falsum dixerint. ꝙ condẽnatio habeatur pro nõ facta,& interim nõ potest fieri executio vt l.si pecuniam.ff.si cert.petat. Sed Cy. & Rayn.tenẽt ꝙ debet supersedere in prima & cognoscere de testium falsitate & prima instantia prorogata intelligitur quia iudex cum de vita hominis agatur, debet multũ ponderare vt in auth.vt iudi. sine quoquo suffra.& l.si quis vltro.ff. de quæstionibus. in ii.colũ.Et hoc verum est si illi testes qui necessario faciebant probationẽ redarguũtur de falso.Sinautem præter eos qui redarguuntur remanet probatio sufficiens non suspenderetur,vt C.de quæstionibus.l.i.facit l.i.in.fin.ff.quẽadmodum.testa.aper.ita dicit Bal.in d.l.i.C.qui accusa. non pos.vbi

15 istam quæstionem vide latius. †Et aduertas diligẽter,pone vt sũ pradictum est ꝙ de maleficiis commissis retro per sex menses ante initiũ sui officii , potestas cognoscere non possit.modo à die commissi maleficii antequam transeant dicti ex menses potestas inquirit vel per accusationem proceditur de dicto maleficio quæ tamẽ inquisitio seu accusatio de iure non habet sua substãtialia fit emendatio inquisitionis vel accusationis.& ponuntur substantialia post dictos sex mẽses à die commissi maleficii, an illud fieri possit & tale delictum puniri.Respondeo ꝙ non.ita singulariter dicit Bar.ꝙ de facto determinauit in l. edita.in ii. colũ. versi.& per hæc determinatur quæstio &c. C.de eden.allegat.ff.de adul.l.accusaturus quod not.singulariter.

ADDITIONES.

a ¶Permanentem. Adde Moder.in.§.in popularibus.& Pet.de Anch.in consi.iiij.Ber.

b De falso contra testes. Adde tu & vide de hoc per Abb.in consi. xvj.in ij. volum. & Barba.in consil.xxxvj.inci.pclare scribitur.

AVGVSTI. Itẽ inquantũ tacta est supra illa difficultas,an quæstio falsitatis faciat supersederi in causa principali. Addatis quod reperio Alberi.de Rosa.in duobus locis latissime disputasse istam difficultatem. Primo in l.fi.C.si ex fal. instru. Secũdo in quęstionibus statutorũ in prima parte.q.lxxiii. quæ incipit, modo subiicio quæstionem disputatam per do. Richardũ quę talis est ex forma statuti tenetur rector intra lx.pęna subdit contingit aliquem fore accusatum de homicidio & probatum est per testes.Ipse accusatus vel tertius arguit & accusat testes falsos vel opponit testes esse falsos an hoc pendente sine metu pęnæ possit iudex differre vltra.lx. dies illam primam causam criminalem de homicidio, & dicit ꝙ certe illa lex vltima.C.si ex falsis.instru. multũ facit ꝙ differri debeat quia si sententia lata fuisset prætextu falsorum testium retractaretur per totũ titu.C.si ex falsis instru. & per l.diuus.ff.de re iudi. Ergo multo fortius differri potest.Subdit tñ ipse Alberic.ꝙ Richar.in loco supra allegato post multa subtiliter allegata pro & contra determinauit oppositum,quia nõ potest dici quæstionem homicidę differendã nisi hac sola ratione,quia si testes de falso condẽnarentur accusatus de homicidio esset purgatus,& ad hoc tendunt omnia iura pro hac parte per ipsum allegata,dicit ergo Alber. est ergo solum hoc attẽdendum vtrũ acta in quæstione falsi præiudicẽt in quęstione homicidii quia si pręiudicant oportet differri,alias non.Quod autem non præiudicet nec opitulentur,videtur casus in l.is qui reus.ff.de publ.iud.ibi dum dixit in text.ꝙ non relatione criminum sed innocẽtia reus purgatur.& pro hoc est bonus tex.in l.ii.§. si publico.ff.de adult. restringit tñ se ibi Alberi.nisi referatur tale crimen ꝙ adeo esset præiudiciale si cõstat illud esse commissum non sit possibile,de quo prior accusatur fore commissum vt est exemplum in l.i.C.q accusa.nõ pos.multo ergo fortius nõ leuat quando

quando crimen non in accusatorem sed in tertiam personam, puta in testes proponitur ad pœnam eis imponendam, quia tunc res inter alios acta. &c. per totum, quomodo ergo acta in causa falsitatis possent præiudicare accusationi homicidij qui nec receptioni nec iuraméto eorum forte præsens erat certe nullo modo. C. quibus res iudi. non nocet. l. pen. vt intelligatur non solum in eodem facto sicut gl. intelligit, sed multo fortius in diuersis, vt in quæstione nostra. Itē videtur ad hoc l. expresse. in l. Lucius. ff. de his qui notan. infa. & c. ij. extra de ordi. cogni. vbi diffinitur super crimine. contra assertio testium non præiudicat testibus. ergo nec econtra testes debent præiudicare causæ homicidij, eadem ratione quia res inter alios acta, &c. concludendo ergo determinauit ipse Richar. vt refert ibi Albe. quòd supersederi non debet in ipsa causa criminali propter accusationem de falso, cum vna alterā non contingat, & si testes deponerent in cau-
26 sa falsi eum viuere qui occisus dicitur. † Limitat tamē hoc nisi iudici constaret hoc ex actis, habitis causa homicidij de tali innocentia accusati, quia tunc esset ferenda sententia absolutoria, imo etiam si hoc constant in executione sententiæ ꝙ ille viuus est qui dicitur occisus quia illa sententia criminalis non esset executioni mandanda sed seruaretur id quod dicitur in l. j. in fi. ff. de quæstio. & in l. diui fra-
27 tres. ff. de pœn. † Secundo limitat Bart. prædicta nisi ille qui est accusatus de homicidio accusaret accusatorem suum ex eo quod dicit falsos testes produxisse. quia tunc quęstioni homicidij differri debet, quia sententia super falso lata præiudicialis esset quæstioni homicidij, allegat l. fina. §. si prædictum. C. de fide instru. & quia incidenter ista quæstio falsi detegit accusationem homicidij fore calumniosam, & qualitercunque constet iudici in causa homicidij procedere non debet l. qui cū maior. §. pręsens. ff. de bon. liber. Et ideo in ea causa falsi tanquam præiudiciali prius cognoscendum est l. j. C. qui accus. non poss. Subdit tamen ibi Alb. ꝙ si extraneus non ille qui accusatus est accusaret de falso, tunc causa homicidij nō differtur per ea quæ supra dicta sunt.
28 † Subdit tn̄ ꝙ si accusatus de homicidio in modum exceptionis dicat testes falsos esse, tunc differtur quæstio homicidij cum sit præiudi-
29 cialis, vt dictum est. Limitat tamen hoc † & tēperat nisi iudici constet ꝙ in fraudem & causa litis differendæ talis exceptio proponitur, vt l.
30 j. C. de iur. calū. & l. satis aperte. C. de fal. † Itē limitat hoc nisi imputari possit accusato, quòd nimis se arctaret ad opponendum exceptionem prædictam in l. petenda. C. de tempo. in integr. restitu. & l. nemo. C. de tempo. appellatio. Secus si sibi non possit imputari, quia accusator circa finem duorum mensium produxit dictos testes, quia tunc excipiens auditur & potest differri vltra fine metu pœnæ. l. fi. C. de adult. quantuncunque enim statutum sit strictum tamen cœpit hanc interpretationem à iure cōmuni, vt iusta & necessaria causa intelligitur excepta. l. si serui. C. de noxa. l. vt gradatim. §. sed si lege. ff. de mune. & hono. & facit mentionem etiam ibi Albe. quomodo. Cy. in d. l. j. C. qui accu. dicit ꝙ existente ista quæstione de facto in palatio Bononiæ quidā docto. aliter dicebant ꝙ proposita quæstione falsi à quocunque supersederi debet indistincte in quęstione homicidij, & ibi recitat verba Cy. quæ posuit in d. l. j. C. qui accusare. dicit tamen ꝙ opi. Richar. vera est de facto iuris rigore, licet opin. doc. Bononien. mitior sit &
31 æquior, † caute ergo faciunt aduocati secundum ipsum vt accusatus de homicidio accuset accusatorem suū ꝙ testes falsos produxit vel excipit contra testes de fal. Adde tamen ꝙ Salic. in l. si docueris. C. de fal. posuit etiā istam materiam. Adde Gandi. in materia, in tract. malefi. in rub. de falsarijs & falsitatibus. in ver. sed pone quòd aliquis producit contra me in causa quoddam instrumentum vel testamentum, & vide doc. maxime Bald. in l. Lucius. ff. de his qui not. infa.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitionis copia quare mittatur ad cameram actorum communis.*

Die xxv. Nouembris.



[Q]VI dominus Iudex, vt supra, pro tribunali sedens commisit publico & iurato nūcio, quòd copiam dictæ inquisitionis secum portet, & dimittat ad cameram actorum communis Bononiæ.]

1 † Istud autem fit ex forma statutorum locorū ne iudices pro libito volūtatis possint mutare formā inquisitionis, & sic auferre defensionem reo, quoniā oportet ꝙ semper inquisitio sit conformis cū exēplato & transmisso ad cameram, vt l. si quis ex argentarijs. §. pertinere. & ibi Bar. ff. de edendo. & l. Sempronius proculo. ff. de leg. ij. Et ēt pōt dici ꝙ hoc est iure intro-

introductū. Nam sicut in ciuili libellus porrigitur de pluribus, libellus vnus iudicialiter parti, vt in auth. offeratur. C de lit. contesta. & in l. j. & ibi Bar. ff. de eden. ita est in criminali mittendo copiā ad camerā superioris, perinde ac si iudex inquirēs q̄ tenet locū partis, vt not. Bar. in l. ij. §. si publico. ff. de adult. ipse det vnum libellum suę inquisitionis, quem debet trāsmittere ad suū superiorē inter ipsum & reum, cū quo reo ipse iudex inquirens debet litigare. AVGVSTI. Tu autē in hac materia, adde & dic ꝙ vera est ista cōclusio ꝙ de iure cautū nō est ꝙ hæc copia inquisitionis transmittatur ad cameram superioris, & licet d. Ang. hic allegat Bar. in d. l. argentarijs. & in d. l. Sēpronius proculo tamen Bart. ibi nihil dicit in terminis de hac materia nisi ꝙ Moderni repetentes. c. qualiter & qñ, extra de accus. faciunt mētionē de hac trāsmissione, sed parū curo de hac trāsmissione, quia est parui momenti nisi ex lege municipali hoc sancitū esset, licet ꝙ alias ex tali inquisitione non pōt sequi condemnatoria, nisi ad cameram copiā inquisitionis trāsmittat, & in multis partibus Italiæ talia statuta non sunt, imo sine transmissione istius copię tenet ipsa inquisitio. Audiui alias à maximis practicis in ciuitatibus vbi vigent huiusmodi statuta, ratio finalis fuit ne introitus fisci fraudetur per iudices, vt ille qui propter aliquod delictū veniret, cōdemnādus in centū vel bona sua cōfiscari deberēt, iudices ipsi vel ꝑpter amicitiā, vel propter sordes condemnarent in minus.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitionis copia una cum citatorio, ut plurimum ex forma statutorum loci debet transmitti quod seruandum est.*

2 *Delictum in citatione generaliter non explicita per circunstantias loci & temporis debet contineri.*

3 *Inquisitionis copia cum citatorio communiter ex forma statutorum semper mittitur & ita practicatur.*

4 *Iudices cauti, habita qualiquali informatione de delicto, iubent reum capi quando pœna est corporis afflictiua, ne facta citatione uerbali aufugiat.*

5 *Citatio in ciuili an debeat continere copiam libelli quando quis citatur ut ueniat ad respondendum libello.*

6 *Citatorium an debeat exprimere crimen pro quo quis citatur uel sufficiat citari quòd com* *pareat ad se excusandum à quadam accusatione porrecta contra eum.*



VDEX commisit ꝙ Caius prędictus & alij inquisiti citarentur.] 1 †Vt plurimum ex forma statutorum loci requiritur, ꝙ copia inquisitionis vna cum citatorio trāsmittatur quæ forma seruanda est. Quinimo dico ꝙ ēt istud vī esse de iure. Nā sicut in ciuili qñ quis ad respōdendū libello citatur semper cū citatorio, videt̄ ꝙ debeat mitti copia ad reū, alias aūt nō esset reus sufficienter instructus ad quid citaretur ad actoris petitionē, & si nō cōpareret nō esset cōtumax nec cōtra eū vt cōtra cōtumacem posset procedi, vt videtur tex. ī auth. de litigio. §. ad excludēdas. in princ. coniuncto. §. fin. & no. plene Bart. & Imo. in l. si finita. §. Iulia. ff. de dam. infec. & ibi Imol. ergo idē erit in criminali in quo ad similitudinē ciuiliū proceditur, vt l. absentem. ff. de pœn. Et quod in criminali debeat copia totius inquisitionis vna cū citatorio mitti. not. glo. & doct. in c. præterea. de dilatio. & vij. q. ij. c. si
2 primates, quod intellige †generaliter, videlicet ꝙ cōpareat ad respōdendū super tali delicto, non aūt requiritur ꝙ explicite delictū in citatione deducatur per circunstātias loci & tēporis, vt l. j. C. de exhib. reis. vbi dicitur ꝙ postquā reus citatus veniret iudex debet explanare quæsitum & dicere quare citatus fuerit ex quo manifeste apparet ꝙ in hoc citatorio non fuit expressum. ita dicit Bart. in extrauagāti ad reprimendū in verbo, per edictum. Et Pet. de Anch. in cle. j. de foro compe. in versi. not. &c. quod not. forte quia cōiter tenetur ꝙ in ciuili non sit necesse quòd copia libelli trāsmittatur cum citatorio, vt not. Bartol. in dicto §. iul. & Cyn. in authen. offeratur. ita etiam in criminalibus non est necesse de iure quod cum citatorio mittatur copia inquisitionis nisi modo & forma vt statim dixi secundum Bart. in dicto loco in verbo. per edictum sed sufficit si citetur quòd veniat responsurus inquisitioni contra eum formatæ, vt etiam not. Bartol. in l. inter accusatorem. versicu. pro declaratione &c. ff. de publi. iudi. & ibi vide
3 Imol. †sed communiter ex forma statutorum semper mittitur copia inquisitionis cum citatorio, & ita practicatur & hæc obseruantia fundatur ex gloss. in dicto cap. præterea. Sed Salicet. in l. absentem. C. de accusatio. versi. quæro tertio, an in schedula &c. tenet ꝙ sufficit

ficit ꝙ citetur ꝙ veniat ad respondendum cuidam inquisitioni contra eũ formatę per d.l.i.C.de exhibitione reo. Et hoc fuit vtilitatis causa ne rei scientes crimen de quo
4 sunt inquisiti fugam arripiant.† Sed cauti iudices prouident quia habita qualiquali informatione de delicto iubent reum capi si crimen sit tale ꝙ pœna sit corporis afflictiua ne verbali citatione præcedente reus aufugiat,ita dicit Salic.in d.l. absente. & in dicta l.i.Et in effectu tenet id ꝙ dicit Bart. in dicta extrauaganti ad reprimendum, in verbo,per edictum.

ADDITIO.

a ¶Cum citatorio. Adde & vide Anto. de Prato veteri in eius cons.ꝙ est pœn.inter cons.Barb.B.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia, adde
5 ꝙ iste doct. tractat hic duo. † Primum est an vera sit ista conclusio ꝙ opus sit in ciuili ꝙ in citatione mittatur copia libelli quando quis citatur in citatione quod veniat ad respõdendũ libello. Secũdum an criminali debeat mitti copia libelli. Quo ad primã cõclusionẽ adde ꝑ nunc ꝙ Franc. tigri.in rub.C.de eden.dicebat ꝑ not.ibi per gl. in rub.dũ gl. dicit ibi,ꝙ illa editio de qua in illo tit.est ꝑparatoria iudiciorũ ꝙ ibi gl. erat in terminis ꝙ copia libelli debeat mitti ipsi reo in citatione, quia in illo titu. tractatur de editione libelli, vt l. edita.C. de eden. igitur &cæ. & voluit Dyn.in d.§.ad excludendas.& Guil.de Cu.in dicta l.edita.licet Bart.in dicta rubri.C.de eden.aliter videatur sentire.& ideo gloss.& doct. in capit ii. extra de libel.obla.videtur velle quod missio copiæ libelli cum citatorio non sit necesse imo qđ teneat illa prima citatio absque missione libelli.Bene verum est quod Paul.de Castr.in dicto.§.iulianus. dixit ꝙ quo ad hoc vt possit perueniri ad primum decretum,opus est quod copia libelli mittatur cum citatorio,sed quo ad hoc vt citatus comparere teneatur vel multari possit non requiritur quod copia libelli mittatur cum citatorio,primam tamen partem tenuit Io. Andr.de deo.vt refert Ioan.in addi. Spec. in tit.de libelli obla.in §.i.sed ipsum reprobat Ioan.And.in addi.Specu.in titu.de citatione.§.iam de citatione versi.viso.& in dicto versic.viso.ibi Specu.dicit ꝙ ad cautelã tenor libelli debet inseri in citatione sed ad hunc finem non ad finem comparationis, sed ad hoc vt reus cõuẽtus habeat ampliu inducias deliberatorias,quam conclusionẽ limitauit Ant.de Bu.in d.c.præterea.extra de dilatio.pro opin.tamen contraria multũ facit text. in l.fina.C.de anna.except. inducendo illum text.à speciali prout ponderabat ibi Angel. & ibi erat casus specialis in quo requiritur quod citatio contineat in se libellum.alter casus est dicit ipse in l.fin.C. de duob.reis.& per doct.ibi Ergo in contrarium est ius cõmune.Pro alia opin.videtur tex.in l.fin.C.de iure do. impe. quem ponderabat ibi Bald.quod imo opus erat quod in citatione mitteretur copia libelli ad hoc vt citatio cõprehenderet citatum.Ange.vero in l.si seruũ.§.nunc videamus.ff.de verbo.oblig.in principio multum exclamabat ibi in hac materia de illo tex.quod ibi erat casus quod licet in citatione nõ debet mitti copia libelli tñ quo ad hoc vt fiat interruptio præscriptionis opus est quod in citatione mittatur copia libelli casus est ibi in d.§. nũc videamus de quo tex.Ang.ibi faciebat maximũ festũ quicquid sit,dic tñ quę dixit Ang.secundũ Cy.in l.sicut.C.de ꝑscriptio. xxx.annorũ ꝙ de cõsuetudine nõ seruatur ꝙ copia libelli mittatur cum citatorio,licet Iac.Bu.ibi dicat ꝙ de iure mero debeat mitti copia libelli,omnino vide Ang.ĩ d.l.sicut.
6 †Quo ad secundam conclusionẽ. Adde quæ dixit Bal.in l. nul.ius.C.de exhib. reis. qui dixit ꝙ ibi in illo tex.est argumentum ꝙ in citatorio nõ est necesse exprimi crimẽ pro quo vocatur,sed solum ꝙ citetur quod debeat cõparere corã iudice ad se excusandũ à quadã accusatione porrecta cõtra eũ, sed in citatione nõ dicat de quo crimine. si enim oporteret in citatorio exprimi crimẽ nõ esset necesse vlterius explorare id quod dicitur ibi in illo tex.quia iã esset instructus sed do.Card.in cle.ii.vt li. pend. tenet expresse ꝙ imo in criminalibus in citatione oĩa debent exprimi ipsi accusato. per text. c. gl in c.maximianus.lxxxi.di.& per dicto cap.si primates.Adde tamen domi.Abba.notanter loquentem in cap.licet in beato Petro.extra de accusa.qui dicit quod illa doctrina Bart.in l.inter accusatorem de directo est contra tex.in cap.si primates. supra alleg. Vnde do. Abba. temperat dicta Bar.in hac materia ibi vide.de materia autem ista an in ciuili vel criminali opus sit quod

quod copia libelli vel accusationis debeat inferri videñ. essent dicta Mod. in d. c. ij. extra de dilatio. & in d. cap. qualiter & qñ in repor. & Hostien. & do. Ant. de But. in cap. pastoralis. §. quoniam. extra de rescri. & ibi vide Moder. & ibi Imol. in iiij. colum. Ioã. de Ana. in d. c. licet. & per Bart. in l. fina. C. de anna. excep. per Ant. de But. in c. j. de libel. obla. & multum elegãter loquitur Pet. de Anchar. in cle. ii. extra vt lit. penden. quē omnino vide in causa ciuili & aliquid ibi per Imol. Abba. in cap. i. de dila. in pe. colū. per Cyn. in l. sicut. C. de prescript. xxx. annorum. per gloss. in d. clemen. ii. in glo. fina. per Bal. in auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex in versi. quæro quando dicatur. & vide bonum text. cum glo. in c. indicas. iii. q. ix. & c. si episcopus. iii. q. ii.

7 *Terminus ad comparendum & respondendum libello sicut datur in ciuili, ita & in criminali sed statuta seruãda sunt qua communiter alium statutum terminum.*

8 *Iudex vel statutum si concedit minorem dilationem quam faciat lex quid erit faciendū.*

7 Ang. †Et est notandū quod sicut in ciuili datur terminus ad cõparendū & respõdendū libello vt no. in d. auth. auferatur. & in l. fi. ff. de fer. & ita etiã in criminali, vt l. i. C. de exhiben. reis. Sed cõiter per statuta. d. l. i. est sublata & alius terminus statuitur, vnde statuta sunt obseruañ. & attendenda. † Quid si iudex vel statutum cõcedit minorem dillationem quam cõcessa sit per d. l. i. an integra dilatio suppleatur à iudice vel à iure videtur quod sic. per no. per Bar. in l. i. ff. de iure delib. In contrariū videtur & maxime quãdo iudex possit dilationē legalē abbreuiare,[b] vt l. ii. & ibi plene per Bar. ff. de re iudi. Sed ego distinguo aut statutum minuit dilationē legalē, & hoc clarum ꝙ fieri potest, quoniam statutū est ius ciuile nouum ꝙ tollit antiquū, vt l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. aut iudex facit illud ex suo officio, & tūc aut facit ex causa, & si est iusta causa facere potest, vt dicta l. ii. de re iudi. quã causam exprimere debet in actis cum sit decretum vel sententia interlocutoria vt videatur vtrum grauauerit partem necne, facit l. qui testamēto. & ibi gl. & Bar. ff. de excusa. tut. & facit quod plene no. Ange. & Imol. in l. qui romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. & ꝙ iusta causa possit minorare facit l. reis. C. de pœnis. & l. constitutiones. ff. de appel. & l. si quis filio. §. irritū. ff. de iniusto rup. irritoque testa. & l. pronūciatum. C. de fer. secundum delicti qualitatem & delinquentis.

b ¶Abbreuiare. Adde nouissi. in d. l. ij. & in l. si finita. §. iul. ff. de damno infec. & vide Roma. in consil. ccccxcvij. qui manifacit dictum Barto. in l. iiij. §. prætor ait. ff. de damno infe. Ber.

Augusti. Tu aūt in hac materia, adde & consydera ꝙ ista quęstio depēdet ab illa an in dilatione legali quæ assignatur cum ministerio hominis iudex possit illam augere & minuere & multi tenuerunt quod cū causa talis dilatio possit augeri & minui ꝑ l. nonnunq̄. ff. de iudi. coniūcta. l. ad peremptorium. eod. tit. & istam opi. tenuerunt gl. Ioã. And. in c. cupientes. §. ꝙ si per viginti. de electione. in vi. in versi. xv. & gl. in auth. offeratur. C. de litis contest. in verbo, viginti. sequitur Iac. de Are. in l. i. C. de dil. & ibi Cy. & not. in l. siue pars. eo. tit. & Cy. sequitur in auth. ei q. C. de temp. appella. & Cy. in auth. q. semel. C. quomodo & qñ iudex. & Iaco. de Bel. & Ang. in auth. de exhiben. reis in §. i. & Iac. But. in l. ad peremptoriū. & Bal. in l. de die. ff. qui satis. cog. & Bal. in auth. iubemus. C. de iudic. & Bal. in d. auth. ei qui. & Guil. de Cu. & Iac. Bu. in l. de die. & Dy. in l. iiii. §. si quis. ff. de re iudic. Quinimo Bar. in d. l. ii. ff. de re iudi. expresse voluit quod omnino dilatio legalis ex causa possit mutari & multa allegat ibi. & vide per te ibi. & istam opinionem tenet gl. in. §. sancimus. in verbo. xx. in auth. de exhiben. reis. & do. Anto. in c. cum sit romana. de appella. & in c. præterea. extra de dila. Aduerte tñ, quia ista nō videntur ad propositum quia loquuntur in ciuilibus, sed nos loquimur in criminalibus. Vnde in criminalibus dilatio legalis non potest mutari vt voluit Cy. in terminis. in l. j. C. de requi. reis, propter magnitudinem iudicii allegat in argumen. l. fin. C. de requiren. reis. facit quod nota. Petr. & Cyn. in authen. qui semel. C. quomodo & qñ iudex Sed aduerte q̄a illa cõclusio est falsa quia imo in criminalibus istas dilationes etiam possunt mutari. & in terminis nostris in casu dictæ. l. ii. C. de exhiben. reis allego Specu. in titu. de citatione.

ne.§.nunc de tempo.in fi.& Bal. in d.l.j. & Inno.& communiter canonistæ in c.ad petitionem.extra de accu.& Bald.in l.ij.C. vt intra certum tempus. & Specul.multa allegat ibi in d.§.nunc.de tẽpo.omnino ipsum vide & melius & istam partem teneo, quia in criminalibus proceditur ad instar ciuilium.l.absentem.ff.de pœnis.licet Bald. videatur innuere contra in auth. qui semel. in ij col.C. quomodo & qñ iudex. & in d. l.de die. & in d.l.j.C. de requiren.reis.& in d.auth.iubemus.& in l.si ea. in penult. col. C.qui accusa.in illa.q.quã ponit de statuto quo cauetur ꝙ contumax ponatur in bãno in quo eis assignetur terminus octo dierũ, intra quem si non comparuerit habeatur ꝓ cõfesso & ibi voluit ꝙ ille terminus non possit nec argueri nec minui, dicas ꝙ ideo hoc est quia ibi pœna imponitur à iure sub certa forma debet forma specifice seruari per gl.quam alleg.valde not. in c.j. de milite vas.qui contumax est.iuncto illo tex.in verbo,tertiam vacationem.Et adde gl.valde nota.in cle.j.de vi.& ho. clerico. in verbo,tertio.& no.Ioã.And.in rub. de confes. in additio.Spec. & Bal.in l. non sunt liberi. ff.de statu ho.& Ant.de Bu.in c.tuæ.extra de cle.non resid.& Bal.in l.ij.C.quomodo & qñ iudex.Papa vero & princeps indistincte omnes dilationes legales augere & minuere potest. tex est notabilis secundũ Pet. de Anch.ibi & Imo.in cap.ex ore.extra de his q̃ fiunt à ma. parte cap. iudex vero dilationem legalem i totum tollere nõ potest. gl.est nota.in l. quod iussit.ff.de re iudic.in fi.in gl.magna.& voluit Spe. in tit. de citatione.§.nunc de temporum.versi.si.sed miror quod do.Ang.hic non viderit. & glo.in terminis.in l.ij.C. de exhiben. reis. & text. ibi qui loquitur taxatiue:nam text. dicit ibi nõ minus xxx.dierum spacium dari debet & ibi glo. dicit maius tempus poterit statui per iudicem, sed sic illa dilatio legalis poterit augeri sed minui illud tempus, gl. tacite videtur velle quod non, & forte illa gl. tenuit quia tex.ibi taxatiue videtur loqui,sed considera ꝙ indiuiduum huius quæstionis dependet ab ista an dilatio legalis quæ ministerio iudicis assignat posst mutari licet lex dicat non minus tempori assignari possit quam.x.vel.xx. vel.xxx. dierum, & licet Bar.in d.auth.offeratur. videatur sentire quod non isto casu vt videtur velle ibi glo. in d.l.2.C.de exhiben. reis. & est in terminis nostris tñ contraria opi. verior est de iure quia Iaco. But. tenet contrarium in d.l. ad peremptoriũ. quod imo ex causa potest mutari etiam isto casu.& Cy.in d.l.j.C. de dilatio.& not. Bar.in d.auth.qui semel.post medium.& gl.iuncto tex in §. omnes.in authen.de litig.& do.Ant.de But.in c.ij.extra de dila.& probatur in d. l. ad peremptoriũ. cum l.seq.ff.de iudic. in verbo, non minus. iuncta.l.nunquam.ff.de iudic.

9 *Criminalibus in causis maxime nuncius nõ potest aliquem citare nisi de mandato iudicis.*

10 *Commissio iudicis de citando si nõ appareat apparente tamen in actis quod nuncius retulit se citasse de mandato iudicis, præsumatur præcessisse mandatum.*

9 ANGE. † Et bene not. quod in processu nostro iudex commisit. Et quo nota. quod nuncius aliquẽ maxime in criminali citare non potest, nisi hic procedat de iudicis præcedenti mandato,vt l.fi.& ibi Cy.C.de requi.reis.Licet Inn.in c. quoniam contra de prob.voluerit sufficere commissionem generalẽ.& istud dictũ Cyn.est verius, vt est casus in l.cum cle.ibi memorati. C. de episco.& cle.& l.omnes.eo.titu.ibi ex eius qui regit prouinciam,& pro hoc quod no.Bar. in l.fi.C.de iur.do.impe.licet Bar. aliter distinxerit saluando vtranque opi. in l.si qñ. C.de testi.ita dicit Lud.in l.sciendũ.de ver-

10 bo.oblig †Quid aũt si non apparet de cõmissione iudicis facta. respondeo si in actis postea in relatione nuncii dicatur talis nuncius retulit se citasse ex cõmissione sibi per

a dominum iudicem factam prsumitur a p̃cessisse commissionem,ita dicit Cy. & Bal. in d.l.fi.& facit ꝙ not.Bal.in l.cum clericis. C.de epis. & clericis secus autem si de præambula commissione non apparet vel etiã in relatione nuncii,vt d.l.fi.

ADDITIO.

a Præsumitur præcessisse. Adde tu Franc.de Are.in consi.xxxiij.vbi dicit ꝙ communis opi.est in cõtrarium de quo per Ro.in consi.cccexcvij.& Abba.in consi.xlij.in j. vol. & an si non apparet de relatione nuncij.tñ si citati comparent præsumuntur omnia solenniter acta vide Franc. de Are. in consi.xxx. & quid si non apparet de nomine nuncii in relatione vide Ro.in consi.cclxvj. Ber.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia an præsumatur quòd commissio iudicis ꝓcesserit nuncio de citando aliquem quod ista est maxima difficultas quam disputauit Ro.in l.sciendum.ff.de verbo.obliga.& Guido. de Suza. in l. ad peremptorium.ff. de iudi.d. Ant.de But.& docto.in c.j. extra de iud. Et solet allegari quod Barto. posuit istam materiam in d. l.sciendum.licet i sua lectura hoc non habet, & Bald. in l. j.ff.de in ius vocan.Innocen.Ioan.Andr. & doct. in c.quoniam contra extra de probatio. & Tancred in opere suo in materia citationū. in x.q.& Barto.in l.j.§.cura.ff. de offi.præfe.vrb.& Barto.in extrauagan.ad reprimēdum in verb.per nuncium.& Bal.in l.consentaneum.in viij.notabili.C.quomodo & quando iudex.Et Sali.in l. tres denūciationes.eod.titu.& Imo.in d.c.j. extra de iudi. Adde Ioan.And.in addi.Spec.in titu.de citatione.§.sequitur versic. vnum autem. & Imo.& d.Ant.de But.in d.c.cum parati.ex extra de appella.qui dicunt quod imo cōmissio iudicis facta de citādo debet in actis scribi quod est contra multas curias in quibus non scribitur nisi relatio nuncij se citasse de mandato iudicis non commissio iudicis, & ideo illi ꝓcessus corruūt.Dicit tñ ibi Imol. forte processus illi substentarētur si cōsuetudo illa diutius esset obseruata quod commissio iudicis in actis non scriberetur,sed si non apparet de consuetudine, dicit Imo.ꝙ processus corruunt.& vide Sali. in l.absentem in vj.col C.de accusatio. & Abb. in d. c.quoniam contra.Sed no.ꝙ Io. And.in d. c.quoniam contra.refert ibi Abb.dicunt ꝙ communis est obseruātia vt tales cōmissiones de citando nuncijs factæ non scribātur. Frustra ergo disputamus de ista materia. Ego vltra omnes docto. scripsi amplissime post Modernos in repe.mea.l. sciendum.ff. de verb.obli. ibi vide vbi multa alle. & adduxi aliquas limitationes,dic vt ibi.

11 *Iudex an possit facere citari in alieno territorio subditum suum existentem in territorio alieno.*

11 † AVGV. † Quero an iudex possit facere citari subditū suum qui nunc est in alieno territorio in dicto alieno territorio. Respōdeo aut sunt plures præsides diuersarū prouinciarum sub vno dominio vel regimine tunc vnus potest facere citari in alieno territorio verbo tantum,vt l.omnes.§. apparitor.C.de epis. & cle.aut sunt sub diuersis dominijs: & tunc non potest facere citari verbo i dicto alieno territorio sed debet requirere iudicem illius territorij quòd citet illum vt coram se compareat &c vt d. cap. pastora.de re iu.facit.l.cum vnus.§.penult. ff.de bo.auth.iud poss. Vel etiam potest dici quòd aut quis citare vult in territorio illius cui iudex citans subest vt iudex aretinus citari vult subsidium suum in ciuitate Florentiæ cui subest & tunc non nō potest propter reuerentiam, vt d. clemen. pastoralis,alias si nō subest potest vt dicto.§.apparitor. ita dicit Bar. in l.j.§.j.ff. de requiren.re.vide Cyn. & alios in d.§. apparitor.

AVGVSTI. Tu aūt in hac materia adde a Cy.Sali.& Paul.de Ca a in l.fi.ff.de iurisd. omn iud.& per Ioā.Cal in rep.c.de illis in ix.q.extra de rap.per Bart. in extrauag. ad reprimendum in verbo per edictū.per Cy. Bar.Bal.Salic.& doct.in l.omnes.§. apparitor.C. de episc. & cle.& ꝑ Io.And. & alios in c.romana.§.contrahentes.de fo. compe. in vj.in nouella.per Specu in tit.de compe. iudi.adi.§.j.versic.sed quoniam iudex. per Pau.de Eleaza.in cle.pastoralis.extra de re iudica per do. Ant.de But.in c.fi.de foro.cōpe.circa.j.col.per Ange.in sua disputatione quæ incip.Bononieñ.in ij.q. princ. & in repetitione.l. si vacantia. post medium.C.de bo.vacan.lib.x. per Bal.in l.testa.qui C.de test.qui singulariter limitat istam materiā. Aliquid per Bal.in l.inquirendi.C.de ser.fugiti.& per Bal.in l.pen. in xv.col. C. de execu.rei iudic.per Bal.in l.in tempus.ff. de hære.institué. Et omnino in hac materia vidēda sunt dicta Ang.in dicta quæstione sua ꝗ incip. Bononiēsis qui ponit regulam nulla citationē fieri posse extra territorium, & ponit sex fallentias, & certe multum mirabiliter & magistraliter loquitur.

ADDITIO.

a ¶Et Paul.de Cast. adde in vltra ea quæ habētur in d.l.fi. Oldr.in consi.lxxxvij.Franc. de Are.in cōs.lviij.& consi.cxxxv. & ibi an iudex delicti possit citare extra territorium. Et quomodo debeat citari subditus existens extra territorū. vide plene do.Bar.Soz.in consi.clxvij.col.vj. versi. ꝑterea,Et ponit etiā.d,Maria,Soc,in rub.de dila.

12 *Citatio ad domum facta an sufficiat & arctet citatum.*

12 ANGE. † Quæro an sufficiat citari ad domũ. Respódeo q̃ sic, qa sufficit citari personaliter vel alibi ex quo verisimile est q̃ in sui notitiam veniat & sic ad domũ. ita dicit Bart. in d. l. inter accusatorem versic. sed quæro vbi debet citari &c. ff. de publ. iu. & ibi etiã Imo. & vide Salice. in l. absentem. C. de accu. addas quæ dicam infra in gloss. in verbo, qui iudex videns q̃ inquisiti non cõparent &c. in versi. quando autem fit ꝓcessus contra absentem &c.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia aduertas, quia dubito de ista conclusione per eã ę̃ latissime vltra doc. & maxime Moder

b nos scripsi in l. iiij. §. prætor [b] ait. ff. de damno infe. vbi docto. examinant istũ passum an citatio facta ad domum arctet citatum, & licet Ro. late ibi scribat & Moderniores latissime, tñ multa & infinita ego allegaui ibi quæ penitus sunt incognita ipsis & inter alia ego adduxi illam pulchram doctrinã Petr. de Anch. in hac materia quam posui in cle. j. extra de iudiciis, in vltimo notabili qui limitando doct. omnes qui dixerunt q̃ verum est q̃ citatio facta ad domum arctat citatum, hoc verũ in his quæ sunt leuis præiudicii. secus si sunt maximi vel magni præiudicii, & ita respondit ad dicta gl. & doct. & allegat Inno. hoc voluisse in c. fina. extra de eo qui mitti. in possess. causa rei seruandę sed causæ criminales sunt magni ꝓiudicii, vt habetur in l. imperium. & in l. magistratibus. ff. de iurisd. omn. iudi. cum simili. ergo videtur falsa conclusio Bart. hic, sed omnino vide quæ dixi in d. §. prætor. ait. qũo ista possent saluari in his quæ sunt magni præiudicij, quia ibi multa allegaui.

b .§. prætor. Adde & vide tu Alex. in d. §. prætor. Ro. in consi. ccccliuj. abb. in consi lxxxiiij. in j. vol. Raph. Cu. in consi. cxlvj. & Fulgo. in consi. lxxvj. & Alexand. de Imo. in consi. xj. in tertio volumi. Ber.

13 *Citatione verbali an quis dicatur preuenisse iurisdictionem.*

14 *Iudex unus preuenit in citatione verbali alius in reali quia capit reum personaliter quis istorum dicitur preuenisse.*

15 *Iudex originis preuenit in citando & iudex delicti in sententiando quis erit potior*

13 ANGE. † Quæro an ex citatione verbali dicatur officialis præuenisse & præoccupasse iurisdictionẽ alterius officialis. istã q̃stionẽ ponit Bar. in l sepulchri. ff. de sepul. viola. q in effectu dic t, q̃ ꝑ citationẽ dicit

c præoccupasse [c] iurisdictionem, vt l si posteaquã ff. de iudi. & iudex qñ per processum secundi iudicis impediretur procedere posset suam iurisdctionẽ defendere etiam pœnali iudicio, vt l. j. ff. si quis ius dicen. nõ obtempe. Item interdicto vti posidetis, vt not. Barto. in l. fin. ff. vti poside. Si autem non impediretur, vt puta iudex loci delicti procedit & iudex originis non prohibetur procedere cum hodie nõ habeat locum remissio, ita no. Barto. in d. l. sepulchri. hic vl-

14 timo loco dicta cessarent. † Quid autem si vnus iudex in citatione verbali alius in rea

d li, qa cœpit eum personaliter [d] propter delictum Istam quæstionẽ vidi de facto in ciuitate mea Aretii. vbi sunt duo officiales eãdem iurisdictionem habentes, & ista quęst. potest determinari per no. per Bald. in l. posteaquã & per not. per Bal. in l. ij. ff. de custo. reo. & in l. 2. ff. de pœ. & per Bal. in l. i. C. vbi de cri. agi. oport. & not. Barto. in l. domicianus. ff. ad Turpi. facit quod not Ioan. Andr. in cap. i. de obli. ad ratio. & quod no. Bald. in addi. Specul. titu. de contuma. §. sequitur. versi. sed pone. & quod no. Bald. in authen. sed nouo iure. C. de ser. fugi. ver. po. ue quod in ciuitate Perusii. Et finaliter tenerem q̃ potentior sit citatio realis quam verbalis, & sic iste iudex præferatur in processu qui cępit malefactorme illi iudici qui præuenit in citando reũ citatione verbali ꝑ ꝓdicta, & maxime qa ipse ad suũ libitũ põt suã sñiam executioni mãdare q̃ nõ põt ille q tm̃ verbaliter citauit, & ẽt cũ hodie nõ habeat locũ remissio in criminalibus. vt supra dixi. Igit facta executione secundi iudicis necessario sequitur quod sententia primi iudicis erit frustratoria, & opponi poterit exceptio rei iudicatæ cũ paruerit primæ sñiæ ne bis de eodẽ delicto q̃rit, vt l. vt nõ pñti ff. nau. caup. stab. & arg. no per Bar. i d. l. sepulchri. omnino vide quæ ibi per eum scribuntur, quia quis potest de eodem delicto damnari & in loco duci & in loco originis. Et imputet sibi reus qui in vno loco nõ cõparuit & paruit sñiæ, alias autem si nõ cõ-

pareret in loco originis & nõ paruisset sententiæ iudicis loci delicti nõ est audiẽdus, vt l.euidenter.ff.de excep.rei iudi. quod nota, quia semel habui de facto Nursiæ. De supradicta autem materia, vide etiam Bar. in
15 l.pluribus.ff.de leg.j. † Quid aũt si iudex originis præuenit in citãdo & iudex delicti sententiando quis erit potior. Istam q.Cy. in simili format Dy.Bal.& Ray.ĩ d.l.si pluribus.ff.de leg.j.& ibi Imo. qui voluit quod ille qui primo ꝓcessum inchoauit sit prior per d.l.si pluribus.& per l.j.ff.de offi. cõsu. Secundo quia inquirens succedit in locum accusatoris, vt no.Bar.in l.ij.§.si publico.ff. de adul.sed ĩ accusatione præfertur qui primo præuenit, vt l.qui crimen. cum ibi not. C.de accu.igitur & iudex inquirens. Prꝫterea qñ secũdum iudicium ita se habet ad primum ꝙ lata absolutaria in primo, opponetur in secundo exceptio rei iudica. tunc vlterius procedere nõ potest, vt l.fundum. & l.fundi & ibi Bar. ff.de excep. rei iudica. Sed in casu nostro sententia absolutoria in primo impediret secundum processum, ergo obstante pendentia primi processus nõ poterit procedi in secundo. Et hoc etiã habet locum quo ad confiscationem bonorũ, quia ille præfertur qui primo incœpit inquirere. quod not.

c Præoccupasse. Adde Rom.in consi.ccccxij.vbi dicit quod qñ citatio est illegitima iurisdi.non est præoccupata. Ber.

d Personaliter. Adde ad omnia hęc quæ ponit Bal. in consi.ccccxviij.incip.quidam Cagnus de Freno, in ij.vol.

AVGVSTI. Tu autẽ in hac materia adde ꝙ prima conclusio supra tacta vr̃ cõtra tex.in l.non videtur.ff.de iudi. vbi habetur quod sola citatio non confert iurisdictionẽ. Sed responde vt eleganter dixit Bartol.in l. vbi cœptum.ff.de iudi.ꝙ verum est quod à citatione non dicitur esse cœptum quando nõ coram suo iudice conuenitur vel coram eo quẽ posset declinare. & ita loquatur d. dicta lex non videtur. Secus si quis cõuenire tur qui haberet plures iudices habẽtes eandem iurisdictionem & parem vt puta in casu nostro, quia potestas & capitaneus sunt iudices in ciuitate Perusij vel Senis, nã tũc ille qui præuenit per citationem ille erit iudex per d.l.si quis postea.ff.de iudi. vbi notanter dixit Ang.allegando singulare verbum Archi.in c.non est.iij.q.vj.ꝙ isto casu non requiritur ꝙ talis citatio sit peremptoria, quod no. Item an per capturam personæ dicatur præuenta iurisdictio. Adde quæ dixit Ang.in l.si quis postea.ff.de iu.quod sicut per citationem iurisdictio præuenitur ita per capturam, nã illa citatio fortior est. Vnde capto malefactore per potestatẽ pro vno delicto ante processum inchoatum prꝫuenta dicit iurisdictio capitanei.ita vt amodo cognoscere capitaneus non possit de eodem & alleg.Ioan.And.hoc voluisse in d.c. j.de ob.ad ratioci.secus si potestas solum libellum accusationis seu inquisitionis posuerit in actis, per no.per gloss.in l.ff. de in ius vocan. Aduertas tñ quod præfati doct.non decidunt id quod decidit d.Angel.hic scilicet, vt si capitaneus primo citauit verbaliter alter scilicet potestas citauit realiter, & sic venit ad capturã post citationẽ incõtinenti capitanei quod ꝑ capturã dicatur ꝑuẽta iurisdictio capitanei, quia dubito de ista decisione d.Ang.hic quia doc.oẽs maxime Pe. de Ca.ĩ d.l.si quis.postea dicũt quod sicut per citationẽ verbalẽ ꝑuenit iurisdictio ita per capturã. Et ita dicit do.Ang.ibi sed non decidũt id quod decidit d.Ang.hic imo dicta ꝑ Io.And in d.c.j.de obli.ad ratio. non decidũt id ad qđ d.Ang.ipsum alleg.vt pulchre poteris videre ex dictis Ang. in d.l.si qs postea. Vnde tex. dicũt qđ ꝑ ıo'ã citationem perpetuaĩ & ꝑuenitur iurisdictio d.l. si quis postea.sed nõ reperio tex. qui dicant qđ captura isto casu fortior sit quã prima citatio. Et de materia ꝑuentionis vide omnino Pe.de Anch. in c.significasti extra de foro cõpet.& ideo dixit Bal in l.senatus ad si.C.qui accu.quod captura personæ dr̃ citatio. & ille dr̃ ꝑuenisse alterũ per capturã sicut fit per citationẽ sed nõ dixit Bal. ĩ l. j. id quod iste doc.voluit determinare. Inquãtum autem do.Ange.tetigit hic aliam quæstio.si vnus iudex præuenit in citando alter in sententiando. Adde quæ late dixi post doct.Moder.vbi multa fuerunt allega. in l. si pluribus.ff.de lege.j.

SVMMARIVM.

1 *Nuncius potest esse etiam infamis.*

2 *Nuncij si ex forma statuti debent eligi in concilio generali tunc iudex non posset à se nũcium eligere.*

Petro



ETRO publico & iurato nuncio.]

Dicta die.

Quod Petrus nuncius publicus retulit se dictos inquisitos & quelibet eorum, quoniam ipsos personaliter reperire nõ potuit citasse domi eorum & cuiuscunq; ipsorũ solitæ habitationis &c. & omnia alia fecisse & dixisse quæ habuit à dicto. d. iudice in commissione & mandatis.

Die xxvij. dicti mensis.

1 †Quilibet etiam infamis a potest esse nun-
37 tra de cohabi.cleri.& mulie. †Item inquantum do.Ang.hic circa effectum secundum dictæ confessiones fictæ quid operetur talis confessio ficta, exemplificat ꝙ aliud est quod de delicto constet per veram confessionẽ, aliud propter fictam confessionem, quia si notarius propter contumaciam banniatur poterit confiteri alia instrumẽta. Adde Bal. in l. in exercendis. C.de fide instrum. in iiij. colum. qui videtur tenere contra Bart.sed melius & expressius tenet contra Bar. Bald.in addit. Spec. in titu.de instrumen.edic in vij.colum.& contra doctrinam do.Ang.hic. vide pulchra verba quæ posuit Angel. in l. si is qui.§. si tu titiam.ff.de fur. vbi ponit exẽplum ꝙ licet per statutum bannitus habeatur pro confesso, tamen propter talem contumaciam debet vere constare de delicto, ac si per veram confessionem, vel ac si per testes veros constaret de delicto ibi vide. Et vide Paul.de Cast.in consil.suo cxcvij qui ponit late multa allegando, an isti tales banniti per contumaciam sint infames & quando & alleg. bona iura text.& gloss. & Bartol. vide tamen quod consuluit Pet. de Ancha. in consi. suo ccccix. qui dicit
38 †quòd statutum quod quis habeatur pro confesso non debet intelligi cum est actum cum accusatore illegitimo, ita tale statutum intelligitur quo ad delictum, non quo ad qualitatem personæ aggrauantis delictum, & ideo ibi consuluit quòd maritus qui verberauit acriter vxorem Bononiæ & ipsa aufugit Ferrariam, & postea ipse accusauit eam de furto & adulterio, ad hoc vt lucretur dotem & per contumaciam ipsa condemnetur vigore statuti, quod contumax habeatur pro confesso ꝙ propter hoc iste non lucratur dotem, licet statutum dicat quòd habeatur pro confesso contumax. & idem dixit Angel.in consil. suo cxiiij. incipiente super primo dicto quòd licet contumax habeatur pro cõfitente factum non autem qualitatem facti. Adde consilium Bartol. xcvj. incipiente domi. Cyn. de
39 Bononia qui ponit† quòd licet contumax haberi debeat pro confesso, tamen quando iudici constaret ipsum non esse culpabilem quòd debeat absoluere non condemnare. & vide in consi. suo cij.qui ponit stante statuto prædicto an iudex possit recipere informationes quo ad absolu. aut condemnatio. & quid si terminus statuti in quo comparere debebat est elapsus, an iudex hoc possit & quas exce-

exceptiones potest ipse bannitus oppo-
40 nere elapso termino statuti. †An autem sententia lata propter contumaciam magis dicatur lata per contumaciam quam propter delictum. adde Barto.in l. papinianus. §.meminisse.ff.de inofficioso testamen.& quod in l.qui repudiãtis.eo.ti. & quod no. Bal.Ang.& Imo.in l.inter stipulantẽ.§.i.ff. de ver.ob.Bar. in l.i. in fi.si quis ius di.non obtẽ.Bar.in l.vinũ.ff.si certũ petat.Bal.in l. i.C.de confes.& Bal.in l.fin.C.de procura. faciunt etiam not.in l. absentẽ.ff. de pœn. cum si.& Bar.in l.omne.§.i.ff de re milit.

41 *Inquisitio regulariter non fit contra mortuum, & si pendente iudicio reus moriatur tollitur omne delictum contra eum.*

42 *Delicta quæ non sunt publica non extinguuntur morte si lis fuit contestata contra defunctum vel habita pro contestata.*

43 *Cadauer rei mortui pẽdente iudicio an debet suspendi vel circa illud aliquid aliud fieri.*

44 *Reo mortuo post appellationem, quid erit an hæres appellaret.*

45 *Contumax si habeatur pro confesso & conuicto ex forma statuti, & moriatur ante condemnationem an pœna transeat ad hæredes.*

46 *Inquiri in quibus casibus possit in crimine læsæ maiesta.reo mortuo. & illius memoria damnari.*

47 *Mortuo reo ante sententiã, iudiciũ criminale finitur regulariter & memoria hominis non damnatur, limita nisi hæres vellet sententiã ferri pro purganda infamia defuncti.*

48 *Cadauer rei an furca suspendi possit.*

49 *Reo mortuo post appellationem an talis sententia afficiat hæredes.*

50 *Statuto dicente quod quis habeatur pro confesso, & quis moritur ante condemnationem an pœna transeat ad hæredes.*

41 ANGE. †Et prædicta ꝓcedunt qñ ꝓceditur cõtra viuũ.si aũt iam esset mortuus reus vel pendente iudicio moreretur, tunc mors tollit omne delictũ & cõtra eũ regulariter inquiri non potest & inquisitio formata debet circũduci, nisi in casibus qui habẽtur in l.ex iudiciorum.& ibi gl.& Bar.ff.de accusa. Item quoties nõ principaliter pœna est corporis afflictiua, sed principaliter causa & questio erat super bonis, quoniam tũc quãuis reus sit mortuus tñ adhuc questio durat super bonis, vt l.fin.C.si reus vel accusa.mor.fue.& C.si pen.app.mors interueniat l.iii. alia delicta publica etiã lit.contesta.nõ transeunt ad heredem, imo morte
42 extinguuntur, vt d.l. ex iudiciorum.†Alia autẽ delicta quę nõ sunt publica nõ extinguuntur morte.si lis fuit contesta.cõtra defunctum vel habita pro cõtest.l.i. & ibi gl. & per Bal.ibi C.ne ex delictis defun.vel si aliquid ad hæredẽ ꝑuenit, vt l.i & ibi Bar. ff.de priua.delic.facit ꝙ no.gl.in §.ꝑ cõtrariũ.inst.de heredi.quæ ab intesta.defe. & nota bene ꝙ in crimine læsę maista.& similiũ quę nõ expirant morte.& in quibus ẽt ꝓcedi põt post mortẽ ꝙ sentẽtia & sic etiã inquisitio nõ debet esse cõtra illũ mortuũ nec eũ cõdemnari cũ sit mortuus sed cõtra eius memoriã inquiri, vel eius memoriam damnari,[a] vel ꝓnunciari & declarari eum cõtra principẽ, vel rempublicam fecisse, & per hoc eius bona in fiscum inferri, nã ꝓpter hoc memoria eius dãnatur & infamia quadã defunctus afficitur, ita dicit singulariter gl.in d.§.per cõtrariũ ꝙ singulariter nota in modo practicãdi, & semel in ciuitate vulnerarũ habui de facto, de quo etiã vide quę dixi supra eod.in gl.(che hai tradito la tua patria:) in ver.& bene aduertas ꝙ
43 tale crimẽ.†An autẽ cõtra cadauer sit aliquid faciendũ, vt ꝙ suspẽdatur vel vt quid aliud fiat. Ang.in l.i.ff.de publi.iudic. & ibi Imol.& Bal.in l.i.C.ex delict.defuncto.dicit ꝙ non, allegat etiã Cy.in l.ii.C.qui test. facere poss.vbi videt hoc etiã tenere. & sic dicit Ang.caueat aũt Iudex qñ delinquens moritur ꝓcessu pendente ꝙ eius cadauer nõ suspendat, alias tenetur in syndicatu, vt l.i.§.quoties.ff.de iniu. dicit tñ ibi Imo. ꝙ aliquãdo cõtrariũ seruatur in famosis malefactoribus, & hoc in odium eorũ videtur posse tolerari, vt in c.mulier.xv.q.i. dic vt ibi per Imol.vbi etiã allegat ꝙ habetur in c.inter monasteriũ.§.i.de statu monacho-
44 rum. † Quid si reus decesit post appellationem quid erit, Bar.in d.l.ex iudiciorũ. dicit ꝙ si decedat intra decẽ dies qui dantur ad appellandum, qđ hæres eius debet appellare, alias cum lis sit cõtesta.& defunctus damnatus talis sentẽtia afficeret heredes nisi appellarent, sed de ista quæst.latius dicit Bal.& Imo.in l. qui latronibus.§.i.ff. de testamen.& Bal.in l.si quis filio.§. eius ff.de iniusto rupto testamẽ.vbi concludũt, vt dicam

vt dicam infra in gl.super verbo, præsente Titio & appelante &c.vide etiam Imo. qui similiter tenet gl.in l.defuncto.ff.de publi.
45 iudic. †Quid si habeatur pro confesso.& conuicto cõtumax ex forma statuti & moritur ante condemnationem, an pœna transeat ad hæredes, videtur ꝙ non, quia requiritur litis contestatio.& sententia ad hoc vt contra hæredem transeat, vt d.l.ex iudiciorum.& ita tenet Dyn.Bart.tamen ibi determinat contrariũ sed de hoc dicit latius Bal. & Imol.in d.l.quia latronibus.§.j.& in dicto.§.eius.vbi Bald.nititur concordare opinionem quia dicit opin. Bar.veram si post interlocutoriam bãni secuta sit diffinitiua, alias procedit opinio Dyn facit l.j.cum gl. C.de modo multandi.& istud mihi placit. licet Imol.videatur dicere ꝙ indistincte sit vera opinio Dyn.etiam si secuta sit diffinitiua quoniam illa consueuit ferri conditionaliter, quia damnari cõsueuit ad mortem si veniret in fortiam communis &c.Et licet pœna videatur capitalis, & in cõsequentiã tenere tacitam bonorum publicationem. iuxta nota.in l.deportatorum.C.de pœnis cum similibus.tamẽ ex quod est cõditionalis suspenditur eius effectus in conditionis euentum, vt l.j.§.biduum.ff.quando appellãdum sit.& sic interim nõ habet effectum cõtra damnatum in ipsa pœna capitali, nec consequenter in bonorum publicatione, ergo consequenter nec cõtra hæredem si interim moriatur argu.dicte legis quia latronibus.§.j.Et hoc dicit procedere multomagis hodie, vbi bona damnatorum in consequentiam non publicantur, vt in authẽ. bona damnatorum.C.de bonis damnatorũ. sed etiam nõ obstante opinione Imol. ego tenere concordiam Bald. Nec obst. quod dicit Imol.quoniam sententia lata contra cõtumacem & absentem fertur pure & simplicter, sine aliqua cõditione, licet eius executio differatur in conditionis euentũ vide licet ꝙ dicitur, & quia constat nobis commisisse per veram & legitimam confessionem habitam ex sua contumacia secundũ formam statutorũ &cæ. Idcirco ipsum Titium in appellatione capitis cõdemnamus & eius bona publicamus, verum si quo tẽpore venerit in fortiam communis ꝙ ducatur & duci debeat vsque ad locum iustitiæ & ibi decapitetur &cæt.& sic bonus iudex debet formare verba sententiæ hoc modo, & sic formando necessario sequitur ꝙ sententia est pure lata nõ sub conditione.Ideo habet & statim sortitur effectum, & sic erit vera opinio.Bar.& Bald.& ita practicatur, & hunc modum pronunciandi sentit gl.in authen.de leno.§.si quis autem. in verbo, expellatur.quam gl.allegat Iac.de Belui.in authen.de pace tenenda. & in principio & dicam infra in gloss. super verbo, caput à spatulis amputetur &c.

ADDITIO.

a ¶Memoriam da mnari. Adde circa hoc. & vide quæ ponit Cepol. in consil.xvij. & vide Bald. ponentem practicam in consi.lx.ij.vol. Ber.

AVGVSTI. Tu autẽ in hac materia inquantũ supradictũ est quod mortuo delinquente, nõ potest amplius formari inquisitio vel accusatio cõtra mortuũ, nisi in certis casibus expressis &c.adde hic quę dicta sunt supra in gloss.(Che hai tradito la tua patria,)in verbo, & bene aduertas. vbi de iure canonico aliqua allegaui ĩ materia ad intellectum tex.in gloss.& Bart.in d.l.ex iudiciorum.ff.de accusatio, & vide gloss. magistram.de iure canonico.xxiiij.quęstio.ii. in summa quæ ponit regulam & fallentias quid de iure ciuili & quid de iure canonico & ibi vide multos tex.allegatos de iure canonico ab illa gloss.quos non allego breuitatis causa, quia parum esset mihi hoc transcribere Sed in materia tene mẽti vnũ singulare verbum quod posuit Ang.in consilio suo.ccxxj. incipiente in Dei nomine & suę Matris virginis gloriosæ, pro decisione
46 consultationis prædictæ qui dicit †quod licet in crimine læsæ maiestatis post mortẽ delinquentis potest quæri de delicto talis. & memoria eius damnari, tamẽ hoc habet locum solum in duobus casibus. Primus quando contra personam Imperatoris hoc fieret.Secundus quando cõtra rempublic. Romanorum cõmitteretur tale delictum, casum allegat in terminis in l.iii.ff.ad l.Iul. maiestatis.In omnibus autẽ aliis capitulis criminis læsæ maiestatis hoc non est, quia cessat processus damnandi memoriam hominis.pro hac opinio.Ang.etiam est gloss. in dicta l.ex iudiciorum.ff.de accusatio. Et ideo consuluit Ang.qđ cum in ciuitate Lucana quidem ciuis contra illam rempublic.

com-

commisisset crimen læsæ maiestatis quod cũ illa non sit respub. Romanorum non tenuit illa sententia lata contra illum ciuem mortuũ, nec confiscatio bonorum, dicit tamen quod bene valeret statutum factum per illam ciuitatem Lucanam si expresse diceretur in statuto quod post mortem delinquentis posset procedi,& contra mortuum delinquẽtem.& contra bona sua. Dubito de ista decisione Ang. quia hodie quilibet princeps & quęlibet respubl. volunt habere prerogatiuas Cæsaris & reipubli. Romanorũ.iuxta ea quæ dixit Bart. in l.imfamem.ff.de public.iudic.cum similibus. & quæ sit ratio vina quare post mortem delinquentis non potest quæri.de delicto. Vide omnino pulchra verba Angel.in l.j. C. ne ex delictis defun. in princi. adde quæ dicta sunt supra in glo.(Che hai tradito la tua patria,) in glo.in verbo,& bene aduertas. & quãdo damnatur memoria.vide Bartol.in l.qui à latronibus.§.fina.ff.de testam.& vide glo. cap. xxiij. distin.quorũdam & cap.officij.extra de pœn.

47 & remis. †Et inquantum supra tactum est ꝙ post mortem rei delinquentis ante sententiam iudicium criminale regulariter finitur & memoria hominis damnari nõ potest.Limita hoc non procedere si hæres vellet ꝙ pro purganda infamia defuncti ꝙ sententia ferreretur, quia pro suo interesse potest instare,vt sententia feratur post mortem.ita dicit Bald in l.j. in ij.col. C.ne ex delictis defun.casum allegat singularem secundum ipsum qui alibi in iure nõ reperitur in l. filiæ.§. fœmina. ff. de adimen.

48 leg. †Item inquantum supradictum est an cadauer mortuum possit furca suspendi. adde ꝙ Angel.in l.fin.C.si pendente appella. mortuus fuerit.multum exclamat cõtra assessores qui cadauera mortuorum delinquentia quæ obierunt ante sententia faciunt suspendere, vel igne comburi,& idem dixit Angel.in d.l. ij. C. qui testamen. facere poss. licet ibi dicat quòd aliquando viderit contrarium obseruari & male, quia est contra text. in d.l. fina.C. si pendente appella. mors interue. vbi dicitur quòd crimẽ est extinctum per mortem quod nulla pœna debetur si nullum est crimẽ, ideo rationes Bald. quas adduxit in d.l.j. C. ne ex delictis defunct. multum vrgen.pro hac parte quibus male potest responderi, licet Bald. in l. ij.C.qui testamen.facere possunt. dicat ꝙ hoc est arbitrarium, & in arbitrio iudicis per clemen.j.in verbo,pœnitentiæ de pœni. & Fulg. in d.l.ij. refert ibi dictum Bald.& cum reprehendit ꝙ nihil inuenit ad propositum in dicta clemen.j.sed aduerte qua mihi placet opinio Imol.quam posuit in d.l. defuncto. scilicet ꝙ in famosis latronibus in malefactoribus hoc non procederet quia in odium ipsorum cadauera possũt suspendi, vel igne comburi, & istam partem tenet Rom. in l.si vero.§.de viro.ff.solu.matri.in xlvj.fallentia. & Rom. in d.l.ij. C.qui testamen.facere possunt.qui dicit ibi opinio Bald.hic potest procedere in famoso latrone per id quod not.glo.sing. in l.ij. ff. arbo.fur.ces. dum dixit latrones mortuos bestijs subijci,& ibi allegat multa quæ fuerunt allegata ab Imol. in dicta l.defuncto, sed contra Bald.Imol.& Roman.arguo sic, si taxatũ est lege,qui sunt illi casus in quibus post mortem quis potest iniuriari calumniari,& damnari,vt in l.ex iudiciorum.ff.de accusa. & lex noluit vltra procedere quomodo volumus nos vltra procedere contra leg.scriptam,iudex ergo tenebitur in syndicatu, vt dicit Angel. in dicta l.defuncto.& maxime quia ibi in dicta l. ex iudiciorum. & in glo. enumerantur illi casus atrocissimi odio quorum lex voluit quòd post mortem damnetur memoria hominis, vnde ibi lex habeat considerationem etiam de casibus atrocissimis,& sicut lex habuit considerationem de crimine læsæ maiestatis hæresi, & repetundarum ita dixisset de famosis latronibus & si similibus, nisi respondeamus quòd lex etiam quandoque comprehendit alios casus ibi non enumeratos. & probo per illummet text.in l. ex iudiciorum, nam ibi dicit ꝙ mortuo delinquente iudicium expirat sed fallit ibi in duobus casibus enumeratis in tex. scilicet in crimine læsæ maiesta. & repetundarũ, tamen ibi glo.vltra illos duos casus enumeratos in tex. addidit alios quinque,& sic non est absonum vltra alios quinque casus enumeratos per gl.si doct. addunt alios extẽdendo per bonas rationes.& maxime quia ex causa licitũ est leges transgredi, & statuta iuxta regulam vulgarem Inno.in c.j. de constitu. & per not. in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de ijs qui notan.infa.& de materia per Angel.in l. qui à latronibus.§ j.ff.de testa. & adde domi. Catald. in tractatu syndicatus.quæstio.cxlvj.qui dicit quòd est arbitrio iudicis an corpus mortuum velit facere suspendere, quia illud est corpus

49 pœne. †Item inquantum supra tactum est, quando reus decessit post appellationem quid erit an talis sententia afficiat hæredes. Tu de hac materia adde omnino quæ singulariter dixit Bald. in l.j. C. ne ex delict. defun. in iiij. colum. vbi not. loquitur & ibi facit mentionem

nem quomodo Barto.fuit in hoc materia contra sententiam Dy.& omnino Bald.in l.tertia. C.si pendent.appella.mors interuenc.& ibi in l.eg.prima.in fin.C. si reus vel accus. mortu. fuc.qui videtur velle quod opin.gloss.& Bar. sit cõmunis. Et illa gl.in d.l.ex iudiciorũ quæ allegatur in ista materia Ang.in l.& post.ff.de transact.dixit illam gloss. singularem & non esse alibi & idem magnificit illlam gloss. Bal. in l.furti.ff.de his qui not.infa.in ij.col. & ibi limitat illam glo.& vide Bar.in l.si qua pęna. ff.de verbo.signific.& Alb.de Ros.in iiii. parte statu.q.xxv.& vide per do Angel. infra in

50 vlt.glo.in vlt.col. † Inquantum vltimo loco tangit do.Ang.hic si ex forma statuti quis habetur pro confesso & quis moritur ante condemnationem,an pęna transeat ad hæredes. adde quod Bal.multum not.loquitur in l.i.C. ne ex delictis defunctorũ.in iii. col.& aliquid per Bald.in auth.bona damnatorum.C.de bonis damnato.& faciunt not.per Bal.in l.i.C.de condi.infer.Item vide Alb.de Rosa.in iiii.parte statu.q.xxv.& omnino vide in vlt. gloss.in vlt.versi.in vlt.additione mea.

51 *Statuto cauetur quod non comparens ponatur in banno, de quo non extrahatur, donec soluat condemnationem mille quidam sic fuit in banno positus, & non vult soluere mille an fiscus poterit facere executionem in bonis istius vsque ad summam mille.*

52 *Statuto stante vt supra si bannitus moriatur in banno an habebit bannum executionem contra hæredes banniti.*

53 *Iudex poßit Titium in banno centum librarum quia Seium vulnerauit, an iudex cõpellatur illas libras exigere.*

54 *Bannitus fuit quidam tali banno quod transiuit in rem iudicatam, puta quia reus nunquam comparuit, quis potest petere quod talis bannitus eximatur à banno.*

51 ANGE. † Quid si statuto cauetur quod nõ comparens ponatur in banno,de quo non extrahatur,donec soluat cõdemnationem mille, modo quidam est positus in banno & nõ vult soluere mille,an fiscus poterit facere executionem in bonis istius,& accipere bona vsque ad mille. Bal.in d.auth.bona arguit primo quod sic quia cum sit sententia lata ergo meretur executionem,& mittetur executioni per iudicem maleficiorum qui eam tulit, vt l.si quis inter.C.de bonis proscri.alias si executionem non meretur frustra esset lata.facit ꝙ no.Dy. in l.post contractum.ibi Bartol.ff.de dona.vbi dicunt ꝙ bona damnati sunt obligata pro condemnatione soluẽda.facit gl.in l.rescriptũ.ff.de pac.in prin.In contrariũ allegat Bald.quia iste videtur debitor alternatiuus, ideo electio est sua,vt l.plerunque.in fi.ff.de iure dot.facit qđ not.Bal.in l.quicunque.& ibi not.Barr. C. de ser.fugi. Præterea donec paret banno stando absens,aliter in pecunia satisfacere cõpelli non potest,vt l.si pecuniam.ff.de condi.ob.cau. Ex

52 quo infert Bal.† ꝙ si iste moriretur in banno ꝙ tale bannum executionẽ non haberet cõtra eius hæredem,de quo tamẽ ẽt latius supra dixi,nam quilibet bannitus non cogitur ad satisfactionem pęnarum,vt l.sed si vnius.§. si ante iudicem.ff.de iniur. Præterea si fieret talis executio bannitus consequeretur præmium, quia per solutionem rebanniretur,sed hoc non debet fieri cũ statutum sit in eius odium factum. igitur &c. vt d.l. si quis inter. Item si ita esset non lueret bannitus aliquam pœnam in corpore vel bonis,quia ipse non dedit,sed si esset in banno habet pęnam corporalem &cęt.istud dicit ꝙ practicatur quod not. maxime in ciuitate Bononiæ vbi multi banniuntur in certa quantitate pecuniæ vbi se absentant, an in eorum bonis possit fieri executio,alias ergo audiui doctissimos aduocatos practicasse istam vltimam partem, quia fiscus non potest accipere ista mille inuito ipso bannito, & allegabãt ipsi istam rationem,quia maior est pœna corporalis minima,quam alia maxima pecuniaria.l. in seruorum.ff.de pœn.cum simi.Si sit ergo tale statutum inquantum vult ꝙ banniti rebãniantur soluendo mille, hoc tendit in beneficium ipsius banniti, beneficium ergo non debet conferri in inuitum in regula,beneficium. de reg.iur.nec crederem isto casu etiam si magis expediret ipsi bannito stare in bannũ, quã soluere ista mille ꝙ in odium suum fiscus posset isto casu exigere illa mille ipso inuito,quia cum statutum alternatiue quodammodo dederit sibi hoc beneficium non potest amplius auferri ipso inuito per ea quæ no.doc.in l.omnes populi ff.de iusti.& iure.& per cap.j.extra de consti. & imputetur cõdentibus statuta ꝙ

53 non fecerunt statutum clarius. † Aduertas tamen secundum Iac. Butr.in l.j.C.cõmi, vel epi.iudex posuit Titium ex vulnere in Seium illato in banno centum librarum an iudex cõpellatur illas exigere,& dicit ꝙ non nisi secuta sententia condemnatoria, quia tale bannum est quædam comminatio dictæ pœnæ, ergo non habet vim sententiæ, vt dicta l. j. & ideo iudex

a iudex posset ex causa & minuere a & augere dictam pœnã cõminatam, vt l. illicitas. §. fi. ff. de offi. præsi. & hoc sequitur Salic. in d.
54 l. j. nisi aliter à statuto esset ꝓuisum. † Quæro aliquis est bannitus tali banno ꝙ transit in rem iudicatam videlicet quia reus nunq̃ cõparuit quis potest petere ꝙ talis bãnitus eximatur à banno. respõdet Bal. in rubr. C. de iu. fisci. lib. x. ver. ecõtra quis poterit petere &c. ꝙ cognatus vel affinis banniti, &
b non alius b. ff. de pœ. l. in metallum damnati. Nec. obst. l. nõ tantum. ff. de app. quia aut bannum vel sententia transit in rem iudicatam & sumus in executione, & locum habet. d. l. in metallũ. aut nõdum meruit executionem, & quilibet potest impedire ne transeat, vt d. l. nõ tãtum cum distinctione. tñ aut ante sentẽtiam aut post vt ibi, ego autẽ intelligo dictũ Bal. qñ voluit petere bannitũ eximi de bãno per viã iustitiæ, vt puta quia nõ fuit rite bãnitus. Si autẽ voluit venire ꝙ non põt bãniri, quia aliũ bãnitũ interfecit, & sic reipu. interest & etiã suum non fuit delictũ ex forma statuti, tũc dico quilibet de populo etiã nõ habẽs aliquod mãdatum à bannito potest illud petere, vt elegãter no. Bar. in l. vbi pactum. C. de transact.

ADDITIO.

a ¶ Et minuere. Adde tu & vide de hoc per Petr. de Anch. in consi. cclxxiij. Ber.

b Et non alius. Adde vt per Cep. consil. xxj. & Paul. de Cast. in cons. xxxiij. in primo impressis.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia adde ꝙ vera videtur indistincte esse illa cõclusio ꝙ quilibet potest cõparere ad defendendũ illum qui iniuste fuit bannitus, maxime per regulam traditam per Bar. in l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iud. in iiii. col. ibi sed primo quæro. pone quod in casu qui dicit q̃d vbi absens potest damnari ibi quilibet dimittatur ad defensam, imo si nemo esset q̃ cõpareret pro eo debet quærere de eius innocẽtia l. i. in. fi. ff. de quæstio. l. si nõ defendãtur. ff. de pœ. & affirmat Sali. in l. reos. C. de accu. & de hoc satis supra dictũ est in hac eadem gl. in addi. meis, vbi late posui istã materiam, an in causa criminali possit procurator vel alius cõparere, qñ est absens. dic vt ibi, & maxime si de innocentia ipsius banniti potest ex actis colligi vt in casu nostro de bannito, posuit Bart. in l. pe. §. ad crimen. ff. de publi. iud. in pen. col. in ver. quæro procurator habẽs &c. dum allegat gl. reputatã singu. in l. qui cum maior. §. si patris. in verbo, vel calumniosa. ff. de bo. liber. & fuit sententia Cyn. in l. reos. C. de accusa. in vi. q. & ibi Bar. in xiiii. col. & Ange. & Sali. & Fulgo. & Paul. de Cast. in d. l. vbi pactum. ff. de transact. tenent q̃d quilibet potest cõparere in illo casu scilicet qñ allegatur q̃d ille non debet banniri propter homicidium cõmissum in persona alterius banniti, sed si recte ponderentur verba Salic. in vltimis verbis allegatur alia ratio, quare quilibet potest cõparere. quia dixit illud arg. q̃d supra allegaui, quia vbi absens potest damnari ibi quilibet admittitur ad defensam &c. licet contra dicta. d. Bar. in d. l. vbi pactum. dixerit Iac. Butr. in d. l. decuriones. C. quibus ex causis infa. irro. sed Bal. videtur stare cũ opi. Bart. ibi pro quo bene facit tex. cum ibi nota. per Bar. in l. si seruus. C. de his qui ad eccle. cõfu. & not. per Bal. in l. i. c. i. §. iniuria. de pace iura. fir. & per Bal. in l. i. in ii col. C. quomo. & quan. iud. & per Bal. in l. i. §. filius. ff. ne quis eum qui in ius vo. est vi exi.

55 *Processus formatus etiam in fauorem inquisiti an valeat in quo interuenit procurator qui non fuit repulsus, licet esset causa in qua non poterat procurator interuenire.*

55 ANGE. † Quæro pone q̃d in causa criminali in qua nõ potest interuenire procurator iuxta l. seruum. quoque. §. publice. ff. de procura. & l. pe. §. ad crimen. ff. de publ. iud. si quis procuratorio nomine compareat & fuerit admissus tacite hoc est non fuerit repulsus, an tamen valeat processus etiam
c in fauorem inquisiti dic q̃d sic c vt no. gl. in c. i. de iud. lib. vi. i verbo, criminalibus ꝙ no.

c ¶ Quod sic. Adde & vide Ro. in consi. xxv. vbi multa ponit quæ fieri non possunt, & tamen facta tenent. & vide do. de Rot. in deci. ccccl xxxij. in titu. de procur. Ber.

AVGVSTI. Tu in hac materia adde gl. in terminis in l. quamuis. C. de adulte. & Bartol. in terminis format istam quæstionẽ in l. penult. §. ad crimen. ff. de public. iudic. in vlti. quæst. & Bald. videtur tenere contra Bart. in d. l. reos. & doct. tangunt istam difficultatem in d. l. seruum quoque. §. publice. ff. de procura. & in d. l. pen. §. ad crimen. & in d. l. reos. dic vt ibi per eos.

Bannitus

56 *Bannitus est Titius & sic notatus de infamia postea de banno est cancellatus an infamia effectus sit extinctus.*
57 *Statuto cauetur quod elapso termino bannitus posit impune occidi, aliquis est bannitus nisi infra tertiam diem comparuerit qui reperiatur venetijs, & iam sunt elapsi duo dies, & sic est impoßibile quod vno die compareat an interim poßit occidi.*
58 *Bannitus æquiparatur deportato, perdit ciuitatem, dicitur esse hostis ciuitatis, desinit esse ciuis illius ciuitatis, & perdit omnia priuilegia suæ ciuitatis.*
59 *Bannitus de quo in secundo versic præcedenti offendi nõ põt quia ille est terminus legalis.*
60 *Bannitus an æquiparetur deportato vide remissiones.*

56 ANGE. †Quæro aliquis fuit positus in banno & sic notatus infamia iuxta id quod no. p Bar. in l. infamẽ. ff. de publ. iud. demũ de banno cancellatus fuit aut infamiæ effectus si extinctus. Istã. q. ponit Bar. in l. fi. C. de senten. pas. & in l. nõ solũ. §. fi. ff. de ꝓcur. Et in effectu vult ꝙ aut cancellatur, qa bannum sibi remittitur, & sic rebannitur, & tũc infamiæ effectus extinguitur. idem no. Bar. in l. i. in fi. ff. de quęstio. aut cancellatur, quia soluit bannũ, & tunc nõ cancellatur nisi respectu quantitatis solutæ & sic cancellatio secundũ suam causam limitatur, vt l. cãcellauerat. & ibi Bar. ff. de his. quę in test. delẽ. & sic nõ erit extinctus effectus infamiæ, &
d sic adhuc remanebit infamis [d] de quo tñ la
57 tius per Bar. in l. fi. †Pone statuto cauet ꝙ elapso termino bannitus posit impune occidi, & aliquis est bannitus nisi intra tertiam diem cõparuerit qui bannitus est Venetijs & iam sunt elapsi duo dies & sic est impoßibile ꝙ vno die cõparere posit, an interim posit occidi. Istam. q. format Bart. in l. cũ stipulatus sim mihi à proculo. de verbo. obli. & ibi determinat ꝙ non quia, cum ista pœna apposita sit à statuto & sic à lege opus est ꝙ totũ tempus primo transeat an-
e tequam pęnam incurrat dic vt ibi [e] per eũ.
58 Angel. & Imol. †& tene menti ꝙ bannitus
f æquiparatur deportato [f] vt not. glo. in. §. deportati. insti. quib. mod. ius pa. pote. solui. & ideo vt deportatus per ciuitatem, vt l. ij. ff. de pœn. & dicitur esse hostis ciuitatis vt l. amißione. §. qui deficiũt. de ca. dimi. & vide ibi Bar. Bal. & Ang. & desinit esse ciuis illius ciuitatis vt not. Bart. in l. pe. ff. de leg. & no. Bal. in d. §. qui deficiunt. & in l. sed milites. § sed ignominia. ff. de excusa. tuto. & perdit omnia priuilegia suæ ciuitatis, vt l. j. & ibi doct. C. de hære. insti. & Iac. Bart. & doc. in l. ex. facto. §. ex facto. ad Trebel.

d ¶ Infamis. Adde ꝙ idem consuluit Alexand. in consi. cxij. & consi. cxxiiij. in ij. volum. & vide Petr. de Anch. in consi. ccccix. & ibi quis posit famæ restituere, & an damnatus per cõtumaciam sit infamis, & an cancellatio banni idem operetur ꝙ plena restitutio, vide Barb. in consi. v. Ber.

e Dic vt ibi adde tu & vide Paul. de Cast. in consi. ccclxxiij. vbi ponit an mater priuetur succeßione filij cum certum est ꝙ tempus ꝙ superest non est sufficiens ad petendum tutorem. Ber.

f Deportato. Adde de hoc & vide de hoc per Pau. de Cast. in consi xxxij. Alexand. in consil. xxvj. in j. vol. & in consi. cxv. in ij. volu. Ber.

AVGVSTI. Tu aũt in prima quæst. hoc inquantum supra tactum est an per cancellationẽ indistincte tollatur infamia, quod licet Bal. indistincte secutus sit Bar. ibi in d. l. nõ solum. §. fi. tamen videtur ꝙ Bal. alibi tangens istam difficultatem in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui no. infa. in pe. col. arguit primo per illum tex. ꝙ cancellatio indistincte tollat infamiam, quia si cancellatio est gratuita habet vim facti, si cancellatio est, quia aliquo dato fit, ista habet vim transactionis. tamen in fine venit ad distinctionem. l. cãcellauerat. ff. de his quæ in testa. delentur, quia aut est facta ratione totius solutionis vel partis. Nec ob. d. §. quid ergo. quia ibi loquitur in infamia cõtrahenda, secus in iam cõtracta. & ibi ponit quid si quis cancelletur, quia in integrum restitui-
59 tur. †Et ad secundam quæstionem quam tetigit hic do. Ang. adde quod Bal. idem dixit in l. ii. C. si pendente appellati. mors inter. quia si certum erat bannitũ nõ posse cõparere intra terminum aßignatũ à statuto, tñ interim bannitus nõ poterit occidi vigo-
60 re statuta q. a ille est terminus legali. †Item inquãtum tractatur hic vltimo loco, an bãnitus æquiparetur deportato. & allegat illã gl. in insti. tu. quibus modis ius pa. po. soluitur. addatis vos ꝙ ista est maxima quæstio, quam Alb. de Rosa. multũ late examinat in iiii. parte statuto. in q. xiii. & Ray. Cyn. Bar. Bal. Ang. & Sal. & omnes doc. in l. i. C. de hære.

de hæred.instit.per Ange: Imol. & doct. in l.ex facto.ff.ad Treb.p Io.And.in tit.de ac cusa.in iii.parte.in §.sequitur.in additione. Spe.in addi.incipiē. Odofr. p Guil.de Cu. Bar.& Bal.in l.si qua pœna.ff.de his q sunt sui vel alie.iuris p Bar. in extrauaganti qui sunt rebelles in verbo rebellando. per Iac. de Bel. in q. incipiente Sēpronius & Titius inimici capitales.quā disputationē posuit in l.2.C.vt intra certū tēpus.per Spe. & Ioan. And.in tit.de instru.edit.§.cōpendiose.ver. quid de bānito.& in tit.de actore.§.j.versi. Itē qp est bānitus.& in tit.de arbitris.§.differt.vers.quid de bānito.per Dy.in l.si quę ramus ff.de testa.per Iaco.Butrig. in auth. Itē qcunque.C. de episcopis & clericis aliquid per gloss. & Bal. in c. j. hic finitur lex conradi. per doct.in d.§.qui deficiunt.Bar. Bald & Imol. in l.eius qui.§.j.ff. de testamen.per Barto.in l. gallus.§. & quid si tantum.ff.de liberis & posthumis. per Angel. Imo.in l. gallus.§. ille casus.ff. de liberis & posthumis.per Bart.in sua disputatione Lucanæ ciuitatis statuto cauetur.per Ange. in sua disputatione, duo adinuicem litigantes compromiserunt.vbi latissime in sua disputatione Bononiensi in tertia qōne. per Bal. in l.serunm quoque.§.publice.ff. de procu. in iiij.col.per Ang.in l.si cum dotem.ff. solu.matri.in §.si patre per Bald.in repet.legis primæ. in xj. col. C. de sacrosanctis ecclesijs.per Bal.in l.j in fi.C.de monopol.& in l.etiam.C.ad l. falcidiam per Bald. in l. corruptionem.C.de vsufruct. per Bal. in l. fi.in vlt.col.C. si à non compe.iudi.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non debet recipere aliquam responsionē. in maleficijs nisi iuret reus de respondendo ueritatem qui respondere debet per uerbum ueritatis,non autem credulitatis*
2 *Reus nunquam ad tribunal ducendus est nisi prius aut cum tormentis aut sine delictum fuerit confessus.*
3 *Reus tortus & qui purgauit indicium habitum ex confessione non est amplius torquendus, nec cogendus quòd in confessione persistet.*
4 *Confessio extraiudicialis est sufficiens indicium ad torturam quæ purgatur sicut et alia indicia.*
5 *Indicijs nemo damnari potest nisi sint indicia indubitata & quæ dicantur indicia indubitata.*
6 *Indiciorum indubitatorum exemplum est ubicunque ex qualitate & multitudine indiciorum inducatur ueritas oculis mentis iudicis, sicut clara lux ueritatē ostendit oculis corporis. ut si Titius uisus est intrare domum Caij cum gladio, postea auditus est Caius acclamasse,& Titius uisus est exire domum, & Caius reperitur in facie vulneratus.*
7 *Testes quando nolunt uenire ad testificandum qua cautela sint cogendi.*
8 *Reus in maleficijs respondere debet per iuramentum ueritatis, non autem credulitatis.*
9 *Confessus metu tormentorum an cogatur perseuerare in illa confessione, & qualiter iudex se habere debeat circa tormenta adhibenda huic malefactori in isto casu.*
10 *Iudex quomodo purgabit indicium proueniēs ex confessione in tormentis facta.*
11 *Condemnari ex indicijs indubitatis an quis possit & an exemplum positum supra in uersiculo præcedenti sit uerum.*
12 *Cautela posita supra in uersiculo præcedēti de cogendo teste ad teficandum,an sit bona.*

Die xiiij.Decembris



COMPARVERVNT dicti inquisiti coram dicto iudice, & respondendo dictæ inquisitioni totum negauerunt.]

1 † Tu iudex non recipias aliquam responsionem in maleficijs nisi iuret reus de respondendo veritatē,& nō sufficit qp respōdeat p verbū credit, imo per veritatē debet respondere,vt no.Bar.in l.marcellus.ff.rerum amotarum.&,inter omnes.§. recte.ff. de fur.Et aduerte quia aut reus comparet, vel est præsens & negat in totum, aut ī totū cōfitetur, aut partim confitetur & partim negat, aut est contumax & cōtra eū cōtumacē proceditur. vt dictum est in gl. super verbo, qui iudex &c. Primo casu qn̄ in totum negat quid incumbat iudici, & quid facere debeat, aduertēdū est, qa aut est tale delictū in quo pōt torqueri, & tūc retinendus est, & iterū de nouo subiiciendus torturæ, vt pseueret in eadē sua cōfessione quā fecit in tormentis, vt not. Barto. in l.j.§. diuus circa fin. & §.fin ff. de quæstio.non tantum.n.qn̄ prius confessus fuit

corã eodẽ iudice cogitur in eadẽ confessione persistere, verumetiam corã alio iudice non suo aliquid cõfessus fuit, cogitur corã a iudice cõpetenti [a] persistere in sua cõfessione, vt no. Inn. in c. at si clerici. de iudi. quod qñ tamẽ intelligas vt dicã in glo. seq. in fin.

2 †Sis ergo cautus qñ habes reũ captũ, ꝙ nũquã ducas ad tribunal. nisi prius tibi aut in tormentis aut sine, delictũ confessus fuerit, quia tunc ducendo postea ad tribunal post posito metu tormentorũ si aliquid cõfiteatur tunc possit puniri, & si in sua confessione nõ persistit cogitur ꝑsistere, hoc ꝙ dicta talis confessio est sufficiẽs indiciũ, quod tor b tura possit de eo repeti, [b] vt l. vnius. §. 2. ff. 3 de quæstioni. †Sed si secũdo loco fuerit tortus intantum ꝙ dictum indicium habitum ex confessione purgauerit, non est amplius torquendus, nec amplius est cogendus ꝙ ĩ cõfessione persistat, sicut dicimus in aliis indicijs purgatis. vt not. Bar. ff. de quæstio. l. sed si vnius. §. j. & l. j. §. diuus seuerus. & l. 4 fi. eo. tit. † sicut etiam dicimus in cõfessione c extra iudiciũ [c] habita, qñ est sufficiẽs indiciũ ad torturã. vt l. c. v. ff. de adul. & quod ibi no. gl. & Bart tñ credo ꝙ tale indicium ex dicta cõfessione extraiudiciali purgetur vt purgatur vnumquodque indiciũ, quia non video rõne differentiæ. vt l. illud. ff. ad leg. Aquil. Sinautẽ fit tale delictum in quo nõ possit torqueri, tunc reus negans est fideiussoribus relaxãdus vt statim dicã ĩ glo. in verbo, pro quo Ant. fideiussit &c. Et isto casu quo ẽ fideiussorib⁹ relaxãdus, ac ẽt qñ põt torqueri dẽt iudex subtiliter inuestigare ꝑ testes, & alia indicia de maleficio. Et ẽt testes quos primo examinauerũt ꝓ indicijs habendis, & ad hoc vt possit formari inquisitio ꝑ capitulũ qualiter & qñ de accusatio. & quorũ dicta describi fecerit ĩ bastar dello secreto scripto manu notarii in maleficiorum & malefactore, tunc non citato, sed non citato quòd veniat ad vidẽdum iud rare [d] testes. secundum Salycetum in l. fi. in fi. C. de q tunc repetat eos iterũ examinet cũ iuramẽto & eorũ dicta poni faciat in libro ordinario in dicto ꝓcessu prædictæ inquisitionis, facit quod not. gl. & Bar. in rep. ff. de qõ. Et si ex dictis testibus vel aliis het iudex indicia de maleficio de quo põt fieri tortura de iure, vel ex forma statutorũ, tũc faciat citari reũ quẽ fideiussoribus relaxauit ꝙ sub hac forma cõpareat, videlicet ꝙ veniat ad cõfitendũ delictũ non obstante sua negatione aut ad purgãdum indicia q̃ cõtra eũ laborant quo facto si reus cõpareat eum retineas & torquebis immediate, ꝭscd̃m indiciorũ qualitatẽ, si aũt in termino nõ cõparuit ponas eum in banno, sic habebitur pro confesso dictũ maleficium, ita dicit singulariter Bar. in l. pen. ff. de quæstio. Et idẽ multo fortius faciat iudex & facere potest, si ꝑ dictos testes probatur vere & directo maleficium. arg. auth. multomagis. C. de sacrosanc. eccl. licet etiam isto secundo casu, alio postea in contrarium per eum nõ ꝓbato, licet iudex faciat ipsum citari ad cõfitendũ vt supra dixi posset eum realiter cõdemnare, sed in principio qñ simpliciter sunt indicia purgata si nõ faceret dictam citationem aut ad cõfitendum, aut ad purgandũ indicia nõ posset ipsum cõdemnare, quoniã ex indiciis & suspicionibus tantũ non est condemnandus, vt l. absentem. ff. de pœnis. iõ singulariter tene menti istam bonam cautelam quæ tibi poterit facere honorem quã 5 sepenumero seruaui. †Et ꝙ dixi ꝙ ex indiciis nemo potest damnari, est verum nisi in e dicia sint indubitata [e] vt dicit tex. & glo. ĩ l. fi. de proba. & Bald. in l. milites. C. de quæstionibus. facit tex. glo. & ibi Bal. in l. excipitur. ff. ad Silla. Et dicuntur indicia indubitata secundum Nico. de Mata. Bal. & Sal. in d. l. fi. qñ à lege sunt approbata, adeo ꝙ lex vult super illa indicia fieri condemnationẽ, sicut est exemplum in l. si quis adulterii. C. de adult. quia cum ista sint legi indubitata, vt not. glo. in l. si tutor. C. de peri. tuto. secus si à lege non sunt approbata. sed iudicis religioni cõmissa sunt quia ex illis solis non po 6 test damnari, vt d. l. absentem. † Et ponunt exẽplũ in indicijs indubitatis vbicunq; ex qualitate & indiciorum multitudine indicatur veritas oculis mentis iudicis, sicut clara lux veritatem ostendit oculis corporis, exẽplum ponunt de facto. Quidam visus est intrare domũ Titij cũ gladio. postea auditus est Titius acclamasse, postea ille cũ gla f dio sanguinolento [f] visus est exire domum & Titius reperitur in facie vulneratus, tunc ista sunt signa & indicia indubitata simul collecta, & ex his potest ille cõdemnari de vulnere, hoc videtur determinasse Bart. in similibus exemplis in l. ij. in prin. ff. de fur. & facit

& facit quod plene no. Bald. & Imo. in d. l. §. ff. de hære. inst. & pdicta procedunt qñ testes ad mãdatũ & iudicis monitionẽ veniũt ad testificandũ. Aliquãdo testes nõ veniũt, nec venire curant, imo latẽt ne in tali cã habeãt testificari forte suasionibus, vel delinquentibus, minis, vel alterius ciuis potentis
7 †tunc cautela est vt testes cõpareant q cõtra eos formes processum q pecuniã receperũt, ne in tali inquisitione contra tales testificarentur, & huius timore ne incidãt in falsum venient & testificabũtur alias de falsitate & corruptela dicti testes possent puniri, ita dicit no. Bar. in l. j. § j. ff. de fal.

ADDITIONES.

h Iudice competenti. Adde circa hoc & vide per do. Alex. de Imo. in consi. xiii. in j. vol. Ioan. de Ana. consi. xij. Angel. in consi. clxxviii. Abb. in consi xxiij. & per Alexand. etiam in cons. xix. in iij. volu. Ber.

b Repeti. Adde circa hoc et uide Alex. in consilio clxxx. in ij. volu. Bartol. in l. in bonæ fidei. C. de ind. Cepo. in consi. xxxij. & Raph. Cu. in consi. cxxxviij. Ber.

c Extra iudicium. Adde q confessio extraiudicialis rei est sufficiens indiciũ ad torturam. ita cõfessio extraiudicialis accusatoris faciens p reo prodest absolutionem ita Rom. in consi. centesimo sexagesimoseptimo.

d Iurare testes. adde Alex. in consi. clxxx. in ij. volum. & Anto. de Prato veteri in consi. penult. in consi. Barba. Ber.

e Indubitata. Adde tu Alex. in cõs. xv. in j. vol. & melius ad ppositũ, vide per Ro. in consi. cccclj.

f Sanguinolento. Adde Oldr. cõsi. cclxii. & Alex. in consi. xv. supra proxime allega. & Pau. de Ca. in consi. cxcvij. Ber.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia in-
8 quantũ in prin. huius gl domi. Ang. †hic tetigit hanc difficultatẽ q reus debet i maleficijs respondere per iuramẽtum veritatis & nõ credulitatis, & alle. Bart. vbi supra ubi Bar. voluit q in maleficijs positionibus est respondendum per iuramẽtũ veritatis. Adde q Bal in l. j. de confessis. in xxj. colũ. hoc voluit, licet dicta Bar. in d. l. marcellus. Bal. in l. i. C. de pœna iudi. qui male iudi. nõ sequitur. Intelligo tñ & limito ista Scdm Spe. in tit. deposi. §. ij. ver. xix. & secundum dicta Spe. in ti. de inquisitio. §. nunc tractemus. vers. inquisitores quoq;. & dicta sua in hac materia q posuit in d l. marcellus, approbauit ẽt Bar. in l. genero. ff. de his q no. infa. Itẽ inquãtũ supra do. Ange. tangit illã
9 pulchrã difficultatẽ † an ille qui metu tormentorũ cõfessus est, cogatur perseuerare in confessione qualiter iudex se habere debeat ad adhibẽda tormẽta ipsi malefactori isto casu. adde q Sali. i l. ii. C. de cust. reo. in fi. ibi quæro tñ, si reductus ad acta neget ponit istã q. de eo q in tormẽtis cõfessus est postea reductus ad acta vt ratificet nõ vult reus perseuerare qd faciet iudex. Dicit Sali. ibi q quidã dicunt, vt Odofr. qđ si noua indicia superuenerunt, tunc dẽt poni ad torturã, alias non p l. vnius. §. j. ff. de q. & arg. l. qui bona. §. si quis stipulatus. ff. de dã. infe. Sed dicit qđ Bart. in d. §. distinguit scđm indiciorũ qualitatẽ vbi ẽt noua non superueniãt, nã aut priora non erant multũ vrgentia vel non multum manifesta & non repetantur. Aut erant manifesta & multũ vrgentia & tunc repetãtur. Et ita seruatur in practica. Sed aduerte, quia Sal. nõ tangit ibi pũctũ difficultatis nræ, qa ille doctrinæ debent intelligi, qñ reus semper negauit in tormentis an possit hoc non obstãte qstione repeti. Sed punctus noster est, licet pp indicia nõ vrgentia non posset amplius reus poni ad torturã quæ indicia fuerunt habita ante torturã, an propter confessionem factam in tormentis quis cogat perseuerare in illa confessione, & dico q sic, & ita videtur esse de mente doct. maxime Bal. in l. ij. de cust. reo. & ideo Bal. melius in l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. in versi. item quæro de confessione facta i tormẽtis dicit q si talis confessio facta in tormentis pcedentibus indicijs, reuocet tñ illa talis cõfessio illo mõ facta inducit semiplenam pbationem ita voluit illa gl. in d. l. ij. C. de custo. reo. Et iõ nisi reuocans pbet cõtrarium, cogitur perseruare in tali confessione per repetitionẽ tormentorum. Ita dicit ibi Bal. multũ eleganter, multo magis põt iudex maleficiorũ iterum torquere reũ, q nõ vult perseuerare in confessione qñ vltra cõfessionem suã haberet indicia vrgentia cõtra malefactorem. quæ non essent totaliter purgata per primã torturã. Remaneret ergo ista prima conclusio q si indicia essent totaliter purgata tñ per solã confessionem facta in tormentis pcedentibus indiciis, inducitur semiplena probatio, per quã quis potest iterũ torqueri si non vult perseuerare. Item aduerte inquantum do. Ange. hc
10 tangit subsequenter † quomodo iudex

purgabit illud indicium quod oritur ex tali cõfessione, hoc est an iudex debeat adhibere tot tormenta donec ille perseueret, & credo ꝙ non, quia Bal. in d. l. in bonę fidei. dicit ꝙ ex tali cõfessione oritur semiplena probatio, per gl. in d. l. ij. de custo. reo. ergo purgabitur illud indicium sicut purgantur aliæ semiplenæ probationes, de quibus per Bar. in l. fin. ff. de qõ. hoc est, sicut purgãtur alia indicia. Et ideo male faciũt iudices qui reũ cõfessum in tormentis q ratificante negauit die, noctuque torquẽdo fatigãt donec perseueret, q̃a nõ possunt hoc facere, quia illa talis confessio facta in tormentis nõ est nisi semiplena probatio ꝑ pdicta, & sic vnũ indiciũ, nisi secundũ Sal. vbi supra indicia essent tñ vrgentia, & per primã torturã non fuissent purgata, quia stantibus illis indicijs nõ purgatis, & cõfessione rei facta in tormẽtis, aliud esset quæ omnia relinquerẽtur iudicis arbitrio, per not. per Ioã. And. in c. cũ

11 in contemplatione, extra de reg. iur. † Item inquãtum do. Ang. hic tangit illam difficultatem ꝙ licet aliquis ex indiciis non possit condemnari, tamen si indicia erunt indubitata, poterit fieri condẽnatio, & ponit exẽplum quæ sunt indicia ĩdubitata de gladio sanguinolẽto &c. Addatis quòd nemo fuit qui ita latissime disputauerit istam materiã quàm fecit Gandin. suo tract. malefi. in rubri. de præsumpti. & indic. indu. ex quibus condemnatio sequi potest, & ibi enumerat omnes casus ex quibus sequi potest cõdemnatio in criminalibus ex talibus indicijs indubitatis. Sed aduertas inquantum do. Ange. hic ponit exemplum de illo qui fugit cũ gladio euaginato &c. dicit ibi Gandi. in vlti. col. in illo casu & similibus, ꝙ contra illã sententiam Thomæ de Piperata omnes sapientes quos bononiæ vidit & alij doct. alibi existẽtes dicunt istam sententiam esse falsam, & ita vidit de consuetudine obseruari contra sententiam Thó. de Piperata, quia per talia indicia indubitata quis non potest diffinitiue damnari in persona, sed in pecuniaria sic, vel in alia pœna, & ibi ponit quæ sint vere illa incidia indubitata, ex quibus potest sequi cõdemnatio, & ibi ponit quãdo possit postea contrarium probari, quia contra indicia indubitata infallenter potest contrarium probari, nisi sit præsumptio iuris, & de iure ibi vide, quia multum notabiliter loquitur, lõgum esset mihi hic transcribere dicta sua, & ideo non trãscribo. Et pro sñia Gan. vide Ang. in l. ii. ff. de fur. qui reprobat Bar. ibi. Ego vltra omnes posui istã materiam supra in gl. in verbo. fama publica in materia indiciorũ. dum d. Ang. in hac materia allegando Bar. in l. ij. ff. de fur. dixit ꝙ ex indicijs indubitatis sequi possit condẽnatio, & allegauit istud idẽ exẽplũ quod posuit hic, ibi late vide, & an ex indiciis indubitatis sequi possit cõdemnatio, adde omnino Bal. in l. milites. C. de qõ. † Inquantum

12 aũt Bar. tangit illã difficultatẽ ꝙ testis nõ venit, iudex potest formare inquisitionẽ. Addatis ꝙ dubito de ista sua doctrina Bart. ꝙ propter hoc solũ possit formari inquisitio de falso cõtra testem, per ea quæ dicta sunt supra in gl. in verbo, hæc est quædam inquisitio, quia multa requiruntur antequẽ inquisitio formaretur.

13 *Testes qui sint idonei in criminalibus.*

13 Ange. † Quæro q testes sint idonei in criminalibus. R̃ndeo, oẽs q non reperiunt excepti, vt l. j. de testi. vnde excipitur ille q

a accusatus [a] est, vel de aliquo crimine inquisitus. Itẽ minor viginti annis nõ est sufficiẽs ad testificandũ in criminalibus, vt lege testimoniũ. ff. de testi. & ibi Florian. licet examinari possit ad aliquẽ intentionẽ iudicis, & ꝙ faciat indiciũ, non aũt plenã probationẽ, & hoc si in inquisitione fuerit examinat, & sic ex mero iudicis officio. non ad partis pe

b titionẽ, & sic in inquisitione [b] poterit examinari pro indicio, non autem in accusatione, nisi iudex eũ examinet ex mero officio, non aũt ad petitionẽ dicti accusatoris. Ita dicit Guid. de Suza. & ibi etiam vide Floria. in d. l. testimonium. ff. de testib.

ADDITIONES.

a ℭ Accusatus. Vide Bar. in consil. xj. & an damnatus de aliquo crimine qui appellauit, si pendente appellatione testificatur, an valeat eius testimonium. vide Alexand. in consilio xxxvj. in iiij. volumi. Ber.

b Et sic in inquisitione. adde tu vltra ea quæ infra ponit do. Ang. & vide Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de test. §. j. versi. item ꝙ est impubes. vbi cõcludit ꝙ minor xx. annis nõ debet recipi in testẽ vllo modo, nisi in defectum probationũ. & vide in proposito do. Alex. in consi. clxxvj. in ij. vol. & ibi quando dicantur deficere probationes, & an credatur testi minori dicenti ꝙ alius non erat præsens delicto nisi ipse.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia adde ꝙ miror ꝙ iste doctor vadat per medicata suffragia. Nã doct. solẽt allegare vnã gl. pro singulari, in l. fi. C. ad Silla. in hac materia, ꝙ minor facit indiciũ ad torturã, nõ posit in criminalibus testificari, quibus Ludo. de Ro. in l. j. §. impubes. solebat allegare similẽ in d. l. testimoniũ. ff. de testa. & vide Bart. in hac materia per illũ text. in l. de minore. in prin. ff. de qõ. & ibi ponit an minor in criminalibus faciat indicium. & multa in hac materia de iure cano. alleg. Bal. in l. testimonium. nõ in lectu. sua, sed in additio. ibi omnino eum vide. Limita prædicta per glos. in d. l. testimonium. & ibi vide Sal. adde Bart. in l. ex libero. in fi. ff. de quæstio.

14 *Mulier an sit testis idonea in maleficijs.*

14 ANGE. † Quid in muliere,[c] an sit testis
c idonea in maleficiis, dic ꝙ sic. l. ex eo. ff. de testib. hoc est verum de iure nostro, sed de iure canonico videtur prohibita quãdo de crimine agitur criminaliter, secus si ciuiliter. ita dicit glo. in c. super eo. & in c. ex literis. de testib. & sic dictæ glo. procedũt de iure canonico, & sic seruatur in terris ecclesię subiectis, non autẽ in terris imperij. ita dicit glo. in l. forus. §. j. de verb. sig. ita etiam dicit Floria. in d. l. ex eo.

c In muliere. Adde quãdo mulier testificetur. adde Alex. in consi. cxxvj. in ij. vol. & Pau. de Cast. in consi. cclxviij. in ij. impressis.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia adde dicta Io. de Imol. in l. qui testamento. §. mulier. ff. de testam. in fin. quia dicit ꝙ Iaco. de Are. dicebat ꝙ in causa capitali verũ erat, ꝙ mulier non poterat esse testis de iure ciuili, quia isto casu agitur de graui præiudicio, secus in aliis maleficiis vbi causa non erat capitalis, sed legistæ cõmuniter tenent contrarium. Dicit vero Imol. ꝙ de iure cano. cõmuniter tenetur ꝙ mulier nõ potest esse testis in causa criminaliter intentata, & sic intelligantur no. in d. c. fi. & in c. mulierem. xxxij. q. v. & in cap. quòd proposuit. xxxij. q. vij. & alleg. in materia dicta Spec. & Ioan. And. in addi in titu. de teste. §. j. versic. item quòd est mulier. & sequen. & vide per Ioa. Fab. instit. de testamen. §. testes. & vide per docto. omnino in d. cap. tum ex literis. & in d. cap. super.

15 *Iudex an miscendo diuersa gratia probationum possit suam probare intentionem, & reus se defendere.*
10 agens vel accusans vel inquirens innititur rñsioni aduersarii inquisiti sicut assumit eã pro se ad probandũ, ita dẽt assumere cõtra se [b] ad statuti beneficiũ indulgendũ. arg. d. l. eũ qui. ꝙ dicit esse satis rationabile q̃ oĩa subtiliter & pulchre no. Cętera vide latius ꝑ Bar. in sua disputatione, per Italiam &c.

b ¶Contra se. Adde & tu vide nouis in d. l. eũ qui. & Roma. in consi. ccccliiij. iij. col. Ber.

AVGVSTI. Tu autẽ in hac materia adde, ꝙ ista maxima est & ampla materia, & opus esset videre dicta doc. maxime Bal. & Raph. Pau. de Ca. post Bar. in d. l. eũ q. & ꝑ Bal. in l. electio. §. neque. ff. de noxa. ꝑ Bal. ĩ l. cũ quid. ff. si cer. pet. & ꝑ Bal. in l. ea q̃. C. de cõd. inde. ꝑ Ro. & Imo. in l. j. §. si q̃s simpliciter. ff. de ver. ob. vbi reprehẽdunt Ang. ibi, & no. q̃ dixit Bal. in l. edita in pen. col. in repe. Paduana. C. de eden. ꝙ ad hoc vt per negationẽ pęna crescat opus est ꝙ sit facta super libello apto, & nõ inepto, ꝑ tex. in l. j. C. de his qui poten. Itẽ requiritur ꝙ ex certa sciẽtia negetur ꝑ tex. in c. si vasallus. in ta. tit. si de feu. fue. cõtrouer. inter do. & agna. ꝙ ibi no. Bal. & est de mẽte Bar. in d. l. eũ q. dum alleg. tex. in l. aliud. ff. de verb. sign.

11 *Inquirens contra Titium quòd occiderit Caiũ tali loco tali tẽpore & proditorie si Titius respondeat occidi, sed non tali loco nec tali tempore uel non proditorie an index possit Titium cogere quòd certum respondeat.*

12 *Respondẽs inquisitioni occidi si homicidiũ appareat an uideatur respondisse sufficienter.*

11 ANGE. † Quid autẽ si contra te inquirunt ꝙ occidisti Titium tali loco, tali tẽpore proditorie, tu aũt respondedo inquisitioni dicas ꝙ occidisti sed nõ illo tẽpore, illo loco, vel nõ ꝓditorie, an iudex põt te cogere ꝙ certũ respondeas, dic ꝙ sic, q̃a nõ videris omnino ad interrogata respõdisse, ita dicit singulariter Bar. per illũ tex. in l. de ętate. §

1 2 te.§.ꝙ autem.ff.de interrog. acti.† Quid autem si respondeas inquisitioni occidi si homicidium appareat, an videatur respondisse sufficienter, dicas ꝙ non arg.no.per Bar. in l.de ętate.§.nihil.ff. de interrog.act.& firmat Ludoui.in l.j.§ si quis simpliciter de verb.obl.

AVGVSTI. Tu auté in hac materia adde Moder.in d.l.de ætate.§. ꝙ auté.& vide Ro. in l.j.§.si quis simpliciter.ff.de verb.ob.qui videtur transire cum ista doctrina Bar.licet aliqui ibi contrarium tenuerint & male, q2 illa ratio super qua Bar.in d.§.ꝙ autem.fundauit istam conclusio.est vera in iure, nec tenentes partem cótrariam respondent rationi.Bar.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in licentia per reum sibi data de procedendo debet facere apponere ista verba, vsque ad sententiam inclusiue.*

2 *Iudex in criminalibus vbi imponitur pœna relegationis, & abinde infra in quibus de iure potest procedi absenté: non potest procedere ad diffinitiuam lite non contestata, nisi sit data licentia.*

3 *Assessores cauti semper faciūt scribi quòd pars dat licentiā explendi processum in absentia.*

Dicta die.



Vt iudex fecit sibi dari licétiā posse procedi vsque ad sententiam diffinitiuam, inclusiue à dictis inquisitis cóparentibus

1 &c.] † Et sis cautus tu iudex ꝙ in ista licentia per reum data opponere fa-

a cias vsque ad sententiam a inclusiue, alias auté si diceres dedit licentiā dicto iudici procedendi vsq; ad sniam & nō diceres inclusiue esset dubiū an posset procedere ad sniæ prolationé non citato reo propter dictioné vsque an ponatur inclusiue, iuxta no.per gl. & alios in l.j.ff. de pig.actio.& per Bar. in l.patronus.§.sempronio.ff.de leg.iij.alias si aliqua licentia concessa nō fuisset iudici per reum ipse iudex nō posset sine debitis citationibus procedere, quia si nō pót in pecuniaria, & causa ciuili, vt l nam ita diuus.ff.de adop.& l.de vnoquoque.ff.de re iudi.ergo multominus pót in criminalibus, vbi maius vertitur periculum. Et de ista licentia ponit Bar.in l.is qui reus.ff.de pub.iud.versi.sed quæro qūo cū supra &c. & ibi Imol.qui dicunt quando comparet accusator iudices faciunt eum iurare de calumnia & sibi dari licentiam procedendi, & si non dederit tamen ex suo officio potest causam inquisitionis vel accusationis prosequi, & finire, vt not. Bar.in l.

2 pe.ff.de publ.iudi. † Sed aduertas ꝙ in criminalibus in quibus imponitur pęna relegationis abinde infra in quibus pót etiam de iure procedi contra absenté, ꝙ non potest iudex procedere ad diffinitiuam lite non contestata nisi data fuisset dicta licentia.vide ꝙ not. Sal.in l. absentem.C.de accus.versi. quero & septimo in criminalibus &c. Si ergo iudices faciunt dictam licentiam in accusatione, idem & fortius faciunt, & facere debent dari in inquisitione. & tenet talis licentia concessa, quia in ciuilibus partes possunt pacisci, ꝙ valet iudicium siue citatione, ita quod non sit necesse eos citari, vt l.fi.§.fi.de temp.app.ita dicit Bal.ad literam in l.vt perfectius.C.de anna.excep. ibi octauo ꝙ partes &c.ergo idem in criminalibus in quibus ad similitudinem ciuilium proceditur, vt l.absentem.ff.de pęnis.

ADDITIO.

a ¶ Vsque ad sententiam. De hac dictione vide etiam per Oldra.consil.xlix.

AVGVSTI. Tu aút in hac materia, adde Bal.in l.diem proferre.§.si quis litigatorū.ff. de arb.ponderanté ibi gl.dicenté illam gl.ordinariá ꝙ tenet processus sine citatione partis, quádo partes renunciát citationi, & ideo dicit ꝙ in criminalibus videmus practicari ꝙ iudices faciunt sibi dari licentiam procedédi sine citatione, & in absentia partis, & alleg.Spec.in tit.de citatione.§ viso.vers.pone ꝙ partes. & ideo dixit Bal,in l.si quádo.C.de testi.ꝙ in criminalibus videmus practicari, ꝙ iudices faciūt sibi dari licentiá ꝙ possit recipere testes sine præsentia partis, & per consequés sine aliqua alia citatione. Adde Bal.no. loquenté in hac materia, in l.si accusatoribus.C.de accu.qui dicit quod ibi licet in illo tex.dicatur quod accusatore nō citato nō potest ferri sentétia absolutoria, tamé hoc est limitandū nisi accusatores dedissent licentiá iudici, super hoc quod sentétia potest ferri sine alia citatione.

3 † Et ideo dicit quod cauti assessores semper faciunt scribi quod pars dat licentiá explendi processum in absentia quæ datæ licentiæ valent, quia hoc respicit ad fauorem partis, vt l.diem proferre. §.si quis litigatorum.ff de arbi.& dicit quod istam partem tenent Spe & omnes, & non dubito quod voluerit allegare Spec. in d.§.viso. versi.sed pone quod partes.

SVMMARIVM.

1 *Monitio qui cōpareat singulis diebus, an valeat.*



VI iudex dictos inquisitos, & quemlibet eorum monuit singulis diebus, & horis &c. qui inquisiti & quilibet eorum promiserunt stare, parere, & pati omnem condemnationem &c.] † Et talis monitio licet videatur grauare partem, tamen valet propter licentiā præambulā quā reus dedit iudici, alias autem si dicta licentia nō præcessisset, licet talis monitio de iure valeret, tamen quia est nimis onerosa & grauans reum ipse potuisset appellare, & dicere ꝙ imo vult citari simpliciter ī quolibet actu. ita dicit Imo. in l. qui ante calendas. in fi. ff. de verb. obli. & Bart. in extrauag. ad reprimen. in verbo, per edictum & per Pet. de Anch. in cle. j. de foro compe. in §. no. quia si in ciuili vbi non vertitur tale præiudicium propter hoc potest appellari quanto magis si reus non acquiescit dictæ monitioni in crimali debet posse appellari à tali monitione vbi maius vertitur præiudicium. argu. l. non tantū. cum si. ff. de appel.


AVGVSTI. Tu adde ꝙ miror ꝙ iste do-
a ctor dicat ꝙ Imo. in d. l. qui ante calendas.[a] dicat ꝙ posit appellari à tali monitione iudicis, quòd singulis diebus & horis compareat, nisi precedat illa licentia, de qua supra in proxima. glo. quia nec Pet. de Ancha. nec Bart. in locis supra allegatis, per Ange. hoc dicunt, nec Imo. in dicta l. qui ante calendas. sed Imol. ibi loquitur quando citatio generalis ad totam causam esset facta, quia dicit si est facta sine causa, puta quòd ille citatus non sit de longinquo nō tenet & poterit appellari. Quinimo etiam isto casu est maximum dubium in iure, an ab illa citatione generali posit appellari, quia aliqui tenent quòd talis citatio est nulla, vt voluit Anto. de But. in cap. fina. extra de dila. & ipsemet Imol. in l. ex consensu. §. fina. in xxj. colum. ff. de appella. & Imol. in l. de vnoquoque. §. primo. ff. de re iudi. & Dominic. de sancto Gemi. in c. ij. de do in vj. licet Imo. in cap. consuluit. extra de offi. deleg. tenuerit quòd necessaria sit appellatio. Sed de materia vide do. Abb. in c. fina. extra de dila. & do. Anto. de Bu. in cap. ad petitionem. extra de accusa. & in cap. cum dilecti. extra de do. & contu. Sed quia ista non est materia nostra aliter non examino, sed remitto te ad ea quæ vltra omnes Modern. scripsi multa allegando in d. l. qui ante calendas. in vlti. addi. meis. Quinimo Bal. in l. si quando. C. de test ib. tenet ꝙ talis monitio iudicis ꝙ quis compareat singulis diebus & horis valeat, & Bald. in l. item illa. ff. de consti. pecu. Et de ista cautela facit mentionem Bar. in d. extrauag. in verbo, per edictum. & Pet. de Anch. in d. clemen. j.

ADDITIO.

a ❡L. qui ante calendas. Adde tu & vide Alex. & Moder. in d. l. qui ante calendas. & vide Bar. in extrauagan. ad reprimen. in verbo, per edictū. & Bar. in consi. ccxxviij. in iij. volu. vbi ꝙ talis citatio non valet ex quo non habet debitum spatium temporis quod requiritur inter dilationem & dilationem, & ibi vide qui adducit plures rationes. adde tamen ꝙ Fede. de Sen. in cōsi. clxxj. incip. Casus talis est quidam fuit citatus. tenet talem citationem valere. & ibi ꝙ si comparet ad vnum actum non potest dici contumax & ꝙ ad omnes actus sequentes est citandus, per c. ij. de do. & contu. vt ibi per eum, & quando citatio generalis valeat, vide Pau. de Cast. in cōsi. l. in primo impressis. Ber.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor quando præstatur in delictis, & quando non.*



RO quibus, & quolibet eorū &c. Antonius Thomæ capellæ sancti Antonij de Bononia fideiussit &c.] † Hoc verum ꝙ præsta-
1 tur fideiussor, quando est tale delictū ex quo non venit pœna, nec principaliter, nec in defectum, vel in quandam consequentiam corporis afflictiua imponenda, iuxta no. per Bart. in l. j. ff. de cust. reo. & sic in casu nostro iste non fideiussit pro Caio, quia pro pœna vel sub pœna corporali non potest fideiuberi, quia non est dominus membrorum suorum, vt est bona glo. in c. cum homo. xxxiij. q. v. intantum ꝙ non valet fideiussio de præsentando aliquem sub pœna corporali, vt not. Bart. in l. iiij. ff. de custo. reor.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia, adde ꝙ istæ conclusiones do. Ang. hic non sunt ita indistincte veræ, nam poterit esse pęna pecuniaria, tamen ēt reus non est fideiussoribus relaxandus, puta in casibus positis per Angel. in l. nullus. C. de exhiben. reis. puta si reus voluit à principio incarcerari, & postea in fine, quādo sentētia fertur, dicit velle dare fideiussores, nam non debet audiri, & allegat bona iura quæ parū mihi esset ista hic trāscribere, dic vt ibi.

ibi, Idem secundũ Bal. in d.l. nullus: si reus cõfiteretur crimen etiã si pœna esset pecuniaris non est reus fideiussoribus relaxandus. Præterea vide Ange. qui ponit etiam quandoque reum relaxari fideiussoribus, quando pœna esset corporis afflictiua, ibi vide practicam, & tene menti glo. singularem quam magnificat ibi Roma. in l. lege Cornelia. ff. ad Sillania. ꝙ ille qui semel aufugit de carcere etiam in casu quo deberet relaxari dando fideiussores. amisit priuilegium, adeo ꝙ si ista secunda vice per quam est carceratus, licet deberet fideiussoribus relaxari, quia pœna erat pecuniaria non relaxabitur. quod no. bene faciunt no. ꝑ Bar. & Bal. in l. tertia. C. de episcop. audien. Intellige tamen prædicta ꝙ verum est ꝙ in causa criminali vbi imponitur pœna mortis non potest intercedere fideiussor. Dicas nisi consuetudo esset in contrarium, quia tunc valet consuetudo. glo. est singula. vigesimatertia quæstio. prima capitu. cum homo, quam refert & sequitur Roma in singul. suis primi anni, singular. cxx. ꝙ incipi. tu scis quòd in causa criminali.

2 *Iudex debet esse cautus ut in fideiußione recipienda, ita late eam concipiat ut etiam casum comprehendat si reus appellaret, & per iudicem appellationis esse iudicatum.*

3 *Fideiussor apud primũ iudicem acceptus, quãdo teneatur, & quando non lata sententia per iudicem appellationis.*

2 Ange. †Et sis bene cautus tu iudex, vt dictã fideiusionẽ, capias late, vt cõprehendat etiã ꝙ in casu reus appellaret, & ꝑ iudicem appellationis fuerit iudicatũ ꝙ etiã fideiussor teneatur, & sic dicas ꝙ Titius promisit stare parere pati & soluere oẽm condemnationẽ de eo, & ex dicto processu in oẽm causã quotiescunq; qualitercunq;, & quãdocunq;, & ꝑ quencunq; fuerit iudicatũ. arg. l. cũ postea. & ibi gl. in fimi. ff. de arbi. vel dicat si per dictũ iudicẽ fuerit iudicatũ, vel ꝑ aliũ qui loco sui successerit vel etiã per iudicẽ appellationis, alias aũt nisi ista verba in dicta fideiusione apponantur statim cũ appellatũ fuisset fideiussor esset liberatus, vt l. cũ apud. & ibi ꝑ Bar. ff. de iudi.

Ange. Tu autem in hac materia ad de Moder. late ponentes istam difficultatẽ in d.l. cum apud. ff. iudi. sol. & vide gl. in l. ij. ff. de quæstio. in quadam notabili solutione videtur ampliare d.l. cũ apud. vt illa lex habeat locũ, etiã qñ nomen iudicis propriũ non fuisset in satisdatione expressum, & sequuntur Cy. & Iac. de Raue. ibi allegantes l. iii. in prin. ff. iudi. sol. & idem voluit Bar. in d.l. ij. Et plenius Bart. in d.l. cum apud. & ibi Ang. & Bal. in l. reos. §. cautionẽ. in prin. C. de appel. licet Marti. Silli. contrarium tenuerit & nõ bene, vt dixit Iac. Bu. in d.l. ij. qui tãdem per suam disputationẽ conatur opi. concordare. & cum eo transit Sali. in d. l. ij. licet in effectu eorũ verba non videantur discrepare à verbis Bar. in d.l. cũ apud. Adde tñ quod notãter dixit Bar. in l. Iulianus. ff. qui satisd. cog. in vj. col. qui dicit ꝙ etiam si iuramentum interuenisset procedit dispositio d.l. cũ apud. alle. gl. no. iii. q. iiii. c. quod bene. & ibi in effectu ipse cõcludit† ꝙ si iu-
3 dex appellationis simpliciter firmat primã sententiã, cum tunc ex prima sententia detur actio, tunc fideiussores tenentur etiã in causa appellationis, secus si iudex aliquid adderet vel detraheret sententiæ, quia tũc ageret ex secunda sententia, tunc fideiussores dati in prima non tenentur in ista secunda, & dicit hoc vtilissimũ esse scire ꝑp causas criminales qñ reus appellat an fideiussores dati teneant etiã in cã appellationis.

4 *Iudex tenetur fisco etiam si principalis non est soluendo, ideo bene debet aduertere in recipienda fideiusione cuius diuersimode concepta diuersi, sunt effectus.*

5 *In fideiußione an sufficiat quòd dicatur, pro quo fideiußit &c absque hoc quòd dicatur, & renunciauit &c.*

6 *Fideiussor desistendo quandocunque curiæ placuerit, an teneatur sistere reum etiam lata sententia.*

4 Ange. †Debes etiã animaduertere qualiter istã fideiusionẽ tu accipis & ẽt si principalis nõ est soluẽdo, tu iudex teneris fisco in syndicatu, qm̃ si acciperes de iudicio sisti clarũ est ꝙ expiraret adueniente sñia quæ apprehenderet reũ, vt l. græce. §. post litem. ff. de fideius. Idẽ si fideiussor de repræsentã-
2 do qm̃ statim lata sñia quæ reũ apprehẽdat liberatus est, vt no Bar. in l. si quis reũ. ff. de custo. reo. Idem si esset fideiussor qui promisit stare parere & obedire mandatis curiæ, & dicti iudicis, quia talis fideiussor liberatus

beratur per sentẽtiã, vt no. Bal. in addi. Spe. in tit. de reo. in prin. ver. sed quid si facit &c. facit quod no. Dy. in l. continuus. §. cũ quis. ff. de verb. ob. debet ergo addi. promisit stare parere mandatis dicti iudicis, & soluere
b & pati oẽm condemnationẽ [b] & pœnã quã de eo dictus iudex vel alius vel etiã iudex appellationis pro dicto maleficio faceret ꝑ
5 quo &c. Seius fideiusit &c. † Et bene no. ꝙ satis est, ꝙ dicatur pro quo Seius fideiusit &c. nam eo ipso ꝙ dicit fideiusit licet non dicatur, & renunciauit &c. se obligauit nec etiã alias clausulas apponat, & licet esset pœna furti, tñ fideiussor tenetur, vt dicit gl. in l. inter stipulantẽ. in prin. & in l. cum filius. in princ. ff. de verb. oblig. & Bar. in l. si quis pro. eo. ff. de fideiusso. in prin.

ADDITIONES.

a ¶ De repræsentando. Adde tu an promittens reũ præsentare intra octo dies dicatur in mora lapsis octo diebus si non est sibi præceptum per curiam & an tempus octo dierum dicatur appositum gratia differendæ præsentationis. vide Pau. de Cast. in consi. cxlviij. in primo impressis. an autem liberetur fideiussor repræsentando antequam sit requisitus vide Ro. in cõsi. cxxxvij. & an promittens repręsentare toties quoties &c. qñ teneatur ꝑ do. Alex. de Imo. in cõsi. cxlvj. col. j. in ij. vol.

b Omnem cõdemnationem. Adde tu & vide Bal. in consi. cclxxxv. in iiij. vol. Ber.

AVGVSTI. Tu autẽ in hac materia adde primo quæ dixit Catal. in trac. syndi. q. ccxlj. ꝙ iudex maleficiorũ qui recipit fideiussores minus idoneos ipse de suo postea tenetur per l. quoties. ff. qui satisda. cog. Et adde ea quæ dixit Ang. in l. ij. §. in fideiussorẽ. qui satisda. cog. qui dicit ꝙ ille tex. in d. l. græce. §. post litẽ. est singularis, & nõ est alibi in iure, qui etiã dicit ꝙ si actor differt prosequi litem tãto tẽpore quanto põt durare instantia, & sic sit perempta instãtia ꝙ liberatur fideiussor iste de repræsentan. nisi obligauerit se inscriptis & pro republica, per l. pen. C. de fideiuss. & ibi vides quid in causa appellationis, & quid si fideiussor est
6 temporalis. † Item adde quod Bar. in d. l. si quis reum. imo expresse vult ꝙ fideiussor aliquem quandocunq; curiæ placuerit, ẽt tenetur sistere reum post latã sñiam, licet Bal. in l. eum pro quo. ff. de in ius voc. non ausus sit decidere, sed remittit se ad not. ꝑ Dy. in d. l. cõtinuus. §. cum quis. ff. de verb. obl. Adde tñ quod Bal. in l. qui crimẽ. C. q. accu. in iij. col. vbi latissime disputat, & ponit materiã istam de fideiussore qui promisit de repręsentando aliquẽ, tñ in indiuiduo istius quæstionis faciens mentionẽ de doctrina Bar. in d. l. si qs reũ. dicit ꝙ Bar. ibi pessime est locutus, & ꝙ Dy. videtur tenere contrarium in d. l. continuus. dicit ꝙ sua opinio est verior q̃ sit illa Bar. ꝙ verba generalia debent restringi ad id quod iniustũ est. l. si cui. ff. seruitu. Adde Ang. tñ in d. l. si quis reum. videtur sequi sñiam Bar. Adde quod Ro. in l. si finita. in prin. ff. de dam. infe. facit mentionẽ de hac altercatione inter Bar. & Bald. & ibi nihil decidit, & ibi vide Ro. & Mod. & ea quę latissime scripsi post ipsos in addi. meis, an fideiussor de repræsentando bis sit liberatus, & faciunt no. ꝑ Roma. in consi. suo xiiij. vbi cõcludit ꝙ bis ꝑsentãdo qs est liberatus, & ista est materia profunda & latissime scripsi in d. l. si finita.

7 *Malefactor unus an possit pro alio fideiubere.*

7 ANGE. † Quæro an vnus ex malefactoribus possit fideiubere pro alio Bar. in l. Romanus. in fi. ff. de tuto. & cura. da. ab his. videtur velle ꝙ sic, sed ibi videt loqui in criminalibus leuibus, tñ idẽ est in ijs, quia eadẽ est ratio dummodo vt supra dixi sit tale delictũ ꝙ sit fideiussoribus relaxandus, vnde si iudex vnũ ex reis pro alio reo fideiussorẽ acceperit non tenetur in syndicatu. AVGVSTI. Tu autem in hac materia adde ꝙ Ange. in l. reos. in prin. ff. de duob. reis. videtur in terminis hoc velle ibi. Sed aduerte quia intelligo ista cum grano salis, scilicet ꝙ vnus malefactor potest pro alio fideiubere, hoc verum si nõ est suspectus. Et ad hoc allego bonã gl. in auth. de exhi. reis. col. v. §. suscepto. in versi. fideiussione. qđ tene menti, quia frustra totũ esset si intelligeretur de eo qui nihil possideret.

8 *Fideiussor an teneatur ad illud quartum plus in quo incurrit reus ex forma statuti, si non soluerit originaliter condemnationem intra decem dies, & quomodo debeat esse cautus iudex in recipiendo fideiussionem dicendo fideiusit non tantum pro pœna delicti, sed pro pœna dicti processus.*

8 ANGE. † Quæro an fideiussor teneat̃ ad illud quartũ plus, ĩ quo incurrit reus ex forma sta-

ma statuti si non soluerit originaliter condem naliter condemnationē intra x. dies, dic ꝙ nō. quia illud quartum plus vel etiam si in plus cōdemnaretur per suam negationē habitam post fideiussionē, dic ꝙ non, quia talis pœna quarti pluris siue augmēti, nō est pœna delicti, sed est pœna notationis seu cōtumaciæ ad quam nō intercessit fideiussor. l. si. ff. de fideiusso. & l. j. & ibi Bar. ff. de in lit. iuran. Sis ergo cautus tu iudex si vis ꝙ ad hoc etiā fideiussor teneat ꝙ dicas ꝙ fideiussit non tantum pro pœna delicti, sed pro pœna dicti processus, vt supra dixi sed pœna negantis vel cōtumacis est pœna processus, ergo fideiussor tenebitur, ita dicit Bar. in d. l. j. in fi. vel dicas ꝙ promisit soluere iudicatū, vt l. iudicatū ff. iudi. sol. ita eleganter dicit Bar. in l. sanctio legum. ff. de pœnis. Si autem alio modo q̃ per negationē pœna augeatur an fideiussor teneat, vř ꝙ sic, vt l. ij. i prin. ff. quo. lega. dic tñ vt ibi p Ang. & omnino vide Bar. i l. fideiussor magistratus. ff. de fideius.

AVGVSTI. Tu autē in hac materia, adde & dic ꝙ contra istam decisionē Bart. expresse videtur decisio. Ioā. And. in addi. Spe. in tit. de fideiuss. §. j. in addi. quæ incip. extant etiā quæstiones. Gui. de Suza. qui dicit ꝙ si reus principalis cōdemnatus est in duplum ex eo quia nō soluit simplum tempore debito, fideiussor soluit simplum & duplum, ꝙ fideiussor poterit repetere illud duplum à reo, per tex. in l. si mandato meo. §. fideiussor. ff. man. nisi saluando Bar. dicamus limitando quia doctrina Ioā. And. militabit quando talis fideiussor datus est postquam pœna illa accrescit & non ante augmentum pœne. Quod si ante augmentū militabit doctrina Bar. in d. l. j. ita videtur sentire Bal. in d. l. j. licet non allegat Io. And. in loco supra alleg. Ad prædicta etiam vide doctrinam aureā Bar. quam posuit in l. ij. ff de publ. iudi. per quam poteris limitare prædicta quando pœna crescit in quarto pluri, an sit pœna delicti, an contumaciæ, dic vt ibi. Et adde quæ dicentur infra in gl. quæ incip. quas si nō soluerit intra x. dies soluat cum quarto pluri. in addi. mea, & Albe. de Rosa. in j. par. statuto. q. cxliiij. ibi determinat quòd fideiussor non tenetur ad pœnas contumaciæ.

9 *Fideiussoribus relaxandus si idoneum fideiussorem offerat, iudex autem reum detineat in carcere, poterit agere cōtra iudicem actione iniuriarum.*

9 ANGE. †Et no. ꝙ si aliquis esset fideiussoribus relaxandus & iudex ipsum retineret aut carceraretur ꝙ contra iudicem cui fideiussorē idoneum reus offerret, potest reus agere act. iniuriarū, vt not. Bart. in l. si vero pro condemnato. §. j. ff. qui satis. cog.

AVGVSTI. Adde ꝙ in terminis idē voluit Ang. in d. §. j. & ibi Moder. sequūtur opi. Bar. ibi Angel. multum exclamat contra officiales detinentes inuentos cum armis, qui dicunt relaxari dando fideiussores. Et idem dixit Bald. in l. sed & si is. ff. de in ius vocan. & hoc tene menti.

10 *Fœmina quæ non potest fideiussionem præstare, quomodo per cautionem iuratoriam satisfacit.*

10 ANGE. †Et aduertas ꝙ prædicta procedūt in masculo qui tenetur dare fideiussorē, alias detinebitur, vt infra in fi. dicā. In fœmina aūt delinquēte si pōt præstare fideiussorē eū præstabit, in casu quo sit fideiussoribus relaxanda, si aūt præstare nō poterit, stabitur suæ iuratoriæ cautioni, vt in auth. vt nulli iudi. §. necessariā facit authen. cui relictum. C. de indi. vid. tol. & in authē. sed hodie. C. de offic. diuer. iud. quod no. tu iudex ad tui defensionē si nō coegisti mulierem ad præstandum fideiuss. & eā relaxasti suę iuratoriæ cautioni tm̄ stando.

AVGVSTI. Tu aūt in hac materia, adde ꝙ Bald. in l. satis. §. j. ff. de in ius voc. dicit ꝙ licet inuenti cum armis debeāt poni in carcere, nisi satisdent & dent fideiussorem, quia dando fideiussorē non debent incarcerari, hoc verum in masculo, in fœmina autem non, quia fœmina si non potest præstare fideiussorem iurando stabitur suæ iuratoriæ cautioni de se præsentando. text. alleg. quem dicit notabilem in authen. sed nouo iure. C. de cura. quæ l. x est extracta ex auth. vt nulli iudi. supra allꝫ. Adde tamen limitando prædicta, quia dicta authen. sed nouo iure. habet locum solum in fœminis honeste vitæ quæ nō possunt incarcerari, sed iuratoria cautione relaxari. ita dicit Pe. & sequitur Cyn. in l. quoniam. C. de cust. reo. & Bar. in d. § necessarium. faciunt not. per Sali. in d. l. quoniam.

11 *Fideiussorem præstans, in quibus casibus pœnalibus veniat relaxandus & in quibus non.*

11 ANGE. †Scis ēt ꝙ fideiussoribus quis est relaxandus qn̄ simpliciter est pœna pecuniaria aut forma iuris vel statutorum, vt l. j ff. de custo. reo. & ibi Bar. Si vero esset pœna corporalis vel corporis afflictiua, tunc res non est fideiusso-

 deiusso-

deiussoribus relaxandus, sed seruandus est in carcere, alias posset recedere tempore sententiæ,& sic pœna esset elusoria cõtra l. si prætor. ff. de iud. Item non est relaxandus si pœna licet sit pecuniaria, tamen est in subsidium corporalis, vt quia statutum dicit condemnetur in centum libris, quas si non soluerit intra mẽsem amputetur ei manus, vt no. Bar. ff. de cust. reo. l. j. vel si statutum dicat alternatiue, vtputa ꝙ amputetur manus vel soluat lib. centum Bonoñ. vel fortius si esset copulatiue, vt condemnetur in amputatione manus & in lib. centum, ita dicit Dy. & Bar. in l. ij. & ibi Imo. ff. de publ. iudi. de quo latius dixi. supra in gl. super verbo, fama publica. in ver. decimo quæro &c. & sequen. dic vt ibi, vide etiam videas quando vult vel quando potest facere depositum & in qua forma recurras omnino ad ea quæ ibi plene dixi.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia adde hic not. per Bal. & Ange. in l. ij. C. de exhi. re. qui in hac materia ponunt multas fallentias & limitationes & maxime qñ pœna est arbitraria, an quis fideiussoribus sit relaxandus, & ibi dicit consuetudinẽ inspici debere, per l. qd ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui no. infa. qa si consuetum est illam pœnã fore corporalem non est fideiussoribus relaxandus, alias sic, aliqui vero casus etiam ibi ponuntur per Ange. vbi prædicta poteris limitare, dic vt ibi, & satis dictum est supra in hac eadem glo. in prin.

12 *Fideiussor est qui patitur se nominari in actis pro fideiussore, pro maleficio alieno, & non contradicit incontinenti, licet non dicat expresse ita promitto & fideiubeo &c.*

12 ANGE. † Caueat tamẽ iste Anto. qui hic fuit fideiussor vel alius quilibet, quia quoties pro maleficio alieno, iste talis fideiussor patitur se nominari in actis pro fideiussore dicti inquisiti, & ipse incontinenti non contradicit, statim tenetur, licet expresse non dicat & ita promitto & fideiubeo pro dicto inquisitio,
a iste est casus & ibi Bar. in l. cum ostendimus.[a] §. fi. ff. de fideius. tu. quod no. quando aliquis inquisitus te præsente nominat te pro fideiussore si non vis obligari non permittas te scribi apud acta, imo statim contradicas alias autem tacens obligaris.

ADDITIO.

a ℭ In l. cum ostendimus. Adde vide Ro. in consil. cccxj. & ibi de vendente rem qui dixit ꝙ erat obligata ecclesiæ pro annua pensione ꝙ si emptor tacet, quia obligetur ecclesię & potest cogi ad solutionem. Ber.

AVGVSTI. Adde tamen tu ꝙ multi doct. voluerunt ꝙ ideo in d. l. cum ostendimus. §. fin. ibi inducatur stipulatio per patientiam cũ scriptura, quia concurrebat fauor pupilli, & hoc voluerunt ibi Bar. & Bal. in d. §. fi. Bar. in l. j. in prin. ff. de verb. oblig. dixit ibi ꝙ nedum hoc erit in pupillo, sed etiam erit generaliter in omnibus, vt per scripturam inducatur illa stipulatio quæ parit fideiusiionẽ illam, sed quia ista est maxima materia addatis ꝙ opus esset videre dicta Dy. Bart. & Bal. in d. l. cum ostẽdimus. §. fi. & Cy. in l. inuitus. C. de procur. & do. Ant. & Abba in c. nonne extra de præsum. & do. Benedic. de Plumbi. & Paul. de Cast. & Raph. & Imol. in l. sciendum. ff. de verb. obli. & Bart. in l. fi. ff. de præto. stipu. in penult. col. Bald. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. in vij. col. ff. de pact. & Bar. in l. j. §. j. ff. à qui. app. nõ lic. & Bar. in l. cum quis incendijs. in princ. ff. de leg. iij. Bal. in c. j. §. fin. de inue. inter domi. & vasal. conte. per gloss. in l. si fideiussor. in prin. ff. qui satisd. cogan. Bal. in l. statutis. in fi. C. de sen. ex peri. reci. & Bal. in d. l. si fideiussor. in fi. Bal. in l. siue apud acta. C. de transac. in j. col. Bal. in l. filius. §. inuitus. ff. de procur. Bal. in l. ij. §. voluntatẽ. ff. solu. mat. Rom. in l. dot. in xxv. col. ff. solu. mat. & ibi Imol. dicit & Ioan. And. in regu. qui tacet. de reg. iur. & alia regu. is qui tacet. eo. tit. & d. Card. no. loquitur in cle. j. extra de procu. & Bald. in l. j. C. de decu. lib. xj. ego latissime scripsi veritatem istius conclusionis post Rom. & Moder. in d. l. j. ff. de verb. obli. dic vt ibi dixi.

13 *Consuetudo est per Italiam quòd iudices quãdo accipiunt fideiussores quòd accipiant approbatores fideiussorẽ, quæ est bona cautela.*

14 *Præsens licet sit tacẽs neque humeris aut capite annuat, si patitur nomen suũ scribi in actis, quòd ipse approbet dictos fideiussores, pro idoneis statim tenebitur.*

13 ANGE. † No. etiam ꝙ consuetudo est per Italiam ꝙ semper iudex quãdo accipit aliquẽ fideiussorẽ ꝙ et vult vnũ approbatorẽ qui approbet dictos fideiussores esse idoneos, nã est
b bona cautela ꝓ iudice, alias aũt si fideiussores,[b] idoneos nõ acceperit, ipse iudex in syndicatu tenetur, postea ad interesse reipublicæ. arg. l. j. §. sciẽdũ. ff. de magi. cõue. & insti. de satis. tu. §. sciendũ est autẽ, quia si ibi iudex tenetur pupillo

pillo quando non accepit fideiussores vel minus idoneos à tutoribus, ergo eodem modo tenetur iudex reipublicę quãdo minus idoneos fideiussores accepit cũ respublica, & pupillus æquiparentur, vt no. gl. & doc. in l. Imperatores. ff. de re iudi. Et ideo cum de more iudicũ sit velle approbatores fideiussorum quos reci-
13 piunt. † Caueat etiam aliquis ne patiatur se præsente, licet ẽt fuerit tacens scribi nomẽ suũ in actis, ꝙ ipse approbet ꝑdictos fideiussores pro idoneis, quia statim quamuis nõ loquatur nec humeris vel capite, annuerit tenebitur, vt in d. l. cum ostendimus. §. fin.

b ℭ Fideiussores. Adde tu an in sententia approbationis fideiussorum sint citãdi illi quorum interest & vide Ro. in consi. lxxij. Ber.

Avgvsti. Inquantũ do. Angel. hic tangit materiam d. l. cum ostendimus. Addatis hic ea quæ dicta sunt supra in proxi. præced. q. vbi apparebit an sit vera vel falsa illa conclusio quam affirmat hic do. Ang. & adde in hac materia Moder. in l. j. §. sciendum. ff. de magi. conuc. vbi tractant materiam horum approbatorum fideiussorum.

15 *Inquisitio absoluto, si postea fiat statutum quòd reuideantur processus qua reuisione facta qui fuerat absolutus est condemnatus, an fideiussor qui primo intercesßit teneatur.*

15 Ange. † Et menti habeas ꝙ si aliquis ex istis inquisitis esset absolutus, postea inde ad annum fieret statutum, ꝙ non obstante quacunque absolutoria posśint reuideri processus præteriti, & viso processu istorum fuerint cõdemnati. An iste Antonius fideiussor teneatur, dic ꝙ non, & ita dicit Bar. ꝙ fuit alias de facto obseruatum per illum tex. in l. fina. ff. de pact. ius liberationis quæsitum dicto fideiussori propter absolutoriam non potuit postea tol-
a li per dictum statutum, quod not.[a]

ADDITIO.

a ℭ Quod no. Adde tu & vide Barba. in consi. v. & ibi quando credatur alicui sine cautione. Ber.

Avgvsti. Tu autem in hac materia, adde ꝙ ad corroborationem doctrinæ Bar. positæ in d. l. fin. faciunt not. per Bal. in l. pacta nouissima. in antepen. col. C. de pac. & dicta Bal. in l. fi. in prin. C. ad maced. Sed Raph. Fulg. in d. l. fi. ff. de pac. non approbat rationem Bar. ibi sed fundat se ad defensionẽ istius qõnis per aliã rationem quam per illam Bar. dic vt ibi.

16 *Inquisitus uel accusatus si non potest fideiussores præstare, quid erit faciendum.*

16 Ange. † Quæro quid si inquisitus vel accusatus de aliquo crimine nullos posśit præstare fideiussores, dic ꝙ in carcere detinet̃, vt est tex. & ibi per Bar. & doc. in l. reos. §. super his. C. de appel. & in l. ij. in prin. ff. de cust. reo.

Avgvsti. Tu adde ꝙ ista est vera cõclusio, & ita ẽt determinat Ang. in l. ij. C. de exhiben. re. & ibi vide Bal. notabiliter loquentem, non extẽdo eorũ dicta ne sim nimis longus.

17 *Fideiussor si pendente lite moriatur, an obligatio fideiussor transeat ad hæredem suum.*

Ange. † Quid aũt si iste Antonius fideiussor pendente lite moriatur, an obligatio sua fideiussoria transeat ad hæredem suum glo. est singu. instit. de fideiuss. §. fideiussor non tantum. quæ dicit ꝙ nõ, quod intelligunt ibi doc. verũ qñ fideiusśit pro tali maleficio, secus si certam pœnã, puta centũ promisisset, licet dicat pro tali maleficio qm̃ pœnalis stipulatio qualificata transit contra hæredem & hæreditatem iacentem, vt l. ad diem. & ibi Bart. Ang. & do. meus Ioan. ff. de verb. obl. quod not.

Avgvsti. Tu adde quæ late dixi post Moder. in d. l. ad diẽ. ff. de verb. ob. dic vt ibi.

18 *Fideiussor ad quid teneatur si inquisitus sit relaxatus & postea aufugiat.*

18 Ange. † Ad quid aũt teneatur iste fideiussor si dicti inquisiti sunt relaxari, & postea au-
b fugiant,[b] vide Pe. & Cy. in l. ad commẽtariensem. C. de custo. reo. Sed omnino vide ibi latius per Sali.

b ℭ Aufugiãt. Adde tu & vide Raph. cõsi. xxxij. & quid si vnus ex duobus iudicibus persuadeat ꝗ fugiat, vide Cep. in consi. xxv.

Avgvsti. Tu adde & vide notabilia verba Ang. in l. nullus. C. de exhib. reis. qui notabiliter loquitur, aliquid ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Carceratur inquisitus de crimine capitali.*
2 *Carcerandus est reus ubicunque uenit imponenda pœna corporis afflictiua.*
3 *Carcerandus est reus ubi indicia sunt sufficientia ad torturam.*

Carce-

4 *Carcerandus est reus in omni causa criminali, quando fideiussores præstare non potest falli: in fœmina.*



Vt iudex dictũ Caium detineri & carcerari iussit &c.] Super ista gl. bene caderet materia carcerationis, verum quia dixi aliquid super gl. in verbo, fama publica precedente &c, versi. postquam vero reus se præsentauerit &c. hic omittam.
a dic vt ibi, † carceratur ergo iste homicida & merito, quia est inquisitus de crimine capitali,
a vt l. si quis post. ff. de testa. † Secundo quis est carcerandus vbicunque veniret ex delicto intentato imponenda pœna corporis afflictiua. l. ictus fustium. ff. de his qui not. infa.
3 † Tertio si contra accusatum vel inquisitum sunt indicia sufficientia ad torturam, quia tunc carcerandus est vt torqueri possit, iuxta not. per Barto. in l. fi. ff. de quæstio. & Cyn. & doct. in l. fi. C. de quæstio. & Bal. & Io. de Imo. in l. fi. de hære. insti. qua tortura habita si reperiatur culpabilis possit puniri, alias si innocens relaxari, vt l. ij. C. de exhib. reis. ibi dum dicit donec reperiatur cognitio. & ibi Iac. de
4 But. & Sali. † Quarto semper reus est detinẽdus in omni causa criminali, quando non potest prestare fideiussores, vt l. j. C. de cust. reo. & quod ibi Barto. Fallit hoc in muliere, vt d. l. ij. C. de cust. reo. & auth. ibi posita, & no. Inno. extra de senten excom. cap. vt famæ. ita dicit Bal. & Ioan. de Imo. in d. l. si quis. in ff. de testa. vide tex. gl. & Sali in l. nullus. C. de exhib. & intro. re. Et an carcer dicatur ad cu-
c stodiam ᶜ vel ad pœnam, vide Sali. in d. l. nullus. vide tu text. in d. l. aut damnum. §. solent ff. de pœn.

c ℭ Ad custodiam. vide Fulg. in consi. xliiij. & Rapha. Cu. in consi. cv. ibi ꝙ carcer est inuentus ad custodiam, & ꝙ locus sanctus non prophanus & illum frangens debet capite puniri. & adde Ang. in consi. ccxiij. vbi ꝙ per carcerationem dicitur corpus affligi. Ber.

Avgvsti. Tu autẽ in hac materia, adde ꝙ ista omnia originaliter fuerunt dicta primo a Bal. in l. iij. C. de episc. audien. in fi. qui ponit materiam quando quis potest in carcerem detineri. & allegat Inn. vbi supra. Intellige tamen prædicta secundum quod intelligit Barto. in l. j. ff. de cust. reo.

5 *Iudex imponit militi quod faciat detineri & carcerari ipsum reum periculo militis & eodem modo miles facit custodi carcer. vel iudex recta via tradit saluandũ custodibus.*

6 *Carceratus sine causa aut carceratione existẽte nulla, si carceratus aufugiat custodes non tenentur, & si carceratus ueniret absoluendus, custodes non sunt in culpa, si non tenent illum sub tanta custodia.*

5 Ang. † Aduertas tũ ꝙ iudex imponit militi socio vt dictum Caium detineri & carcerari iubeat vel faciat pro ære & persona sub periculo ipsius militis, & eodem modo postea facit miles custodibus carcerum, vel recta via iudex recommendat, & tradit saluandum, & custodiendum dictum Caium pro ere & per-
d sona dictis custodibus sub omni periculo ᵈ dictorum custodum, & non mireris ꝙ ista detentio incumbat ipsis custodibus de iure & ex statutis, quia hoc probatur de iure per totum tit. & maxime in l. pen. ff. de custo. reo. Et secundo quoniam cum probatur iudex vel alius officialis etiam quilibet sibi subdito qui tamẽ sit habilis ad hoc, & in loco condecenti potest hoc committere vt malefactorem custodiat, detineat, saluet, & sibi restituat, vt est text. in authen. si quis ei. C. ad leg. Iul. de adulter. vbi Bald. & Salicet. dicunt. Nota. casum, quando miles ex mandato potestatis capit aliquem bannitum vel malefactorem in aliquo castro, potest dictum malefactorem tradere officialibus. in loco tenendum, & saluando, donec postea cum pluri familia pro eo ad ciuitatem conducendo venerit, & ibi officiales eorum periculo & casu, debent dictum malefactorẽ ad mandatum officialis superioris detinere & saluare per illum tex. quod not.

d ℭ Sub omni periculo. Adde tu vt per Io. de Ana. in consi. liij. & ꝙ pulchre Franc. de Are. in consi. xxxviij. et adde quod si carceratus iniuste fugiat, custos non tenetur, imo de facto, licet resistere. ita consuluit Alex. in consi. cxliiij. in ij. volu. nec talis aufugiens habetur pro confesso. Ber.

6 Avgvsti. † Adde tamen quòd si iste aufugeret qui est incarceratus & sine causa sit incarceratus non tenentur isti Bartol. in l. ius. C. de probatio. Et ideo recte dixit Angel. in l. quæ sub conditione. §. fina. ff. de condi. institut. quòd si etiam carceratio esset nulla, funditus non tenentur isti custodes. Quinimo si carceratus veniret absoluendus non sunt in culpa isti custodes si non tenent ipsi carceratum sub tanta custodia. Dic tamen de materia, vt per Bart. & doct. in l. si pecuniam. §. pen. ff. de condi. ob caus.

Carce-

7 *Carceratus si se vulnerat, vel interemit, an iudex teneatur.*

7 Ange. †Quero aliquis carceratus se vulnerat vel interimit vel laqueo se suspẽdit, vt aliquando contingit an iudex teneatur, dic ꝙ non, vt est tex. & ibi Floria. in l. quẽadmodum. §. magistratus. ff. ad l. Aquil. ꝙ tamen intellige nisi carceris sit custos, quia tũc an custos teneatur eo ipso quod aliquis reperitur mortuus in carceribus & ignoratur quomodo mortuus sit, no. glo. in l. cum ita legatur. §. species. ff. de lega. ij. & dixi supra in gloss. in verbo, fama publica &cet. in materia carcerationis.

Avgvsti. Adde quæ ibi dicta sunt.

8 *Damnatus ad perpetuum carcerem an intelligatur damnatus de publico iudicio.*

8 Ange. †Aliquis damnatus est ad perpetuum carcerẽ,[a] an intelligatur de publico iudicio damnatus, dic ꝙ sic, vt no. Bart. & ibi Imo. in l. ii. ff. de pub. iud. & Bal. in l. i. C. qui accu. non poss.

ADDITIO.

a ℭCarcerem. Adde tu & vide Fulg. in cõsi. cxliiij. vbi quod quis non est damnandus ad perpetuos carceres & adde eti m Ang. in consil. cclvj. vbi damnatus ad perpetuos carceres potest iniuriarum experiri contra iudicem. Ber.

Avgvsti. Adde tamen tu ꝙ Bal. in l. reos. C. de accus. in ij. col. transportauit ibi dicta Bar. de verbo ad verbum, vbi supra de eo nõ faciat mentionẽ, & allegat etiã dicta Inn. in c. qualiter & qñ. extra de accusa.

9 *Iudex secularis an possit damnare ad carcerem perpetuum.*

9 Ange. †Quæro an iudex secularis possit damnare aliquem ad perpetuum carcerem, dic ꝙ nõ vt not. Bar. in d. l. ii. & est tex. in l. aut damnum. §. solent. ff. de pę. & l. seruus. cum si. ff. de pœ. Vnde si de facto carceratus, & per iudicẽ secularem damnatus, & ita moriatur nõ efficit intestabilis. ita dicit Ang. & Imol. in l. si quis mihi bona. §. i. ff. de acq. hęr. facit l. aut dãnũ in pri. ff. đ pę.

Avgvsti. Tu adde ꝙ licet de iure ciuili nõ possit imponi ista pęna tñ per statutũ põt imponi, vt dicit Bal. in l. reos. in ii. colũ. C. de accu. & ibi ponit quomodo de iure canonico, & intelligo p̃dicta de iure ciuili nõ põt imponi in homine libro, secus in seruo, vt pulchre declarat Bal. omnia ista in l. i. C. qui ad lib. perue. non pos. per text. illius. l. i. & l. capitalium. §. solent. ff. de pœ.

10 *Detinens aliquam personam non vt captam teneat sed alia causa, vt puta mulierem libidinis causa, an teneatur de carcere priuato.*

10 Ange. †Quid aũt si quis retineat aliquã personã non vt captã teneat, sed aliqua de causa, vt quia retinet aliquã pulchrã mulierem reclusam causa libidinis,[b] an dicatur in carcere tenere, & sic teneatur de carcere priuato, vt C. de priua. carce. l. i. dic ꝙ non, vt not. Bar. in l. verum. ff. de fur.

b ℭCausa libidinis, adde & vide do. Alex. in cons. j. in iij. vol. Ber.

Avgvsti. Adde ꝙ imo Bar. ibi in d. l. verum. non ita indistincte dicit id ꝙ autor iste hic. imo Bar. multũ elegãter ibi distinguit, dic vt ibi præterea cõtra suã defensionem facit multũ l. qm̃ multa facinora. C. ad leg. Iul. de vi. sed vera decisio istius q̃stio. põt colligi ex q̃ dicta sunt per Bart. & Ang. in l. diuus cũ materia. ff. ad l. Cor. de sicca.

11 *Soluens condemnationem pro carcerato ex causa maleficij, an possit repetere.*

11 Ange. † Quid si q̃s soluit cõdẽnationẽ pro aliquo carcerato, an dicatur in dubio soluere animo donãdi vel possit repetere, dic ꝙ põt repetere, vt not. Bal. in l. quãuis. cũ l. seq. ff. sol. ma. licet in piã causam dicat soluere, vnde executor datus ad aliquid in piã causam exequẽdi. põt soluere cõdẽnationem ꝓ carcerato, etiã pro maleficiis, & dicitur soluere in piam causam, vt not. Bal. in d. l. quamuis.

Avgvsti. Tu ibi adde & vide Imo. notabiliter loquentẽ, sed elegãter ibi loquitur Ro. ego ibi latissime dixi, post Mod.

12 *Delictum commissum fuit de nocte, & illi de castro tenebantur capere malefactorem, ex forma statuti, qui non potuerunt exire castrum, quum rector claues haberet, an tenebuntur de non captura.*

12 Ange. †Quid si de nocte cõmissũ fuit maleficiũ & illi de castro ex forma statuti tenẽtur capere malefactorẽ, ipsi nõ potuerũt exire castrũ, q̃a rector habebat claues, an teneatur de non captura, dic ꝙ non, vt no. Bar. in l. iii. § subuenitur. ff. ad Silla.

c Avgvsti. Tu adde ꝙ ista conclusio Bar. approbat à doc. maxime à Ro. & Moder. in d. l. si quis in graui. §. subuenitur. ff. ad

ad Silla. bene faciunt not. in l. prima. §. occisorum. ff. eod. titul.

c ¶Tu Adde, vide tu Barb. in consil. xvj. Ber.

13 *Carceratus pro causa ciuili vel criminali, an omni die etiam post latam sententiam per decem dies possit appellare.*

13 ANGE. † Quæro aliquis captus est & carceratus pro causa ciuili vel criminali, an omni die etiam post latam sententiam per x. dies possit appellare, dic quod sic, quia stado in carceribus omni die grauatur, & sic propter nouum grauame potest apellare,[d] ita dicit Specu. in tit. de appel. §. restat. vers. & not. secundum. & vers. sed quid dices. in fi. facit quod not. glo. & doct. in l. ij. C. de ser. & aqua. vers. a. i. dicun. quod non. & hoc vult Bald. in l. ii. C. de episc. audi.

d ¶Appellare, Adde & vide Ang. in conf. cclvj. B.

AVGVSTI. Tu adde quod doc. maxime Ant. de But. approbant doctrina illa Spec. & eã allegant & sequunt, licet ad aliud propositum in c. ex parte. extra de appel. & do. Anto. de Butr. in cap. dilectus filius extra de rescrip.

14 *Carcere detineri, & vinculis esse quomodo quis dicatur.*

14 ANGE. † Et aduertas[e] quod carcer dicitur quoties quis non põt exire de loco pro libito voluntatis, vnde potest assignari pro carcere totũ palatiũ potestatis vel tota ciuitas. Si autẽ ponuntur custodes tunc dicitur esse in vinculis, vt l. succurritur. ff. ex quib. caus. maio. ita dicit Ang. in l. qui in carcerem. ff. quod met. cau. quod no. tu iudex quado ex forma statuti debes aliquem carcerare, vel non.

e ¶Et aduertas. vide tu Cep. in consi. xl.

AVGVSTI. Tu adde quæ dixi supra in gloss. in verbo, fama publica. precedente. in materia carcerationis, quando dicatur quis detentus. Et adde Ang. & Ro. in l. si quis in graui. §. clausos. ff. ad Silla quẽ. §. legit Ro. sub. §. subuenitur. & quod vna ciuitas possit assignari pro carcere, hic dixit Angel. in l. nullus. C. de exhib. reis.

15 *Carceratus an possit contrahere, vel testari, vel confiteri in carcere.*

15 ANGE. † An autem carceratus[a] possit contrahere vel testari vel cõfiteri in carcere, vide ibi Ang. Bar. & doct. in l. qui in carcerem. ff. quod met. cau. & Bar. in l. qui neque. de verb. sig. & Bar. Bal. Ang. & Raph. & plene Io. de Imo. in l. quod à latronibus. ff. de test.

ADDITIO.

a ¶Carceratus. Adde an contractus carcerati valeant & quando quis dicatur in carcere, & vide Fulg. in consilio clxxvj. & Rapha. Cuma. in consil. cxliiij. vbi quod postquam quis fugit de carcere quod potest testari. & vide eundem in consil. clvij. Ber.

AVGVSTI. Tu adde Bal. in d. l. qui in carcerem. & vide Bal. in l. i. C. de confes. Bal. in l. necnon. § i. ff. ex quib. cau. ma. Bald. in l. si quis in hoc. C. de episco. & cler. Pulchram limitationem Ang. in l. nemo carcerem. C. de exa. tribu. qui ponit quando promisso facta in carcerem, tenet Bald. in l. ab eo. C. quo. & quan. iud.

16 *Carcer quid dicatur, & carceratus quis dicatur.*

16 ANGE. † Et ad id quod dixi, quid dicatur carcer vel quis dicatur carceratus, adde quod habetur in l. verum. & in l. vinculorũ. de verb. sign. & Inn. & Io. And. in c. nuper. in princ. de sent. excõ. & Ang. in l. quoniã. de custo. reo. & in l. ii. C. de exhib. re. facit quod voluit Bar. & domini mei, vbi vult quod omnis locus assignatus alicui pro carcere sit carcer. & idem ipse voluit in l. ii. C. de exhiben. reis. facit l. Titio. §. i. ff. de condi. & demonst. & quod ibi Bar. vide Iac. de Aret. & Bar. in l. qui neque. de verb. sign.

AVGVSTI. Adde quod de his satis est dictũ supra in dicta glo. in ver. fama publica præcedente.

SVMMARIVM.

1 *Nemo damnandus est, nisi prius ei dato termino ad faciendum suam defensionem, & hanc practicam totus mundus seruat, quod sponte confessum iudex mittunt ad carceres, & apud acta assignant ei terminum ad allegandum quicquid vult ne condemnetur, & ad faciendam omnem eius defensionem.*



VI iudex dictis inquisitis, & cuilibet eorum statuit terminum decem dierum, ad eorũ defensionẽ faciendã &c.]

1 † Hoc fit per l. vnius. §. cogniturum. ff. de questio. nemo enim debet dãnari, nisi prius dato termino ad faciendam suam

suam defensionem, vt l. rei. §. si ad diem. ff. de re mili. & est tex. cum gloss. in l. j. ff. de fur. ita dicit Bar. & Imo. in l. custodias. § j. ff. de publ. iudi. & Salic. in l. ij. C. de custod. reo. in versi. & hanc practicam seruat totus mundus &c. dic ꝙ totus mundus seruat hanc practicã, quia sponte confessum iudices mittunt ad carceres & apud acta præfigunt ei terminum ad allegã-
b dum quicquid vult ne condemnetur [b] & ad omnem eius defensionem faciẽdam, intra quẽ si nullam faciat satis in confessione sua perseuerare videtur, vt in simili dicitur de donatione quæ non reuocatur, vt l. iij. §. si maritus. ff. de do. inter vir. & vxo. Si vero confessionem suam reuocat oportet quod causam dicat, quare reuocat, & illam probet, vt l. error. C. de fur. & fact. ignor.

b ¶Ne condemnetur. Adde & vide Alex. in consil. lvij. in iij volu. vbi an repertus in flagranti crimine possit damnari.

AVGVSTI. Adde hic quæ dicam infra in ista glo. in additione vlti.

2 *Reus confessus est maleficium, statim iudex misit eum ad furcas non dato ei termino ad se defendendum, an poterit iudex in syndicatu sustentari.*

3 *Dilationem per legem scriptam, aut per statutum concessam, non est necesse petere, neque à iudice concedi.*

4 *Defensio per reum fieri potest etiam quòd ei non daretur terminus ad faciendum defensionem suam.*

2 ANGE. † Si aũt aliquis fuit confessus maleficium, & statim iudex misit eum ad furcas, non data ei dicta dilatione ad faciendum suas defensiones, an iudex possit de iure sustentari in suo syndicatu. Bald. in l. nouerint. C. vt intra cert. temp. dicit ꝙ aut reus petijt dilationem prædictam, & tunc iudex malefacit, quia eam dare debuit. aut non petijt, tunc iudex non habuit necesse dare, vt l. qui sententiam. & l. cum
3 reis. C. de pœn. † In dilatione autem quæ esset per legem scriptam vel per statutum concessa non est necesse ꝙ petatur nec ꝙ à iudice concedatur, vt l. si vendicari. C. de pœn. ita dicit Bald. plus etiam dicit Bald. in d. l. cum reis. C. de pœn. vbi dicit not. ad quæst. si iudex dedit dilationem conuicto ad faciendum suã defensionem & amici procurant in multis, vel procurant ꝙ fiat adunantia generalis vt liberetur. ꝙ ipse iudex non debet ista expectare, sed debet facere reũ conuictum renunciare di-
4 lationi, & facere officium suum &c. † Sed bene not. ꝙ licet etiam si non daretur terminus ad faciendum suam defensionem, vel excusationẽ, posset tamen per reũ fieri defensio, vt d. §. cogniturum habetur. & ibi no. Bald. in l. in crimine. ff. de adult. & in extraua. ad reprimẽ. in verbo, sine figura iudicij. in versi. an debeat dari dilatio &c. & non est mirum, quia defensio est de iure naturali, vnde etiam si vellet iudex non posset eam auferre reo, vt in clem. pastoralis. de re iudic. quis autem defensiones possit facere, dicam infra in glo. proxi.

AVGVSTI. Tu adde quæ dicam infra in ista glo. in vlti. addi. mea. Quas autem defensiones potest facere dicam infra in glo. proxi. quæ incipit, comparent inquisiti in termino defensionis.

5 *Reus an possit renunciare termino defensionis.*

6 *Defensioni an possit renunciare reus, de qua constat nullam habere defensionem.*

7 *Defensionis renunciatio, an teneat, quando constat reum habere defensiones.*

8 *Defensionis renunciatio an admittatur quando dubium est an reus habeat defensiones.*

9 *Defensionibus quibus possit renunciare reus, & quibus non.*

10 *Confessus maleficium si petat terminum, non obstante confessione ad se defendendũ, quem iudex denegat quia maleficium est notoriũ, an iudex statim possit procedere ad condemnationem & executionem.*

11 *Defensionibus suis an possit renunciare qui in flagranti crimine est repertus.*

12 *Latro famosus an possit suis defensionibus renunciare.*

13 *Defensionibus quando possit renunciari, ponitur casus tertius.*

14 *Defensionibus de præsenti competentibus, an possit in iudicio generaliter renunciare.*

15 *Iudex ut sedet tumultum populi potest pendente dilatione facere executionem corporalem.*

5 ANGE. † An autem reus possit tali termino defensionis renunciare. Bart. in l. custodias. in fi. ff. de publi. iudi. & in l. quidam sunt serui pœne. ff. de pœ. & in l. non tantum. ff. de appel. videtur velle ꝙ non possit renunciare, & in d. l. non tantum. fiebat executio de facto, quod credo verum. dicit tamen Bald. in l. raptores. C. de episc. & cler. ꝙ hoc est verum nisi dicatur talis inquisitus sciens se non habere aliquam defensionẽ, imo carere omni defensione sponte, & ex certa scientia dicto termino defensionis

nis renunciauit, tunc talis renunciatio valet, vnde tu iudex bene not. quæ verba apponi facias, vt valeat dicta renunciatio quando reus termino defensiuo renunciat, vide Angel. & Imol. in dicta l custodias. & Angel. in l. pacto
6 quod in hæredem. ff. de pact. qui dicūt† ꝙ si constat reum nullam habere defensionem, forte quia est insignis latro, tunc potest renunciare, ex quo ius defendendi non habet per ea quæ habentur in l. prouinciarum. C. de fer. quia per talem renunciationem non læditur, nisi quia citius moritur de quo non videtur curandum, ex quo certum est ipsum non habere defensionem per d. l. cum reis. C. de pœ.
7 †Si vero constat eum habere defensionem, & tunc non tenet renunciatio, vt d. l. non tantū.
8 ff. de appel. †Si autem dubium si tunc admittitur renunciatio, sed si eum pœnitet potest se defendere, vt l. j. cum gloss. & ibi Bald. C. de furt. sed gloss. in d. l. j. dicit ꝙ si asserat se non habere aliquas defensiones quas facere possit, tunc renunciare potest termino, vt ibi etiam tangit Ang. hoc etiam fuit de mente Bald. in l. fina. ff. de furt. vbi dicit ꝙ non potest renūciari defensionibus, termino autem sic, allegat Innocen. in cap. cum olim. Abba. de offic. deleg. Bald. in l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiuran. dicit ꝙ si certum est reum habere defensiones ꝙ non tenet renunciatio quia læderetur, sed non si haberet liquidas probationes, non præsumitur habere, & ego semper practicaui dictum Bal. in d. l. raptores. Aduertas tamen ꝙ Bald. in l. fina. C. qui accusa. non poss. versi. & præmitto ꝙ omnis eorum defen
9 sio &c. & versi. super quinto dicit &c. dico† ꝙ legitime defensioni per quam funditus extinguitur terminus defensionis non potest renūciari, vt l. pactum inter hæredem. ff. de pact. sed defensionibus quæ sunt de apicibus iuris statutorum & non de iuregentium potest renunciari, vt l. si accusatoribus. C. de accus. in glo. quod dicit procedere de expressa renunciatione, sed tacita & velata renunciatio per lapsum termini bene potest fieri, & quoniam fortior est exclusio temporis quam renunciationis, vt l. ex facto. §. si quis bonorum. ff. ad Trebel. ad hoc vt termini datio aliquid operetur, vt cap. pastoralis. de exceptio. quod not.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia, adde ea quæ dicit Bald. in l. j. C. de confess. in iiij. char. in illa quæst. quæ incip. quæro de quæstione quotidiana Titius accusatus vel inquisitus. qui dicit allegando tex. in l. iij. §. si ad diem. ff. de re mil. quem text. dicit esse notabilē ad hoc ꝙ si Titius confitetur occidisse Seium de more est vt detur sibi terminus ad omnē suā defensionem faciēdam, & quomodo iste talis sic confitens reuocare possit suam confessionem iam factam coram iudice, adde quæ dicam infra in seq. glo. Item adde inquantum domi. Angel. hic allegauit Bald. in l. nouerint. C. de aboli. addatis ꝙ error est quia illa l. nouerint. est in titu. vt intra cert. temp. &c. Item addatis ꝙ non est verum ꝙ Bald. in d. l. cum reis. dicat id ad quod allegat eum domi. Angel. hic. Item adde ꝙ dubito valde ne isti doct. errauerint dum volunt ꝙ contra tales ratificantes & confitentes debeat dari ille terminus ad se defendendum, quia cum tales confitentes propter suam confessionē dicantur inducere quādam notorietatem ad quid danda est talis dilatio & talis terminus. & ideo reperio Bal. notabiliter loquentem in isto passu & aliter loquētem dicentem per tex. in l. a procedente. C. de
10 dila. ibi in fi. †Vltimo ex isto casu collige ꝙ si aliquis est confessus maleficium, & petit non obstante confessione terminum ad se defendendum, quem iudex denegat, quia maleficiū est notorium, ꝙ iudex statim potest pcedere ad condemnationem & executionem per quā interloquatur dilationem non dandam, tanquam petitam per calumniam. Vtile est ergo in talibus interloqui, & allegat etiam not. per Inno. in c. ad petitionem. extra de accus. Salic. ergo in d. l. ij. & sequentes non recte loquuntur nisi saluando dicamus, quòd doctrina Bar. in d. l. cogniturum. procedit quando constabat aliter de delicto quā per confessionem, & ideo in hoc reprehendo magis Ludo. Roma. quam alium doct. qui omnium rerum singularium professus est habere memoriam qui Ro. ignorauit illam singularem doctrinam Bal. in d. l. à procedente. dum ipse Ro. late posuit istam materiam in rub. de arbi. in v. char. & maxime illum artic. an huiusmodi defensionibus possit
11 renūciari, †qui dixit quòd si quis est inuētus in flagranti crimine, talis potest renunciare defensionibus suis, quia potest de facto puniri, allegat Bald. in l. vim. ff. de iusti. & iur.
12 † Item hoc fallit etiam in publico & famoso latrone, alleg. Bald. in l. prouinciarum. C. de
13 fer. † Aliam & tertiam limitationem ibi tradit, & multa ibi allegat quæ parum esset hic trāscribere, & facit mentionem de doctrina Bald. in l. j. C. qui accusa. Et quomodo in hoc passu est altercatio inter Bar. in d. l. custodias. & Bal. in l. in pecuniarijs. ff. de fer. Tene tamē menti

pulchra

pulchra verba quæ posuit Angel. in l. sed si
24 quis. §. quæsitum. ff. si quis cau. dicit † ꝙ defensionibus de præsenti cōpetentibus quis bene potest renunciare generaliter in iudicio, habet enim notitiam causarū, vnde imputet sibi auth. iubemus. C. de iudi. Et subdit ꝙ hac practica hodie vtuntur assessores cū faciūt damnādos renūciare termino, adiuncta causa, ꝙ nullam defensionē habent. Clamat enim Ang. ipse cōtra tales & maxime exclamat, dicens ꝙ caueant ipsi assessores, ne supra se & filios eorum cōuertantur, si inique fecerint. per tex. in auth. in corpore, iusiurandum. adde no. in l. ictus fustiū. ff. de his qui not. infa. Adde in hac materia dicta Bald. in l. raptores. C. de episc. & cle. & Bal. in auth. habita C. ne fil. ꝓ pat. Bal. in l. fi. C de fer. Bal. in l. si accusatoribus. ff. de accus. Bal. Ang. & Sal. in auth. iubemus. C. de iud. per Ang. in l. j. ff. de fur. & balnea. per Ro. in l. alia. § eleganter. ff. sol. mat. per do. Abb. in c. fi. de pact. in i. col. Bart. in c. i. in. i. col. extra de iudic. Barto. in l. Stichus. ff. de pœ. leg. Bald. in c. cum nō ab homine. in fi. de iud. Io. And. Pet. de Anch. Domi. de sancto Ge. in c. cum C, laicus. extra de foro cōpet. in vi. Bar. in l. qui vlti. in fi. ff. de pœ. Et certe vltra omnes locutus est Ange. in hac materia in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pac. in repe. sua, in ii. col. ibi eum omnino vide si vis habere veritatē istius passus, & vide quæ dixit Ro. in singu. suis ccccxc. ii. anni, quod incip. licet iudex procedere
25 non possit. vbi dixit † ꝙ iudex vt sedet tumultum populi potest pendente dilatione facere executionem corporalem, vide doc. in l. si filio exhæredato. ff. de iniu. testa. maxime Ang. & dixit domi. Catald. in quæst. cxcvii. in materia syndicatus.


SVMMARIVM.

1 *Confessus in parte vel in toto, an possit suam confeßionem reuocare.*

2 *Confeßio in criminalibus perseuerata, an reuocari possit.*

3 *Confeßio iurata, an reuocari poßit.*

Die xv. Decembris.



OMPARENT dicti inquisiti, & quilibet eorū in termino defensionis, & pro eorum defensione produxerūt instrumētum pacis, alia, qđ est in filza & infrascriptos testes &c.] Sunt tria aduertēda. Nam aut reus primo confessus fuit omnia, aut negat omnia, aut partim negat, & partim confessus est, vt supra dictum est in tribus
1 gl. † quādo cōfessus fuit in parte vel in toto, tunc in termino defensorio pōt cōfessio-
a nē suā reuocare vt erroneā a in prima instātia, & si eam in prima instātia nō reuocauit potest eā in causa appellationis reuocare, & causam reuocationis exprimere, vt no. glo. Bar. & Ang in l. creditor. §. j. ff. de appel. & ibi Ang. no. Bar. in l. ij. C. quo. app. nō reci. & no. Bal. in l. in minoribus. C. de his qui. vt ind. sed Nico. Mata & Bal. in l. fi. C. de probat. dicunt ꝙ talis rouocatio cōfeßionis nō potest apud acta fieri vt prosit reuocatio, si adsint alia indicia indubitata quę iuncta cū cōfeßione faciunt fidē iudici, nisi reuocans probaret cōtrariū per alia indicia cōtraria,
2 ꝙ debet esse notandū, sed Sal. ibi hoc exēplum nō placet presupposito, ꝙ alia indicia per se nō essent sufficientia ad cōdemnationem, Ratio est quia frustra essent leges, q̄ reuocationem permittunt sine alicuius causæ probatione, dic vt ibi per Bald. & Sali. & sic vides ꝙ Salic. tenet indistincte quod supra dixi, videlicet omni casu prodesse reuocare suam cōfeßionem, & ita vidi practicari, sicut dicimus in ciuili ꝙ indistincte potest cōfeßio vt erronea reuocari, & reuocabitur probando rem se aliter habere. vt plene not. Bartol. in l. non fatetur. ff. de confes. & in criminali ad similitudinem ciuilium ꝓceditur, vt l. absentem. ff. de pę. igitur &c.

ADDITIO.

a ¶ Vt erroneam. Adde & vide Roma. late exordientem materiam in consilio ccxcj. Alexandr. de Imo. in consil. xc. & in consil. ciij. in j. volum. & in consil. cxx. iij. lib. & quomodo cognoscatur confeßio erronea, vide Raph. Cuma in consil. xxvij. & cōsi. clx. & an cōfeßio in criminali possit reuocari. vide Francisc. de Aret. consilio cxlvij. & quando poßit modificari confeßio in criminali, vide Alexandr. in consil. primo in iij. volum. Ber.

AVGVSTI. Tu aūt in hac materia, adde & cōsidera, ꝙ Bal. in d. l. fi. C. de ꝓba. expresse dicit ꝙ licet confeßio iniciata nō possit reuocari, tamen reuocatur probando cōtrarium, scilicet rem alias se habere, & ita etiam

2 etiam refert eum ibi Salic. † Item adde & limita non procedere in criminalibus vbi confessio fuisset perseuerata, quia talis cõfessio non potest reuocari, hoc fuit singulare verbum Spec. in tit. de confes. §. fi. versi. sed nunquid in criminalibus. & ipsum sequitur ibi Ioan. And. allegando ꝙ Iac. Baldui. & Alber. Gal. idem voluerunt, & certe ista est mirabilis & noua decisio in ista materia & periculosa & corroboratur ista mirabilis doctrina per ea quę latissime dixi in l. i. ff. de lega. i. in addi. meis, vbi posui materiam quãtum plus potest actus geminatus quàm actus simplex, & per ea quæ tradit Bar. in l. cum scimus. C. de agric. & cens. lib. xi. qui dicit ꝙ licet confessio facta per verba enunciatiua non præiudicet tamen si est confessio geminata præiudicabit. Item confirmatur per doctrinã Io. And. in tit. de dona. inter vir. & vxor. in rub. qui voluit ꝙ contra confessionem geminatam nõ potest opponi exceptio non numeratæ dotis. Sed alias audiui illustrem genitorẽ meum tenere cõtrariã partem, & in medium adducebat in indiuiduo doctrinam do. Ant. de Bu. in c. fi. extra de confes. in xix. col. qui faciens mentionem de illa doctrina Spec. in d. §. fin. ibi do. Ant. de But. dicit ꝙ pro dicto Specu. est gloss. in terminis in c. ex literis. extra de diuor. & ꝙ per prædictam doctrinam datur ista regula, ꝙ vbi confessio est deliberata, quia datus est terminus ad respondendũ & ad liberãdum, nunquã admittitur reuocatio confessionis, sed dicit ibi do. Ant. ꝙ putat ꝙ in criminali admittatur reuocatio nisi iurauerit plenã dicere veritatem circa inquisita, quia non posset tanquam ostendẽs se periurũ admitti ad reuocationem ad excusationem bene admitteretur, vt in c. dilecti. extra de accu. duntamen esset talis excusatio quæ in toto non perimeret cõfessionẽ quo ad factum, vt ibi not. & vbi deliberate quis confitetur, licet difficilius admittatur, admittitur tamen sed cum maiori cognitione, & ad hoc allegat Ioan. And. in c. cum in positionibus. de iureiuran. lib. vi. in nouel. Quinimo fortius ibi dixit domi. Anto. de But. ꝙ forte posset dici ꝙ dato ꝙ iurauerit plenam dicere veritatem, posset illam reuocare, quia iurat plenam dicere veritatẽ de eo quod scit si ergo probabili errore facti deceptus sit in eo quod confitetur ex hoc, nõ est periurus iurans falsum. Non obst. d. c. dilecti. quia dicit ibi ꝙ illa non probabat errorem probabilem, & certe ista sunt menti tenenda, quia communiter isti malefactores confitentur dato primo sibi iuramento per officiales, & vide doct. maxime do. Anto. de Butr. & Abba. in d. cap. dilecti. an ista confessio iurata possit reuocari, adde quæ infra allegabo. Adde not. per Bald. in l. i. C. de cõfes. in penult. colum. quomodo isti malefactores reuocant confessionem suam ne subiiciantur tormentis quando coram alio iudice confessi sunt. Ego non dubito ꝙ semper confessio potest reuocari probando cõtrariũ, loquor in criminalibus. quia ad defensam semper probationes & quãdocunque debent recipi ne innocens indebite puniatur, per l. diui fratres. ff. de pœn. etiam si sententia esset lata. intelligo prædicta dummodo calumniose ista non fiant, per ea quę

3 not. Bal. in l. procedente. C. de dila. † An autem confessio iurata possit reuocari. Adde Roma. in l. si vero. § de viro. ff. sol. matr. in xxi. fallen. & do. Ant. in c. cum dilectus. de success. abintest. in pen. col. & Bart. in l. cum quis decedens. §. cum quis codicillis. ff. de leg. iii. Ang. in auth. de iureiu. à mori prẽsti. circa fin. & Bal. in l. cum parem. §. filius matrem. ff. de leg. ii. Domi. de sancto Gemi. in c. fi. de iureiur. lib. vi. Imo. vltra omnes ponit in repeti c. cum cõtingat. de iureiurã. in xxxi. char. Bal. in l. si creditoris. C. de fideicom. & Bal. in rub. C. res inter alios acta in vlt. col. Bal. in l. rationes. in ii. col. C. de proba. & Bal. in authen. quod obtinet. C. eod.

4 *Instrumenti pacis productio quãdo fieri valeat.*

4 ANGE. †Item potest ꝓducere instrumẽtum pacis si statuto cauetur ꝙ propter pacẽ minoretur pœna siue sit habita pax ab offenso siue à patrefa. qñ filiusfa. est offensus, qm̃ de iniuria filiofa. illata pater eius potest facere pacem, vt no. Bart. in l. in personam. in princ. ff. de pact. & est tex. & ibi Bar. in l. sed si vnius. §. filius. ff. de iniur.

AVGVSTI. Adde quod infra dicam.

5 *Instrumenti pacis vulnerum tantum productio, an sibi prosit, si ex dictis vulneribus mors fuerit secuta.*

5 ANGE. †Quid autem si producit instrumentum pacis, & de vulneribus tantum, & tamen

tamẽ ex dictis vulneribus secuta est mors, an sibi prosit. Bar.in l.damni.§.sabini.ff.de dam.infec. dicit aut est remissa actio iniuriarum.& nõ videtur facta pax de morte, vt l.si duo patroni.§.Iul.ff.de iniuriis. aut remisit iniuriam, & tunc aut vulnus erat lætale, omnia remissa vidẽtur, vt d.§. sabini.aut prima facie non erat lætale, & mors nõ videtur remissa, vt l.ita vulneratus.ff. ad leg. Aquil. intellige tamen quando vere mortale erat, alias si ex alia causa mors sequeretur non teneretur, vt l. qui occidit. in fin.ff. ad leg.Aquil. quia tunc magis ex sui culpa quã ex vulnere dicitur mortuus, vt d. l.itẽ vulneratus.& l.idem iuris. & ad hoc singulariter vide Bal.in c.j. quib. mod. feu.amit.

AVGVSTI. Adde tamen quòd inquantum supra dictum est quòd pater potest remittere iniuriam factam filio. Limita duobus modis, primo, dummodo illa iniuria facta filiofa. sit facta à quodam extraneo, secus si à persona coniuncta, quia pater illam iniuriam non remittit, hoc est singulare verbum Bart. per illum text. in l. Lucius.ff. solu. matri. & ibi etiam Roma. sequitur, & Roma. in singula. suis singu. lx. & vide Moder. in d. l. Lucius. & quod ibi dixi. Item adde aliam limitationem, si dicta iniuria etiam sit facta ab extraneo, ad hoc vt pater remittat illã iniuriam, opus est quòd pater non sit vilis persona, per text. & ibi Barto.in d. l. sed si vnius.§. filiofa.& an producto instrumento pacis de vulneribus videt pax remissa de morte. Ad hæc etiam vide dicta Barto. & Moder. in l.fideiussor. magistratus.ff. de fideiusso. & vide Moder.in d.§.Sabini.

6 *Productio pacis à defuncto si statutum dicat quòd debet habere pacem ab hærede, an sibi prosit.*

6 ANGE. †Quid si producit pacẽ à defuncto, & statutum dicit quòd debeat habere pacem ab hærede, an sibi prosit. Barto.not. in d.§. sabini. & dicit quòd videtur quòd idem sit cum alias dicatur quòd qui habet aliquid à defuncto dicatur habere ab eius hærede, vt l.tale pactum.ff.de proba. Sed contrarium determinat Barto.ibi, quia fauore hæredis hoc est introductum. Igitur testator nõ potest remittere. l.pe. vt in pos. lega. quia ex hoc quis inuitaretur ad delinquendum, cum vulneratus expectans mortem de proximo de facili faceret pacem, vt dicit Bar.in d.§.sabini. ꝙ est tenendum secundum Imo.ibi, licet Bal.in l.ij.C. de lib. & eo.libe. teneat contrarium & male.

AVGVSTI. Tu in hac materia adde ꝙ Imo late posuit istam materiam in l.4.§. cato.in fin ff.de verbo.obl & ibi facit mentionem de ista altercatione inter Barto.& Bald. & tandem reprobata opin. Bald. sequitur Barto.& idem dixit Imo.in d.§. sabini. sed Sal. latissime disputans istam materiam in d.l.2.C.de libe.& eo.libe. sequitur Bald. contra Barto. & vide in hac materia bonum text. in l. si ego.§.j.ff. de iure do. quoniam ad istud propositum allegauit Bal.in l.j.C.com.deleg. in fi. ibi pone testator qui tex. videtur velle innuere quòd necessarium est hæredem sequi voluntatem defuncti, non recederem ab opin. Barto. quam sequitur Roma.in d.§.sabini.& eam probat p bonas rationes, & ibi dicit quòd istam partem doct. sequuntur.

7 *Statuto dicente quòd habeat pacem ab hæredibus, si sunt plures hæredes & offendens habeat pacem ab uno tantum quid erit dicendum.*

7 ANGE. †Quid autem si statutum dicit quòd habeat pacem ab hæredibus & sint plures offensi, & ipse habuit pacem ab vno tantum.not.docto.in l.2.C. de libe. & eor. libe. ibi dicunt per illam glo. quòd fuit Bononiæ consultum quòd non valeat, nec tali producenti talis pax sibi prodest, q̃a oẽs hæredes insolidum sunt offensi, igitur non sufficit pax ab vno facta. Barto. in l.eadem. § cato.in fin.ff de verbo.obliga. dicit quòd stari debet maiori parti. vt l.fi.C.qui bo.ce. pos.& sic nomen hæredis est nomen distributiuum, vnde in distributiuis ꝙ facit maior pars ab omnibus factum videtur. Bald. autem in d.l.2.dicit ꝙ debent attẽdi verba statuti. Nã aut loquitur in singulari aut plurali. Primo casu si in singulari sufficit si ab vno hærede sit bona fide facta, vt l. furti.§. qui pactum.ff.de infa. Secundo casu aut in plurali, & tunc oẽs collectiue debent facere pacem, alias non prodest reo. Ange.vero in d. §. cato. dicit aut statutũ totaliter pœ-

nam remittit, & tunc omnium cōsensus requiritur, vt l. per fundum. ff. de ser. rust. praedi. & ibi vide Flori. erica fi. Nec ob. l. maiorem. ff. de pact. quam Bar. alleg. quia loquit in casu qn pars & non totum remittitur. Si vero statutum loquitur ꝙ propter pacē minoretur pœna, tunc tenet opi. Bar cū tribus limitationibus. Primo si vnus fecit pacē coram alijs contradicentibus, quia illi alij vidēt consentire, vt l. consilio. §. fi. ff. de cur. fur. Secundo nisi in numero illius maioris partis sit fœmina, quia illa vox non debet attendi vt augeat numerum, quoniā fœmina non dicitur leuare faidam, vt not. gl. c. j. an muli. vel ali. imper. c. j. colū. x. & qui feuda. pos. c. j. §. hic autem. in fi. gl. magnæ. Tertio limita nisi in numero maioris partis essent consanguinei occisi in alia parte, essent hæredes extranei, quia consanguineorum vox præualet, vt l. si cui. §. j. ff. de accusa. & l. 3. ff. de libe. cau. & per hanc opin. sequitur Imo. in d. §. cato. & Ro. ibi, de hoc vide etiā per Flo. in d. l. per fundum. ff. de ser. rust. pdi. in d. l. 2. C. de lib. & eo. libe. vide Ang. & latius Bal. in l. j. ff. de pactis. sed ī dubio qn statutum dicit ꝙ habeat pacem ab hærede intelligitur de filio ad quem principaliter spectat vindicta, ita dicit Bar. in l. pro hærede. §. fi. ff. de acquir. hære. & in l. si filius qui patri. de vulg. & pupil.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia, adde quòd Pet. de Ancha. in d. cap. 2. extra de iure patro. tenuit opin. Barto. in d. §. cato. & idem facit Bald. in cap. cum omnes extra de const. in ij. charta. & ad idem allego Bald. in l. cum inter. C. de fideicom. lib. Sed ibi limitat opin. Barto. quòd verum est quòd sufficit habere pacem à maiori parte hæredum, & nō ab vno, nisi ille vnus fuerit magis idoneus, qa masculus, & alter fœmina, sed ꝙ vnus hæres solus possit facere pacem, tenuerunt Cy. i l. j. §. fi. ff. de acqui. hæred. & Bald. in l. j. ff. de pact. cū limitatione, de qua ibi per eum. Ang. vero & Pau. de Ca. in d. §. cato. dicunt ꝙ de equitate approbant opi. Bar. alias non. Et de materia vide per Guli. Ang. & Bald. in l. & seruum. §. hodie. ff. de pact. & vide Imo. Roma. & Raph. multū subtilizantes in ista materia iura q̄ allegātur pro & contra in ista materia, sed latissime vide Albe. de Rosa. ponentem in ista materia & late disputantem in 3. parte statuto. q. xxviij. & breuiter ibi concludit ꝙ sufficit habere pacem ab vno, cùm hoc sit quid indiuiduum, & ibi refert Dyn. & Oldra. ita tenuisse in ista materia, & alleg. Rapha. dixisse in ista materia quòd pro ista parte ita fuit iudicatum. Gandi. vero in tracta. malefi. sub rub. an pax facta de vulnere videatur facta de morte. in versicu. sed pone statuto caueri quòd si bannitus habuit pacem à defuncto vel eius hærede. tenent quòd omnes debent consentire, & non sufficit habere pacem ab vno hærede. Et miror quia dicit quòd Dyn. hoc voluit, & Sali. multum eleganter loquitur in d. l. ij. de libe. & eo. libe. vbi optime probat istam partem, & hæc affirmauit Bal. ī l. fi. C. de auto. præst. & vide Albe. de Rosa. in iiij. par. statuto. q. xj. & vide Imo. & Ro. in l. pro hærede. §. fi. ff. de acqui. hære. Item inquantum supra conclusum est ꝙ propter vocē, Fœmina, nō dicitur maior pars, quia femina non potest leuare inimicitiam. Addatis ꝙ Bald. in l. Titia. §. Lucius. ff. de leg. ij. & Bald. in l. pro hærede. § fi. ff. de acqui. hær. dicit ꝙ illa opi. gl. est falsa, quia illa gl loquit secundū consuetudinem Lombardiæ, secus in alijs locis Secundo quia permissum est mulieri ꝙ vindictam iniuriæ alienæ faciet. l. sororē. cum simil. C. de his quib. vt indi. & idem facit Rom. in d. §. cato. & isti allegant pro ista parte text. in l. iij. §. prohibuisse. ff. ad Silla. vbi ancillæ sicut seruo permittitur defensio pro domino, & idem dixit Ro. in d. §. prohibuisse. Reliqua dicatis vt latissime vltra oēs Moder. dixi in addi. meis, in d. § cato. quē §. solenniter legi in xxvj. anno ætatis meæ, & an fœmina possit reddere pacē, vide omnino Ang. in cons. cclxxxvj. quod incip. viso facto & statuto & in consi. suo lxxv. incipien. ex themate præsumpto duo oriūntur dubia, & materiam istam pacis late posuit do. Nel. in tract. bannitorum, in iij. parte secundi temporis, an pluribus quæstionibus, ibi vide, & maxime in q. xlix

8 *Statuto dicente quòd habeat pacem à filijs occisi, an sufficiat habere à spurijs.*

8 ANGE. † Quid si statuto dicitur ꝙ habeat pacē à fili. occisi, an sufficiat habere à spurijs, vr ꝙ sic, quia sonat in naturalitate, vt l. tutelas. ff. de capi. dimi. ergo vr ꝙ suffi-

cis

est ꝙ spurius faciat pacē, & hoc videtur expresse tenere Cy. in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiesta. & Bar. in l. ij. ff. de accusa. & l tutelas. ff. de capi. dimi. & in l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de verb. sig. Sed contrarium vr̄, quia spurius nō est nominandus filius, vt in auth. ex complexu. C. de incest. nup. & ibi Bar. & intantū qđ à patre nō est alēdus nec aliquid participiū haberet cū patre de iure ciuili, vt ibi hr̄, & in d. authē. & in corpore vnde sumitur, facit auth. licet. C. de natu. libe. & in c. per venerabilē. q. filii sint legi. ergo non cōprehenditur à statuto ꝙ est ius ciuile municipale, vt l. oēs populi. ff. de iusti. & iur. sic statutum non restringitur vt spurium comprehendat, vt l. lege Iulia. §. j. ff. de ritu. nup. & sic statutū recipit interpretationē passiuā de habilitate l. vt gradatim. §. sed si lege ff. de mune. & hono. confirmatur hoc, qa ad hæredem spectat vindicta occisi. l. j. & l. hæredes. ff. de his quib. vt indig. vnde statutū quod dicit de filio, intelligitur de filio qui sit, vel esse possit hæres ad quē spectat vindicta, & ꝑ consequens pacē facere, vnde posito ꝙ ex mente dicti statuti cum loquitur de filio, simpliciter posset ēt intelligi de filio naturali tantū, & ita loquat̄ opi. Bar. & iura sua, tandem non potest intelligi in spurio, vt dictum est, facit glo. in l. quia mater. ff. de in ius vocan. & not. plene Imo. in l. ex facto. §. si quis rogatus ff. ad trebel. & ad iura Bar. patet responsio per notata per glo. in cle. j. de baptis. & ita consuluit Fran. de Rampo. & Sali. & plures alii doct. in consi. quod incip. super primo dubio, videlicet, an filius spurius &c.

Avgvsti. Tu aūt in hac materia cōsidera, qa pro decisione huius q̄stionis vidēda essent dicta Bal. in c. naturales. si de feu. defun. controuer. fue. & Bald. in l. ius ciuile. ff. de iustit. & iure & Bald. in l. parentes. ff de in ius vocan. & Bal. in l. generaliter. §. autem. C. de insti. & substi. & Bal. ī l. j. §. domini. ff. ad Silla & Bal. & doc. in l. lucius. §. fi. ff. de leg. ii. & Bal. in rub. C. qui accus nō pos. & Bar. in l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accus. & Bal. ī l. id quod pauperibus. C. de epis. & cleri. vbi alleg. Dy. consuluisse ꝙ spurii dicuntur coniunctæ personæ, & Moder. in c. in his. de fil. præsby. & latissime ꝑ Moder. in c. nonnulli. extra de rescrip.

9 *Inquisitio fit contra Titium, opponitur quòd est clericus uel aliquid aliud cuius cognitio ad iudicem laicum non spectat, quid erit faciendum.*

10 *Clericum se fecit Titius in fraudem delicti cōmissi an istud patrocinabitur ei, & dato quòd non, iudex tamen laico non faciet ipso facto executionem contra eum.*

9 Angel. † Quid aūt si opponitur ꝙ ipse inquisitus est clericus vel aliquid aliud, cuius cognitio ad iudicē secularē non spectat qd erit [a]. Respōdeo interim morabit̄ ī carcerib⁹ sub iudicis secularis custodia, si erat tale delictū, ꝑꝑ quod poterat detineri, vel si erat fideiussoribus relaxādus manebunt adhuc fideiussores obligati, & interim iudex laicus supersedebit donec talis causa incidens fuerit per iudicem ecclesiasticū terminata, vt not. Innocen. in capitu. vt famæ. de senten. excommun. & facit quod not.
10 Bald. in l. addictos. C. de episc. audi. † Aduertas si fecit se clericum in fraudem delicti commissi, an sibi patrocinetur, vide Ioā. Andr. [b] & docto. in capitu. primo de obliga. ad rat. & Barto. in l. i. ff. de pœn. & Bal. & Sali. in l. officiales. C. de epis. & cler. Sed etiam si non patrocinetur tamen iudex secularis non potest contra eum ipso facto facere executionem in ipsum ipso facto, ita no. Bal. in auth. causa quæ cū monacho. C. de episco. & cle. & Dy. & Bar. in d. l. i.

ADDITIONES.

a Quid erit. Adde & vide Fulg in cons. cxix. vbi etiam ponit quis debeat cognoscere, an clericus amiserit priuile. cler. & sub cuius custodia teneri debeat. si autem post delictum quis est effectus clericus quid debeat puniri. vide Oldr. in cōs. iiij. B.

b Io. And. Vide eundē in quadā qō. quam reperies in fi. fol. in tract. Bonifa. de Vitalinis infra fol.

Avgvsti. Tu autem in hac materia, adde pulchra verba Pet. de Ancha. in repet. regulæ, ea quæ. extra de regu. iur. in duodecima quæstione princi. & vide in terminis docto. maxime Domi. de sancto Gemi in c. primo de cler. coniug. in §. fi. in fi. qui not. loquitur qui tenet ꝙ ille detentus non debet remitti ad iudicem ecclesiasticū, sed iudex ecclesiasticus debet pronunciare an ille sit clericus vel non, & gaudeat priuilegio clericali, & interim supersedebit per

iudicem laicum, alleg.do.de Rota hoc idē voluisse, & certe reperi do.de Ro.in sua decisio. ccxiiij. qui notabiliter loquuntur. Et de materia vide Pe.de Ancha.no.in sua disputatio.quæ incip.laicus quidam.& dom. Abb in c.at si clerici.de iudi.& do. Card.in c.prependimus.de senté. excommu.et Calde.in consiliis suiis.Item de eo qui post delictum facit se clericum, vide per Io.Andr. in addi.Spe. in ti.de reo in prin.per d.Ant. de Bu. in c.proposuisti. extra de fo.compe. qui multa allegat per Bal.in l.fi.ff. de pœn. per legistas in l.pe.ff.de noxa.post Bar.plene per Pet. de Anch.in repetitione regulæ, ea quæ.in xii.q.princip.per Moder.in l.non solum. §. ff. de excu.tut.post Bar.per Bal. in l.cum quædam. ff. deiurisdi.omni.iudic. ibi late per Moder.bene faciūt not. per Bal. in l.si crimen. C.de ordi.cogni.qui ponit de eo qui post citationem de se facit se clericum, & vltra supra allegata vide Bald.in l. si quis decurio. C.de fal.per do.Bart. in dicta l.i.ff.de pœn.per Bald.in l.i.C.an ser. ex suo fac.per Ang.in l.si quis postea.ff.de iudi. per Moder.late in l.cum quædam puella.ff.de iurisdi.omni.iudi. Albe. de Rosa.in i parte statuto q.xli.

11 *Fure dicēte quòd subtraxit rem Titio putando illum esse permissurum, quid erit dicendum.*

12 *Fur an liberabitur si cōpareat dominus pro suo interesse, & furē excusando dicat illud fuisse factum sua voluntate.*

11 Ange. † Quid si fur dicat quòd quando rem subtraxit Titio putauit sibi dominum permissurum. Respondeo non creditur ei, cum furari sit de genere prohibitorum, & nemo creditur cōsentire nisi expresse probetur consensus, vt l.qui vas.§.vetare ff. de fur. nisi ex aliquibus coniecturis [c] id probet, vt puta quia dominus commodauit equum vsq; ad villam, credere potuit ꝙ etiam pro longiori via concederet, vnde excusatur iuxta no.per gl. in §.placuit institu. de obli.quæ ex quasi delic.nas.ita determinat Bart.in l.inter omnes.§.recte.ff. de fur.

12 † Quid si comparet dn̄s pro suo interesse & furem excusat dicens illud factum fuisse sua volūtate, an propter hoc reus liberetur. Bar.in d §.recte.dicit ꝙ in dubio talis cōfessio dn̄i non præiudicat [d] reipublicæ, quin reus ad vindictā publicam puniatur. arg. no. in l.ii.§.fi.ff.si ex nox.cau.aga.nisi appareat aliquā indicia de suo cōsensu, vt qa erat cōsanguineus vel amicus valde, et erat res parua, vel erat cōsuetus talia concedere. arg.l. si seruus.ff.de donat.inter vir.& vxor. alias de facili multi fures possent euadere cōtra ius, & istam opi.sequitur Bal.in l. transigere.C.de trāsact.

c Coniecturis. Adde Fulgo.in consi.cccxc. Ber.
d Præiudicat. Adde Ro.in consi. ccccvj. & Alex. de Imo.in consi.j.in iij.vol.Ber.

Avgvsti. Tu aūt in hac materia adde ea quæ dixit Bal.in l.falsus. C. de fur.in iij. colum. qui dixit quòd verum est quòd non creditur domino rei subtractæ ꝙ de consensu suo fur commisserit furtum, tamen limitat hoc non procedere nisi vltra assertionem domini iuramentū interuenerit, quia tunc creditur ei, & ibi vide Bal. allegantem bona iura, & dixit Ang.i l.qui vas. §.vetare.ff.de fur. quòd si furtum est commissum personæ cui erat gloria ignoscendi, quòd excusatur fur dicit quòd fecit furtum credens dominum permissurum, alle. Ia.de Are.ita voluisse in l.si hoc genus. C. de epis.& cle.Sed Ang. in d. §.recte dicit ꝙ de facto hoc non obseruatur. Et inquantū dictum est quòd si fur est persona coniuncta vel alias habet amicitiam cum domino rei subtractæ & dn̄s confitetur quod de cōsensu suo furtum est factū, ꝙ releuatur isto casu fur à pœna furti. Adde ꝙ hoc idē affirmauerunt Canonistæ, maxime do. Abb. in c.dudum.el ii.extra de elect.Et idem do. Abb.post doc.in c.i.extra de præsump. qui faciunt mentionem da doctrina Bar.in hac materia in d.§.recte. & vide Bal. in d.l.falsus & Salice.& Moder.in d. l. transigere.& dicit Ang.in d. §.recte. quòd oīa ista relinquuntur arbitrio iudicis, & bene per l.ait prætor.ff.de iure delibe.

13 *Inquisitus si compareat & dicat, potuit impune occidere, quia erat bannitus, quid erit dicendum.*

13 Ange. † Qud si dicat ꝙ potuit impune occidere qa ille erat bannitus. Rn̄deo ꝙ nō tm̄ inquisitus potest hoc facere deducere & allegare per se, sed etiā quilibet vt tāquam vnus de populo potest hoc facere & comparere coram iudice, & ostēdere & produ-

producere bannum illius occisi, & allegare statutum quo potuit impune occidi, & statim accusatio vel inquisitio non recipitur, nec super ea ꝓceditur, & sic talis exceptio valet, videlicet ꝙ ille potuit impune occidi si opponitur ad ꝓcessum, ita dicit Bart. in l. si seruus. C. de his q ad eccle. cōfug. & ēt quāprimū iudici cōstiterit de dicto banno, statim iudex potest circunducere dictū ꝓcessum cōtra occisorē, qa sibi cōstat notorie ꝙ illud delictū est impunibile, ita notabiliter dicit Bar. in l. vbi pactū. C. de trāsac. & in l. pen. §. ad crimen. ff de publi. iudi. vet si. quæro procurator habens mandatū &c. & ibi Imo. & do. Fran. de Albergo. de Are.

a in l. 3. C. de accusa: quod perpetuo e no. qa isto mō vidi multos defendi, nec est opus ꝙ homicida compareat vel procuratorem siue defensorem cōstituat, sed vnus vt quilibet de populo compareat & prædicta alleget & bannū producat occisi pro suo & dicti populi interesse, & ita Bononiæ vnum amicissimum meum euasi.

a Quod perpetuo not. Adde tu & vide Pau. de Ca. in consi. xxxiij. in primo impressis. vbi voluit ꝙ stante statuto ꝙ contumax habeatur pro confesso, & occidens bannitū patiatur se poni in banno propter contumaciam, ꝙ tamen potest comparere & allegare ꝙ occidit bānitum, quia non negat crimen, sed qualificat. Ber.

Avgvsti. Tu aūt in hac materia adde ꝙ Iac. de Bu. tenet cōtrariū in l. decuriones. C. ex quib. cau. infa. irroga. Et ibi hoc ponderat Bal. sed verior videtur opi. Bart. vt patet ibi ex notatis per Bal. & istam partem sequitur Ang. & Salic. Fulg. & Pau. de Ca. & Moder. in d. l. vbi pactū. & vide not. per Cy. in l. reos. in vj. q. C. de accusa. & ibi per Bal. in xiiii col. & Bald. in c. j. §. iniuria. de pace iuramē. firmā. per Bal. ibi in ij. col. C. quomodo & quando iudex. & per Bal. in l. j. §. Offilius. ff. ne quis eū qui in ius vocatus est vi eximat. bene faciunt notata ꝑ Bal. in l. plane. ff. de petitio. hæredi. & Imo. in l. fina. ff. à quibus appellare non licet. in xxi. col. & Richar. Malumbræ in l. filiusfamilias. § inuitus. ff. de procura. & Franc. de Are. in dicta l. reos.

14 *Reus si compareat & dicat occisum fuisse bannitum sed quòd variatum fuit nomen banni & inquisitionis.*

14 Ange. † Quid si dicat occisum bannitum fuisse sed variatum est nomen banni & inquisitionis. Respondeo quòd debent

a fieri articuli de identitate[a] personæ, vt no. Barto. in l. prima. C. si vnus ex pluri. & in l. demonstratio in fin. princ. ff. de conditio. & demon. quod bene no.

ADDITIO.

a Identitate. Adde ad hoc bene facere no. ꝑ Alex. in consi. lxxiij. in iij. volu. & quod voluit Pau. de Ca. in consi. cclxviij. in ij. impressis Ber.

Avgvsti. Tu adde quæ dixi in dicta l. demonstratio. in fi. & bene faciunt ea quę dixi in l. si quis in fundi vocabulo. ff. de lega. primo.

15 *Inquisitio si fiat contra filium de parricidio, opponatur quòd pater erat bannitus, an potuit ipsum impune occidere.*

15 Ange. † Quid si inquiritur contra filium de parricidio, opponitur quòd pater erat bannitus, an potuit ipsum impune oc-

b cidere, dic quòd sic[b], vt l. minus. ff. de reli. & sum. fu. nam pater eum effectus hostis patriæ, & sic patriam potestatem perdiderat, vt l. postliminium. §. filius. ff. de capit. dimin. & ibi hoc dicit Bar. & in l. si adulterium. §. si. ff. de adult.

b Quod sic. Adde ꝙ hoc idem tenet Abb. in conf. ciiij. & Ang. in consi. ccxxiij. Ber.

Avgvsti. Adde glos. xxiij. quæst. iij. cap. fortitudo. Adde tamen quòd glo. in l. minime. ff. de reli. & sum. fune. videtur velle quòd tunc licet filio occidere patrē quādo se defendendo filius hoc facit alias secus, licet Barto. ibi hoc non dicat, & alij doctο. & doctrinam Bar. in d. §. liberto. approbant docto. maxime Ro. in l. quamuis. cum l. seq. ff. solu. mat. & Sali. in l. j. C. de his qui parentes occide. ibi hoc disputat, tandem nihil decidendo remittit se ad notata per ipsum in repetitione legis primæ. C. de hære. insti. Adde tū ꝙ contrariū tenuerunt antiqui Gandi. in tracta. malefi. sub rub. de bannitis pro maleficio. & Alb. de Ros. in 4. par. statut. q. vj. & in 4. par. statu. q. xxvij. & ibi allegat antiquos tenentes istam partem.

16 *Reo opponente quòd alias fuit inquisitus de eodem crimine, an exceptio erit peremptoria vel dilatoria.*

16 ANGE. †Quid si opponitur quòd alias de hoc crimine fui inquisitus an talis exceptio sit peremptoria vel dilatoria. gl. i j.sol. & ibi Barto. in l. senatus.ff. de accu. dicunt quòd talis exceptio est dilatoria, & sic processum impedit & ad processum debet opponi, vt est casus in d. l. senatus. dic vt ibi plene per Barto.

AVGVSTI. Tu adde ꝙ Ange.alio & diuerso modo locutus est in l qui de crimine. C.de accu.qui dixit per illū tex.ꝙ hæc exceptio est perēptoria, nihilominus impedit litis ingressum, licet Ang.in d.l.senatus multū magnifaciat.& sequit doctr.Bar.ibi. Addatis ꝙ cum Bar.tenet practicus Papien.in forma inquisitionis ī gl.Hęc est quædā &c. in iij col. versi. præterea quæritur.refert & sequit Fely.in c.exceptionē. de except. gl. xiij.versi.idem dic de exceptione sui, alias & col.xiiij.versi.& ista except. sui alias &c.

17 *Interfector si dicat quòd occisus erat fur nocturnus, & quòd aliter res suas vel personam suam defendere non poterat, an sit absoluendus.*

18 *Furem posse interfici, de quo fure intelligi debeat.*

17 ANGE. Quid si interficiens dicat quod occisus erat fur nocturnus, & ꝙ aliter non poterat vel res suas vel personam defendere, an talis reus sit absoluendus, dic ꝙ sic, quia speciale est in fure nocturno ꝙ ꝓpter res posit quis hominem occidere. ita dicit Barto.in l.mulierem.§.j.ff. de sicca. & Flo. in l.itaque.ff.ad l.Aquil.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia, adde pulchra verba, Ange.quæ posuit in l. prima.C. vnde vi. qui dicit quòd verū est quòd possum occidere furem nocturnum dummodo res subtracta sit non paruæ æstimationis, secus si vilis qa isto casu nō possum occidere furem nocturnum, & hæc dicit relinquenda arbitrio iudicis, & ponit exemplum de doctore cui subtractus fuit codex suus, ī quo studuerat & aliqua ponit ibi circa intellectum. l. furem nocturnum. ff.ad l.Cornel. de sicca. & hoc idem quod dixit Ange.voluit Bald. in l.prima.C.loca. in j.colum. Matthesi. in suis notabi. dictis cxxxv. & ibi dicit ꝙ res vilis potest esse il-

18 la quæ à duobus aureis infra: †Et an prædicta habeant locum in fure nocturno tātum qui non poterat cognosci, & se defendebat vel se nō defendebat cū telo vel i illo qui occidebat furem nocturnū qui nō clamabat, à ladri, à ladri, vel etiam in fure diurno qui cognoscebatur vel non cognoscebatur, vel si cognoscebatur tñ erat in actu fugiendi & asportandi res extra territoriū, & quid in clericis an prædicta habeant locū & an de iure canonico prædicta procedāt. De materia vide per canonistas, maxime ꝑ do Abba.in c.ij.& in c.si perfodiens. extra de homi.& late per Ang. & Sali.qui multa allegant contra cōem sententiam in l. si vt allegas.C.ad l.Cor.de sicca & elegāter loquitur Salic.in l.qm multa.C. ad l. Iul. de vi publi. vide per Pau.de Ca. in consi. suis consi. cxc. qui ponit de fure diurno qui cū telo se defendebat.& per Cano. in c. olim. extra de resti.spol.maxime per do. Ant.de But.in xviij.col. qui tractat etiam de intellectu d.l.furem nocturnum.

19 *Inquirentis persona qua exceptio opponi valeat.*

19 ANGE. † Quid si contra personam inquirentis excipiat, dic quòd omnis exceptio quæ regulariter potest opponi contra accusatorem, vt quia est sibi inimicus potest opponi regulariter contra inquirentē c vt cap. diuersis. & quod ibi no. de clemen. coniung.ita dicit Barto.in l.ij.§. si publico. ff.de adul.in versi.quæro verum contra iudicem &c. Et dico omnino vt dixi supra in glo.hæc est quædam inquisitio &c.in versi. quinto principaliter.& in versi.seq.vbi plenius videbis, & dicetur infra in gloss. super verbo, iudex statuit terminum &c.

c Inquirentem, Adde tu Alexan.de Imo. in consi. cxxvij. in ij. volu. vbi ꝙ etiam contra iudicem inquirentem non potest opponi ꝙ non possit recipere testes minores. Ber.

AVGVSTI. Adde hic quæ supra dicta sunt in dicto verbo, hæc est quædam inquisitio in dictis versiculis.

20 *Testibus de falso accusatis ex quibus reus conuictus est an differatur sententia condemnatoria, contra inquisitum.*

ANGE.

20 ANGE. † Quid si dicat testes ex quibus conuictus est falsos & eos de falso accuset, an differet̃ sentẽtia condẽnatoria cõtra inquisitũ Cy. in l. j. C. qui accusa. non poss. secundum Richar. Malum. dicit ꝙ non, vnde cautela est ꝙ accusentur testes & producens de falso ad hoc vt differatur sententia condẽnatoria, qa si testes conuincẽtur de falso clarũ est ꝙ inquisitus nõ cõmisit illud delictũ, vt d. l. j. sed vt refert Sal. in d. l. si docueris. C. de fal. plures doc. Bononiæ cõsuluerint ꝙ etiam ex sola testium accusatione differetur condemnatoria, quia si sentẽtia esset per falsos testes lata retractaretur, vt l. iij. C. si ex fal. instru. Cautius tamen est vtrunque accusare, quę omnia singulariter no. ad impediendum cõdemnatoriam. Sed Bal. ĩ l. j. C. de quæstio. per gl. ibi limitat singulariter hoc verũ si accusantur testes necessarii ad probationẽ, secus si aliquid sunt vltra debitum numerum illorum qui probarent, quia propter aliorum accusationẽ processus neque ciuilis neque criminalis retardaretur, quod not.

a AVGVSTI. Tu autem a in hac materia adde ꝙ miror ꝙ iste doctor non alleget Barto. in terminis in l. si testamentũ. ff. de peti. hære. in fin. qui expresse dicit vel ꝙ opus est ꝙ accusentur testes & producens ipsos, vel quòd opus est quòd excipiatur de falso ad hoc vt supersedeatur in principali causa. & ideo vide Bald. not. loquentem in l. prima. C. qui accusa. in fin. qui eleganter loquitur. Sed vltra oẽs loquutus est amplissime in isto passu Alb. de Ros. in l. i. C. si ex fal. instru. & plenius ipse Alb. in prima parte statutorum q. lxiii. quæ incipit modo subiicio quęstionem disputatam per do. Richar. Limita tamen prædicta secundum quod eleganter limitabat Bal. in l. i. C. quomodo & quando iudex. ver. modo quæro. qui dicit, ꝙ licet alias essemus in casu in quo propter quæstionem falsi supersedere tur in causa principali, tamen hoc non militaret, vbi essent diuersæ iurisdictiones iudicum diuersi fori qui prætendunt iurisdictionem æqualiter, & ibi dat pulchrum exemplum ibi vide. Et allegat Fede. de Senis ita consuluisse. Adde Pet. de Ancha. in consilio suo lx. dicentem ꝙ causa homicidii est differenda si testes accusantur de falso.

ADDITIO.

a Tu autem. Adde circa hoc & vide abb. in consi. xvj. in ij. vol. & Pe. de Anch. in consi. lxj. Ber.

21 *Reo dicente quòd commisit tale delictum dormiens an excusabitur.*

21 ANGE. † Quid si dicat & probat ꝙ ipse dormiens cõmisit tale delictũ, an excusabit̃ Respõdeo aut sciebat ꝙ ille erat suus mos, & ipse dormiens alios percutiebat, & tunc qa non pcauerit ꝙ solus dormiret tenetur, quia fuit in culpa. l. si putator. ff. ad l. Aquil. Si aũt nõ erat mos suus dormiẽs habet̃ vt furiosus b & excusatur, vt l. i. § i. ff. de aequi. pos. ita dicit Bar. in l. fi. ff. de parri. Flor. in l. si seruus seruum. §. si fornicarius. ff. ad l. Aquil. Pet. de Anch in cle. i. de homic.

b Vt furiosus. Adde de hoc & vide Alexand. in consi. lxx. in ij. vol. Ber.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia adde Guil. de Cu. in l. diuus. ff. de offi. præsi. & vide Bald. in l. j. C. vnde vi. in repe. circa fi. & Card. & Imo. in d. cle. j. de homi. q referũt ꝙ Laud. dicebat ꝙ cũ esset in ciuitate Perusij in ecclesia sancti Benedicti qdam eius socius Anglicus surrexit & armauit se de nocte dormiens & iuit ad fluuiũ & interfecit quẽdã puerũ & quasi ego hoc nõ credebam nisi vidissem. Bart. in l. vt vim. ff. de iusti. & iure. qui dicit ꝙ semel fuit quidã Pisanus qui se armabat de nocte dormiens & ibat per ciuitatem cantãdo. Aduertas quia credo ꝙ ista sunt sõmia nã impossibile est ꝙ ille qui non videt, vt est dormiẽs possit ire de nocte, & maxime ꝙ non percutiebat caput in muro, & maxime cum sit extra mentem qui dormiens æquiparatur furioso qui nullum intellectum habet in c. maiores. extra de baptis. cum similib.

22 *Fure dicente est furtum domesticum & sic impune licuit & patre inquisito dicente est filius meus, ergo licuit in eum sæuire quid dicendum erit.*

22 ANGE. † Quid si fur dicat ꝙ fecit furtum domesticũ & sic impune licuit sibi facere vel si pater iquisit⁹ dicat ẽ filius meus, ergo licuit in eũ sęuire, c vt l. respiciedũ. §. furta domestica. ff. de pœn. Rñ. aut est furtum leue & paruæ quãtitatis, & licuit, alias non,

non, vt no. in l. ad ea. ff. de regu. iur. ita dicit Bar. in d. §. furta. & in l. i. ff. re. amo. & in l. si libertus, vbi est tex. ff. de fur. Et quæ personæ dicantur domesticæ, dic vt no. per Bar. in d. §. furta. vt scire possis quæ personæ possunt se excusare sub hoc colore, quod furtũ domesticum cõmiserint. Et idẽ in iniuria per patrem in filium illata, vel dominum in seruum, iuxta l. j. C. de emẽ. propin. & de ser. corru. l. i. quia si sit atrox, vt quia est mutilatio mẽbri vel similis est puniẽda, vt d. l. si adulteriũ. §. fi. ff. de adul. ita dicit Bar. in l. q. accusare. §. i. ff. de accusa.

c Sæuire. Adde tu & vide Alex. de Im. in consi. lxxv. in iij. vol. & ibi puniatur de excessu & quæ dicantur furta domestica, & qualiter puniantur, vt de eundem in consi. cxxxvj. in j. vol. Ber.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia adde Sal. in l. apud antiquos. C. de fur. dat duas limitationes in hac materia qui dicit quòd verum est quòd fit distinctio inter furtum rei magnæ vel paruæ qñ inter furantem, et eũ qui furatur est vere subiectio, & affectio. secus vbi est erronea subiectio & indebita affectio, quia tunc tenetur indistincte si sit res magna vel parua Et ad hoc ponderat tex. & gl. ibi in d. l. apud antiquos. Item dat aliam secundam limitationem & singularem quòd verum est quòd in furto domestico nõ consideratur res parua, tamen si vnus domesticus faceret plura furta viliũ rerũ diuersis tẽporibus tunc cẽsetur esse vnicum furtũ magnũ, tum ex rerũ cumulatũ æstimatione, tum ex assuetactione vel consuetudine, vt l. nemo. in fin. C. de epis. audi. Adde quod ista fuit sñia Bal. ibi in d. l. apud antiquos. refert Odo. & Nic. de Mathesil. ita voluisse ibi. licet Bal. non ausus sit decidere in c. i. §. fortum. de pace iur. fir. qui alleg. Cy. ita voluisse in d. l. pe. C. de fur.

23 *Reus si apponat quòd illa iniuria est sibi remissa per offensum quid faciendum erit.*

23 ANGE †Quid si opponat quòd illa iniuria est sibi remissa per illum contra quẽ delinquit. Respondeo quòd ex ex omni crimine potest dupliciter agi ad pœnam applicandam parti ad publicam vindictam, vt l. q. nomine. ff. de fal. mo. in l. fi. ff. de priua. delic. vnde licet pars possit in sui præiudicium iniuriam remittere l. pe. C. de pact. tamen non poterit remittere in præiudiciũ reipublicæ, vt not. gl. Ang. in l. ii. ff. ad Silla. & ibi Bar. & Bal. in l. i. §. ii. ff. de iniur. & Bal. in l. transigere. C. de transa.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia adde no. per Bar. in l. inter oẽs. §. recte ff. de fur. per quæ poteris limitare prædicta & dicta per Bar. in consilio suo domino potestati terræ rochæ contractæ, & faciunt notata in l. i. C. de aboli.

24 *Inquisitus dicens quod offensus erat bannitus tempore offensionis, licet postea sit restitutus & rebannitus quid erit.*

24 ANGE. † Quid si dicat quod offensus tpe affensionis erat bãnitus, an si tpe inquisitionis erat iã restitutus & rebannitus, nec potuit impune offendi, an offendens inquisitus debeat absolui, dic quod sic,[a] quia sufficit quod tpe offensionis esset bãnitus, licet tempore quo contra offendentem inquiritur ille sit rebãnitus. ita dicit Bal. & Imo. in l. si cõstante. §. vxor. ff. solu. matri.

ADDITIO.

a ℭ Dic quod sic. Adde & vide Alex. cõs. cvij. in iij. vol. & Bar. in consi. clxxxviij Ber.

AVGVSTI. Tu adde & vide Moder. & quæ ibi scripsi in d. §. vxor. & vide do. Nellum in tracta. suo bannitorum qui eleganter loquitur super isto passu.

25 *Statuto dicente quod bannitus possit impune occidi si inquiratur cõtra Titium quòd Seiũ vulnerauit, an possit opponere quòd eum licuit occidere, quia bannitus, ergo fortius licuit vulnerare.*

25 ANGE. † Quid si statutũ dicit quod bannitus possit impune occidi & si inquiratur cõtra Titiũ quod ipsum vulnerauit, an possit opponere quod eũ licuit occidere, ergo fortius licuit vulnerare, dic quod sic, vt l. nec in ea. & ibi Bar. ff. de adulter.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia adde Bal. in l. j. C. de interdi. & in l. cum ancillis. C. de nup. doc. maxime Bal. & Imo. in l. in suis. ff. de liber. & posthu. Cyn. in l. i. quæ sit lon. consue. d. Ange. in c. fi. extra de consue. Ioan Andr. in addi. Spe. in tit. de consti. in §. j. in fi. Imo. in l. nõ solum. §. j. ff. so. ma. & adde Albe. de Rosa. in q. statutorum. in iij par. q. xciii. & incip. dubitari etiam vidi.

vbi

vbi expresse firmat hoc quòd talis bannitus qui potest impune occidi, potest in carcere priuato detineri.

26 *Crimine inquisitionis opposito per modum exceptionis, an debeat se subscribere ad pœnam talionis.*

26 ANGE. †Quid si opponat crimen inquisitionis per modum exceptionis, an debeat se subscribere ad pœnam talionis. Bar. in l. si cui. in princi. ff. de accu. dicit aut simpliciter opponitur dictum crimen contra illum offensum vt se ab inquisitione & accusatione defendat & non tenetur se subscribere, si autem non tantum vt se defendat, sed etiam vt alius de tali delicto puniatur. iuxta l. ij. §. si extraneus. ff. de adulter. & tunc debet se subscribere, vt l. iii. C. qui accusa. non possunt.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia adde quòd Ange. in l. qui crimen. C. qui accu. non pos. facit mentionem de hac doctrina Barto. in d. l. si cui. & eam approbat & sequitur, dicit ibi in hac materia aliquas cõclusiones pulchras quas omnino vide ibi in d. l. qui crimen. gloss. & doct. & text. & Bald. in l. ii. C. de fide instru. Bald. in l. fi. C. si ex fal. instru.

27 *Instrumento pacis producto quòd habitum fuit à filijs masculis interfecti, si tamen filia vnica contradicat quid erit.*

27 ANGE. † Quid si producitur instrumẽtum pacis habitũ à filiis masculis interfecti contradicente tamen eius filia vnica femina, nam Bal. & Ang. in l. pro hærede. §. fi. ff. de acqui. hær. dicũt quòd satis est quòd producant pacem habitam à masculis, licet fœmina contradicat, quia fœmina non leuat faidam, vt no. gl. in ti. qui feu. da. pos. §. pe. & in tit. an mutus aut aliter imperfe. c. i. Sed Lu. de Ro. in l. i. §. potissime aũt. ff. ad Sill. in verbo, siue corpore suo &c. tenet contrariũ, quia per illum tex. vĩ ꝙ fœmina potuerit vindicare mortẽ patris, vnde eius consensus fuit necessarius, pro quo ẽt alleg. tex. in l. i. C. de his qui se deten. lib. x. & qđ ibi no. Ang. in apostil. ad Bar.

b AVGVSTI. Adde hic ea ꝙ dixi supra b. ĩ eadẽ et gl. dũ tractaui materiam, an oẽs heredes debeant facere pacẽ si sunt plures heredes. & quid si erat ibi vna fœmina, dic vt ibi dixi in additio. late.

b Dixit supra. Adde & vide Ang. in cõl. cclj. B.

28 *Remissio iniuriarum facta in foro pœnitentiali, an prosit in foro iudiciali.*

28 ANGE. †Quæro quid si allegat quòd in foro pœnitentiali per iniuriatũ fuit sibi iniuria remissa, an prosit in foro iudiciali, & Bal. in l. ii. ff. ad Sill. refert Cyn. determinãtem quòd per gloss. in §. fin. institut. de iniuriis. & idem no. in l. ii. C. de liber. & eorũ lib. idem voluit Bart. in l. non solum. §. qui iniuriarum. ff. de iniur. vbi allegat dictum magistri sententiarũ. & idem vult ĩ l. si tibi. §. i. ff. de pact. vbi allegat orationem dominicam. Sed Bal. in d. §. iniuriarũ. notabilius distinguit, aut est facta plena remissio, aut tantum rancor aut dubitatur. Primo casu talis remissio, prodest in foro iudiciali ex eo, quia pro altero vulnerante interuenit persona publica, hoc est sacerdos qui potuit alteri acquirere, vt l. i. §. ius publicum. de iustitia & iure. & ibi Barto. & in c. quanquam. de vsur. in vi. & maxime liberationem iuxta glo. in l. non solum. §. liberationis verba. ff. de libe. leg. & no. Inno. in c. veniens de renun. & no. Ang. in l. idẽ. §. fin. ff. de pact. Secundo casu quoniam constat de eius mente actio iniuriarum quæ competit ad pœnam vel interesse non videtur remissa. Tertio casu & tunc præsumitur tantum rancorem remisisse præsumptione l. cum de indebito. ff. de probat. & sufficit quod alterum remiserit. allegat de serui. rusti. prædi. l. si mihi. & l. si domus. de seruit. vrba. prædi. & ibi Bal.

AVGVSTI. Tu aũt ĩ hac materia adde ꝙ cõtrarium tenet Cy. vt refert Bal. in l. ii. ff. ad Silla. & Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de instru. edi. §. nunc vero aliqua. in addi. per hoc non videtur bene &c. communis tamen opi. est illa Gul. de Cug. & Bart. in d. l. si tibi. §. i. ff. de pact. quam communiter ibi approbant doct. & Bart. in l. non solum. §. i. ff. de iniur. licet do. Angel. hic alleget Bar. i l. eum qui. § iniuriarum. ff. si quis cau. & idem voluit Bald. in l. si domus. ff. de seru. verba. predi. & Ant. de But. in c. de his extra de accus. Saluarem tamen opin. Cyn. & Ioan. And. & ita limitarem prædicta nisi remittens

remittens dixisset fecere plenam remissionem vt eleganter voluit Bal. in c.i.§. iniuria. de pace iura. firma. & Bal. i addi. d.l.nõ solũ.& Rom.in d.l.ii.ff.ad Silla.in hac materia adde Spe.in tit.de accu.§.i.versi quid si vulneratus.& vide Bal.in d.l.si tibi.§.i.& Bal.in l.si pro fure.in princ. in lectura.ff.de condictio.fur.& vide doct.& in d.§.fi.institu.de iniur. Et vltra pdicta adde gl.& doct. & maxime do. Abba.in c.i. extra de maledi.& Abb.multũ magnificat doctrinã magistri sententiarũ allegatã à Bar. in d.l.si tibi.§.i.ff.de pac.Et adde glo.in terminis.i.q. iiii.c.quia psulatus.& aliã gl.in c.si quis contristatus.xc.distin.& aliquid per gl.xlv.dist. c.tria sunt & xxii.q.iiii.c.si is.

89 *Remissio iniuriarum facta cum iuramento, metu mortis instantis testamentum condendo, an postea eo reconualescente prosit talis remissio.*

89 ANGE. † Quid si allegat q inimicus metu mortis instantis testamentum cõdendo coram sacerdote cũ iuramento remisit iniuriam,an eo postea reconualescente prosit talis remissio.& Bal.vbi supra allegat Ioan. And in Specu.de instru.edi.§. nunc aliqua versi.not.glo.& glo.institu.de iniur.§. fina. & Bart brixien. in suis quæstionibus dominicalibus in xii.q.quæ incipit,quidam.vt refert Ioan.Andr.in d. loco dicit quòd aut constat quòd talis remissio facta fuit metu mortis instantis tunc eo reconualescente reuocat vt in simili quòd dicitur de dona.causa mor.in l.ii.& l.senatus.ff de dona. causa mor. aut simpliciter remisit & tunc vlterius non reconualescit ex regula, quia actio semel extincta &c.vt l.qui res.§. areã. ff.de solu.& hoc tenet Ludo.in l ii.ff.ad Silla.post Bar.& adducit pro hoc,quia cum ẽt interuenit iuramentum ergo queritur etiã absenti.l.cum quis.§.codicillis.ff. de leg.iii. & maxime quando dixit remitto actionem iniuriarum.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia adde & dic indistincte q si sacerdos nomine & vice illius q offendit, licet sit absẽs offensor receperit illam remissionem iniuriæ & sic moriens ipse offensus pacem reddiderit ĩ manu sacerdotis per stipulationem quod talis recõualescens nõ reuocabit talem remissionem per ea quæ notantur dixit Gandi.in tract.malefi. sub rub.de transi. malefi. in versi.item pone q quidam mortifere vulneratus iacens in lecto accepta pœnitentia &c.quia eum sacerdos censeatur esse persona publica.l.ius publicum ff. de iust.& iure.potest talis psona stipulari absenti. l. nõ aliter.ff. de ado.maxime cum factum pacis sit fauorabile.l.i.in prin.C.de caduc.tollen. Cum ergo stipulatio sit cõtractus per quẽ promissor obligatur nõ poterit talis remittẽs solus à tali stipulatione recedere. iuxta ea quæ habentur in.l.i.ff. de pact. & l.i.de verbor.obli.

30 *Crimine opposito per modum exceptionis vt puta dicendo accusans est criminosus homicida adulter &c quid erit.*

30 ANGE. † Quid si opponit de crimine p modũ exceptionis,vt puta qa dico q accusans est criminosus homicida,adulter,vel leno,&c. tũc si hoc probat absoluit ab accusatione & tñ ille contra quẽ crimẽ per modũ exceptionis opponit nõ punitur,qa talis exceptio criminis nõ opponitur ad finẽ punitiuũ,a aut dr dico q talis non põt me accusare,quia homicida vel leno, & de dicto crimine peto ipsum cõdemnari, & tũc tali crimine probato nõ tm ab accusatione repellitur,sed ẽt de crimine contra eũ obiecto punitur, vt l. Lucius.& quod ibi habẽt per gl.Bar.Bal.& Ang.ff de infami.& Bar. in l.ii.§.si publico.ff.de adul.& probatur in c.cũ delictus.de or.cogni.& no. plene Ant. de Bu.in c.i de excep.dic vt dixi.inst. de excep.in rub.Sed Cy.& Sali. in l.si magnum. C.qui accu.non pos. tenent q imo in genere criminosus & nõ socius eiusdme criminis põt accusare quia nõ reperit lege prohibitũ per no ff.de pub.iud.l.is qui reus.nõ ob.gl in l qui accusare.ff.de accu.quia procedit in casus legis quam allegat. Et hoc de iure ciuil .de iure vero canonico omnis criminosus repellitur ab accusando, vt extra de accu c i.Et an possit opponere exceptionem cõtra personam iudicis inquirentis & eius iurisdictionem,& eius processum & cõtra accusantis personam vel offensi,& alias exceptiones declinatorias & perẽptorias, vide quæ dicta sunt supra in glo. in verbo, hæc est quædam inquisitio &c.versi.quinto principaliter quæro &c.cum versi.seq. & in versi.

versi. iudex. inquirit de delicto &c. Et circa modum & formā defensionis, scilicet quas defensiones reus facere potest, et quomodo debet articulare & probare, adde quæ dicta sunt in gl. super verbo, & dictus Titius &c. & maxime qn̄ opponit & dicit ꝙ quicquid fecit ipse ad sui defensionem fecit.

ADDITIO.

a Puniri. Adde vt per Oldra. late in cons. ciij. & Pet. de Anch. in cons. cccxxvj. & qn̄ quis possit puniri, qn̄ crimen obijcitur per viam exceptionis. vide Pet. de Anch. in cons. clxxij. Ber.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia, adde pulchra verba Bald. in l. falsam. C. si ex fal. instrum. vbi ponit an per exceptionē positam quis possit puniri, vide domi. Ant. de But. in cap. ij. extra de ordi. cogni. per l. j. §. sed is. ff. de oper. noui nuncia. & Bald. in authen. statuimus. C. de episcop. & cleric. in princ. vide Roma. in l. cum mulier. ff. soluto matrimo. vide not. in cap. ex conquæstione. extra de restit. spol. & in c. cum super. extra de conces. præben.

31 *Inquisito dicente quòd non est mortuus ex dictis vulneribus, sed iam sunt plures dies, quòd fuit vulneratus, uel quòd non paruit medicis, uel similia quid erit.*

32 *Maleficio probato per testes si dicatur commissum de nocte inquisitus potest inducere testes quòd illa nocte luna non lucebat, sed erat obscurum.*

33 *Probatione facta quòd Titius fuit percussus à Caio tribus uulneribus ex quibus mortuus est si dicatur quòd hoc non est uerum, potest subijci cadauer Titij oculis iudicis ut uideatur, quo non reperto uero absoluitur.*

31 ANGE. † Quid autem si inquisitus opponat & dicat quòd dictus mortuus nō est mortuus ex dictis vulneribus, b sed iā sunt plures dies quibus fuit vulneratus, & quòd vulnera sui natura non erant lætalia &c. & quòd sui culpa mortuus est, quia concubuit cum vxore vel quia non paruit medicis, & sic de similibus, dic vt plene dictum fuit supra in glo. super verbo, ex interuallo mortuus fuit & est &c. Et an tales defensiones vel aliàs, quis possit & debeat per se facere vel comparere possit, alius defensario nomine, vel vt legitimus procurator rei, vel accusati, vel inquisiti, & in quo casu vide supra in glo. super verbo, qui iudex videns ꝙ dicti inquisiti non comparent &c. in versiculo semper fuit contumax. & versiculo quæro quid si est cita. us &c. et potest etiam inquisitus opponere quòd dicam infra, in glo. super verbo, qui iudex statuit terminū

32 ad opponendum cōtra processum. † Quid autem si maleficium sit probatum per testes, & dicatur commissum de nocte. c tunc inquisitus potest inducere testes quòd illa nocte luna nō lucebat, sed obscurum erat. nam tunc licet possit probare maleficium commissum, non tamen potest probari per quem commissum fuerit, vt est glo. ordinaria in l. si cum exceptione. §. in hac actione. ff. quòd met. caus. per quam glos. Oldra. vt ibi refert Bald. euasit quendam accusatum,

33 quod bene nota in practica. † Et aduertas quòd si probatū fuit quòd Titius fuit percussus à Caio tribus vulneribus & ex illis mortuus sit, si dicatur quòd hoc non est verum, potest subijci Titius oculis iudicis, & si non reperitur vulneratus absolutur, vnde dicit Bald. in l. si quis testibus. in fine. C. quòd cum hoc fuisset de facto fuit corpus exhumatum, & repertum, quòd non fuerat vulneratum, & hoc videns iudex absoluit inquisitum, licet contra eum plene probatum fuisset, quod est menti tenendum d.

b Vulneribus. adde vt per Pet. de Anch. in consi. cclxxv. & Cep. in cons. xlj. & cons. lxij. Ber.
c De nocte. adde tu et vide Ang. in cōs. 194. Ber.
d Menti tenendum. Adde tu & vide Raph. Cum. in cons. cxliiij et Bal. in cons. xxviij. in v. lib. vbi voluit ꝙ confessio eius qui confitetur habuisse & recepisse id quod oculo corporeo verum non esset, præiudicat confitenti. & vide melius Pau. de Ca. in cons. cclxviij. in ij. impressis. Ber.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia, adde quæ dixit Bald. in l. de quibus. ff. de legi. in vltima char. qui allegat illum text. in l. si cum exceptione. & in terminis vide Bal. in l. j. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Idem dixit in c. j. §. porro. quæ sit prima causa benefic. amit. aliquid per Bald. in l. non ignorat. C. qui accu. non pos. Bald. in l. arethusā. ff. de statu homi. Bartol. in tractatu de teste in ix. colum. faciunt dicta Specul. in titu. de noto. crimi §. iam de notorio crimine: versicu tertio.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Iudicis partes in termino defensiuo sunt testes repetere alios de nouo inducere.*

2 *Item ostendere quòd ille qui fuit interfectus, non erat bannitus, ut allegatur, & inquisitus hoc sciebat.*

3 *Item replicare quòd interfectus esset bannitus, tamen appellauit à sententia*

4 *Item semper inducat qualitatem offensi, puta quòd erat homo debilis infirmus delicatus & parua uitæ.*

5 *Item quando examinat testes deponentes recte super loco & tempore faciat scribi. Responderunt de loco et tempore, in inquisitione, uel accusatione contentis.*

6 *Confessio uulnerati quòd Caius eum percusserit, nihil facit.*

7 *Item index potest dicere quòd licet ille qui fuit interfectus fuerit bãnitus, tamen postea fuit rebannitus & cancellatus saltem uerbo.*

8 *Item opponere contra testes rei & quòd reus transegit uel pactus est de crimine*

9 *Occidens illum qui erat legitime bannitus, an teneatur lege Corne. de sicca. & an ignorantia excuset, uel non.*


10 *Occiso bãnito appellatione pendente, quid erit.*

11 *Vulnus illatum sano licet mortale non dicatur, tamen illatum infirmo mortale dicitur.*

12 *Assertio uulnerati an saltem faciat indiciũ ad torturam.*

13 *Bannito an sufficiat quòd sit cancellatus de banno uerbo uel facto.*

Die ij. Ianuarij.



Vt iudex ad probationem suæ inquisitionis, & processus produxit infrascriptos testes quos examinauit &c. facta prius citatione de dictis inquisitis ad videndum iurare testes.]

1 † Nunc tempestiuum esse arbitror videre quæ sint partes iudicis inquirentis in dicto termino defensiuo, dic vt supra dixi in glo. comparent dicti inquisiti, & totum negant &c. Et etiam quòd testes repetat, & de nouo etiam inducat alios testes ad reprobandum suam inquisitionem negatam, vel etiã ad infringendum defensiones quas inquisitus fecit. Caueat tamẽ iudex, vt Deum ante oculos habeat per tormenta, vel alio modo cogat testes aliquid dicere in criminali cõtra veritatem, quoniam ipse in syndicatu conueniri poterit ob hoc de sicca. vt elegãter not. Bart. in l. j. in prin. ff. de sicca quod
a semper ante oculos [a] habeas. Secundo † potest ostendere & docere quòd ille qui fuit
2 occisus ab inquisito, & qui ad defensionẽ dicti inquisiti allegat quod poterat impune occidi, quia bannitus non erat legitime ban
b nitus, [b] & ꝙ occidens hoc sciebat, tunc occidens illum quẽ sciebat non legitime bannitum tenetur de sicca. aliàs autẽ si probari non potest ꝙ ipse sciebat, tunc ipse ostẽdat ꝙ non fuit legitime bannitus, tunc licet occidens de sicca. non tenetur propter ignorantiam, & sic cessat dolus, tenetur tamen culpa & extra ordinẽ punitur, vt l. ij §. hęc actio. ff. vi bon. rap. ita dicit Bart. in l. pen. ff. de adulte. ad idem facit ꝙ ipse not. in simili in l. iuste possidet. in fi. ff. de acquir. pos. & in l. j. §. si quis test. lib. esse ius. fue. vide tamẽ latius & aliter per Sali. in l. eum qui duas C.
3 de adulte. † Tertio iudex replicando probabit, quòd licet sicut ille esset bannitus, tamẽ à sententia appellauit, & appellatione pendente fuit interfectus quod nõ licuit, vt nil noui app. penden. & idẽ si alio modo petebat se eximi de banno, quia processus non tenuit vel alio modo, vt l. cum vero. in prin. ff. de fideicom. liber. ita dicit Bar. in l. i. j. §. si seruus quem. ff. de acquir. pos. & not. Bal. & Imol. latius in l. qui à latronibus. ff. de testa. & Sal. in d. l. eum qui duas. vers. sed dubium
4 fortius est &c. † Quarto vtile est, vt semper inquirens deducat qualitatem offensi, vide-
c licet, quia erat homo debilis, infirmus, [c] delicatus, & paruæ vitæ, tunc ex quolibet vulnere etiam leui præsumitur ex dictis vulneribus mortuus. ille est text. not. in l. qua ratione. §. si quis seruum ægrotum ff. ad leg. Aquil. & vide Bald. & Flor. in l. ita vulneratus. in prin. & plenius ꝑ Flor. in l. itẽ mella. §. si plures. ff. ad leg. Aquil. quod singu. not. quia vidi multos aduocatos volentes defendere inquisitos qui articulant, quòd vulneratus aliàs erat infirmus vel debilis &c. q̃ contra se articulant & probant, nam quælibet percussio quæ in homine sano non esset mortalis in homine delicato & infirmo ꝓbet cãm mortis, vt dictis iuribus, igitur &c. vnde tu aduocate, qñ ponis te ad defensam caueas te à tali errore, quia periclitare fa-

res tuum amicum, & tu esses causa mortis propter ignorantiam tuam, & ita contingit Nursiæ me ibi assidente in quibusdā aduo-
5 catis duorum inquisitorum. Quinto † bene notet iudex, qn̄ super accusatione vel in quisitione testes examinat super aliquo delicto, qn̄ deponūt sup loco & tēpore quod scribi faciat interrogati de loco. Responderūt de loco & tempore, in inquisitione seu accusatione contentis, hoc intellige verū, si de loco & tempore deponerent, alias aūt si scribi faceres tempus & locum, & te nō referes ad inquisitionem vel accusationē non probata intentione iudicis, vel accusatoris. argu. l. j. in fi. ff. de incen. rui. nau fra. & ita dicit Bar. elegāter per illum tex. in l. j. in prin.
6 ff. de aleat. quod not. † Vnum tn̄ non tradatis obliuioni quod nō debet credi vulne-
d rato d quod Caius eum percusserit, quia talis confessio & asseueratio nihil facit, imo alio modo delictū debet probari, vt est tex. & ibi Bar. in l. si quis in graui. §. j. ff. ad Silla. quod nota, cōtra aliquos iudices imperitos, quia ex sola assertione vulnerati inquirunt contra aliquē, ex tali sola confessione vo-
7 lunt punire inquisitum. † Potest etiam iudex dicere & allegare qđ imo ille qui fuit interfectus licet fuerit bānitus, tn̄ fuerat re
e bannitus, & cancellatus saltem verbo, e licet de facto nō esset de banno cancellatus, nam sufficit cancellatio facta verbo, vt not. Bar. per illum tex. in l. emptor. §. Lucius. in
8 fi. ff. de pact. quod no. † Potest etiā iudex opponere contra testes rei, ea q̄ scripsi infra in gl. super verbo, q iudex statuit terminum ad apponendū cōtra processum. Ac ēt
f qđ inquisitus vel accusatus est transactus f vel pactus de crimine, nā licet in certis casibus licitū sit trāsigere, vt l. transigere. C. de transac. illud intelligitur in præiudiciū partis, & nō reipubli. vt no. Bar. i l. j. §. post operis. ff. de no. ope. nūcia. facit quod no. gl. in l. ij. ff. ad Sil. & quod no. gl. in l. iurisgentiū. §. si paciscar. ff. de pactis.

ADDITIONES.

a ¶ Ante oculos. Adde tu & vide Fran. de Aret. in consi. lxj Ber.
b Bannitus. adde late Alex. in consi. lxvij. in iij. vol. & consi. cx. iij. in j. vol. consi. lxv. in iij. vol. & Cep. in consi. vj. & consi. seq. Ber.
c Infirmus. adde an testis debeat esse peritus in eo q deponit, & vide Fran. de Are. in consi. l. & an vulnerans ægrotum non lætaliter teneatur de occiso. vide Raph. Cuma. in consi. cxliiij. Ber.
d Vulnerato, adde & vide Alex. de Imo. in consi. xxiij. in ii. vol. Ber.
e Verbo, adde & vide Alex. in consi. cxiiij. in j. vol. & in consi. clxxij. in ii. vol. Cepo. in consil. xxxix. & Pau. de Ca. in consi. xxxiiij. & consi. cxciii. in j. impressis. Ber.
f Transactus. Adde & vide Pau. de cast. in consi. cxix. in j. impressis. Ber.

Avgvsti: Tu aūt in hac materia circa primam conclusionem quam tetigit do. Ang. in illa gl. de illa singulari doctrina Barto. in l. j. in prin. ff. de sicca. dic quod Bald. in l. presbyteri in ij. col. C. de epis. & cle. hæc magnifacit & allegat Bart. & ipsum sequitur, & vidi ego multos errare ī hoc qui ponentes testes ad torturam faciunt, quod falso metu tomentorum deponunt cōtra reū, & testes de facili hoc faciunt dicentes melius est vt deponamus hoc quàm patiamur tormenta, vnde non tāta fides est adhibenda huiusmodi testib⁹ qui per tormēta hoc dixerunt, quam per spōte hoc fatemur. per ea quæ habentur in l. iii. ff. de testib. Item
9 † inquantum do. Ang. tetigit illam difficultatem, an occidens illum qui non erat legitime bānitus teneat lege Cornelia de sicca. & sic etiam tangit an ignorātia excuset, vel non. Addatis, quia materia ista est ampla. nam Bal. in l. ex quacunque. ff. si quis in ius voc. non ierit. vnum dixit, postea mutauit opi. & late & multum subtiliter, & elegantissime scripsit in l. j. C. si à non competen. iud. Adde doct. in d. l. eum qui duas. & Bald. in l. ex morte. C. ad l. Aquil. latissime scripsit vltra omnes post doct. ibi Roma. in l. si duo. ff. de acquir. hæred. ibi videbis multas decisiones. & vide Bar. qui nō est ausus decidere in l. non solum. §. morte. in versic: circa secundum not. ff. de oper. no. nunc. vide quę ibi scripsi in l. huiusmodi. §. si ita cui ff de lega. j. per Bald. in lege, nostram. C. de testi: & ibi per Moder. in l. j. ff. de legib. per Bal. in l. quid si fugitiuus. §. apud Labeonē. ff. de ædil. edict. & in materia, an in delictis ignorantia excuset omnino vide Sal. latissime scribentē in l. senatus. C. de his qui sibi ascrib. alias decisiones adde q̄ posui in materia. in d. §. si ita cui. & per Ro. i d. l. si duo. adde pulchram q. Io. And. in regula, q quis extra de reg. iur. in vj. in mercu. vide Albe-
10 rto de Rosa. in iiij parte statu q. xxx. † Item inquan-

Inquantum do. Ang. tangit quæstionem de illo bannito qui fuit occisus pendente appellatione vel lite pendente, quia dicebat bannũ esse nullum vel iniustum. adde Roma. & Pau. de Ca in d. l. iij. §. si seruus quẽ. ff. de acqui. poss. adde Ang. in l. cum vero. §. subuentum. ff. de fideicom. lib. & Bald. in l. appellatione interposita. C. de appel. ad fi. per Bald. in l. j. C. si à non compe. iudi. circa iiij. col. in versi. & per prædicta determinatur quæstio. & Bald. in l. eum qui duas. per Bar. & doct. in l. si quis filio exhæredato. §. quod si quis. ff. de iniu. rup. & irri. testa. per Bal. in auth. quę supplicatio. C. de preci. imper. offer. per Bal. in l. lite ordinata. C. de liber. caũ. per Bart. post Dyn. & per doct. ibi in l. qui à latronibus. ff. de testa. in §. si quis in capitali. adde Albe. de Rosa. in iiij. parte

11 statu. q. xxiij. †Item inquantum do. Ang. hic reprobat illam cautelam aduocatorum imperitorũ qui capitulant vulneratum esse debelis vitæ & non sanum, adde ꝙ miror ꝙ iste doctor non alleget illam pulchram doctrinam Barto. quam posuit in l. si rixa. in pe. col. ff. ad leg. Corn. de sicca. qui dixit, ꝙ licet vulnus quoddam in homine sano non dicatur mortale, ad hoc vt ille teneatur de occiso, tamen tale vulnus non mortale dicetur mortale si est illatum in homine non sano. & alleg. d. §. si quis seruum ægrotum. &

12 d. l. ita vulneratus. †Item inquantum do. Ang. hic tetigit illam pulchram difficultatẽ cum nõ debet credi vulnerato, ꝙ Caius eũ percusserit. addatis Ange. in l. si quis in graui. § si quis mortis. ff. ad Silla. ibi vult ꝙ talis assertio vulnerati saltem faciat indicium ad torturam, adde tamẽ quod Ro. ibi tenet contrarium & rectius. Et ideo Bal. in l. si instituta. ff. de inoffic. testa. in §. j. dixit, quod confessio vel excusatio vulnerati ꝙ fuit talis qui vulnerauit ipsum nõ prodest, nec nocet inculpato vel excusato, & ratio est illa. quam tradidit Bald. in c. j. §. vasalli. in fi. de pace constan. qui dixit, quod non omnis q moritur est sanctus Ioannes Baptista, quod sibi credendum sit. & ad hoc allego Ang. in l. rationes. C. de proba. q dixit, aliquis erat constitutus in mortis articulo qui fuit vulneratus, potestas cepit vnum, iste talis vulneratus dicit ꝙ fuit alius, dicit ibi An. ꝙ nõ est credendum illi in. rmo, licet sit constitutus in mortis articulo, & licet non præsumatur immemor salutis æternæ, forte tamẽ iuuaret confessio vulnerati ad excusandum captum, nisi liquido constaret de contrario per singularem doctrinam Bal. quã posuit in l. j C. commu. de leg. in fin. Vltimo vide pulchra verba Gaud. in tract. malefi. sub rubri. an pax facta de vulnere videatur etiã facta de morte in versi. Sed pone, ꝙ quidã vulneratus mortifere iacens in lecto, dixit ꝙ ille qui de maleficio inculpatur non fuit ille. ibi etiam ipse tenet, ꝙ confessio vulnerati non præiudicat, an autem prosit excu-

13 sando. vide ibi. †Item inquãtum d. Ang. tetigit illã difficultatẽ an suffici-t, ꝙ qs sit cãcellatus verbo, vel facto de bãno. adde Bar. in auth. cassa. C. de sacrosanct. eccle. & vide Ang. & Imo. in l. j. ff. de his quæ in testa. delen. adde Bal. in l. Labeo. §. j. ff. de pactis. ꝑ Bar. in l. nihil. ff. de adimen. lega.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio processus quando est de substantia.*

2 *Publicatio processus multum differt in causa ciuili, & in causa criminali.*



Q Vi iudex dictum processum publicauit.] †Nã sicut in ciui-

1 li, qñ testes interuenerunt publicatio processus est de substantia, vt not. per gl. Bart. & alios in l. probatã. C. de senten. ita ẽt in criminali. arg. no. in l. absentẽ. ff. de pœn. licet la c. Bu. Bar. & Bal. in l. prolatã. teneãt contra gl. qa dicit, ꝙ nõ publicare processum nõ est cõtra ius constitutionis, sed cõtra ius litigatoris, ideo tenet processus. l ii. C. qñ ꝓuo. non est necesse. & ideo potest appellari ac etiam, quia attestationes semper sunt notæ iudici, ideo non est necesse ꝙ semper publicentur, vt l. gesta. C. de re iudic. Sed Ange. saluat gloss. vno casu, quando iudex nõ examinat testes, ipsemet, sed committit iudici alterius territorii & sunt attestationes sigillatæ. iuxta authen. apud eloquentissimũ. & l. iubemus. C. de fid. instru. Sali. autẽ quẽ sequitur d. meus Floria. de Sancto Petro de Bononia. tenet in effectu gl. quòd si snia feratur non facta publicatione processus, & ab ea appelletur, ꝙ cum ille qui obtinuit sententiam non possit sententiam suã iustificare, quia ex attestationibus non publicatis non potest facere probationem in alia instantia

instantia, vt d.l.gesta.de re iudic.& sic patet ꝙ omissio in effectu vitiat sententiam, & istum respectum forte gl. habuit, & verum tali casu dicit; dictum ergo doc. habet locū, quando à tali sententia non esset appellatū vel quando esset processus sine testibus, quod fieri potest, vt dixit Bart. † Aduertas tamen, ꝙ magna est differentia inter causam ciuilem & criminalem, quoniam in ciuili publicato processu non est amplius licitum producere testes ad offensam vel defensam propter timorem subornationis, vt in auth. de teste.§.quoniam.& in authen.qui semel. C.de proba. dicas tamen vt ibi per Bartol. Ange.& doct.Bal.& Sal.secus est in criminali, siue agatur per viam inquisitionis siue accusationis, imo testes produc. possunt p iudicem ex officio ad delicta punienda post publicationem processus. Et eodem modo possunt produci testes per accusatū vel inquisitum, vt no.Bar.in l.ij.§.si publico ff.de adult.in ver.vlterius quæro vtrum &c.l.diui fratres.ff.de pœn.& in l.fi.§.fi. cum si. ff. de qō.& in auth.qui semel.C.de prob.circa fi.etiam post aperturam testium & conclusionem in causa, vt ibi dicunt doc.& ibi omnino videas Bal Sal.& Ange. & vide c.cum causam. C.de testib. & ibi Ant.de But.& c. per tuas.eo tit. & ibi plenius per do. Ant.de But.& vide quæ dicā infra in gl.seq in fi.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia, adde ꝙ mirandum est, quòd iste doctor in hoc eleganti passu ita inepte locutus sit, maxime, quia iste passus pulcher est. Sed certe nunc scientia nostra difficilior & pulchrior est, quàm vllo tempore fuerit. Sed in hac difficultate in propriis terminis allego vnam gl. de iure cano. incognitam Legistis in c.fi.extra de hære.lib.vj.coniuncto tex.qui tex.cum gl.expresse loquitur in criminalibus, & ibi expresse dicitur, ꝙ in crimine hæresis in illo casu ita publicantur testes, & alia acta sicut fit in aliis iudiciis, quinimo de iure canonico est expresse text. in c.quoniam frequenter. §.sunt & alii.. extra vt lit. non contesta. vbi expresse dicitur, ꝙ in causa inquisitionis debeat fieri testiū publicatio, & certe iste doctor debebat allegare ista. Sed quòd in omnibus regulariter debeat fieri testium publicatio, & sit de substantia processus. Aduerte, quia glo.in c.quoniam frequenter.in princi. vt lit. non contesta.videtur velle id quod voluit glo.in d.l. prolatam & ad idem allego Bald. in l. pen.in ij.col.C.de rei vend.vbi etiam Ang. voluit quòd publicatio attestationum sit de substātia, licet aliud sit in publicatione aliorum actorum, quæ publice fiunt in iudicio. & idem videtur velle glos. in l. ii. C. vt lite penden in verbo, actorum. quæ dicit, quòd attestationes sunt publicandæ. Et ad idem allego Barto. in l.is apud quem.C.de eden. in ij.col.& ibi Bal.in iiii.col.dum dicit. Item dicta testium debent publicari, & ideo est necessaria scriptura. & ad hoc videnda sunt dicta Bart.post glos.in l.solam.C.de testib. circa prin.& Barto.in l.gesta. ff.de re iudic. vbi dicit, quòd dicta testium non publicatorum non probant. Quinimo plus dixit Bartol. in extrauaganti ad reprimendum. in verb. sine figura. ꝙ etiam in causis summariis necessario debeat fieri publicatio. & sequitur Pet.de Anch.in clem.sepe. in xix. col.de ver.sig.in ver.Sed an requiratur publicatio. sed quòd imo publicatio attestationū non sit de substantia iudicij vltra supra alleg.tenuit do. Abb.in c.cum dilectus. extra de fide instr.dicens Inn. ita sensisse in c.cum I.& A.extra de re iudi.& Io. And.in addi.Spec.in tit.de renun.& conclusione.in prin.& do.de Rot.in antiquis decisionibus, decisio.xxxj.& decisio.cccxlvij. & illam gl. in d.l.prolatam.reprehendit Bal.in c.j.si de feud.inter do.& vasal. lis oria. & istam sententiam videtur sentire Hosti.in summa de re iudic. qui enumerans omnes solennitates iudiciarias dicit, ꝙ quędam sunt de substantia, & istā publicationē nō ponit, & hoc videtur velle Spec. in ij. parte operis sui, in prin.& Imol.in l.diuus.ff.de re iudi & Pet. de Ancha. in consi.suo xlvij.vbi etiam dicit ita seruari in curia Romana. Et idem dixerunt do. de Rota in loco supra allegato. Et idem voluerūt do. Abb. & do.Ant.de But. in d.c.cum I.& A.& pro hoc bene facit tex. in c.qm contra.de prob.& gl.ij.q.j. in summa. vbi enumerantur omnes solennitates substantiales iudiciorum, & ista nō enumerantur. Sed aduerte, quia Dom.de S.Gemi. per illam glo.in d.c.fi.de hære in vj.dixit ꝙ si iudex profert suam sententiam non publicatis attestationibus, tunc sententia bene esset ipso iure nulla, aliàs secus, & dicit esse notandum

notandum. & licet Imol. teneat istam partẽ in d.l. diuus. & in cle. sępe. extra de verbor. signifi. in xxxvj. col. format istam q. in terminis & non decidit, sed remittit se ad not. per glo. in d.c. fi. de hæret. in vj. & ad glo. in d.l. prolatam. teneo istam partem publicationem testium non esse de substantia iudicij, ita q̃ eius omisśio habeat vitiare sentẽtiam, & quòd sit nulla ipsa sententia, dummodo attestationes iudici notæ fuerint. Nec obst. text. in d.c. qualiter & quando. §. pen. extra de accusa. qui text. in casu nostro loquitur proprie in criminalibus, & loquitur per verbum, debet. quia respõdeo q̃ iudex debet hoc facere, & male facit si non facit, & posset puniri in syndicatu, & potest appellari si non facit. Sed si non est sententia nulla, vt l. filiusfamilias. ff. de iudic. & institu. de oblig. quæ ex quasi delic. in princ. & eodem modo respõdetur ad tex. in d.c. fi. de hæret. qui tex. loquitur per verbũ imperatiui modi. An autem in causis criminalibus licitum sit post publicationem processus alios testes examinare, dicetur infra in gl. seq. in fi. ibi faciam addi.

SVMMARIVM.

1 *Testes redargui possunt in termino ad opponendum.*
2 *Primò quòd sunt infames.*
3 *Item quòd serui accusatoris uel inducentis.*
4 *Item quòd sunt monachi uel canonici regulares uel alio modo subiecti regulæ uel religioni, et sine consensu sui superioris testificati sunt, & quòd aliter sine istis poterat ueritas haberi, uel quòd sunt minores.*
5 *Minori quando posśit opponi quòd non debeat examinari.*
6 *Item redargui possunt testes quòd sunt furiosi uel mente capti.*
7 *Item quòd sunt pauperes.*
8 *Item quòd sunt domestici, familiares, commensales, mercenarij, famuli, liberti.*
9 *Item quòd uxor deponit pro uiro, uel econtra, uel frater pro fratre, uel alius coniunctus.*
10 *Item quòd sunt aduocati, procuratores, patrocinantes, & solicitatores in causa, uel curator, uel tutor uel administrator offensi.*
11 *Item quòd sunt socij criminis.*
12 *Item quòd sunt singulares.*
13 *Item quòd sunt excõmunicati, hæretici, uel infideles, uel sunt obscuri & ignoti.*
14 *Item quòd sunt inimici illius contra quem producuntur, uel uarium dixerunt.*
15 *Item quòd omiserunt dicere ueritatem, uel quòd eam occultauerunt.*
16 *Item quòd sunt corrupti pecunia, etiam si uerũ dixerunt.*
17 *Item quòd non deponunt uerisimilia.*
18 *Item quòd dicunt eundem præmeditatumq; sermonem.*
19 *Item quòd dicunt de diuersis delictis.*
20 *Item quòd dicunt de diuersis locis uel personis.*
21 *Item quòd deponunt de diuersis temporibus, quàm sit in accusatione, uel inquisitione, uel sunt inter se uarij de loco & tempore, uel quòd testibus non attestationibus est credendum.*
22 *Item quòd deponunt de auditu ab alio, uel de eorum credulitate, licet non uisu proprio, uel de sensu actui congruente.*
23 *Item quòd iudex non per se, sed per alium testes examinauit.*
24 *Item quòd testes non reddunt causam dicti sui & minus sufficientem et actui corporeo congruentem.*
25 *Conclusio in causa, an fiat in causis criminalibus.*
26 *Testis an sit torquendus.*
27 *Exceptio contra testem quòd sit criminosus debet continere omnes circunstantias criminis, sicut libellus accusatorius.*
28 *Testis infamis an repellatur à testimonio in criminalibus.*
29 *Minor xx. annis, an posśit esse testis, & an examinatus faciat indicium.*
30 *Domestici uel familiares qui dicantur.*
31 *Parentes & consanguinei admittuntur ad excusandum quem ut non commiserit homicidium.*
32 *Vir an admittatur pro uxore, & econtra, & an procuratores & similes admittantur in subsidium.*
33 *Examinatio testium, an alteri posśit demandari.*
34 *Testes alterius territorij in causa criminali, per alium quàm per iudicem, an posśint examinari.*
35 *Conclusio in causa an fiat in criminalibus, adeo quòd non possunt amplius testes recipi publicato processu, & sic quandocunque.*

QVI



V I iudex statuit terminum quatuor dierum ad comparendum, & opponendũ contra dictum processum.]

Die viij. Ianuarij.

Comparent dicti inquisiti & opponunt
cõtra ꝓcessum & testes, prout est in filza.
1 † Et in dicto termino possunt testes redar
a gui, [a] vt no. glo. Cy. Bar. & Bal. in auth. qui
2 semel. C. de prob. † videlicet, ꝙ testes sunt
infames. ff. de test. l. iii. §. lege Iulia. & ꝙ sũt
3 serui accusatoris vel inducentis, † vt l. cos.
4 cũ ibi no. C. de testi. vel ꝙ sunt † monachi
vel canonici regulares, vel alio modo subie
cti regulæ, vel religioni, & sine consensu sui
b superioris [b] testificati sunt, & ꝙ aliter sine
istis veritas haberi poterat, vt c. si Christus.
in fi. cũ ibi no. de iureiu. alias autẽ si ꝑ alios
vel alio modo nõ posset haberi veritas quã
ꝑ istos nõ repelluntur, vt in auth. de san-
ctis episc. §. si qñ. vel ꝙ sunt minores. xx.
annorum, vt l. in testimoniũ. cum ibi nota.
5 ff. de testib. Sed † ꝙ dixi de minore xx.
c annorum, habet locũ quãdo petitur exami
nari ad petitionẽ partis, sed si ex officio iu-
dicis fuerit examinatus facit indicium vna-
cũ alijs adminiculis, vt puta cũ fama. ita di
cit Ia. Bu. & Guido de Suza. vt refert Flor.
in d. l. in testimoniũ & hoc voluit Bart. ꝙ
examinatus cũ alijs faciat indiciũ, vt l. iij. §.
impuberes. ad Silla. & no. glo. in l. fin. C. ad
Silla. & no. Bar. in l. maritus. ff. de quæstio-
nibus. & no. Bal. in l. seruos. C. de testibus.
facit qđ no. Bar. in l. fin. C. de accusationib.
6 † vel ꝙ sunt furiosi vel mẽte capti, vt iij. q.
7 vij. tua. † vel ꝙ sunt pauperes, [d] quibus mi
d nus creditur quã diuitibus, vt l. testium. ff.
de testibus. & in auth. eo. titu. §. sancimus.
8 † vel ꝙ sunt domestici familiares [e] & com
e mẽsales, mercenarij famuli liberti de qbus
in l. præsenti. §. sicubi. C. de his qui ad eccle
9 siam confug. † vel ꝙ vxor deponit pro vi-
f ro, [f] & ecõtra, vel frater pro fratre. vel alius
10 cõiunctus, vt l. iiij. & ibi no. ff. de testi. † vel
ꝙ sunt aduocati, procuratores, patrocinan
g tes, [g] & solicitatores in causa, vel curator,
vel tutor, vel administrator offensi, vt l. mã
11 dator. & qđ ibi no. ff. de testibus. † vel sunt
h socij [h] criminis. extra de senten. excom. de
quibus per gl. & doct. in fin. ff. de accusa. qa
tũc nõ creditur tali testi, vt ibi, & l. q filiũ. &
12 ibi no. C. de liber. causa. vel † ꝙ sunt singu
i lares [i] & nõ faciunt indiciũ, vt l. iurisiurãd.
13 C. de testib. & no. in l. fi. C. famil. herc. † vel
ꝙ sunt excõicati, hæretici, vel infideles, vt
ij. q. vij. c. si hæreticus. vel ꝙ sunt obscuri &
14 ignoti, vt in auth. de test. §. sancimus. † vel
K ꝙ sunt inimici [k] illius contra quẽ producũ
tur, vt extra de test. c. fi. & habetur in auth.
signata super l. qm̃ liberi. C. de test. intelli-
gas tñ de tali inimicitia, de qua habetur in
l. j. §. pen. ff. de qõ. & ibi Bar. & Bal. in auth.
l tus. eo. tit. vel ꝙ variũ [l] dixerunt, vt l. q fal-
sa vel varia ff. de testi. & ibi Flo. & no. ple-
ne Bal. & Imo. in l. inter stipulantẽ. §. j. ff. de
verb. ob. Anto. de Bu. & Cano. in c. cum tu
15 de test. & Bar. in l. cos. ff. de fal. † vel ꝙ omi
serunt dicere veritatẽ, vel ꝙ eã occultaue-
16 runt, vt vj. q. i. c. illi q. vel † ꝙ sunt corru-
pti pecunia etiã si verum dixerunt, vt no.
Bart. in l. j. §. j. ff. de fal. facit quod hr̃ in l. si
17 quis testibus. C. de testib. † vel ꝙ nõ depo
nunt verisimilia, vt ff. de testi. l. ob carmen.
18 † vel ꝙ dicunt eundẽ præmeditatumq; ser
19 mone, vt l. iii. §. j. ff. de testib. † vel ꝙ dicũt
20 de diuersis delictis, vt probat c. licet. vel † de
diuersis locis, vt in exemplo de Daniele, vt
no in l. testiũ. C de testi. vel de diuersis per
sonis. argu. l. ad probationem. C. de proba.
21 † vel de diuersis tẽporibus q̃ sit in accusa-
tione vel inquisitione deductũ, vel etiã in-
ter se sunt varii de loco vel tẽpore, de qbus
deponunt. arg. no. per Bar. in l. de nunc asse.
§. quid tñ. §. de adult. facit iii. q. viii. c. nihil.
vel ꝙ testibus & nõ attestationibus iudex
credere debet, vt l. iii. §. diuus. ff. de test. qm̃
iudex debet videre qua fronte, qua trepida
tione, quove colore loquantur, vt l. de mi-
22 nore. §. tormenta. ff. de qõ. & ibi Bar. † vel
deponunt de auditu ab alio, vel de eorum
credulitate, licet non de visu proprio vel de
sensu actui congruẽte, vt l. q testõ. §. fi. & ibi
Bar. ff. de testa. vel his similia opponere põt
reus. Et simili modo oẽs exceptiones præ-
dictas põt opponere etiã iudex inquirẽs vel
accusatus cõtra testes, ꝓ parte rei ꝓductos
ad ipsius defensam qđ no. Põt etiã oppone
re reus cõtra ꝓcessum, vt dixi supra in glo.
super verbo, cõparet reus in termino defen
23 sionis & c. per totã illã gl. † Et etiã põt op-
poni ꝙ iudex nõ ꝑ se, sed ꝑ aliũ testes exa-
minauit qđ in causa criminali facere non
potest, qa causæ meri vel mixti imperii nõ

m possunt delegari, [m] vt l. j. ff. de offi. eius cui manda. est iurisdi. & de hoc est casus in auth. apud eloquẽtissimũ. & ibi gl. & doct. C. de fide instr. ꝙ est verũ nisi ex iusta causa, vtputa si sunt testes alterius territorii, vel nisi iudex esset impeditus iusto impedimento infirmitatis, vel absentiæ, vel alia iustissima causa, vt no. Cy. Nico. de Mat. & Bal. in d. auth. tunc bene admitteretur ꝙ testiũ examinatio posset alteri demandari, & valeret, alias nõ, & tũc opponi posset, quod no qa sæpenumero ignari iudices maleficiorũ committunt notario suo testiũ exa-
24 minationem, qa nõ valet. † Potest etiã op-
n poni, ꝙ testes non reddunt causam [n] dicti sui, & minus sufficientẽ. l. solã. & ibi gl. Bar. & Bal. C. de testi. & actui corporeo cõgruẽtem, vt l. q testamento. §. fi. ff. de testa. & ibi
25 Bar. † Quibus omnibus pactis censet con
o clusum in causa. [o] Non autẽ puto ꝙ in criminali cõcludatur in causa, qñ proceditur iudicis officio p inquisitionẽ, vt l. ij. §. si publi. ff. de adulte. Sed qñ proceditur officio iudicis nõ cõcluditur in causa, nec. etiã qñ ordinarie proceditur iudici, nunquã intelligitur esse conclusum, sed parti sic, vt l. vbicunque. ff. de interro. act & ita no. gl. in cle. sæpe, in verbo interrogatur. de verb. signi. Præterea video ꝙ ad defensam & offensã etiã post testiũ aperturã nõ tantũ testes ꝑduci possunt, imo etiã instrumenta, vt not. Bar. in l. j. in fi. & in l. vnius. ĩ fi. ff. de qõ. ergo non concluditur in causa, quinimo vsq; in calculo ferẽdæ sententiæ põt tam ad defensam, q̃ ad offensã actitari, nisi statuto aliter caueat, alias si iudex nõ reciperet defensionẽ vsque ad calculũ ferendæ sniç tenere tur in syndicatu de iustitia denegata, & ꝙ fecerit litẽ suã, vt l. fi. ff. de vari. & extraor. cogni. quod bene no. & tene mẽti ne erres. Sed quod dixi ad offensam intelligas, vt no. Iac. de Are. & Cy. & Sali. in l. fi. C. de quæ-
26 stio. † Et aduertas ꝑ an testis sit torquen-
p dus, dicas ꝙ non, etiã in criminalibus regulariter, qñ est liber homo fallit in certis casibus, vt l. ex libero. in prin. & l. diuus ĩ prin. & §. fina. & vtrobique Bart. ff. de quæstio. de quo late per Salice. in l. fi. in iii. qõ. C. de
27 quæstio. † Sis tamen cautus ꝙ quando excipitur contra testẽ ꝙ sit criminosus debet in exceptione opponi omnes criminis circunstãtiæ sicut in libello accusatorio. extra de testib. c. ij. lib. vj. ita dicit Bar. in l. iii. § lege Iulia. ff. de testi. quod no. & vide quæ dixi supra in gl. proxi. præced.

ADDITIONES.

a ¶ Possunt testes redargui. Adde tu qui testes admitti possint in causa criminali. adde Bal. in l. parentes. C. de testib. Cano. in c. cum oporteat. maxime Moder. de accu. in c. cum P. manconella. in fi. eo. ti. Dominic. in c. j. de test. in vj. d. Abb. in c. j. de cõfess. & vide Pau. de Ca. ĩ cõsi. cxix. alias cxvij. & vide etiam Oldra. in proposito in consi. cxcij. & do. Alex. in consi. v. duplicato. in consi. xciij. in j. vol. & eundem in consi. xxiiij. in ij. vol.

b Superioris. Adde ꝙ si superior & clericus deponant simul ꝙ præsumitur superior licentiã dedisse subdito ita Franc. de Aret. in consi. lxj. & ibi ꝙ clericus examinatus in testẽ a iudice laico quo ad solennizandum testamentum sine licentia sui superioris probat, licet dicat esse secus in religioso examinato sine licentia superioris. alleg. Ang. in consi. ccxxxiij. ita tenuisse. Ber.

c De minore. Adde circa hoc. & vide Alexand. in consil. lxiiij. in j. vol. & consi. clxxvj. in ij. volumi. & Old. in consi. cxcij.

d Pauperes. Adde & dic etiam vt per Alexan. in consi. xv. in iij. volu. Roma. in consi. lxxxiij. & Cepol. in consi. xxxj. Ber.

e Familiares. Adde Alex. in consi. xcj. Roma. in consi. cccix. & quod voluit idem Roma. in consi. cliij. & vide Fulg. in consi. cxciij. vbi ꝙ domestici offensi sunt testes idonei, quando offensus remisit iniuriam, & dixit se nolle accusari.

f Pro viro. Adde Raph. Cu. in consi. lxxxj. Ang. in consi. cxxxviij. & an gener pro socero, creditor pro debitore, colonus pro domino. vide Alexan. in consi. lxxviij. in j. volu. & Raph Cu. in consi. xxvij. & ibi qui dicantur domestici Bart. & de fratre quando possit esse testis pro fratre, adde Alexand. in consi. lxx. in j. vol. & in consil. xxiiij. in ij. volumi. & ibi, an agnatus sit idoneus testis pro offenso ad defensam & vide eundem in consil. ccxij. in ii. vol. vbi etiam de fratre. & Cep. in consi. xxi. & an domestici admittantur pro innocentia accusati. vide Ioan. de Ana. in consi. liii. & consi. liiii. & Alex. in consi. v. in i. vol. Ber.

g Et sollicitatores. adde Ro. in consi. ccccxx. qui aliter loquit Alex. in cõsi. xliiii. & cõsi. ccxxxiii. in ii. vol. & quid de procuratore. vide etiã Alex. in consi. cxlviii. eo. vol. & per Bar. in cõsi. ccxiii. vbi aliquid de aduocato. & per Fulgo. in consil. clxxiii. vbi de tutore, procuratore, & administratore. & in consi. clxii. & per eundem in consi. ccix. & vide Raph. Cu. in cõsi. cxxxvii. & etiã de procura. & per Ro. in consi. clxxxvi. Ber.

h Socii criminis. Adde Io. de Ana. in consi. lix. Fulgo. in consi. cxxxvi. Cepo. in cõsil. xxxi. Alex. in consi. cxxvii. in iii. vol. & in consil. cxxiii. in i. volu. & Franc. de Are. in consi. lxi. Ber.

i Singulares. Adde Alex. in consi. clxxvii. ii. volu. Cu. in consi. l. xxvii. & Fulg. in consil. ccxxxvj. Alex. in consi. lxxij. in i. vol. & de infamibus hæreticis & excõicatis, vide Alex. in consi. xx. in iiij. lib. consi. xliiii. & consi. lxxxvii. in ii. volu. Franc.

Franc. de Are. in consi. lxxxii. late Oldr. in consi. cxcii. & in consi. ccxcviii. vbi ꝙ excõicatus absoluitur ad cautelam, vt deponat & quid de Iudeo vide Alex. in consi. xxxv. in j. volu. & de Iudeo baptizato. Oldr. in consi. ccx. circa fin.

k Inimici. Adde & vide Alex. in consi. lxxv. in iij. volu. & consi. cxxvii. in iiii. lib. & ibi quid de inimico occulto. Fulgo. in consilio clxxxix. & ibi qualis debeat esse inimicitia. Oldra. in consi. ccx. consi. cxlv. & consi. cclxxviii. Ber.

l Varium dixerunt. Adde in hoc Alexan. in consil. xxiiij. in ii. vol. & Fulgo. in consi. ccxxxviii. vbi dicit, ꝙ si aliqui testes dicunt de sex vulneribus, aliqui de quatuor ꝙ tamen minor, summa in maiori inest, & de testibus variantibus & diuersa dicentibus vide Cuma. in consil. xci. & vide Alex. in consi. cxvi. in i. vol Ber. Et de testibus omittentibus dicere veritatem. vide Cep. in consi. lvi. Et de testibus dicentibus non verisimilia. vide Alexand. in consilio lxxxj. in iiij. volumi. Cepol. in consi. p imo. & in consi. lxij. & ibi vide late quando testes dicantur verisimilia dicere. Et de deponentibus per eundem præmeditatum-quasi sermonem. per Alex. in consi. cv. in i. vol. Et vide Old. in consi. ccx. Et de deponentibus de auditu alieno, Oldra. in consi. cxcii. Et de credulitate per Ange. in consi. iiii. Ber.

m Delegari. Adde Alex. in consi. ccxiii. in ii. vol. & Fran. de Are. in consi. lxxxii. Et adde ꝙ etiã de consensu partium iudex non potest examinationem committere si in loco adesset statutũ, ꝙ iudex personaliter debeat interesse examinationi testium, ita Bal. in consi. xlii. in v. lib. Ber.

n Causam dicti. adde tu Ful. in consi. cxciiii.

o In causa. Adde tu quando censeatur in causa conclusum, an in criminali fiat conclusio. vide do. Alexand. in l. i. §. si quis vitro. ff. de quæstio. & Roma. in cõsi. clxxvi. & ibi vide qualiter in causa cõcludatur, & an partes absque iudice possint in causa concludere.

p Et aduertas. Adde tu an in causa criminali sint torquendi testes. vide per Ange. supra in gloss. in versic. comparuerunt dicti inquisiti & negauerunt totum. & vide Cepo. in consi. xxi. & ꝙ quando excipitur contra testem ꝙ sit criminosus, ꝙ omnes circunstantiæ sint apponendæ sicut in libello vide Roman. in consi. ccxc.

28 AVGVSTI. Tu autem in hac glo. † adde inquantum supradictum est, quod testis infamis repellitur in criminalibus à testimonio, dic quòd verum est, quòd testis infamis infamia iuris repellitur in criminalibus, tamen in subsidium admitteretur cum tormentis, secundum Bart. in l. j. C. de sum. trini. & fide catho. per l. ob carmen. §. pen. ff. de test. & l. qui vltimo. ff. de pœn. & idem dicendum est in teste infami infamia facti, quia repellitur nisi in subsidium, vt dictum est. & ita voluit Bar. in d. l. j. quod intelligunt ibi Bald. & Salic. & sequitur do. Card. in c. testimonium. extra de test. quo ad hoc vt deueniatur ad torturam, non quo ad hoc vt feratur sententia condẽnatoria. Adde quæ dixit Mathesi. in notabilibus dictis suis clxxix. qui dicit quod licet alias de iure ne veritas occultetur, siue in crimininali causa, siue ciuili admittantur testes non idonei, dicit hoc debere intelligi, quod si non sunt idonei respectu status, vel famæ, vel quia criminosi, vel infames de iure, vel de facto, vel serui, tales non debent admitti sine tormentis in causa criminali, & ibi multa allegat, & ibi vide quid in ciuili, quia dicit ipse Bartol. tenuit contra opin. Ioan. Andre. † Item inquantum dictum est in minore, an minor xx. annis possit esse testis & an examinatus faciat indicium, hic non replico, quia late examinaui supra in gloss. in verbo, comparent dicti inquisiti & totum negauerunt. in versic. quæro qui testes sunt idonei. ibi vide in additio.

29

30 † Inquantum dictum est de domesticis & familiaribus qui non possunt testificari. Adde q. dicãtur domestici vel familiares in hac materia, vt late p Mod. post doc. scribitur in c. liberis. extra de testi. Adde tñ qđ si testis familiaris vel domesticus esset psona valde honesta, vt sunt domestici vel familiares regũ, principũ, vel eporum, tũc tales admittũtur, ita dixerũt Inn. & do. Ant. de But. & Imo. in d. c. in literis. extra de testib. & Bal. & Salic. in l. iij. C. de testib. Item adde quod ista non militarent in his quæ verisimiliter melius habentur per domesticos vel familiares quam per alios, quia tunc domesticus vel familiaris admitteretur, secundum Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de teste. §. j. versic. item quod est domesticus. & Bar. in l. si quando. C. vnde vi. in vlti. col. per tex. & Bar. in l. quoties. C. de naufra. lib. x. & late per Moder. in d. cap. in literis. & vide Flor. in l. testis idoneus. ff. de testib. qui multum exclamat de doctrina Spec. in titu. de inquisitione. §. j. versi. sed nunquid. qui dixit quod innocentia accusati põt excusari per testes cubicularios, quia extraneis non sunt noti secreti

31 mores. & Ang. in l. iiij. ff. de cõfes. qui dixit † ꝙ ad excusandum quem vt non cõmiserit homicidium admittuntur parẽtes & consanguinei, forte probantes illum viuum. Adde tamẽ qđ dominus põt testificari pro subdito vel familiari secundum Sali. in l. ij. C. de testib. & videtur bona gl. in c. insinuante. extra de offi. deleg. intellige tamẽ vt ibi habetur, nisi esset psona vilis vel abiecta, nõ tamẽ dicitur omni exceptione maior, secundũ Bar. in l. idonei ff. de testi. & omnino vide Alb. de Rosa. in ij. parte statuto. q. lxiiij. qui ponit, ꝙ in criminalibus

 familiar.

familiaris admittitur ad testificandum pro domino, si dominus in loco syluestri fuit derobatus, & in subsidium alij testes nō poterant haberi, de qua materia dixit post docto. Mod. in l. nō solum. §. si quis ipsi prætori. ff. de ope. no. nun. vbi dictum est, quòd vbi aliter veritas haberi non potest tunc admittuntur probatio
32 nes quæ alias non reciperentur. † Quod autē dictū est de viro & vxore, est altercatio inter legistas, & canonistas, de quibus per Bal. & Salic. in d. l. ij. C. de testib. & per canonistas in d. c. in literis. & per Spec. in titu. de teste. §. j. versicu sed quid de vxore. & ibi in d. §. i. per Specu. videbis omnia ista late extensa. Et an frater pro fratre admittatur in causa criminali. Adde Bal. in l. fi. C. de proba. & do. Abb. in c. literis. de præsump. Item an in subsidium isti administratores, procuratores, & similes admittantur. Adde Ioan. And. in addi. Spe. in titu. de teste. §. j. ver. quidam. in additio. quæ incip. non inuenio Iacobum & vide omnino do. Anto. de But. in c. tertio loco. extra de proba. & ibi per Moder. qui videtur velle, quòd sic. Sed an illa procedant in criminalibus, patet ex supradictis. Item de teste qui accepit pecuniā, & quòd testes varie dixerunt. adde hic multa peregrina quæ dixi supra in glo. falsario. in addi. Et inquantum do. Angel. hic tangit illā
33 maximam difficultatem, † an in criminalibus examinatio testium possit alteri demandari. Adde & dic quòd verum est, ꝙ regulariter iudex non pōt hoc facere, & ad hoc vltra supra alle. adde bonum tex. in c. j. de offi. dele. & est tex. cum glo. in c. ij. de iudi. in vj. & in l. iij. §. diuus interrogare soleo. ff. de test. quā legē ad hoc ponderat Bal. in c. quis testiū. extra de testi. & glo. in c. at si clerici. extra de iudi. & glo. in c. constitutus. extra de fideiuss. & gl. in c. porro. extra de testib. cogen. & amplia prædicta etiam si consuetudo esset in contrarium, vt sentit glo. in c. testes. iij. q. ix. vide Innoc. in d. c. si qui. Limita tamen prædicta non habere locum in papa quia alteri committit examinationem testium in criminalibus. Ita no. Specu. in tit. de testi. §. nunc tractandum in princ. & hoc est clarum in c. propofuit. cum simi. extra de conc. f. præb. Item prædicta limita non habere locum vbi ageretur de crimine per viam exceptionis. ita voluit Pe. de Anch. in c. ij. extra de testi. in vj. in §. testes. in prin. Item hoc non habet locum etiam in causa hæresis, per tex. in c. vt officium. §. verum. de hære. in vj. Item fallit etiam nisi persona examinanda nō posset venire ad iudicem, & iudex sit persona multum honorata, vt probat text sing. in c. ij. in verbo, aut si talis. & ibi glo. & Pet. de Anch. & Dominic. in d. c. ij. §. j. extra de iudi.
34 † Item adde inquantum dictum est, ꝙ testes alterius territorij in causa criminali per alium, quàm per iudicem possunt examinari. Adde & hoc voluit Io. de Ana. in c. intantum. extra de collu. deteg. & Ioan. And. post Ioan. Mon. in c. Romana. §. contrahentes. de foro compe. in vj. & Albe. de Rosa in d. authen. apud eloquentissimum. & Bal. in c. si qui testium. extra de testi. ne pereat facultas probandi & etiam parcatur expēsis. iuxta l. sed & si quis ex signatoribus. versi. sæpe cum magna. ff. quemadmo. testa. aper. Sed contrariam partem tenent Salicet. & aliqui in dicta auth. apud eloquentissimum. & do. Abb. in d. c. constitutus. & Abb. in c. cum causam. extra de testi. Tene ergo primam opin. maxime quia vacillationes testium possunt transcribi ab examinatore, vt voluit Innoc. in c. quoniam contra. extra de proba. & maxime practicando, vt docet Bald. in d. c. si qui. videlicet, ꝙ scribatur iudici alterius territorij, vt ex sua iurisdictione illos recipiat, nec tunc dicitur officium committi, sed exigi, iuxta l. cum vnus §. is qui. ff. de bon. autho. iudi. poss. Et licet Bart. Angel. & Salicet. in dicta authen. apud eloquentissimum, sentiant contrarium, tamen Ioan. And. & do. Anto. de But. in d. c. constitutus, dicunt ꝙ de consuetu-
35 dine seruatur contrarium. † Item aduerte inquantum do. Angel. ponit illam difficultatem, an in criminalibus concludatur in causa, adeo ꝙ non possint amplius testes recipi, & publicato processu, & sic quādocunque. Adde quæ late dixi supra in glo. comparent inquisiti. & totum negauerunt in pen. addi. mea.

SVMMARIVM.

1 *Reum specialiter & nominatim citari ad audiendum sententiam in criminalibus non est necesse, in ciuilibus secus.*

2 *Reus absens qui non comparuit non potest in criminalibus condemnari nisi specialiter et nominatim fuerit citatus.*

3 *Consuetudo est quòd in criminalibus banniatur ad concilium generale per præconem, & moneatur concilium generale per tubā siue campanam uel secundum morem locorum, ut si quis uellet appellare uel dicere de nullitate, uel aliquid allegare ad defensam etiam sponte more decernentis possit hac facere.*

Senten-

4 *Sententiæ feruntur congregato concilio ut supra, ut si quis uellet allegare iura fisci, et rei publicæ ne fraudentur possit.*

5 *Papa & Imperator licet de plenitudine potestatis possint in criminalibus condẽnare absentẽ, non tamẽ contra omnino non citatum, uel citatum ad locum notorie non tutum.*

Die xij. Ianuarij.



VI Iudex commisit L. preconi quod banniat ad cõsiliũ generale pro sententiis in criminalibus ferendis &c.]

Dicta die.

Qui L. præco retulit ita se bannisse &c.

1 †No. ꝙ nõ est necesse ꝙ reus specialiter & nominatim citetur ad audiendã sententiã in criminalibus, in ciuilibus vero nõ valeret sentẽtia nisi specialiter, & nominatim personaliter, vel ad domũ & etiã peremptorie fuerit citatus, vt no. Bar. in extrauag. ad reprimen. super verbo, p nunciũ. Et hoc ideo in criminalibus propter licentiã quam inquisitus dedit iudici, de qua per Bar. in l. q reus. ff. de pub. iudi. & l. inter accusatorem. eo. titu. & dixi supra in glo. super verbo, iudici licentiã dedit &c. Et etiã propter monitione iudicis subsecutã, quã postea fecit iudex q. dictũ reũ monuit vt singulis diebus & horis, vsque ad sententiã inclusiue &c. q̃ monitio habet vim peremptorii, vt l. ij. & ibi glo. & doct. C. quomo. & quan. iudex. igitur talis comminatio. & iudicis monitio sufficit, nec alia specialis citatio requiritur. arg. no. p Bar. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dãno infecto, in ij. col. & in l. ædictũ. ff. de iudic. Et prædicta procedunt qñ inquisitus comparuit & monitus fuit & dedit licentiã

2 iudici, † alias autem si fuerit absens & non comparuerit, videtur ꝙ nullo modo possit damnari, nisi specialiter & nominatim fue

a rit citatus a sicut i ciuili, & multo ergo magis etiã in criminali, vbi maius vertitur periculũ. facit clemen. pastoralis. de re iud. ca. sed de cõsuetudine non citatur, & hoc totu

3 procedit de forma statutorũ. † Et no quod cõsuetudo est ꝙ per præconẽ bãniatur ad conciliũ generale, & quod conciliũ generale moneatur vel campana, vel tuba, vel cornu, secundũ morẽ locorũ, vt no. glo. in l. ij. C. de decre. decurio. lib x. facit quod no. gl. in l. j. C. quę sit longa. consue. quæ omnia facias apparere in actis. Et ideo etiã feruntur sententiæ criminalis citato publico & generali concilio, vt si quis esset qui vellet appellare vel dicere de nullitate, vel aliquid allegare ad rei defensam etiam spõte mori decernentis ꝙ possit, vt l. non tantũ. cum sua

4 materia. ff. de appella. † Et etiã si quis vellet dicere & allegare iura fisci & reipublicæ quia hic agitur de vindicta publica ꝙ possit, ne fiscus & res publica fraudetur, & ne delicta remaneant impunita, si forte iudex absolueret non absoluendũ, igitur fit talis citatio concilii generalis. facit authen. si oẽs C. si vt se ab hæreditate abstineat. & quod no. ibi per docto. & etiã tene mẽti ꝙ in criminalibus, vt puta etiã in accusatione, põt ferri sententia etiã nulla parte instante, vt est casus in l. quãuis indubitati. C. de adult.

ADDITIO.

a ¶Citatus, Adde Ange. in consi. cclix. vbi dicit, quod nec princeps posset damnare absentẽ absq; citationem & vide Franc. de Are. in consi. clxv. vbi ꝙ papa in criminibus non potest tollere etiã de plenitudine potestatis citationem. & idem voluit d. Hier. Tor. in consi. quod reddidit pro Florentinis, & Old. in cõsi. liij. & ꝙ in sentẽtia principis requiratur citatio vide Roman. in consilio ccccxxviij. Ber.

AVGVSTI. Tu autẽ in hac gl. adde ea q̃ dixi supra in additio. meis in illis gl. quæ incipit, iudici licentiam dedit. & in alia gloss. quam supra allegauit domi. Ange. hic, & verum est, ꝙ sententia in criminalibus in istis delictis grauioribus non potest ferri in absentem. l. absentẽ. & l. reos. C. de accus. & in l. absentem. ff. de pẽn. quę omnia non habent locum de iure canonico, iuxta no. in c. qualiter & quando. extra de accus. & per Inno. in c. veritatis. extra de dolo & contu. qui dicit, ꝙ in causa degradationis etiã de iure canonico põt ferri sñia in absentẽ, & hęc regula fallit etiã de iure ciuili in multis casibus, vbi sñia capitalis põt ferri in absentẽ quos referunt doct. in locis supra alleg. maxime Ange. in l. reos, q dixit, ꝙ Papa & Imperator in criminalibus possunt ferre sñiam in absentẽ, in quibuscunq; criminibus quantuncunq; sñia sit capitalis, & ponit Ang. in l. reos. C. de accusationi. dicens, qđ ita fecit Bonifacius cõtra Petrũ & Iacobum de col. in c. j. de schismati. lib. vj & ita

fecit Federicus contra regẽ Robertũ cum priuauit eum regno & dignitatibus regalibus, per sẽtẽtiã quã postea recitauit Clemens in cle. j. de re iudica. intelligo tamen prædicta, quod ipsi ista faciunt de plenitudine potestatis. Et ideo dicit Ang. in l. si accusationibus. C. de accus. quod opus est, ꝙ Papa & Imperator faciãt ista & suppleant de plenitudine potestatis, alias non tenerẽt de iure. † Et subdit Ang. ibi, ꝙ licet Papa & Imperator de plenitudine potestatis possint in criminalibus condemnare absentẽ, nõ possunt tñ in criminalibus ferre sñiam contra omnino nõ citatũ, vel contra citatũ ad locũ notoriæ non tutũ, quia per hoc auferrent ius defensionis ꝙ est de iure naturali, & de hoc est factus hodie casus in cle. pastoralis. extra de re iudi. Tene tñ menti, ꝙ si reus est in carceribus, adeo ꝙ sñia condẽnatoria sit ferẽda, nedum ꝙ de iure debeat citari, sed in persona super facie debet ferri sñia criminalis, & duci in palatiũ ante tribunal, & non ferre sententiã in absentẽ, licet sit detentus in carceribus, quia isto casu diceretur absens ipse incarceratus ĩ ista sententia condemnatoria, & ita obseruat totus mundus. ita dicit Ang. in l. pen. §. ad crimẽ. ff. de pub. iud. in iii. col. & Bal. in l. reos. C. de accusa. quæ omnia nota.

SVMMARIVM.

1 *Sentẽtia in criminalibus quando est mortis uel mutilationis membri est necesse quòd sententia dicatur lata per potestatem uel prouincie præsidem.*

2 *Vicarij constituti à potestate & à superiore, et uicerectoris constituti à rectore, & ab uniuersitate differentia est non parua.*

In Dei nomine. Amen.



Aec est quædam sententia cõdemnatoria corporalis & partim pecuniaria &c. lata per D. T. potestatem Bononiæ &c.]

1 † Quod sentẽtia dicatur lata per T. potestatem vel prouinciæ præsidẽ est per necessarium, quando est mortis vel membri mutilatio, nã per eius vicariũ, seu per eius vicegerentẽ. Sententia corporalis executiua fieri non põt, non tantũ præsente præside, sed nec eo absente. Nam vicarius potestatis vel eius vices gerens omnia põt absente preside, quæ potest ipse præses preterquã inferre mortem vel mẽbri abscisionẽ realiter: Nã in contumaciã bene posset dãnare quẽ ad mortẽ præside existente absente, vt est tex. & ibi gl. ordinaria & doct. in l. ij. C. de offi. eius qui vic. alte. ger. & hoc nota, quia de facto habui pluries me assidẽte Perusij absente meo præside, & hoc tenet Bar. in l. obseruare in prin. ff. de offi. procon. & lega. facit quod no. in l. j. §. ij. ff. de leg. iii. Quod tamen intellige verum si sit vicarius à potestate cõstitutus, sin autẽ esset substitutus, siue subrogatus à superiore in locũ potestatis mortui. vel absentis, tunc talis substitutus etiã vices gerens põt, etiã executionem realẽ facere in causis meri imperij, ita notanter sentit Bar. & etiã gl. in l. j. ff. de officio eius cui manda. est iurisdictio. † Ideo 2 semper aduertas, an sit mere vicarius constitutus à potestate, vel sit à superiore potestati substitutus, facit quod dicimus de vicerectore vniuersitatis, an sit constitutus à rectore, an ab vniuersitate, quia si à rectore non gaudet omnibus priuilegiis rectoris, secus, si sit ab vniuersitate constitutus, vt no. Bar. in l. filius. ff. de lega. prædicta tamẽ intelligas, vt plene dixi institu. de exceptio. in rub. post princi. aduertas etiã ꝙ ideo dicitũ lata per T. potestatẽ &c. quia de iure assessores possunt cognoscere, nõ tamẽ possunt iudicare etiã in causa ciuili, vt l. j. & per totum. C. de assess. vnde cautela est semper in princip. officii ꝙ potestates terrarũ in suis deputationibus deputẽt talẽ in sui vicariũ & cõmittant & delegẽt omnes causas pertinẽtes ad sui officiũ etiã vsque ad sñiam inclusiue, quę tamen delegatio nõ porrigitur nisi ad causas ciuiles, ad criminales vero causas nullo modo, quia non sunt delega-
2 biles, igitur nõ est mirũ si sñiæ criminales, solummodo dantur in solo nomine rectoris ciuitatis vel potestatis, & nõ in suis vicarii, siue latrũculatoribus, & ꝙ tales sñię debeant formari in præsidiis personam de cõsilio tamẽ suorũ assessorũ. no. Bald. in l. j. C. qui accusa. non poss. in illa quæst. qñ dicatur nomen &c. receptũ inter reos tene bene menti quod licet in ciuilibus sit necesse ꝙ sententia ad alicuius partis petitionẽ feratur, vt l. properãdum. §. sin autẽ. & ibi nota. C. de iudi. tamen in criminali & in accusatio-

cusationibus fertur sententia, & valet ex mero iudicis officio, sine alicuius partis petitione, vt est casus. & ibi Salice. in prin. quamuis. la j. C. de adulter.

ADDITIO.

a ℭ Sententiæ criminales. Adde quod hanc sententiam sequitur Cepo. in consi. xvij. Ber.

b AVGVSTI. Tu autẽ b in hac materia, adde & dic quod nescio qui reuelauerit do. Ang. hic, quod Bar. & glo. in l. j. ff. de offi. eius cui manda. est iurisdict. distinguat, quod si vicegerens vel substitutus vel vicarius sit factus à potestate vel rectore non potest exequi sententias criminales & capitales, secus si à superiore sit factus ille vicegerens, quia nego ꝙ Bart. in locis allega. supra hoc dixerit. Et ideo volui videre quosdam Moder. qui digito credunt cœlum tetigisse, post Ludo. de Roma. in d. l. j. ff. de officio eius cui manda. est iurisdi. qui plenius attingentes istam materiam, dicũt quomodo Bart. ibi in dicta l. prima reprehendit illam glo. in dicta l. ij. C. de officio eius qui vicem alterius gerit. ponderans gloss. esse in contrarium in dicta l. j. ff. de officio eius cui manda. est iurisdict. & dicunt præfati Moder. quomodo Guil. de Cun. & Roma. in dicta l. j. ff. de officio eius cui manda. est iurisdict. tenẽt contra illam gloss. in dicta l. ij. quod imo talis vicegerẽs possit inferre vltimum supplicium delinquenti referunt etiam quomodo Bald. in dicta authẽ. Et ideo circa v. colum. C. ne vxor pro marito. sequitur gloss. in dicta l. ij. Referũt postea, quomodo Bal. in authen. sed nouo iure. C. de ser. fugi. distinguit. Aut est substitutus à superiore talis vicegerens vel substitutus, & omnia potest facere & inferre vltimum supplicium. & ita habet locum gloss. in dicta l. prima. Aut talis substitutus est substitutus vel vicegerens ab ipsomet absente, & tunc omnia potest præter vltimum suppliciũ inferre, & dicit ꝙ ita sensit Bart. in d. l. filius. ff. de lega. Certe miror quomodo isti illustres doc. in hac materia multa peregrina ignorauerint, ego alias cum fuissem interrogatus ab illustrissimo domino meo duce Hercule indagando veritatem & perscrutando libros meos inueni doctores maximæ authoritatis examinantes istã materiã, An vera sit illa gl. illius l. ij. quæ voluit vicegerentem omnia posse, prę͏ter vltimum supplicium. Et ego contra istos doc. dico, ꝙ ipse vicegerens nullo modo potest crimina liter punire. Et arguo sic. Nam doctor. nostri semper intellexerũt tex. in dicta l. ij. C. de offic. eius qui vic. alt. ger. in illo substituto vel vicegerente constituto à superiore, & non ab officiales. & ita intellexerunt docto. maxime Bar. in l. j. §. j. ff. de leg. iij. & Bar. & doct. in l. filius. ff. de leg. qui dicunt quòd ille tit. C. de offi. eius qui vic. alt. ger. debet intelligi in vicegerente constituto ab vniuersitate, vel superiore, & est vera illa conclusio, quia ille titu. intelligitur à vicegerente constituto in locũ officialis mortui, ergo sequitur ꝙ superior ipsum constituit & non officialis, quia alias mortuo illo officiale expirasset eius officium, per ea quæ habẽtur in l. & quia. ff. de iurisd. omn. iudi. & no. doct. in c. j. extra de offi. vicar. Si ergo illa iura loquuntur in tali vicegerente constituto à superiore, tamen glo. in d. l. ij. dicit, quod talis præter vltimum supplicium omnia potest. Nec huic glo. obst. glo. in l. j. ff. de off. eius cui manda. est iurisdict. quia illa glo. quæ dicit, quod talis substitutus omnia potest illa glo. ponit regulam, sed non procedit vlterius ponendo exceptionem, scilicet omnia potest præter vltimum supplicium, & ideo contra istos doc. reperio ꝙ verior est illa glo. illius l. ij. C. de offic. eius qui vicem alt. ger. quia Archid. in c. vobis alias in c. vobiscum. xij. q. ij. expresse sequitur illam glo. in d. l. ij. qui dicit, ꝙ isti subrogati loco mortuorum vel absentium omnia possunt præter vltimum supplicium & membri mutilationem. & ibi Arch. dicit, ꝙ ita tenuit Goffre. in summa sua extra de officio vicar. & Host. in summa in §. j. iuxta prin. in titu. de offi. vicar. extra. & alleg. illam gl. coniunctam cum tex. in l. ij. C. de offi. eius qui vicem alte. ger. Et mouentur per tex. in auth. de collationib. §. antequam vero col. xj. Præterea Azo ipse in sum. dicti tit. de offic. eius q vicem alte. gerit. expresse dicit, ꝙ hi suffecti loco mortuorũ vel absentium omnia possint quæ pertinent ad merum imperium, vel ad iurisdictionem ciuilium causarum, vel criminalium, & capitalium cognitionem, non diffinitione vel pœnæ impositione, & sic hæc fuit originalis opinio Azo. & non Accur. Prę͏terea dico quòd in practica cum reuerentia domi. Ange & scribentium qui nolunt studere, aut emere libros opinio illam glo. d. l. ij. C. de officio eius qui vicẽ alte. ger. est communis opin. quia illa glo. communiter approbatur à docto. & ita in hac materia in proprijs terminis dixit Albe. de Rosa. in l. placet. C. de peda. iudic. in secunda colum. dicit tamen ibi Alber. quòd licet illa glo. in dicta l. ij. communiter appro-

 betur

betur à docto. tamen Cy. in dicta l. placet. reprobat illam glo. & tenet quòd talis, suffectus loco mortui possit omnia & etiã inferre mortem reo, & dicit, quòd illam opin. tenet Rofre. in libello in titu. quæ causæ. poss. deleg. & quæ non vltra principium. Item refert Albe. in dicta l. placet. quomodo Cyn. ibi dicit quod si preses abesset non rediturus & alius vices eius gereret autoritate superioris, etiam talis suffectus posset inferre mortem. Rationes & iura ibi vide eleganter per eos. Sic ergo in proposito nostro non video in practica quomodo possumus recedere ab opin. illius glo. in dicta l. secunda licet aliqui docto. teneãt contrarium, & licet ipse Albe. sequatur opin. Cyn. & hæc omnia no. de multis alijs hic tactis vide Moder. in dicta l. j. ff. de offi. eius cui man. est iuris. vide Bald. in l. data opera. in penulti. char. C. qui accus. qui dicit quòd locum tenentes seu vicarij de iure ciuili non possunt pœnam mortis vel mutilationem membri infligere. Sed de iure canoni. secus allegat glo. xxiij. questio. quarta. capit. illud. & vide Bal. allegãtem ibi in l. secunda. C. de offic. eius qui vicem alte. ger. hoc modo intelligas dicta Ange. in dicta l. ij. C. de pœnis. qui quærit an vicarij potestatis in criminalibus possint ferre sententias, & multum eleganter in hac materia loquitur Ludo. de Roma. in consi. suo lvij. quod incip. ad discutiendũ veritatem propositæ quæstionis in ij. col. tandem approbat. dicta Bald. in d. authen. Sed nouo iure. & dixit do. Catal. in tract. syndicatus in q. clxxij. quod ille qui vices alterius gerit habet idem imperiũ quod verum est, quando is qui committit vices potest merum imperium committere. & alleg. Bald. hoc dixisse, ibi vide.

b ¶ Tu autem vltra ea quæ ponit do. Ang vide do. Alex. in rub. de offi. eius cui manda. est iurisdi. & Ro. in consi. lix. vbi ponit de potestate data vicarijs generalibus an possint bona publicare & sententias sanguinis dicere. & vide Fede. cõsi. penul.

SVMMARIVM.

1 *Practica quod in sententijs criminalibus dicatur de consensu & deliberatione omnium iudicum, unde sit tracta.*

2 *Anciani & presidentes in ciuitate, si cogunt officialẽ facere iniustitiã, qua lege teneantur.*

3 *Assessor quid facere debeat si non vult consentire quando videtur sibi quod fiat iniusta, ad hoc quod non teneatur.*

4 *Officialis an teneatur de iniusta facta per principalem rectorem siue per suum præsidem.*

5 *Potestas iuris ignorans an teneatur in syndicatu si tulit sententiam iniustam, licet de consilio suorum iudicum.*



1 a DE consensu & deliberatione omnium suorum iudicũ &c.] † Ista practica [a] dicitur introducta per legem humanam. C. de lega. facit l. placet. C. de sacrosan. eccl. ibi concilij tenore perpenso. & ibi Bal. facit l. dubiũ. C. de diuor. & maxime cũ de hominis vita tractatu, quod sit multis oculis subiecta vt bene & mature videatur si aliqua fraus vel error per aliquẽ committatur l. si. C. de fideicommis. & ita etiã vult Bald. in l. j. in illa quæstio. quando dicatur nomen rei receptum inter reos. C. qui accus. non possunt. & aduertat prouinciæ præses ne cogat aliquem ex suis officialibus inuitum ad consentiendum sibi minis vel alio modo vt faciũt proterui præsides vt condemnetur qui nõ veniebat cõdemnandus vel puniatur acrius quã de iure debuerit, quòd ipse præses in suo syndicatu ex hoc solo de sicca. tenebitur ita dicit

2 Bar. in l. j. in prin. ff. de sicca. † Caueant etiam anciani & in ciuitate præsidentes ne cogãt officialem ad condemnandum illum qui debebat absolui, & ad absoluendum qui veniebat condemnandus, & sic cogunt officialem facere iniustitiam quia Anciani deposito officio lege Iulia de vi publica tenentur, vt l. lege Iulia. & l. qui dolo. & ibi Bart. ff. ad l. Iul. de vi publi. Item tenentur de sicarijs vt no. Bar. in d. l. j.

3 de sicar. † Sis tamen cautus tu assessor si non vis consentire quando videtur tibi quòd iustitia non ministretur ne ex taciturnitate tua videaris consentire & per consequens tenearis quòd protesteris & pertinaciter resistas præsidibus & in actis appareat de tua protestatione quis ius in dicta causa dictat. Iste est casus in appellatione à ciuili, ergo fortius in criminali in l. quoniam iudices. C. de appel. Bar. in tract. suo repræsaliarum. in vj. q. prin. & q. ij. vbi po

4 nit elegãtia verba. † An officialis teneatur de iniustitia facta per principalem rectorem, siue per suum præsidem sic dicit. Quidam sunt officiales qui inuerunt vel induxerunt præsidem ad talem iniustitiam faciendam & proculdubio talis officialis tenetur, vt C. de aduoca. diuer. iudi. l. per hanc ibi adiutores etiam eorum &c. & C. de excusa. mune l. pen. lib. x. Quidam sunt qui expresse contradicunt & protestabitur vt supra dixi & illi non tenentur

tur, vt dist. j. quoniam. Quidam tamen nec cōsentiunt qui sunt absentes vel ignorantes, & nec illi tenentur, vt l. j. in fin. de magi. conue. ibi præsentes & qui ibi positus sit &c. Quidā sunt officiales præsentes qui nec contradicunt nec consentiunt, tunc aduertendum est ꝙ quidam sunt officiales ad id quod est meri facti nec ad concilia requiruntur, vt sunt notarij &
b biruarij [b] & isti non tenentur, quia superiori resistere non possunt sine dedecore ideo resistere non tenētur, vt l. j. §. officium. C. vt tam ciui. quam cri. nec obst. quod ibi dicit glo. esse correctum quia verum est in illo casu quia quilibet resistere potest facienti non autem in alijs casibus vbi iuris peritia requiritur, vt argu. l. ij. ff. quod quisque iur. & quod ibi not. Quidam sunt officiales qui adhibentur ad cōsulendum & hi tenentur, si non contradicunt vt dicta l. quoniam. Sed si dubitatur an officialis fuerit præsens vel absens, an sciens vel ignorans, quid præsumatur in dubio cogitandum reliquit ibi Bartol. Sed pro nunc tu potes dicere ꝙ ex facti qualitate & iniustitiæ & personæ præsumitur ꝙ fuerit præsens vel absens, sciēs, vel ignorans, nam si factum fuit multum agitatum in curia & publice sciebatur, præsumitur ꝙ etiam assessores sciuerint & quod etiam cū vt plurimū stent reclusi in palatio, ꝙ ipsi fuerint præsentes. arg. gl. in l. tutor. C. de pericu. tu. alias autem præsumitur ignorantia vel absentia cum sit in facto præsidis & sic in facto alieno, vt l. fina. ff. pro soc. quod not. vt scias articulare quando vis conficere vnum assessorem quando sciuit quod suus præses iniustitiam administrauit nec ipse fecit resistentiam pertinaciter.

ADDITIONES.

a ¶ Ista practica. Vide ad propositum Oldr. in consil. cclj. vbi consuluit & reprobat quandam sententiam episcopi regini latam cōtra clericū absq; consensu sui capituli.

b Bituarij. adde & vide tu Alexand. in consi. j. in iij. lib. vbi ponit de torto iniuste per ancianos Bononiæ & biruarios præsente potestate, & an officialis qui posuit aliquem ad torturam de consi. assessoris teneatur in syndicatu. vide eundem Alex. in consi. lxv. in j. vol. & an officialis negligens in administranda iustitia obliget superiorem vide Roma, in consi, cccxxviij. Ber.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia, adde ꝙ illæ decisiones Bart. in tract. repræsaliarum in vj. q. principali. in ij. q. ibi Bartol loquitur quando repræsaliæ possunt concedi contra officiales qui stant cum alio officiale maiore, & proprie Bart. ibi non loquitur an tales officiales in syndicatu teneantur, & si iste doctor de repræsalijs vult arguere & inferre ad casum nostrum, vt videtur velle Bart. in dicta quæst. vj. dubitans de ista decisione quando sumus in casu quando sententia deberet ferri per plures officiales puta per præsidem, per vicarium, & iudicem maleficiorum, etiam syndicum & massarium, & essemus in casu ꝙ in casu discordiæ maior pars obtineret. Quid si minor pars expresse diceret & protestaretur & contradiceret, quod non vult assentire sententiæ condemnatoriæ capitaliter latæ contra talem, an isti postea sic contradicentes teneantur in syndicatu si maior pars & officialis maior iniustitiam fecit, quia videretur ꝙ licet aliqui horum officialium expresse contradicerēt & protestarentur tamen teneātur. Et moueor per illa iura & rationes quas mihi parum esset adducere quæ adducit Albe. de Rosa. in j. parte statuto. q. lviij. qui ponit materiam repræsaliarum, & ponit quando aliqui de vniuersitate commiserunt delictum & aliqui sunt qui expresse contradicunt & protestantur, an nihilominus illi contradicentes teneantur ad repræsalias concessas contra illos de vniuersitate & videtur ꝙ nō per illa iura quæ allegauit Bar. supra in illa q. & allegat dictam l quoniam. C. de app. & omnia alia iura per quæ iste doctor fundat hic istam suam conclusionem. Tamen ibi Alber. de Rosa. multa concludendo tenet contrarium quia potest esse quod aliquis contradicat & protestetur nihilominus tenetur quando est pars illius corporis cuius maior pars contradicit, & sic infero ad casum nostrū, postquam de repræsalijs volumus arguere ad materiam syndicatus. Sed certe ista conclusio mihi non placet & solutionem horum contrariorum potes videre ex dictis in loco supra allega. Item quod miror ꝙ iste doctor non allegauerit in hac gloss. sua bonum text. & ibi Ang. in l. j. C. de his qui latro & tex. Angel. in l. si ille. C. de decurio. lib. x. & tex. & Angel. in auth. de litigio. §. omnem. in vlt col. quæ omnia fuerunt allegata à quodam excellentissimo doctore do. Catald. qui fecit quasdam addi. ad dicta Bal. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. proconsul. & lega. in materia syndicatus, vt elegantissime scripsit & præfatus doct. dicit † ꝙ
5 licet potestas sit iuris ignorans tenetur in syndicatu si tulit sententiam iniustam, licet de cōsilio suorum iudicum, quia iudices ignorantes conduxit secundum Angel. in l. j. ff. de va. & ex.

& extraordi.cogni. Sed postea subdit præfatus doctor quod potest dici quòd non tenetur potestas sed iudex sub cuius examine & consilio talis sententia lata est,& dicit quod casus videtur in l ij.ff.quod quisque iur. & allegat Ang. in illis tribus locis supra allegatis. Credo ꝙ ille tractatus do.Catal.sit corruptus & velit dicere quod non tantum potestas isto casu tenetur,sed etiam iudex ipse sub cuius examine talia processerunt iniusta,quia Ang.in d.§.omnem.hoc expresse dicit,quem Angel. ipse do. Catald.allegat & ibi do.Catal. in isto proposito istius glo.allegat quandam doctrinam Guido.de Suza. pulchram qui per illum text. in l. quoniam.C.de appel.dixit quod si vicarius est ad banchum dum potestas profert sententiam iniustam,& ipse vicarius non contradixit præsumitur consuluisse ei,& ex hoc punitur sicut si sententia contineret ꝙ esset lata de suo consilio vnde subdit ꝙ caute faciunt iudices, qui non associant potestates ad tribunalia,quando sentiunt ꝙ sententia quam vult ferre potestas est contrarius,& dicit ꝙ hoc sæpe vidit de facto. Et sic ex prædictis potes ampliare illam doctrinam Bar.quam posuit in materia represaliarum.in illa vj. q. supra allegata. & sic etiã patet quòd si inferior officialis non contradicit superiori tenetur in syndicatu, quia præsumitur consensisse. Ita etiam potes dicere ꝙ consensus præsumitur si associat superiorem ad locum vbi sententia fertur, licet non dicatur de consilio talis iudicis, & hæc not. quia pulchra.& omnino vide Bal.Angel. & Raph. Fulg.in d.l.quoniam.& maxime Ang. qui docet practicam quomodo officiales superiori debent protestari ad hoc vt in syndicatu non teneantur,& bene faciunt no.per Bal. in auth. & omnino in v.col. C.ne vxor pro marito. in ver.& quæro circa reos vtrum represaliæ extendantur circa eos qui dederunt consilium in hac materia. & ibi do. Cataldi. ponit ꝙ si miles & familia potestatis decapitarunt.l.quẽ iniuste quòd contra militem non potest dari libellus tempore syndicatus,ex quo de mandato superioris hoc fecit,sed ipse potestas tenetur & allegat bona iura ibi vide, parum esset mihi transcribere hoc. Sed in contrarium allegat quia si executor videt sententiam iniustã non debet exequi in causa criminali not. Innoc.in c.pastoralis.de offic.deleg.facit quod not. eod. tit.c cum in iure.& ibi do. Catald. non soluit. sed solue tu,vt dixit Alb.de Rosa in d. l. quoniam,qui dicit si certum est quòd iussus mandatis iudicis & superioris sit secundum legem, vel saltem est dubium, an secundum legem ã tunc excusat vbi autem est certum quòd sit contra ius non excusat, allegat multa,ibi vide maxime not.in l. non videtur.§. qui iussu.ff. de regu. iur.cum similibus. Et hæc sufficiant pro addi.quas ponere deberem in glo.sub examine do. Sabe. iudicis vbi do.Ang. ibi aliqua allegat. Sed non vidit Guido de Suza.nec do. Catald.in locis supra alleg.

SVMMARIVM.

1 *Verba sub examine iudicis maleficiorum, quæ in sententijs criminalibus ponuntur, unde sumptæ sint.*



Vb examine D.S. iudicis maleficiorum &c. †Ista verba a sunt sumpta ex text.l.ij. C. de his qui lat. & d.l. si ille. C. de decurio.lib.x.& de lega.l. fin. lib.x.cum alijs allegatis per Angel.in d.l.ij. & aduertas tu iudex maleficiorum, quia si inquisitio sit formata per d. potestatem sub examine tui iudicis tu etiam iudex vna cum d.potestate debes ferre sententiam & ita ibi eleganter,& probatur per Ang.& etiam aduerte, vt ibi dicit idem Angel. quod si inquisitio sit facta per d.potestatem sub examine iudicis maleficiorum quod licet sententia sit formata solummodo in personam solius potestatis tamen si hoc dicatur quod fuit sub examine iudicis maleficiorum & sententia fertur iniusta & iniqua propter hoc iudex non euitat quin in syndicatu possit conueniri quod dicit esse singulariter notandum idem not. Angel. in authen.de litig.§.omnem vero. & bene aduertas ne fiat iniustitia per potestatem sub examine tuo alias tu protesteris vt supra dixi in glo. super verbo, de cõsensu & deliberatione omnium iudicum.

ADDITIO.

a Ista verba. Adde quod hanc formam sequitur Cepo.in consi.xvij.& vide ad materiam Alex. in consi.lxvij in j.volu.Ber.

AVGVSTI. Tu autem in hac difficultate adde ea quæ dixi supra in gloss.proxi. in addit. meis & maxime in hac materia. vide domi. Catldin.in illo suo tractatu syndica. qui omnia ista allegauit quæ allegat do. Angel.hic & de ipso nullam mentionem fecit qui eleganter loquitur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Verba ad nostrum solitum iuris banchum, ponuntur in sententijs criminalibus, quia regulare est vt sententias index ferat in loco maiorum suorum.*

2 *Iudex an possit ferre sententias in criminalibus in alio loco quã in loco maiorum suorũ.*

3 *Iudex ordinarius licet debeat ferre sententiam in loco maiorum, an possit aliũ locũ eligere.*

4 *Locum in quo solitum est sententias ferri, an possit de partiũ voluntate omitti, & si nõ opponitur de loco, an partes videtur cõsentire.*



Os T. potestas prædictus sedens pro tribunali ad nostrum solitum iuris banchum. maleficiorum &c.] †Istud apponi-
1 tur quia hoc est regulare quia etiam in ciui-
b li debet ferre sentẽtias in loco maiorum b suorũ, vt l.fi.ff.de iustitia & iure & ibi Bart.
2 & alii.†Quæro an possit in alio loco quam in loco maiorem suorum ferre sentẽtias in criminalibus. Respondeo aut hoc fecit ex partiũ porrigatione, quando agitur per accusationem, & tunc fieri potest, vt l.quæro. ff.de solu.aut nõ fit ex prorogatione, & tũc aut non potest ibi iudicare aliquo impedimento & tunc potest alibi iudicare & sententia alibi lata tenet. vt no.gl.de eo qui sedit super equo in l.ii. C.de sen.ex peri.recitan.alias autẽ si potest iudicare in loco maiorũ.& consueto in illo debet iudicare alias non valet sententia, vt d.l.fin. Sed intellige verum, si est præses prouinciæ residens in loco.& qui potest in loco maiorum iudicare.Sinautem esset quidam barisellus discurrens per comitatum vel prouinciam, dicendum est ꝙ etiã in agro potest ius dicere & sententiam ferre maxime si res dilationem non recipit, vt l.prouinciarum. C.de fer.& in l.constitutiones.ff.de appellã.nam vbi te inuenero ibi te iudicabo .ita dicit Bal. in effectu in d.l.penult.

b ¶In loco maiorum. Adde tu & vide Cal.in cons. xj.in tit.de offi.ord.Bal.in consi.cclxxxiij.in ij. vol.& ib. ꝙ quis non dicitur præuenisse ex eo ꝙ instrumentum productum fuit in camera iudicis & commissa fuit nuncio citatio.

AVGVSTI. Tu aut in hac materia, adde ꝙ Bar.in l.j.C.de senten.ex peri.reci. dicebat ꝙ verum est ꝙ iudex in turri, vel super equo potest ferre sentẽtiam, hoc intelligẽdum est in eo qui non habet locum maiorũ deputatũ, & sic in delegato, nõ autẽ in ordinario iudice, sed tẽpera dicta Bar.quia si est suspicio vel timor potest iudex etiam ordinarius ferre sententiã super equo vel in alio loco. Ita dixerunt ibi Alb.de Ros. Bal. & Ang.& doc.in d.l.j.C.de sentẽ.ex peric. recipien.& hoc expresse contra Azo. tenet Host.in summa. de sen.& re iudi.§. qualiter.vers.ij.Et de materia vide per Spe.in ti. de sen.§.iuxta propositionis seriẽ versic.& est hoc etiã argumentum ad quæstionem.

3 † Tene tñ menti in hac materia ꝙ licet iudex ordinarius in loco maiorũ debeat ferre sententiã, tñ potest ordinarius eligere sibi aliũ locũ & mutare illum dũtamen publice & notorie hoc faciat, ita dicit Alb. de Ros. multum eleganter in l.cum sententiã.C.de sen & interlo.om.iudi.& ita dicit quod vidit sępe fieri & practicari, & sic intelligitur tex.in c.cũ episcopus.extra de offi.ordi.lib. vi.& ita possumus intelligere dicta Inno.in c.qua frõte.de appel.ibi in camera regis, & ibi vide canonistas. Et ad hoc facit ꝙ multũ eleganter dixerũt Pet.de Anch.& Domini. de S. Gem.in d.c.episcopus.qui allegando Host.dixerũt ꝙ locus maiorũ intelligitur in iudice ordinario, omnis locus qui est intra territorium illius iudicis ordinarii, quilibet ergo locus est sufficiẽs, dummodo sit intra territoriũ intellige tñ prędicta, limita & tẽpera nisi cõsuetudo esset ꝙ talis iudex etiã ordinarius in camera vel in orto, alibi ius diceret, allegãt gl.& doc.in l.cũ sentẽtia. C.de sen.& interlo.om.iudi.Sed vide gl.meliorẽ in auth.de testi §.multæ.q̃ incipit apud eũdem, q̃ vult ꝙ cõsuetudo in hoc attendatur per quã gl.dicit Alb.de Ros.in d.l.cũ sentẽtia.ꝙ iudex etiam in alio loco quam in loco maiorum potest ferre sententiam puta in camera sua vel in domo communis potest suam ferre sententiam, si ita est consuetudo.& ita sæpe fit Pergami dicit tamen Alberi.quod difficilis est probatio consuetudinis & ꝙ tutius est quod ferratur sentẽtia in loco maiorum & vide Bart. in l.i.§. dies.ff. quando appel.sit.qui dicit ꝙ iudex de consuetudine potest ferre sententiam in domo

4 sua †Tene tñ mẽti ea quæ dixit Bal.in l.fi. ff.de iurisd.omn.iudi qui dixit ꝙ de voluntate partium potest omitti locus solitus cõmunis

nis & si non opponitur ista exceptio partes videntur consentire. Quinimo ibi dixi ꝙ si iudex debet sedere in loco consueto, tamē si non sedit stando in palatio, videtur ꝙ ille locus sit habilis cum partes non opponant. Et de materia ista omnino vide Abb. in d. cap. qua fronte. & do. in d. l. i. C. de senten. ex peri. reci. & per Bart. in l. si vt proponis. la. ii. C. quomodo & quando iudex vide gloss. Barto. & Ang. in l. vbi cœptum. ff. de iudi. & vide in l. si locus. ff. de iudi.

SVMMARIVM.

1 *Clausula saluo semper & reseruato, quando debeat poni in sententijs.*

2 *Iudicis factum nihil operatur, si plus condemnaret; vel minus quam deberet etiam si sit clausula saluo semper & reseruato, in his pœnis quæ à lege imponuntur.*

3 *Practica est quod clausula saluo semper & reseruato, apponatur in principio sententiæ ante narrationem inquisitionis & delicti.*

4 *Iudex quando possit aliquam clausulam addere sententiæ vel ab ea detrahere.*



1 SALVO semper & reseruato &c.] †Ista clausula solum apponi debet quādo est pęna pecuniaria non aūt corporis afflictiua, nam licet pœna sit pecuniaria, si tn̄ sit fisco applicanda dicit criminalis, secus autem sit tm̄ parti esset applicanda, vt no. gl. & ibi Bald. in l. ii. §. i. ff. de sepul. viol. & in istis operari potest ista clausula. Si autem fuisset corporis afflictiua, tūc cū statim executio fiat videt̄ ꝙ non debeat nec possit operari qm̄ cū statim fiat executio post executionem iam factam parū aut nihil operatur dicta clausula, vt arg. l. si quis prouocatione. C. de appel. nisi diceremus ꝙ saltem qn̄ est fustigatio vel bullatio vel mitra. contra ius vel statuta & esset talis clausula operabitur, vt videatur redactū ad legitimum terminum ꝙ non sit infamis, vt l. ictus fustiū. & l. quid ergo. §. pena grauior. & quod ibi plene habetur. ff. de infa. Sed hoc etiam cōtingeret si dicta clausula nō apponatur quoniam nō ictus fustium sed causa vera vel propter quā fustigat̄ infamat a
2 vel nō vt d. l. ictus. & quod ibi gl. & doct. Si vero esset pęna mortis & fieret statim executio, dicta clausula nil operaretur, vt d. l. si quis. vnde dicta clausula solet apponi & operatur qn̄ esset pœna pecuniaria, & tunc
b cautela b est ꝙ in principio sententiæ apponatur ante verbum cōdemnatus, nō autem post cum sit functus officio suo, nō videt̄ ꝙ debeat operari, de cuius clausulæ virtute no. Bar. & Imo. in l. iudex postq̄. ff. de re iudic. & in l. i. in fi. ff. de quæst. & in l. aut damnum. §. iste ferre. ff. de pę. & in l. i. in princ. ff. ad Turpil. ibi sed iuxta hoc quęro &c. & vide Bal. in l. si quis à filio. §. fi. ff. de iniusto
2 testamen. †Ex quo sequitur ꝙ si plus cōdēnaret vel minus q̄ deberet, tunc etiam sine dicta clausula in his pœnis quę à lege imponuntur vt infamia tunc factum iudicis nihil operatur nec impedit quin dicta pœna intelligatur imposita, vt l. non possunt. ff. de furt. quædam est pœna quæ imponitur à iudice & tunc suæ sententiæ stabimus vt non possit augere vel minuere nisi apposuisset dictam clausulam, tunc de iudicis intentione apparet manifeste reducere vel debitum terminum & modum & pœna cōdigna statuti vel iuris intelligit̄ imposita, vt no. Bart. in d. l. i. ff. ad Turp. & Imo. ī d. l. iudex. Ideo sis semper cautus iudex vt dictam clausulā semper apponas in prin sentētiæ ante verbum condemnamus. Bar. in d. l. iudex. facit differentiam an sit sententia conditionalis vel solutiuam in certam cōditionem. & idē tenet Sal. in l. ea quidem. vers. sed quia propter denunciationē &c. & in ver. sed si pœna adiiceretur. cum ver. sequen. C. de accusa. Sed Ang. in d. l. iudex. tenet cōtra Bar. videlicet, quod imo semper operet̄ dicta clausula arg. gl. in l. item labeo. §. i. ff. famil. herc. Sed Imo. in d. l. iudex. allegando etiam glo. ordi. in c. prædicator. xvi. q. i. quæ dicit condemno Titium in cētum imo absoluo multum latissime concordat opi. ibi. Sed nō est opus hic opponere præfatorum doct. disceptationem quę esset multum lōga, & impleret folia, qm̄ ipsi semper loquuntur qn̄ vna cum verbo condemnamus, vel post dictam
3 clausulam apponit. †Sed practica est ꝙ dicta clausula in principio sentenrię ante narrationem inquisitionis & delicti apponatur vnde cum apparet de intentione iudicis ꝑtestantis ꝙ iuris terminum non vult transgredi & statutorum, tunc sufficit ꝙ ipse declaret delictum & statim ius pœnam cōdignam

gnam imponit, vt l.j.§.j.ff. ad Turpil. & ibi Bart. ergo dicta clausula operatur ad iudicis excusationem, & perinde est ac si tantummodo delictum declarasset, pœnam autem non imponit nec intendit imponere nisi iustam, igitur excusatur sicut quando dubitat verum sit probatum pronunciat iudex absoluo vel condemno si est probatum vel non, vt no. Bar. in l. ait prætor. ff. de re iudi. quam sequuntur omnes do. igitur &c. & de ista clausa vide Cyn. & omnes doct. in l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. & per Bald. in l. non dubium. C. de leg. in ver. sed iuxta hoc quæritur &c. & in prima constitutione. C. §. quibus. & in l. si seuerior. vij. col. versi. tertio quæro quid si iudex &c. ff. de infa. Si tu tñ velis in hoc articulo concludere. dic vt dicit Imol. in d.l. iudex. †videlicet aut iudex vult addere vel detrahere aliquam clausulam ex interuallo post sententiam & nõ potest, vt d.l. iudex. fallit in l. paulus respondet. ff. de re iudi. aut addit incontinenti, & tũc aut vult dictam clausulam apponere post sententiam habitam pro absoluta & perfecta & non potest, ita videtur velle Bart. & Angel. in d.l. iudex. aut vult apponere clausulam antequam sententiam habeat pro absoluta & perfecta, & tunc aut illa clausula venit ad modificationem & qualificationem sententiæ aut venit ad correctionem vel mutationem in totũ vel in parte. Si venit ad modificationem, tunc videtur ꝙ dictam clausulam possit addere, & hoc clarum quando in contextu eiusdem orationis addit vere vel interpretatiue, vt quia dixit adiudico talem fundum Titio, ita ꝙ Seio debeat seruitutem viæ, vel quia dixit adiudico Titio fundum saluo eo ꝙ infra dicam. Nam si postea addit in alia oratione de seruitute videtur quòd possit, vt d.l. item labeo. cum glo. Sin autem vellet hoc facere in diuersa oratione, & non in eadem vere vel interpretatiue et tunc videtur quod facere non possit, vt d.l. itẽ labeo à contrario sensu & Cy. in d.l. terminato. Sed Imo. tenet contrarium, quia apponitur antequam sententia sit habita pro perfecta & absoluta, vt l. contractus. C. de fide instrumẽ. Sin autem clausula venit ad correctionem sententiæ & tunc aut apponitur in eadem oratione aut in alia arg. not. per glo. in l. exceptionẽ. C. de proba. & l. si quidem. C. de exceptio. vel dic ꝙ si in eodem orationis contextu apponitur, & tunc aut apparet iudicem lapsu linguæ errasse & sic in eo ꝙ præcessit nullatenus sensit, & tunc valet dicta adiectio, vt est glo. xvj. q.j. cap. prædicator. aut id non detegitur & tunc aut ex verbis clausulæ redditur sententia conditionalis & potest addi vnde valet si dico condemno in centum si venit in centum condemnandus ex forma statuti. l.ij. §. biduũ. ff. quando appel. sit. secus secundum Bart. si est sub conditione resolutiua, vt l. ij. cum glo. ff. de in diem addic. vel secundum Imol. idem cũ incontinenti dicatur, vt d. §. biduum. & l. lecta ff. si cert. peta.

ADDITIONES.

a ℭ Infamat. Adde & vide Oldra. in consi. xcij. in fin. Ber.

b Cautela. Adde tu circa hoc & vide Paul. de Cast. in consi. cccxix. & ccclxxvij. & Petr. de Anch. in consi. clxxxij. & in consi. cclx. Calde. in consi. vij. in titu. de re iudic. & Rom. in consi. xiiij. & latius vltra omnes per Alex. in consi. xc. in j. volu. & consi. cxviij. in iij. vol. Ber.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia, ad le Bald. in l. asse toto ff. de hæred. instit. qui dum diffinit illam cõclusionem quare iudex in sententia circa expensas potest adijcere illam clausulam saluo & reseruato dicit quod glo. in l. labeo. §. j. ff. famil. hercisc. decidit an in principali iudex potest adijcere istam clausulam. Item adde ꝙ Bald. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. multum eleganter loquitur in x. col. & ibi dicit ꝙ ista clausula & reseruatio quæ fit in sententia debeat multum operari. per d.l. labeo. Secundo quia cum iudex dixit saluo & reseruato &c. apparet ꝙ de mente eius non fuit velle augere vel minuere imo fuit de mente eius velle se referre ad statuta & sententiã non debet plus posse operari quã fuerit de mente iudicantis, per l. quid tamen. in princi. ff. de arbi. Præterea dicit Bald. posito ꝙ iudex errauerit in specificatione minoris pœnę tantum errorem suum statim correxit quòd potuit facere, tam per verba generalia, vt extra de accu. cap. qualiter. el j. quam per verba implicita & generalia, vt in cap. damnamus. §. fin. extra de summa trini. & fide catholi. Nec ob. si diceretur species derogat generi, vnde verba specialia derogant generalibus, quia respõdetur qđ hoc falsum, quia qñ genus venit derogatiue ad speciẽ generalis locutio specialibus derogat, vt l. si ita scriptum. & l. talis scriptura. ff. de leg. j. Refert postea Bal. quomodo in hac materia fuit altercatio & opin. inter Iaco. de Bel. & Bartol. & quomodo Bart. in hac materia distinguebat, an clausula apponatur in fin. an in principio, sed Bald. ibi damnat sententiam Bar. & sequitur opi. Iaco. de Bel.

de Bel. quia dicit ꝙ idem debet operari clausula apposita in prin. sicut clausula apposita in fi. per c. ij. requiris extra de appel. Item non est verum ꝙ prius transeat in sententia vna clausula quam altera, quia omnes clausulæ in fine concluduntur & in eodem instanti temporis, vt l. contractus. C. de fide instr. & in l. fideicōmissaria. §. j. ff. de lega. iij. Et per prædicta dicit falsam esse sententiam Bart. & veriorem illam Iac. de Bel. quia prædicta clausula nō solū est generalis, sed incerta & generalis protestatio non tollit factum speciale. c. cum M. Ferra. extra de constit. & dicit ꝙ ita seruat ordo iudiciorum. Si ergo ita obseruat ordo iudiciorum, fatuus esset iudex qui recederet ab ista obseruantia sequendo Bar. & idem dixit Bald. in d. l. item labeo. §. j. nam ibi dicit ꝙ iudices maleficiorum adijciunt in finibus sententiarum istam clausulam saluo & reseruato si sententia ista esset præter formam statutorum ꝙ ex nunc intelligatur redacta ad debitum modum, an ista clausula aliquid operetur, & dicit ꝙ videtur ꝙ sic, per illam glo. ibi refert postea quomodo Iac. de Bel. disputauit contrariū & hoc dixit Iaco. in l. si pacto quò pœnam. C. de pac. in addit. suis. & respondet ad illam glo. in d. l. item labeo, quia illa glo. debet intelligi circa non decisa sed omissa. Sed circa ea quæ sunt specialiter declarata non valet reseruatio, quia esset sibi contrarius & contrariæ sententiæ super eodem non valent, sed prima præualet de iure, vt l. j. C. quando prouo. nō est neces. Pręterea dicit Bal. ista clausula continet incertam quantitatem, ergo nō valet. Sed aduertas quia Rapha. Fulg. in d. l. item labeo. §. j. damnat sententiam Iaco. de Bel. & Bal. & dicit ꝙ videtur ꝙ dicta clausula aliquid operetur quia ex quo illa clausula est in eadem sententia ordo scripturæ non est attendendus, quia ꝙ primum dictum est habetur pro non dicto. arg. l. lecta. ff. si cert. pet. & l. si certarū. C. de testa. mili. Nec obst. l. j. C. quando prouo. non est neces. quia illa lex loquitur in sententijs diuerso tempore factis quia prior derogat posteriori, sed in eadem sententia posterior derogat priori sic in pactis. l. pacta nouissima. C. de pac. sic in testamentis. l. si tibi. ff. de leg. j. Nec obst. ꝙ sententia dicatur incerta, quia dicitur certa tanquam referens se ad certum, arg. l. hæc venditio. ff. de contrahen. emp. Aduertas tamen si quis istam opi. Fulg. vellet tenere pro se videat Bald. in l. certa. C. qn̄ prouo. non est neces. in fin. qui per c. damnamus. extra de summa Tri. & fide catho. tenet istā partem & ita dicit ꝙ seruat cōis vsus, & de materia vide aliquid per Bal. in addi. Spec. in tit. de sen. in iij. char. qui allegat d. glo. in d. l. item labeo. quā pro singulari allegat d. Card. in c. interposita. extra de arbi. & Ang. in consilijs suis. consi. xxvj. & vide doc. in d. l. terminato. C. de fru. & lit. expen. & multa allegant Moder. in d. l. iudex. ff. de re iud. Et adde Alb. de Rosa. in tract. statuto, in ij. parte. quest. clxxvj. & late per Ang. in l. non quemadmodum. ff. de iudi.

SVMMARIVM.

1 *Causa que mouit iudicem, quando de necessitate debeat poni in sententia & quid importent illa verba, quia constat nobis, uel per confessionem inquisiti, & similia in sententijs.*

2 *Iudex uolens recedere à pœna legali debet in sententia causam inserere.*

3 *Iudex licet non exprimat causam in sententia, in casibus in quibus deberet exprimere, tamē sententia ualet.*

4 *Causa debet inseri in sententijs criminalibus.*

1 T quia nobis cōstat &c. † Nota ꝙ licet in ciuili nōn sit necessaria apponi causa quæ mouit iudicem, vt not. in c. consuluit. de re iud. & in l. ij. § si. ff. de insa. & plene Ang. & Imol. in l. qui Romę. § duo fratres. ff. de verb. oblig. tamen in criminali videtur quòd causa sit inserenda sicut dicimus in sententia excommunicationis quæ non valet nisi in ea inseratur causa quare excommunicetur, vt habetur in c. j. de senten. excom. lib. vj. & ibi not. Et sic videtur quòd vbi de graui præiudicio tractetur sicut in criminalibus ꝙ causa sit inserenda sicut cum sententia excommunicationis profertur quæ est magni præiudicij, & ligat animam, vel potest dici quòd ista verba non importanc causæ insertionem, sed perinde in criminali apponuntur sicut in ciuili, ista verba apponuntur. Viso libello visis &cęt. de quo per Bartol. in authen. si quis in aliquo documento. C. de eden. & ibi docto. vnde tantum important illa verba, videlicet, & quia constat nobis &cæt, vel per confessionem inquisiti, vel per testes vel per eius contumaciam & sic propter fictam confessionem &cæt. ac si diceretur visa eius confessione vel visis attestationibus, vel visa eius contumacia ex forma statutorum ex qua habetur pro confesso &c. quæ omnia constant ex actis, vnde ad talem peruenimus condemnatoriam vel abso-

absolutoriam. Et non est mirum quia in criminali procedit ad similitudinem ciuilium, vt l. absentem ff. de pœ.

Augusti. Tu aut in hac materia quia supra tactum est an causa sit exprimēda in sentētia, ista materia maxima est & doc. & gl. vario modo loquūtur, ideo remissiue vide per Specul. in titu. de prola. sententiæ. §. qualiter ver. verum. & ibi ponit fallentias qñ causa sit exprimēda in sententia & per Io. And. in c. sicut nobis. extra de re iudi. ibi vide tex. & doc. omnes scribentes maxime do. Abb. vide gl. & Cy. Bal. Ang. & Salic. & omnes in l. properandum. §. illo. C. de iudi. & per Iac. But. & Bar. in l. ii. §. ignominię. ff. de infa. late per Bal. in l. præses. C. de sentē. & Bald. in l generaliter. § i. C. de rebus credi. & Ang. in l. sciendum. ff. de appella. recipien. & Ang. in l. vtique. ff. de rei vendic. & Bal. in auth sed nouo iure. C. de iudi. Ioan. And & alii in c. finem litibus. extra de dolo & contu. Specu. in tit. de expensis. §. postremo circa principium. sed aduertas quia iste doctor hic nō allegat aliquid boni an in sententia criminali sit causa inserenda, ego in indiuiduo allego Bal. ꝙ sic in c. sicut nobis. extra de re iudic. qui hoc dixit in terminis qui dixit ꝙ in sententia criminali causa esset inserenda. Quinimo dixit Alb. in d. § illo. qui multa scripsit in hac materia allegando multas gl. de iure ciuili & de iure canonico dicit ibi ꝙ Iac. de Are dicebat ꝙ in cā criminali cā est inserēda in sentētia Item ꝙ d. Old. hoc volebat qa maius periculū ibi
2 vertitur ꝑ l. in seruorū. ff. de pę. †Sed aduertas quia possumus limitare prædicta vt prędicta procedant cum iudex vult augere vel minuere pœnam in criminalibus quia hoc ipse nō potest facere sine causa. tunc in tali sententia causa est inserenda, alias nō vt voluit Sali. in d. § illo. & sic cum iudex vult recedere à pęna legali in criminalibus debet inserere causam & sic possumus temperare prædicta. Tene tñ menti quæ dixit do. Abba. in d. c sicut nobis, & eleganter referunt Moder in d. §. illo. vbi latissime scribunt ꝙ in illis casibus specialibus allegat. à doc. qui ponunt ꝙ causa exprimi debet in sentētia.
3 tñ si non exprimitur teneret sententia. †Et pro hac conclusione nostra bene facit quod dixit Bar. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan. infa. in ij. col. qui dixit ꝙ licet iudex in sententia sua vbi auget vel minuit pœnam in criminalibus debeat facere cum causa tñ si in sententia sua nō exprimit causam sententiā tenet. †Scias tñ ꝙ Al- 4
be. de Ros. in d. §. illo. indistincte dicit ꝙ in criminalibus causa debet inseri in sententia & dicit ꝙ ita cōtinue seruatur de facto, qa iudices maleficiorum ponunt in sententiis suis, quoniam talis accusatus fuit de tali maleficio cōtra eum inquisitum & doctum est per testes vel eius cōfessionem ipsum maleficium cōmisisse, ideo eum condemnamus, vel quia non est repertus culpabilis, ideo ipsum absoluimus. Si ergo ista sunt in obseruantia nō recedamus ab ipsa, & hæc teneas menti, quia ista fuerūt incognita nedū isti doctori hic, sed nec fuerūt allegata à Mod. in d. §. de illo. & de materia vide aliqud per Bal. in l. pe. C. de fideicō. lib. & in l. fi. C. de consti. pec. & per Bald. in d. §. si ignominiæ. & per Ang. in d. § illo. & ibi per Fulg.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatio in qua dicitur, condemnamus Titium pro dictis vulneribus in lib ccc. an differat ab illa in qua dicitur condemnamus in ccc libris, videlicet pro tali in l. pro tali in cc. pro tali in aliis l & pro tali in cc.*



Ictvm Sempronium in ccc. lib. Bononien. sentētialiter con-
1 demnamus.] † Ista est pœna pecuniaria, quādo autē est corporalis infra dicā. Et aduertas ꝙ est maxima differētia, an dicat ꝑ dictis vulneribus condēnamus ipsum in ccc. lib. an ꝑ tali vulnere in l. & pro tali in aliis l. & ꝑ tali in centum. vel etiā si dicat condemnamus in ccc. lib. videlicet, ꝑ tali vulnere in l. & ꝑ tali in cc. & ꝑ tali in l. vt est gl. in l. vbi fideiussor.
a ff. de solu. ꝙ facit si a statuto cauetur ꝙ bannitus à centū lib. supra impune possit occidi si sit cōdemnatus supra dictis modis exprimēdo quātitatē ꝑ quolibet vulnere non dicit cōdemnatus vltra centū lib. licet vnica sentētia fuerit cōdemnatus simul, & sic nō poterit impune occidi. ita dicit Bar. in l. vbi fideiussor. & in l. ij. ff. de cōdi. insti. & ibi Imo. facit ꝙ no. Bar. plene in simili in l. qui fundum. § cohæres. ff. ad legem falcidiam. & quod not. Bartol. & Imol. in l. quoties in stipulationibus ff. de verb. obliga. sed Angel. in l. si qui separatim. § j. ff. de appella.

d. cit

dicit ꝙ si dictæ summæ descenderit ex condemnatoria facta ex vna accusatione numero dicetur bannitus in centum, alias tene opinio. Bartol. Sed ibi Imol. indistincte tenet opinio. Bartol. quia cum sumus in materia pœnali, & sic restringenda videtur quod indistincte dicta summarum coaceruatio non sit facienda, ad hoc vt non posit impune occidi. Quinimo fortius ideo quod dicit Bartol. in d.l. vbi fideiussor. si iudex dicit condemno Titium in ccc. videlicet, pro tali vulnere in xl. pro tali in l. & pro tali in xc. an dicatur condemnatus vltra centum libr. ita ꝙ posit impune occidi ex forma statuti, nam si attendimus numerationum quantitatum de per se non est cōdemnatus vltra centū libras, si cumulū. quia dixit in trecentum libris, tūc est cōdemnatus vltra centum, & finaliter Bar. ibi dicit ꝙ attendi debet quantitatum dinumeratio & non cumulus, & sic non dicetur cōdemnatus vltra centum libras. alleg. l. ædiles autem. §. si. cū glo. ff. de ædil. edi. & l. Lucius. § qui habebat. ff. ad Trebel. & hoc etiā tenet ibi Bar. & hoc etiam tenet Bal. in l. an & si fur. ff. si cer. peta. facit quod no. Bart. in simili, in l. de pupillo. §. si pluribus. versi. Itē sciendum. ff. de no. oper. nuncia Sed contra hoc est tex. secundum Franc. tig. in l. oues. in princ. coniuncto ver. qui sępius. ff. de abi vbi etiam in odiosis & pœnalibus fit cumulatio, facit quod no. in l. si idem cum eodē.
b ff. de iuris. om. iud. vnde forte de iure b verior est distinctio Ang. in d.l. q. separatim. Sed opi. Bar. maxime cū ab aliis cōprobetur propter eius autoritatē, tenetur in practica, ꝙ tene mēti, quia sæpe occurrit de facto.

ADDITIONES.

* a ℭCirca istam. q. statuti cauentis ꝙ condemnatus in centum posit impune offendi, & vnus fuit condemnatus bis in quinquaginta nunquid posset impune offendi, tanquam cōdemnatus in centum, dic ꝙ non, vt hic habetur. adde etiam Bald. in. §. discipuli. in l. consti. fforum. & in l. sancimus. in fi. C. de dona. & Ang. in l. quoties. ff. de verb. oblig. fallit quando condemnatus ad certam pœnam, & propter nō soluere illam, incurrisset aliam pęnam secundum limitationem Ang. in l. scire debemus. de verbo. obli. item quando eo tempore fuisset cōdemnatus in dictis duabus quantitatibus, licet ex diuersis causis secus si diuerso tēpore, facit id quod habetur in l. si idem cum eo. ff. de iurisd. om. iudic. & in l. si plures. ff. de pact. vide omnino d. Alex. in d.l. si idem cum eodem. in fi. prin. Adde Cyn. in rubr. & in l. i. de crim. stel. Quid si statuto caue tur quod bannitus in quinquaginta libris posset impune occidi & an tale statutum habeat locum in proditorem occidente. Ang. quod non in l. j. C. de delat. lib. & in l. i. §. non fuit. ff. de dolo.

b Additio. Nam secundum opinio. Ang. fuit iudicatum Vincen. in consulatu. 1480. die 27. Maii. dum esset iudex malefic. mag. d. Nico. Michael. in causa illorum de quinto, qui interfecerunt Zampetrum Martinellum qui erat condemnatus in xxv. quis si non soluerit intra duos menses pęna duplicetur stante statuto quod condemnatus in l. posit impune offendi.

AVGVSTI. Tu aūt in hac materia, adde Ang. in l. scire debemus. ff. de verb. obl. qui hoc expresse affirmauit dicens, ꝙ si statuto cauetur ꝙ bannitus in eodem banno in centum posit inpune offendi, ꝙ si aliquis est bannitus in l. & in aliis l. in eodem banno non dicetur bannitus in centum, & dicit ꝙ de hoc est gl. magistralis in d l. vbi fideiussor. & in l. quoties inscriptionibus. ff. de verbo. obli. & sequitur Pau. de Cast. in d. l. scire debemus. & voluit Bald. in l. sancimus. §. si quis autem el. C. de dona. & Angel. in l. si idem cum eodem. ff. de iurisd. omn. iudi. & Imo. in l. si quis testamento. in prin. ff. de lega. i. Nec ob tex. in l. fi. ff. de ab. g. per quem tex. etiam Ro. in d. l. si idem cum eodem. ff. de iurisd. om. iud. tenuit contra Bar. quia nō tantum dicitur abigeus qui decem oues furatus est. Sed etiam ille qui sæpius decem oues furatus est. & vide Angel. in d. l. i. de condi. insti. qui approbat dicta Bart. ibi adde Angel. in l. si plures. ff. de pact. & ibi limitat istam materiam. & Angel. in d. l. nam & si fur. & Pet. de Ancha. & Imo. in c. pe. extra de dona. in viii. col. & intelligi prædicta non procedere vbi quis in eadem rixa fecit plura delicta propter quæ fuit condemnatus in vno delicto in l. puta propter insultum, & propter aliud delictū puta propter vulnus illatum in aliis l. quia tunc habebit locum statutum ꝙ bannitus in cētum poterit impune offendi, elegās est decisio Ang. in d. l. si idem cum eodem. ff. de iuris. omn. iud. qui ita limitat prædicta quia cū illa delicta sint facta in vna & eadem rixa, censentur vnum factum, vt no. gl. magna in l. i. C. vnde vi. & in l. hos accusare. §. lege. ff. de accu. & hoc etiam tenuerunt Ang. & Rapha. in d. l. si quis separatim. §. i. & Pau. de Cast. ibi, licet Imol. in d. l. si quis separatim. tenet contrarium ibi Raph. in d. l. si idem cum eodem. & male. & hoc est ꝙ voluit dicere do.

Angel.

Ang. supra adde quæ dicta sunt p me post Mod. in d.l. scire debemus. ff. de verbo. obl. & in l. quoties in stipulationibus eo. titu. Et adde do. Nellum in tract. banitô. in secundo tempore de concurrentibus post perfectum bannum q. vij.

2 *Damnatus ex inquisitione, an sit infamis.*
3 *Damnatus actione iniuriarum, an sit infamis.*
4 *Damnatus ex forma statuti, an sit infamis.*

2 ANGE. † An damnatus ex inquisitione c sit infamis c istã q. format Bar. in l. infamẽ. ff. de publ. iud & Raph. Imol. & Ang. in l. si vacãtia circa fi. C de bo. vac & Salic. in l. ea quidem. versi. sed quia propter denunciationẽ. & ver. vltimo quæro. C. de accu. vbi in effectu cõcluditur, aut est dãnatus ex inquisitione & punitur aliqua coertione quæ eum infamat & tunc est infamis, vt l. ictus fustiũ. ff. de infa. aut nõ punitur sed simpliciter cõdemnatur & tũc aut inquisitio permittitur tãquã a publico iudicio separata, vt l. nullũ. C. de testi. in vlt. gl. & tũc non est infamis. Sin aũt inquisitio succedit directo in locũ accusationis publici iudicii tũc condẽnatus est infamis, vt probatur in l. athletas. §. calũniator. ff. de infa. & ibi vide Bart. & Bal. in l. etiam. C. de fur. & in l. j. C. de calum. & Angel. vltra alios in l. eum qui non probasse. eo tit. & gl. Cy. & doct. in l. fin. C. de suspe. tut. & gl. & Dy. in l. 3. §. præterea.
3 ff. de suspec. tuto. † Quæro an damnatus d actione d iniuriarum sit infamis, dic q sic ẽt pro leui iniuria, vt in c. cum te. de re iudic. Consilium tamen est ad euitandã infamiã vt non compareat per se sed per procuratorem qñ potest procurator interuẽnire, vt l. furti. § qui ali. no. ff. de infam. ver. q soluat ante condemnationem vt absoluatur, vt l. si reus paratus. ff. de procur. & no. Bar. An-
4 ge. & Imo. in d. l. infamẽ. † An autem damnatus ex forma alicuius statuti sit infamis, vel an confessus crimen sit infamis, siue in iudicio, siue extra, dic vt plene per Bart. & Imo. in d. l. infamem.

c Infamis. Adde & vide Pau. de Ca. in consi. 198. in primo impressis. Bar. in consi. clxxix. & Caldeum quũ de accu. consi. j. Fulgo. in consi. lxxj. & Cepo. lxv. Ber.

d Actione. Adde & vide Ioan. de Ana, in consilio xlviij. Ber.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia, adde quæ dixit Bald. in l. certa ratione. C. quando prouoca. non est necess. qui dicit quòd licet regulariter condemnatus ex inquisitione sit infamis, tamen si condemnatus ex inquisitione sit condemnatus propter contumaciam, isto casu non erit infamis, & hoc dicit quòd voluit Dyn. & dicit quòd omnes docto. hoc non sequuntur q contumacia non infamat. Sed si ex confessione sunt condemnati isto casu sunt infames, si vero ex testibus sunt condemnati cum rei ipsi nunquam confiteri voluerint nullo iure cauetur q sint infames quia nulla lex dicit q merum officium iudicis infamet, imo de iure cõi talis processus est prohibitus, vt ff. de mune. & ho. l. ex rescripto. §. si quis accusatorem alias sunt famosi, vt il. congruit. ff. de offi. præsi. & vide Alb. in l. j. C. si tut. non ges. qui dicit, hæc gl. sæpe allegatur p aduocatos q dãnatus ex aliquo crimine per inquisitionem non sit infamis, secus si per accusationem per d. l. infamen. & dicit q hanc opi. tenuit Dy. de facto consultus in ciuitate Florentiæ & illud cõsiliũ incip. q Ser crossus laudi nõ sit infamis &c. & dicit Albe. q Old. fuit in contraria opi. & multa allegat pro & contra, ibi vide. & dicit Albe. q scripsit in ista materia in l. iurisiurandi. C. de testi. in versi. & quia dignitate & fama testiũ. & istæ conclusiones an sint veræ vel falsæ, vide de materia Bald. in l. si his. C de fur. per Canonistas in c. qualiter & quando. extra de accusa. per Bart. & doc. in l. ictus. ff. de his qui notan. infam. per Bal. in l. edita. C. de eden. per Bar. to. in d. l. j. C. si tut. non gesse. per Bar. in d. l. ij. §. præterea. adde Bal. in l. obseruare. § proficisci. ibi quinto quæro. ff. de offi. procon. & leg. Bal. late in l. ij. ff. de pœna. & adde pulchra verba Bal. in l. athletas. § calumniator. ff. de his q notan. infa. in j. col. qui ponit quando inquisitio sit facta secũdum formã iuris, vel qñ secundum formam statutorum, & quomodo aduocati antiqui & Gandin. habuerũt vnam opin. & Bart. aliam in hac materia. & Bart. ibi approbat dicta sua in d. l. infamen. vide pulchra verba Bal. in l. quoniam. & ibi Ang. ff. de his qui notan infa. qui ponunt de confessione vera vel ficta an infamet, & Bal. pulchre in d. l. ictus fusti. eo. tit. & in l. j. & in l. quid ergo. §. ex compromisso. ff.

de his qui notã.infa.& omnino Abb in rubri. extra de iudi.in fi.vnum longum cõsilium fecit Calde.in consilijs suis. in titu.de accus.in cõsi.j.qui per subtiles rationes defendit vnum qui per inquisitionem fuerat cõdemnatus ꝙ falsos testes produxerat ꝙ iste talis non sit infamis,& vltra omnes disputat istam materiam do. Nellus in tract. bannitorum.in secundo tempore de cõcurrentibus post bannum perfectũ in xlix. & in hac q. & ibi ponit q̃d si est dãnatus per inquisitionem vel ex forma alicuius statuti an sit ifamis, de oĩbus istis adde pulchrũ consilium Bar.in cõsi. suo clxix. & Pau. de Ca.in cõs.cxcvj.an aũt condemnatus actione iniuriam sit infamis,adde Bal.& Salice. in l.decuriones.C.de his qui not.infa.ꝙ nõ est infamis nisi sit atrox iniuria, & Ang.in d.l.infamẽ.dicit ꝙ omnes doct.ita tenent,licet Imo.ibi aliter recitet ipsum & gl.i c.cũ te.extra de re iud. videtur tenere hoc & ibi Abb.ponderat ipsum & Imo.ibi alleg.Spe. licet Bart.& Imo.in d.l.infamem. videatur velle ꝙ etiam si sit modica iniuria illa infamet.& hoc voluerunt Innoc.Hostien.Ioã. And.do Anton.de Bu.& Imol.in d.c.cũ te. extra de re iudic.

5 *Statutum tempore delicti imponebat pœnam grauem pro aliquo maleficio, tempore inquisitionis uel accusationis fuit factum statutum imponens minorem pœnam quòd statutum attendetur.*

6 *Statuto dicente quòd pro tali delicto soluantur decem libræ, si postea mutetur moneta qua moneta attendetur*

7 *Statuto dicente quòd homicida puniatur pœna librarum mille Titius occidit Seium & antequam de illo homicidio accusaretur, superuenit statutum imponens homicidis pœnam mortis, & Titius accusatur, quòd statutum attendetur.*

5 Ange. †Quæro tempore delicti erat vnum statum imponens grauem pœnam pro aliquo malefficio, tempore vero accusationis vel inquisitionis factum fuit nouum statutum imponens minorem, quòd
a statutum attendetur,[a] vide late per Barto. in l.omnes populi. in xv. & xvj. colum. de iust.& iur.in ver.iuxta p̃dicta quæro in delicto &c. vbi post multorum opiniones recitatas concludit quòd quædam est pœna ordinaria & propria delictorum, & in ista semper inspicitur tempus delicti, siue sit publicum siue priuatum, vt l.j.ff.de pœ.& l.si quis decurio.C.de fal.& in l.iniuriarum.ff. de iniu.& l.statuliberi à cæteris.ff.de statulibe. Quædã est adiectio pœnæ quæ adijcitur ex aliqua causa vel minuit, vt l.q̃d ergo.§ pœna grauior.& ibi no.ff.de his q̃ notan.infra.& tñ in tali adiectione vel minutione facienda inspicitur tẽpus sẽtẽtiæ, vt l.pe.ff.si ex noxa.cau aga. & istud sentit ibi glo.in vlti.solutione.& in §.oportet igitur. in auth. vt iud. sine quoquo suffra. ex quo etiam subiungit ibi secundum quãdam rationem Ray. aut per statutum imponit pœna delinquenti, aut iam imposita mitigat. Primo casu aut statutum continet pœnã delicto cõuenientem & inspicitur tempus delicti, aut continet pœnam grauiorem q̃ cõueniat & inspicitur tempus sententiæ vt patex ex prædictis. Secũdo casu qñ pœna iam impositi mitigatur, verbi gratia dicit statutum ꝙ bannitus liberetur soluendo centũ istud etiam porrigitur ad bannitos anterioris temporis, secundum ꝙ erat aliud statutnm, ratio, quia talis modus liberationis cõtingit post delictum commissum vt ex prædictis patet, & ita ibi intelligitur quod not.
6 Cy.in l.leges.C. de legi.†Quid autẽ si statutum dicat ꝙ pro tali delicto soluãtur de-
b cem libræ, postea moneta [b] mutatur an debeat soluere secundum æstimationem antiquam vel nouam vide Pe. de Ancha.in clemen.j.de deci. in pe.col.

ADDITIONES.

a Attendetur. adde tu & vide Pau. de Cast.in cõsi.xvij.& ibi quid si est statutum antiquum, quod potestas nõ inquirat de delicto post menses quatuor,& fiat aliud statutum ꝙ de incestu inquiratur vsque ad triennium, an poterit inquiri. Ber.

b Moneta. Adde tu & vide Ro. plenissime loquẽtem in consi. xxiij. & ibi quid in rescriptis quid in contractibus, & quid in testamento, & etiam per Abb.in consi.lij.Ber.

Avgvsti. Tu autem in hac materia adde quòd ex notatis per Barto. in l. prima.ff.de pœn. potest colligi bona doctrina in hac materia. & vide Albe.de Rosa. in l. leges.C.de legi.in vij.colum. qui in terminis ponit istam quæstionẽ quam disputauit Richar. Malum.quam de verbo ad verbum

bum posuit Barto.in d.l.omnes populi. & ipse Alb.de Ros.sequitur opi.dicti Richar. pro qua opi.dicit ꝙ alleg.no.per Io.And.i. cle.de æta.& quali.in c.vt hi q in gl.q̃ incipit,ꝙ posteris.& alle.Gand.in trac. suo ma lefi.de pœnis & percussioni. & insultationi bus. ver. pone me accusare Titium de quæ stione illa quã dicit etiam disputasse Rayn.

7 de Forli.in studio Bononiæ q̃ talis est, † statuto cauetur ꝙ homicida pœna mille librarum puniatur. Titius occidit Seium anteq̃ de illo homicidio accusaret superuenit statutum nouum imponens homicidis pęnã mortis. Titius de dicto homicidio accusat quæritur vtrum puniri debeat pœna mille librarum secundum statutum vetus, quia actus homicidij pfectus & præteritus erat, aut puniri debeat pœna capitis secundũ statutum nouum, ibi aliter loquuntur quã in hac materia.vide Pe.de Ancha.in c.j extra de consti.in xiij.q.quę incipit.quæro à quo tẽpore & ad quod tempus & vsq; ad quod tempus statutum vim suã extendat. ĩ versi.pro cuius declaratione ponit qõ. Richar. Malum.quæ talis est,vbi Pe.de Ancha. recitat d. Bart in d.l.omnes populi.de verbo ad verbum,& sequitur ipse Bar.

8 *Condemnatio ipso iure ualet licet iudex excedat modum in condemnatione, puta quia quum deberet condemnare in centum condemnauit in cl. & ligat condemnatum nisi appellet.*

8 Ange. † Et aduertas ꝙ licet iudex excedat modum in condemnatione, vt puta debebat Sempronium condemnare in cẽtum libris. & eum condemnauit in ccc. tamen ipso iure valet sententia,& ipsum condemnatum ligat nisi appellet,vt d.§. pœna grauior.secus esset in multa quia iudex debet certa ratione & fine multare, vt l.eos. C.de mo.mul.alias aũt si contra d. l.& eius modum statutum multam irrogauerit firmitatem non obtinebit e & sine appellatione potest rescindi, vt est tex.& ibi not. in l. certa ratione.C.qñ prouo.non est necess.

e Obtinebit. Adde & vide de hoc per Old.in cõsilio xv.Bet.

Augusti. Tu autem in hac materia adde declarando prædicta quòd si iudex multauit aliquem in centum & sic stetit in finibus iurisdictionis suæ, sed ex causa iniusta hoc fecit credens causam esse iustam tunc isto casu opus est appellare, q̃a multa nõ est ipso iure nulla, & iste est casus in l.& in multis.C.de app.vbi habetur ꝙ si iudex circa multã facit iniustitiã alicui opus est appellatione,dicta ergo do. Ange. hic intelligas in iudice q non poterat multare nisi in decẽ & multauit in duodecim & sic excessit fines iurisdictionis suæ.Sed cã fuit iusta, q̃a licet causa sit iusta & multauerit 1 duodecim,multa erit ipso iure nulla,& vide gl. in d.l.certa ratione.& doc.in d.l & in multis,& in d.l.eos.& dic t do. Catal. in tracta. syndi.in q. ccxlix.ꝙ iste iudex qui condemnauit in plus fiscus nihilominus habebit illud plus ꝙ iudex tenetur ad interesse partĩ arg.eorũ quæ habent in l.fi.C. de mo.mul.

9 *Iudex an possit contra unum ex inquisitis ferre sententiam. & contra alios suspendere processum.*

9 Ange. † Et vt videtis hic inquirebatur contra plures. An iudex possit contra vnũ sententiam ferre & contra alios interim suspendere processum.dic quòd sic, vt l. non idcirco. & quod not. ibi glo. & Barto.ff.de iudi.& no.ff. de re iudi. l.de vnoquoque. & intantum quòd Barto.dicit in d.l.non idcirco. quòd aliqui sunt contumaces & aliqui non, propter contumaces non debet processus contra præsentes retardari.

Augusti. Tu vide Moder. in d. l. de vnoquoque. & Bal.& Ange.qui sequuntur Bal.ibi in d.l.non idcirco.& ibi Pau.de Ca. alleg.not.per Barto.in l.3.§.fi.ff. de duob. reis.& bene faciunt not. per Bal.in authen. si omnes C.si vt se ab hære. absti.

10 *Iudex sit bene cautus cui faciat pœnam applicare quia statuta diuersimode disponunt, statuto autem non disponente, quomodo sit applicanda uide.*

10 Ange. † Et tu iudex sis bene cautus cui pœnam applicari facias, quia vt plurimum per statuta prouidetur quòd aliquando fisco, aliquãdo parti, aliquãdo ꝓ parte fisco, aliquãdo pro læso. Sin autẽ non prouidet, tunc aut dant actionẽ & applicat parti, aut dant accusationem & applicatur fisco, aut simpliciter dicit sub pœna cẽtum vel simi-

lia verba, tunc aut certa persona est læsa, & eius respectu pœna imponitur & applicat parti, vel.fin.ff.de reli nisi sit bonorū publicatio, vt l.iubemus.§.de his.C.de sacrosan. eccle.de quo late per Bar. in l.agraria.ff.de termi.mo.& per Imo.in rub.de pub iudi.

AVGVSTI. Tu aūt in hac materia an pœna applicet fisco, an parti, adde Abb.in rubri.extra de iudi. referentē Bar.in d.l.agraria.& approbat dicta sua licet Ang.in l.si id quod.ff.de iurisdi.om iudi referat Barto.& damnat vnam suam distinctionē in vltimo membro qui dicit ꝙ Bar.dixit contra text. in l.pe.ff de in ius vocan.vbi lex non faciebat mentionem de actore vel accusatore,& tamen pœna applicatur parti, dicit tñ ꝙ si pœna imponitur propter publicam offensam, tunc bene applicatur fisco contra glo. illius l.si id quod.quam gl. sequitur Io.Andre.in ti.de dolo.§. restat in prin. & in ver. sequentibus & ibi dicit Io.And.ꝙ vbi pœna imponitur ex edicto prætoris, illa applicatur parti nisi lex cōtrarium dicat, & ideo in d.l.pe.allegat per Ange. loquitur in edicto prætoris ꝙ sic potes limitare dicta Bar. in d.l. agraria. & saluare Bar. ab impugnatione Ang.vel aliter respon. vt dixit Im.in d.rub.de pub.iud.Et de materia per Bal. & doc.in l.ecclesiæ.C.de epi.& cle.& late per Sali.in l.multarū.C. de modo multa.Et vide pulchra verba Ang.in l.ptor.ff.de sepul. viol.& ibi etiam allegat aliqua.

11 *Fiscus an habeat bona delinquentis pro delicto hypothecata.*

11 ANGE. † Quæro an pro delicto fiscus habeat bona delinquentis hypothecata, dic
a quòd non. a facit quòd no.gl.& Bar.in l.rescriptum.ff.de pactis.& quod no.Dyn.in l. placuit.ff.de iure fis.& quod no. Barto.in l. aufertur.§.fiscus.eo. titu. & plene per eundem in l.post contractum ff. de dona.licet Cyn teneat cōtrarium in l. si quis post hac. C.de bo.proscript.

ADDITIO.

a Quod non. Adde Fulg.idem dicentem in consi. clxxix.in penulti.colum.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia vide pulchram decisionē Bal. in d.l. rescriptum.& glo. & doct.in l.j.C.de pœn.fisca. cre.præfer.lib.x.& Ang.in d.l. rescriptum, & in d. l. si quis post hac. Aduerte tamen quòd post sententiam communis sententia est quòd bona delinquentis sunt hypotecata, sed aduertas intelligendo prædicta & declarando, quòd per istam hypothecam non excluduntur creditores illius condemnati qui essent creditores, aliter quā ex delicto illius per d.l.j.Sed solum competeret hypothecaria contra debitorem possidētem vel contra tertium possidentem qui creditor non esset, ita dicunt Guil.de Cu.Iaco. But. Bal.Ang.& Pe.de Anch in d.§.rescriptum. & vide gl.& Bar.in l.si is qui.ff. de iure. fis. Adde ꝙ vltra omnes loquutus est Bald.in ista materia in l.j.C.de iure fis.lib x.

12 *Statuto dicente, quòd pater teneatur soluere cōdemnationem filij, an si filius sit contumax possit contra patrem sine aliqua inuestigatione delicti, quia contumax ex forma statuti habetur pro confesso, exequi dicta sententia.*

13 *Statutum quòd ex delicto vnius alter teneatur corporaliter, non valet & statuto dicente quod ex delicto filij facta condemnatione pater teneatur, quando contra patrem sententia habebit executionem*

14 *Patrem teneri pro delicto filij an intelligatur de forensi, & an habeat locum in auo, & nepote, & filio bastardo.*

15 *Statutum quòd pro delicto vnius, pater vel alius teneatur, siue pœna sit pecuniaria siue corporalis, an valeat.*

1 *Statutum quòd illi de domo teneantur pro consorte an valeat.*

12 ANGE. † Quid si statuto cauetur ꝙ pater teneatur soluere cōdemnationem filij, an si filius sit contumax possit contra patrem sine aliqua inuestigatione delicti, quia contumax ex forma statuti habetur pro cōfesso, exequi dicta sententia. Bar.in l.cum filius, in prin.ff.de verbo.obli.tenet quòd sic, idem Bald. in l.j.C. ne fil. pro pat. ex quo Bal.ibi no. quòd valet statutum quòd pater teneatur soluere condemnationem ex delicto filij in pecuniariis, quia hoc posset fieri pacto, ergo & statuto, vt in rubri.C.
13 de decre.decur lib.x. † Sed non valet statutū, ꝙ ex delicto vnius alter teneatur corporaliter, vt no.gl.xxiij.q.v. cum homo. & idem no.Im.in d.l.cum filius.Si aūt statutū dicat

dicat ꝙ ex delicto filij facta cōdemnatione pater teneatur, tunc nisi filius fuerit præsens vel confessus vel si non fuerit confessus tñ de delicto fuit cōuictus nunq̃ contra patrē habet executionē, vt no. gl. insti. de noxa. §. fi. & Barto. in d. l. cum filius. & quod ibi no. Imo. & Bal. in d. l. j. si aūt fuerit præsens & sponte confitetur vel præcedēti tortura vel testibus fuit superatus, tūc pater tenetur ēt si non fuerit citatus in iudicio, vt l. j. C. vbi cau. fis. & not. glo. & ibi Bar. in l. in conditione. ff. ad Silla. An autem ꝙ pater cogitur soluere pro filio possit in suam legitimam imputare, dic vt no. Bar. in l. stichus. ff. de pec. lega. & Bal. in d. l. j. ne filius pro patre.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia, adde quòd id quod affirmauit Barto. in hac materia in d. l. cum filius. affirmauit ēt in sua disputatione quæ incipit, Perusinæ ciuitatis, & multa allegauit Roma. in l. si filio. la. j. ff. solu. matri. & videtur inclinare in sententiam Barto. & Ange. in l. ij. §. fin. ff. si ex noxa. cau. aga. & Bald. in addi. Specul. in titu. de prola. sen. in xvij. col. & Salice. in l. si filius. C. ne filius pro pat. quamuis Bald. contrarium dicat in l. si filius. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & Bald. in l. prima. §. si quis procurator. ff. si quis ius dicen. non ob temp. & Albe. de Rosa. in j. par. statu. q. lj. vbi late disputat. vide in q. lj. & lij. & liij. & liiij. in eadem parte. De materia aliquid p do. Ant. de But. in c. q̃uis. de sen. & re iudic. Bal. in l. fi. in vj. col. C. de bo. quæ lib. in §. j. & Bal. in l. ij. in vj. col. C. de eden. & Imo. in d. l. cum filius. Ego latissime ibi posui post
14 Moder. dic. vt ibi. ¶ Et de ista materia quādo pater tenetur pro delicto filij, scias ꝙ nō intelligitur de patre forensi qui habet alibi domicilium, licet in loco delicti habeat aliqua bona, & ita dixit do. Catal. in trac. sy n di. q. cxxx. & ibi vide ꝙ non habet locū in auo, nec in nepote, nec in filio bastardo, & ibi vide ꝙ pater possit reuocare confessionem ipsius filij, & ꝙ per procuratorem po
15 test pater cōparere & alias q. ibi videt. Inquantum aūt tactū est supra an valeat statutum ꝙ pro facto vel delicto vnius pater vel alius teneatur siue in pecuniarijs, siue in corporalibus pœnis addatis quod Bal. in rubri. C. res inter alios acta. cōclusiue dicit statutum non tenere si imponat pœna corporalem vel infamantem pro delicto alterius, & sequitur Sali. ibi de pœna infamiæ. Bald. pessimè loquitur contra text. in l. quisquis. C. ad l. iul. maiest. vbi pro delicto patris filij infamantur. & tenet Inno. in c. grauē. extra de sen. excom. Sed in pœna corporali forte melius loquitur Bal. & sequitur Bal. in d. l. j. C. ne filius pro pat. & Pet. de Anch. in repe. c. canonum statuta. extra de consti. in versi. hoc quæro. vlterius scriptum est in l. diuina & idem Sali. in d. l. si filius. Sed vltra oēs vide Albe. de Ros. in j. par. statuto. q. l j. Et de materia vide Bal. & Ang. in l. lex Corne. ff. de vulg. & pup. & Bald. in l. si quis in tantū. C. vnde vi. & Bal in l. si qua pœna. ff. so. ma. & Bal. in auth. si captiui. C. de epis. & cle. & in l. ii. ff. si ex noxa. cau. aga. Bal. in l. si filius C. de bon. proscrip. & per Bal. in l. fina. §. j. C. de vsur. rei. iudi. Pet. de Ancha. in c. ii. extra de delic. pue. vide pulchra verba Bal. in l. sancimus. C. de pœ. vbi post Guil. de Su-
16 za. dixit valere statutū ꝙ illi de domo teneantur pro cōsorte, quia subest cā, videlicet vt magis abstineāt à delicto, nā sufficit sola causa, licet nō interueniat culpa eius ꝙ punitur c. quoniam. §. si vero. vt lite nō cōtesta. plene. no. in l. ij. extra de consti. & idē Bar. in l. iure ꝓuisum. C. de fabr. li. xi. Ang. in consi. lxii. incipit, nobilis miles. d. Ray. in tracta. repræsaliarum. in iiii. q. prin. i. q. licet Bart. aliter dixerit in l. hi penes. C. de agric. & censi. l. b. x. & expressius Bal. in authen. & omnino. C ne vxor pro marito. in iii. q°. & Iac. de Bel. in auth. vt non fiant pigno. in q. ibi disputata per eum per Ioā. And. in c. nō debet. de re iudic. in vj. Sed dicta istorū intellige, vbi non subesset causa, alias nō valet statutum quo ad aliam pœnā quā corporalem per d. c. sine culpa. de re iudic. lib. vj. per ea quę no. Bal. in prohem ffotum, in princ. dum concludit valere statutum auferēs dominiū rei mex ex iusta causa & Barto. in l. j. §. familiæ. ff. de publi. tenet valere statutum ꝙ quis pro delicto familiæ teneatur, & aliquid per Bar. in l. si titius. ff. de testa. mili. faciunt pulchre no. in l. dotis. C. de iure dot. & per Imo. in c. pen. de consti. qui dicit valere statutū ꝙ filius teneatur ad debita patris etiam si non sit hęres; & de remedio, vide per Bald. in d. l. dotis. nūquam tñ vidi aliquam legem ita iniquā quæ diceret mihi quod corporaliter quis puniat p delicto

delicto alterius, & credo tale statutum non valere tanquam iniquũ, per rationes quas Bald. alleg. in d. rubr. res inter alios acta, ꝙ aũt qs infamiã patiatur pro delicto alterius & ꝙ patiatur excõicationẽ ista facilius possunt aboleri per superiorem. Sed pœna corporalis imposita non põt amplius tolli, per ea quæ habentur in l. ea quæ. ff. de regu. iur. Et vltimo vide pulchrum consilium Bald. quod incipit in Christi nomine videt quod vigore dicti arbitrij, vbi consuluit in splendida ciuitate Florẽtiæ cum casus accidisset eum qdã de magna domo occidissent ambasiatores Florentiæ in ciuitate Atetii fuit statutum ꝙ cõsanguinei haberẽtur pro rebellibus & expellerẽtur, & bona essent publicata nisi intra annum præsentarent illos occisores viuos aut mortuos & ibi tenuit tale statutum valere si ita est Florẽtiæ visitatum iu similibus propter pacificam quietem populi, & eum refert & sequitur Petr. de Anch. in d. c. j. extra de consti. lib. vndecimo quæro super quibus rebus mihi in secũda charta illius q. & dicit quod effectus fuit magnus quia illi de domo propria occidi fecerunt illos occisores & omnino vide Alb. de Rosa. in j. parte statuto. q. vbi supra.

SVMMARIVM.

1 *Clausula dandis & soluendis generali camerario, debet opponi in sententijs quia tota pena debet solui fisco, & postea fiscus facit diuisionem.*

2 *Fiscus debet facere partes bonorum applicatorum fisco, casu quo bona mereantur diuidi, et dare optionem alij qui debet habere partem vt puta delatori.*

3 *Iudex potest dare delatori maleficij partem condemnationis in premium ut homines inuitentur ad denunciandum.*



1 Andis & soluendis generali camerario &c.] † Ista clausula apponitur & apponi debet siue tota condemnatio solui debeat fisco ad sui vtilitatẽ, siue etiã pars debeat sibi applicari, siue accusatori siue delatori vel alteri priuato quoniã tota pęna debet solui & applicari fisco. Et postea ille qui debet habere partẽ debet ire ad fiscũ & suã partem petere, vt no. Bar. in l. j. C. de vẽ. re. fis. cum priua. col. lib. x. & in l. dicitur. §. senatus. ff. de iure fisci. & hoc sequitur. Sali. in l. i. C. ad l. fal. versic. vlterius ab extra &c. quod singulariter tene mẽti, quia sepe & sepius occurrit de facto ne tu erres quãdo fisco & accusatori debetur pars condemnationis dari vt semper tota condemnatio vadat ad fiscũ, & accusator partem suam à fisco postea petat, & ita practicaui multoties

2 † Et aduertas ꝙ in casu quo bona quæ diuisionem mereantur quæ ex condemnatione fuerint fisco applicata, tunc fiscus debet facere partes, & dare optionẽ delatori vel alii qui debeat habere partẽ. Ita dicit Bart. in d. §. senatus. Quod est multum notandũ & speciale in fisco, qm̃ licet vulgares dicãt ꝙ maior frater cogitur facere partes & dare optionẽ minori fratri, tñ de iure hoc nõ

a reperitur [a] no. Bal. in l. si maior. C. cõmu. diuidun. & in l. suus quoq;. ff. de hære. insti. & Bar. in l. j. C. de his qui se defe.

3 † Et etiã aduertas ꝙ Bar. in d. §. senatus. dicit per illum tex. quod iudex iuste põt dare delatori maleficii partem condemnationis in præmiũ vt homines inuitentur ad denunciandũ ne delicta remaneant occulta, quod tene mẽti quia tibi sepe occurret quando est aliquod maleficium occultum vel ignoratur delinquẽs vel scitur malefactor & stat occultus ꝙ non potest reperiri, tũc iudex ex suo officio & sine licentia superioris dictum præmium dab t. Quod tamen præmiũ de quibus bonis soluatur, vide Bar. in l. lege. ff. ad Silla. Et adde quod dixi supra in gl. in verbo, fama publica. versi. decimotertio quæro an iudex. &c. & versi. seq.

ADDITIO.

a **Hec non repetitur. Adde Ro. in consi. cccc xlj.**

AVGVSTI. Tu autem adde quæ infra dicam in fin. istius glos.

4 *Solutione condemnationis factæ per unum ex condemnatis quomodo cancellari debeat condemnatio.*

5 *Solutione facta ab uno si tota sententia fuerit cancellata, an non soluentes erunt liberati.*

5 *Cancellatione condemnationis non apparente in scriptis si apparet de uerbo superioris q[uod] noluerit quod sit cancellatus, an sufficiat, & si aliquis condemnationem soluat qui tamen uere non erat ille qui erat condemnatus, an uerus delinquens erit liberatus.*

Iudex

7 *Iudex an possit dare partem condemnationis accusatori in præmium, ut homines inuitententur ad accusandum ne delicta remaneant impunita.*

8 *Cancellatio an semper trahatur ad illã causam propter quam cancellatio fuit facta.*

9 *Cancellare tantũ est quantum si in margine dictum est, mihi est satisfactum de omnibus.*

4 ANGE. † Et vt vides plures in casu nostro eadem sententia condemnati sunt pone vnum ex dictis malefactoribus soluisse condemnationem suam, an dicta condemnatio debeat cessari, dic ꝙ non, imo in dicto condemnationis margine debet apponi post nomen dicti soluentis qualiter talis soluit condemnationem suam prædictam. Et etiam si vis potes nomen suũ interlineare, non aũt totam sniam cancellare, vt dicit gl. & Bar. in l. cancellauerat. ff. de his quę in

5 testa. delen. † Sed ponamus quod aliquo casu propter solutionem factã ab vno totam sniam cancellat, an alii non soluentes suam condemnationẽ sint liberati an ex dicta sẽtentia cancellati possint conueniri & puniri? dicas ꝙ sic, quia cancellatio simpliciter facta & de tota snia semper refertur ad causam suã ex qua facta fuerit & nõ ad aliud. Sed dicta cãcellatio facta fuit, quia vnus soluit tantummodo suam condẽnationem, ergo quo ad soluentem dicta cãcellatio refertur & non quo ad alios non soluẽtes, ita dicit singulariter Bar. in d. l. cancellauerat. qđ

6 no. † Quid si in scriptura non apparet cãcellatio vnius condemnationis sed constat de verbo superioris quod voluit ꝙ sit cancellatus, dic ꝙ sufficit, ita dicit Bar. per illũ tex. in l. emptor. §. Lucius. ff. de pac. Et tene menti ꝙ si quis fuerit condemnatus de aliquo maleficio in certa quãtitate, & eam soluit cum reuera non fuisset ille qui deliquisset verus delinquens non liberatur, ita di-

b cit [b] Ang. in l. quoties. §. j. ff. sol. ma. pro quo Imo. allegat casum in l. qui seruum. ff. de interroga. actio.

b Ita dicit Ang. Adde & vide eundem Ang. in cõsilio cxc. Ber.

AVGVSTI. Tu aũt in ista gl. j. adde, ꝙ illã cõclusio. quã dixit Bart. in d. §. senatus. approbauit Nico. de Mathe. in notabilibus suis notabili suo lxxi. s. ꝙ camera debet totam condẽnationẽ capere, & postea soluere fisco. Et inquantum d. Ang. hoc incidenter dixit ꝙ frater maior debet facere partẽ & dare optionẽ fratri minori. Adde ꝙ hoc non cadit proprie in materia & multa possunt allegari in ista materia, & ideo hic non

7 me extendo. † Et inquantum d. Ang. hic dixit ꝙ Bart. in d. §. senatus. dixit ꝙ iudex iuste possit dare partẽ condemnationis accusatori vel relatori in præmium, vt homines inuitent ad denunciãdũ, ne delicta occulta remaneãt impunita dicatis ꝙ Bart. nihil dixit de hoc in d. §. senatus. & d. Ang. hic errauit. Et de materia videatis qđ dixi supra in gl. in verbo, fama publica, versi. xiii. quæro

8 an iudex possit statuere &c. cũ ver. seq. † Et inquantum d. Ang. hic tractauit materiã cãcellationis, dicatis ꝙ vera est ista. maxime in hac difficultate vt semper cãcellatio trahatur ad illã causam propter quam cancellatio est facta, & nõ ad aliã causam, vt affirmarunt oẽs doc. ibi ẽt Bart. in l. pluribus. ff. de his quæ in testa. delen. & Bar. & doct. in l. acta, in fi. ff. de re iud. vnde non mirũ si cãcellatio est facta per vnum non debet alteri ꝓdesse iuxta no. ĩ rub. res ĩter alios acta. Ĩn dubio aũt præsumiř pro cancellatione. iuxta no. per Bal. in l. imperator. ff. de statu ho. & credo ꝙ onus probandi transferet in

9 illũ qui contra cancellationẽ dicit. † & tene menti ꝙ tm̃ est cancellare quãtũ si in margine dictũ est, mihi est satisfactũ de oĩb9. ita dicit Bar. in l. nihil interest. ff. de adimẽ. leg. & vide Ro. in l. semel mora. ff. so. ma. qui allegauit in hac materia illũ tex. in d. l. qui seruũ. ff. de interro. quẽ ad propositũ Ang. allegauit Imo. de illo innocente qui soluit pęnam pro innocente, vt nocens nõ liberet.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, si non soluerit intra decem dies, soluat cum quarto pluri, an de iure procedat, et fieri possit per iudices.*

2 *Condemnato non soluente, tunc illud quartum non dicitur pœna prima, sed pœna contumacia, & sic fideiussor præstitus in processu non tenetur ad illum quartum plus.*

3 *Fideiussor interueniens in omnem causam in qua tenebatur primus tenetur ad illud quartum plus.*

4 *Sententia dicente, quam si non soluerit &c. sufficiat quòd soluat pœnam primam, uel etiam*

quartũ plus ad hoc vt euitet pœnam corporalem, in quod plus incurrit propter cessationẽ solutionis pœnæ primæ.

5 *Reus ad hoc vt fugiat pœnã corporalem, an teneatur soluere non solũ pœnã originariam, sed ẽt quartũ plus in quod incurrit propter cessationis pœnæ originariæ.*



Vas. si nõ soluerit intra decem dies soluat cum quarto pluri.

1]†Videt ꝙ ista clausula nõ procedat de iure & ꝙ per iudices fieri nõ possit, qñ post condemnationem factum multare non possunt, & videtur esse contra gl. in l.j.C.de vsu.fis.lib x. Sed Bar. & Ange. in l. ii. in fi.ff.de pub.iud. dicunt ꝙ hoc est verũ, nisi iudex habeat merum imperium, quia iudices habentes merum imperiũ possunt multam apponere, sed do. Io de Im. in d.l. ii. dicit ꝙ si istud quartũ pluris est leuis pœna non tantum ille qui habet merum imperium potest talem multam ponere, sed etiã iudex causarum ciuilium, vt not. in l.i.ff.si quis ius d cen. nõ obtemp. Sed tñ credo in casu nostro indistincte, & sic i omni iudice de maleficiis inquirente ꝙ possit dictã multam imponere quoniam dicti doc loquunt ĩ iudicibus causarum ciuilium, nos vero loquimur in criminalibus, & sic in maioribus iudicibus qui habent merum imperium, & ideo omnimodo videtur ꝙ talem multam contra non parentem sententię suæ impone

a re possit. ✢ ita dicit Bar. in d.l.j.de vsur.fis. Et sic dicta clausula valet & operatur, nec obstat ꝙ post condemnationem nõ possit multare, quia illud verum est pure & simpliciter, sed sub cõdictione sic, sicut dicimus qñ mandat reũ restitui, si nõ restituatur ꝙ soluat tñ vel quod iuret in litem. arg. no. in l. qui restituere.ff.de rei ven. & l.j.ff. de acti. empt. & l. conductores. C. loca. & l.i. & l. in actionibus.ff.de in lit. iuran. vel qñ condemnat. & dicit saluo eo quod infra dicã vt no. gl. in l. item labeo. §.i ff. fami. hercis. Et ꝙ dicta annocatio condemnationis & pęnæ possit fieri in pœnam cõtumacis & non soluẽtis, tenet Bal. in l. quicũque. C. de requi. re. vbi dicit & sic facit pro statutis dicẽtibus ꝙ non cõparens, & idem non soluens incur-

2 rat in pœnã quarti pluris &c.†Et bene aduertas tu iudex, si non soluit, & sic fit cõtumax ꝙ illud quartum plus non dicit pęna prima, sed pęna contumacię. ita etiam vult Bald. in d.l. quicũque. vnde eius fideiussor quem præstitit in processu non tenetur ad istud quartum plus, vt l.i. & ibi gl. & Bar. ff. de in litem iuran. ita etiam dicit Bart. in l.j.

3 de vsur. fisca.† quod intellige verum nisi in omnẽ causam in qua tenebatur primus interuenerit fideiussor arg. no in l. centum capuę. ff. de eo quod cer. lo. vnde sis cautus tu iudex in capiendo istam fideiussionem late etiam istam causam comprehẽdat, vt dicit Bar. in d.l.j. de in lit. iur. & dixi supra in gl. super verbo, pro quo autẽ fideiussit &c. Si vero in ea diceretur quam si nõ soluerit intra decem dies amputetur sibi manus, tunc talis sina, & eius pęna nõ dr̃ pecuniaria sed corporalis, vt dicit Bar. in l. itẽ illa. ff. de cõsti. pecu. alias custo. reo. & in l. ii. & ibi Im. ff. de pub. iud. an ẽt isto casu sit fideiussoribus relaxãdus dixi supra in gl. super verb. pro quo Seius fideiussit &c. & in gl. in verbo, fama publica pcedete. ver. x. qro an postquã

4 &c cũ versi. sequen. †sed bene aduertas ad istũ casum qñ dicit si non solui vel quã si soluere nõ poterit &c. an sufficiat ꝙ soluat primã & originalẽ pœnam, an etiã debeat soluere illud quartũ plus in quo pp negationẽ incurrit vel quia ĩ primo termino nõ soluit, vr̃ ꝙ soluẽdo primã & originariam cõdemnationẽ euitet corporalem. ita dicit Bar. in d.l.i.ff.de in lit. iurã. & in d.l. ij. versi. sed quæro quid si non imponitur &c. dic vt ibi late, vbi Bar. vr̃ facere differẽtiã si statutum dicat ꝙ pro falsitate soluat tantã quãtitatẽ, & in quadruplo si non soluerit intra x. dies in quo casu illud augmẽtum dr̃ esse pœna delicti non simplicis contumaciæ, secus si dicat ꝙ nisi soluat condemnationẽ intra x. dies cõdemnetur in quarto pluri, qm̃ tunc quæ sunt in condictione nõ sunt in dispositione illud quartum plus dicitur esse pœna contumaciæ, & non delicti. arg. l. ita stipulatus. in fi. ff. de verb. obli. & ita vr̃ mihi veritas, licet Imo. aliter dicat. Sed dic vt per eum in in d l. ii. de publi. iudi. & per Bal. Ang. & Sal. in d.l.i. de in litem iuran. qui sequuntur opinionem Bar.

ADDITIO.

a ❡Imponere possit. adde tu Alex. in cõsi. lxxix. in ij. vol. & per Oldr. in consi. xv. Ber.

AVGV-

AVGVSTI. Tu autem in hac gl. in i.cõclusio. vide Mod.in l.i.in fi. princ. ff. si quis ius di.non obte.qui approbant illam glo.in d.l.i.C.de vsu.fis.lib.x.& vide Ange.in solenni sua repeti.l. nemo carcerem.C.de exac.trib.lib.x.in i.col.vbi dixit quod debitori fisci non potest fieri præceptum de soluendo,& inquantum non soluat intra terminum quòd habetur pro exbãnito in psona vel membro,sed in pecunia vel membro,sed in pecunia sic,& alleg.glo.in l.fine.C.de iudi. subdit tñ ꝙ contra hanc cõclusionem facit quia vr̃ ꝙ pęna corporalis per sententiam pôt inferri, sed dicit ibi Ang.ꝙ hoc est verum si debitor est, tunc bene posset iudex habens merum imperium condẽnare delinquentem ad soluẽdum intra terminum.Et inquantum non solueret condẽnare eum in quarto pluri, vel etiam ad pœnam personalem , & ita dicit fieri videmus quotidie per rectores ciuitatem Tuscię, vbi vero iudex non haberet merum imperiũ, tunc non posset ex causa omissæ solutionis cõdemnare reum ad pœnam quart pluris. vel aliam pœnam, quia nõ competeret sibi mulcandi potestas,& allegat l.i.C.de modo mult.& allegat illam gl.in l i.C.de vsur.fis. lib.x. Quinimo Bal.in l.cum iudex. C.de senten.in fi.dixit ponderans ibi gl.ꝙ inoluit practica quod ratione contumaciæ sub cõditione in sententia imponitur pœna corporalis in defectum pæcuniariæ & tenet sentẽtia.Et vide Alb.de Rosa.in i.par. statuto.q. xciii.quæ incipit item quæro an valeant cõdemnationes ꝙ si quis non soluerit.l.soluat duplum vel quadruplum.& allegat Specu. in tit.de sen.§.i.ver.sed nunquid si iudex.& ibi Spec.dicit ꝙ de consuetudine ista obseruantur.Et pondera.Spec. ibi multum generaliter loquitur. Item inquantum supradictũ est an fideiussor teneat ad istud augmẽtum quarti pluris vltra ea quæ supra dicta sunt in gl.super verbo pro quibus Anto.fideiussit.adde Bal.in l.si qua pœna.ff de his quæ sunt sui vel alie.iur.in illa. q. an pater qui tenetur soluere cõdemnationem pro filio teneatur ad istud quartum plus.& Imo. in c.constitutus.extra de fideiu.in v col.& Bar.in l.fideiussor magistratuũ.ff.de fideiu. vide Bart.Imo.& doct.in l.fi.ff. de fideiuss.
5 † Item inquantum tactum est an reus ad hoc vt fugiat pęnam corporalem,teneatur soluere nedum pœnam originalem,sed illã pœnam quarti pluris in quam incurrit propter cessationem solutionis pęnæ originariæ vel propter negligentiam. Adde vltra supra allegata Bal.in l.fi.C.de vsu.rei iudi. & per Bar.in l.ideo.C. de cõpensa. & Bar. in l.libertis quos.§.posthumus. ff. de ali.& cib.lega.per Bal.in l.siue.ff.qui satis. cog.& per Bal.in l.data in x.col.C.qui accu.& per Bal.in l.& in multis.C.de appel.& per Bal. in addi. Spec.in tit.de sent. in xix. col. & in hac materia adde tex.de quo Ang.ibi multum exclamat dicens nõ esse meliorem in corpore iuris quem doc. non viderunt in l. vtrum.ff.de parrici.& facit mentionẽ de dictis Bar.in d.l.publicorum.ff.de publi.iud. Et allegat dicta per ipsum in l. si cum exceptione.§.quatenus.ff.ꝙ met.cau.

6 Sententia dicente qui centum si nõ soluerit amputetur ei manus, quantum tempus intelligitur esse concessum intra quod soluere possit antequam manus sibi possit amputari & quando reus creditor communis possit compẽsationem obijcere

7 Sententia dicente si homicida non soluerit vel non poterit soluere mille quod decapitetur, nunquid expectabitur diu vt soluere possit.

8 Sententia dicente si non soluerit vel soluere nõ poterit centum condemnamus in amputatione manus, an debeat regulari secundum vltimas voluntates vel contractus.

9 Casus isti scilicet si non soluerit, vel quàs si nõ soluere poterit &c. licet cumulentur tamen multum differunt.

10 Iudex ex causa potest augere vel minuere pœnas à statuto statutas.

11 Iudex debet in sententia causas & rationes exprimere propter quas à pœna ordinaria recedit.

12 Condemnato Titio quod soluat centum, & si non pôt soluere amputetur sibi manus an requiratur monitio iudicis, vt intra tẽpus soluat aliter non possit aliqua pœna infligi.

13 Iudex an ex causa possit augere vel minuere pœnas per statutum.

14 Statuto imponente pœnam pro delicto, si illud delictum non fuerit commissum ex proposito id est dolo sed per latam aut leuem culpam an cesset pœna statuti.

15 Iudex qui sine causa auget vel minuit pœnas, qua pœna puniatur.

Iudex

16 *Iudex in pœnis arbitrij an possit transgredi consuetudinẽ loci & stylũ illius curiæ in qua est rector, & an sicut iudex pœnã à lege impositam potest ex causa augere vel minuere, ita & impositam ex consuetudine.*

6 ANGE. † Quid autem si simpliciter dicatur in sententia quæ centum si non soluerit amputetur ei manus quantum tempus intelligitur esse traditum intra quod possit soluere anteq̃ amputari possit sibi manus, not. Bar in l. item veniunt. §. i. ff. de pet. hære. & i l. i. §. fi. ff. de pec. le. & statim infra dicam latius, quia Bar. ibi no. declarat, & aduerte quia licet in prima pœna non possit obiicere compensationem communi, vt l. ob negotium. ff. de compẽsa. & l. in ea qua. C. eo. tamen in illo quarto pluri si erat alias creditor. communis potest obiicere compensationem, vt no. Bart. per illum text. in l.
7 ideo. ff. de compen. † Quid autem si statutum dicat quòd si homicida non poterit soluere vel non soluerit mille quod decapite-
a tur nunquid expectabitur a diu vt possit soluere. Istam q. format Bald. in l. quicunque. C. de ser. fugi. in versi. sed vt dicit statutum &c. vbi concludit ꝙ non expectabitur diu, sed si eo tempore vel parum post non potest tunc verificabitur illud, & dicitur non potuisse soluere quia hic actus est actus qui nõ requirit mora temporis iuxta no. in l. iii. de his qui vt indig. & per Bart. ff. de hære. instit. l. suus quoque. debes ergo tu iudex discutere acceptis vicinis & amicis, vt l ii. C. qñ fis. vel priua & dato discussore, vt l. ij. C. de fruc. & litis expen. & etiam per inuentarium & æstimum poteris istam ne-
b gatiuam b probare, vt lege cum de lege. ff. de prob & auth. de hæ. & fal. §. si vero ad sunt. Et si reperies ꝙ non sit soluendo, & ꝙ nõ possit soluere potes dictum homicidam condemnare & decapitare facta primo diligenti supradicta discussione quæ appareat in actis, quod tene menti, quod no. Bar in l. item liberatur. §. j. ff qui. mo. p. g. vel. hypo. sol. sed tu in hac simili. q. latius dicas quia Bar. istam. q. formauit i d. l. suus quoque. §. fin in fi. ff. de hære. insti. & eam dimisit insolutam hãc eandem. q. formauit Ang. in l. j. ff. de inoff. testam. & eã reassumpsit in d. §. fi. & ibi Bald. aliter dicit quam dicat in d. l. quicũq; . quia dicit ꝙ cum hoc de tempore non reperiatur à iure statutum, stabitur iudicis arbitrio qñ non dicatur posse soluere vel non soluisse, vt l. j. ff. de iure delibe. sed Ang. in d. l. j. dicit ꝙ habebit tempus quod datur iudicatis in ciuili, vt l. fi. C. de excep. rei iudi. quia in criminali ad similitudinẽ ciuilium procedimus, vt l. absentẽ. ff. de pœ. sed Bal. in d. l. fi. tenet contrarium quia delictum tollit beneficium, quod sequitur Rapha, in l. si victum. ff. de re iudi. Secus si parti esset pœna soluenda etiam propter delictum & non fisco. allegat l. si cum exceptione. § ꝙ si homo. ff. qd me. cau. & istud credo verius quàm dicat Ang. Sed dom. meus Io. de Imo. in d. l. suus quoque. §. fi in fi. latius dicit videlicet aut sententia à præcedenti dispositione incipit, aut à præcedenti conditione. Si à præcedenti dispositione, vt puta condemnamus in centum, & si nõ soluerit vel soluere non potuerit condemnamus in amputatione manus vel quod amputetẽ manus, & tunc cum nõ sit differentia inter contractus & vltimas voluntates vt l. ita stipulatus. de verb. obli. cõiuncta l. i. ff. de pœ. le. cũ si. ꝙ dicitur nõ posse soluere cũ fuerit interpellatus à syndico communis & nõ soluerit, vt d. l. ita stipulatus, dicit tamen ibi domi. meus ꝙ cum sumus in actu cõdẽnationis pecuniariæ ꝙ credit ꝙ isto casu condemnatus habebit tempus ꝙ datur iudicatis in causa ciuili, quia isto casu pecuniaria est, licet pro delicto. arg. d. l. absentem. & sic in hoc sequitur opin Ang. de qua supra & sic isto casu non est recurrẽdum ad iudicis arbitrium Secundo casu qñ iudex incipit à præcedenti conditione, vt puta condemnamus in manus amputationem si non soluerit vel soluere nõ poterit centum, vel sic si non soluerit vel soluere non poterit centũ, condemnamus in amputatione manus, tũc est dubium, quia in vltimis voluntatibus dicitur desinere posse soluere quamprimum potuit & non impleuit, vt l. hæc conditio. ff. de condit. & demon. in contractibus autem expectatur quod vere desinat posse ad
8 implere, vt d. l. ita stipulatus †vnde videtur dubium an prædicta sententia debeat regulari secundum vltimas voluntates vel contractus de quo etiam late per Bar. in l. centesimis. §. fi. ff. de ver. obl. Et finaliter concludit ꝙ debeat regulari secundũ vltimas voluntates & si quamprimum potuit soluere & non

& non soluit, vnde quamprimum fuit clarum ꝙ non potuit soluere debet sibi amputari manus,& addas tu ꝙ in dubio,sentētia iudicis & statuti magis debet regulari secūdum vltimas voluntates quàm secundum c naturam contractus. c tex.est in c.præterea requisisti.& ibi Inn.Io And.& Ant. de Bu. de appel.& not. Bar.in l. obligationes fere. §.conditio.de act.& not. Ange. & do.meus post Bar.in d.l.centesimis.& no.Io de Im. in l.i.ff.de condi. & demon. Et sic licet ipse non dicat sequitur opin. Bal. in l.quicunq;. aliàs si dicta sententia regularetur secundū leges loquentes de contractibus sequeretur incōueniens, quia delictum remaneret impunitum, quia deberet expectare vsque ad terminum vitæ, & sic in effectu non posset puniri, vel dicit ꝙ isto casu cum non sit tēpus statutum stabitur officio iudicis. & sic sequitur opin. Bal.in d.l.suus quoque. ꝙ dicit fore verius, quæ omnia nota, quia sunt 9 quotidiana. † Sed vnum aduertas quòd licet isti casus cumulentur,videlicet si nō soluerit, vel quas si non soluere poterit &c. tñ magna est differentia,quia quando dr̃ si nō soluerit, posito quòd daret fideiussores, tñ quia verum est dicere,quòd non soluit,debet amputari manus. Sinautē dr̃ quas si soluere non potuerit &c. tunc dando fideiussores dr̃ esse potens ad soluendum, & sic satisfecit sententiæ,licet adhuc non soluat, & sic pœnam manus non patietur. ita elegāter dicit Bar.in d.l.itē liberatur.§.i.quod est singulare, sed hoc potest esse valde dubium, per ea quæ not.Bar.in d.l i.de custo. reo.vbi vult quòd quamuis statutum dicat si non poterit soluere, nō est fideiussoribus relaxandus,sed detinendus est, licet præstet idoneos fideiussores, vel depositum faciat, quia poterit esse quòd fideiussores, licet tūc sint soluendo,efficiantur non soluendo, vel depositum periret, vnde dat ibi consilium quòd transferatur dominium in fiscum sub condititione si veniret condemnandus,vt l. si sub conditione.ff.de solutio. & istud plus 10 placet. † Et menti habeas quòd ex causa potest iudex augere vel minuere pœnas à iure statutas vel à statuto loci, vt est tex.gl. & Bar.in l. quid ergo.§.pœna grauior.in fi. ff.de infam.& idem voluit Bal.in l.& si seuerior. C.de infa. & istud teneas, licet Bal. secundū Iac.But.in l.i. C.si aduer.delic. dicat ꝙ d.l.hodie. ff. de pœn. non habet locū in pœnis statutorum, quia illas iudex præ-11 cise imponere debet † Et aduertas quod in d.§.pœna grauior.dicit Bar. vtile & necessarium est, ꝙ in sententia exprimat causas & rationes,quare à pœna ordinaria recedit,vt videatur,an cū infamia dispēsatū sit necne, vt ibi facit ad prædicta. l.hodie. & quod ibi not.ff.de pœ.Et hoc clare potest comprehēdi in pœnis ordinariis, videlicet vtrū iudex excesserit modū necne. Sinautem sunt pœnæ arbitrio iudicis imponendæ, dicitur tūc augere vel minuere si excedit, vel minuit de eo quod cōsuetum est, aliàs imponi vel arbitrari pro simili delicto. ita dicit gl.in d. §.pœna grauior.& ibi Bar.facit quod no.in d.l.hodie.& glo. & docto in l.& si seuerior. C.de infam. Sed aduertas quòd omnia ista quæ ponuntur in ista glo.à ver.si vero,in ea diceretur &c.vsq; in fin æque bene & forte melius starent infra in glos. super ver.quas si non soluerit intra x.dies, amputetur sibi manus dextra &c.vnde omnia ista ibi repetas,quia hic per errorem fuerunt posita.

ADDITIONES.

a ¶Expectabitur. Adde tu ꝙ monitio sit necessaria quando terminus non est assiganatus, voluit Card.in cōsi.lv.& an cum quis tenetur ad aliquid faciendum sub pœna, sufficiat ꝙ transiuerit tantū tempus quod facere potuerit. vide Barba. in consi. xvj. in ij.vol. Ber.

b Negatiuam. Adde tu & vide Ro. in cōs.ccxlv. Pau.de Cast.in cons.lxxxj.in ij.impressis. Ber.

c Naturam contractus. Adde tu et vide Francis.de Are.in cons.lxxxix. vbi si aliquis est condemnatus in centum intra x. dies. & si illa non soluerit, amputetur sibi manus, ꝙ hoc casu dicta condemnatio regulabitur secundum naturam contractus, & non secundum naturam vltimarum voluntatū, & ibi per te videas rationem.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia, adde Bald in l.quod seruus. ff. de condi.ob cau.in fi.qui dicit in hac qōne de eo qui per statutum debet soluere centum, & si nō potest soluere amputetur sibi caput, quòd illud verbū,potest, trahitur ad difficultatem non autem ad potentiam absolutā.per l.cōtinuus.§.illud.ff.de verb. obliga. & l.iii.§.si quis sic.ff.de statulibe.& l.nepos proculo.ff. de verb.sig.& l.fi.ff.si certum pet.non enim est in consideratione quòd pauper possit ditari & solui.l.circa.§.deficit.ff.de mu. & hono.vide Ro in d.l.quod seruus. quomodo refert

refert quòd Bal. vario modo locutus est in hac difficultate. nã vnum dixit in l. qui cũq; C. de ser. fugi. & allegat Bal. aliter dixisse in l. suus quoque. §. sed si filio. ff. de hære. insti. Et in hac materia adde quæ dixit vltra omnes do. Nell. in tracta. banni torũ in ij. par. ij. tẽpo. in lxvij. q. qui multum diffuse disputat istã materiã, & tandẽ decidit ꝙ officialis tenetur ei assignare terminum ad soluendũ ad similitudinẽ contractuũ, & sic cõstituatur in mora, qui terminus nõ debet esse minus x. dierum, argu. eorum quæ habentur in l. si debitori. ff. de iud. & quæ hñr in l. ff. de iur. delib. & ibi vltra oẽs disputat an debeat isto casu talis materia adaptari ad cõtractus vel vltimas voluntates. dic vt ibi. Adde Ro. in v. charta, ibi septimo, ꝙ si statutum dicit.

12 † Sed aduerte, quia teneo isto casu, ꝙ opus est ꝙ requiratur monitio iudicis, vt intra tẽpus soluat, & nõ procedente tali monitione non poterit quis aliqua pœna multari, quia regulam habemus in iure ꝙ vbi sumus in facto negatiuo ad hoc vt quis incidat in pœnam semper requiritur monitio, ista est illa singularis doctrina Innoc. in c. extirpandæ. extra de præben. quã sequuntur ibi Hostiẽ. Io. And. do. Ant. de But. Abb. & Imo & sequitur Arch. v. q. j. c. ij. & Archi. & Io. And. in c. licet canon. extra de elec. c. lib. vj. sequitur Bal. & Imol. in l. si mora. ff. sol. mat. & Ioan. And in c. excõicationi. extra de rescript. & in c. ij. extra de magi. Bal. in l. ij. C. de spõsa. Bal. in auth. & omnino. in pen. col. C. ne vx. pro marito. Bal in l. & si post tres in lectura in xviij colum. ff. si quis caut. & in repet. in xxii. col. & Bald. in auth. hoc amplius. C. de fideicom. & Bal. in l. qui crimen. C. qui accu. qui allegando doctrinam Innoc. dixit ꝙ si statutum dicit quòd si quis ingreditur monasterium monialium incidat in talem pœnam, nã cũ pœna ponatur hic affirmatiue, ibi non requiritur monitio, secus si super facto negatiuo pœna imponeretur, quia semper monitio requiritur, vnde cũ in isto casu pœna capitis super facto negatiuo, quia statutum dicit si quis non soluerit, incidat in pœnam capitis, nunquam ille non soluens incidat in pœnã capitis, nisi quis primo à superiore monitus fuerit, quæ conclusio Inn. in d. c. extirpandæ. an sit vera vel falsa. adde quæ vltra omnes scribentes scripsi in l. diuortio. §. si fundum. ff. sol. mat. Illam tamen doctrinam Innoc. in d. c. extirpandæ lir. ita Abb. in c. excommunicationi & do. Ant. de But. in c. quoniã frequenter. §. si vero. in vj. col extra vt lit. non contest. & Pau. de Cast. in l. j. C. de his qui vt indig Domi. de sancto Gemi. in c. j. extra de vit. & hone. cle. lib. vi. & vide Bal. in c. i. §. public. latrones de pace constan. vnde si miles esset certum captum non posse soluere, nihilominus nunquam poterit sibi inferri pœna corporalis, nisi demum præcedat monitio iudicis, per prædicta, quæ monitio debet esse certa & non incerta l. aut qui aliter. & l. si is qui. ff. quod vi

13 aut clã. per not. in c. i. extra de iudi. † Item inquantũ supra tactũ est, an iudex ex causa possit diminuere vel augere pœnas inductas per statutum. adde ꝙ Bal. in d. §. pœna grauior. tenet ẽt ꝙ iudex non possit, secus in pœnis inductis a iure cõi. & Bal. in auth. hodie. C. de iud. Sed contrarium tenuit Sal. post Bal. & Pau. de Ca. in d. l. & si seuerior.

14 & Bar. in l. fi. in fi. ff. de rece. † Et ideo dico ꝙ si statutum imponit pœnam pro homicidio vel pro alio delicto, & istud delictum nõ fuerit cõmissum ex proposito, id est, per dolũ, sed per latã culpã aut leuẽ culpã pœna statuti cessabit, quia statuta debent secundũ ius cõmune interpretari. & ita notant Bald. & Sal. in d. l. serui vestri. C. de nox. & Bal. in l. data opera. C. qui accusare. in v. colum. & Bal. in l. quicunque. in sexta columna. C. de ser. fugit. per Bald. in l. i. ff. de leg. & Bal. in l. in actionibus. ff. de in lit. iur. & Bald in l pignus. C. de pigno act. vbi hæc limitat. & per Bald. in l. ii. § prætor. ff. ne quis eum qui in ius voc. per Bar. in l. i. §. nõ autem. ff. si quis testa. lib. esse ius. fuc. per Sal. in l. i. C. de secа. per Imol. & do. Anto. de But. in cap. ii. extra de constitu. vbi hoc limitat. aliter etiã limitabat Sal. in d. l. serui vestri. ad prædicta faciunt notata per Bartolum in l. omnes populi in sexta quæstione principali ff. de iust. & iur. vide Bal. in l. si quis ab alio. ff. de calũ. in fi. qui expresse vult quòd potestas etiam in pœnis inductis à statuto potest ex causa augere & minuere per potestatem legis sibi datã in d. §. pœna grauior. & in d. l. & si seuerior. adde Bald. in l. obseruare. § proficisci. in xxvi. quæstio. ff. de offic. procons. & Bald. in c. i. in qui. cau. feu. amit. in fin. primæ colum. tenet expresse, ꝙ iudex ex causa potest minuere pœnas à statuto taxatas, ex causa tamen

sa tamen. Et vide Barto. in l. hos accusare. §. omnibus. in fi. ff. de accu. q vbi pœna p statutũ non põt insligi in reũ, iudex imponet
15 sibi aliã extraordinarie. † qua aũt pœna punietur iudex qui sine causa auget vel minuit pœnas. Ludo. de Rom. in notabilibus suis no. lxxiiij. in notabilibus primi anni dicit quòd legistæ hoc nesciunt. sed Hostien. & Ioan. And. in c. de causis. extra de offi. de lega. decidunt, quia punitur pęna infamiæ. l. seruos qui. C. ad leg. iul. de vi publi. & dicit Ro. quod alia pœna punitur, scilicet pœna illa qua puniretur reus, l. j. C. ne san. ba.
16 † Itẽ inquantum supra tactũ est an iudex in pœnis arbitrariis possit transgredi cõsuetudinẽ loci & stylũ curiæ illius in qua est rector. adde omnino pulchra verba Ang. ĩ l. fi. ff. de iniur. & per Bal. in l. reos. C. de accu: q notanter loquitur & ĩ d. l. quicunque. & Bal. ĩ l. seruũ quoque. §. publice ff. de procu. materia est trita. vide per Moder. ĩ locis supra allegatis. tene tñ menti vnum singulare verbum, quod posuit dom. Abb. in ca. de causis extra de offic. deleg. in fi. quod sicut pœnã impositã à lege ex causa, iudex põt augere vel minuere ita potuit augere vel minuere pœnã impositã per cõsuetudinẽ. quod no. ad ampliationem legistarum.

SVMMARIVM.

1 *Clausula deducta. iiij. parte per beneficium cõfessionis comprobatur de iure, sicuti soluentis ante tempus id in quo veniet de iure condemnandus minoratur de summa.*
2 *Minoratio pœnæ propter beneficium confessionis, an prosit præstanti opem.*
3 *Pœna corporalis duplex est, & an tunc habeat locum beneficium confessionis.*
4 *Condemnandus pœna mortis, an in aliquo est alleuiandus propter confessionem dummodo moriatur.*
5 *Condẽnandus pœna corporis afflictiua, an alleuiabitur in aliquo propter confessionem.*
6 *Condemnandus pœna corporis afflictiua si propter confessionem puniretur pœna pecuniaria, non tamen euaderet infamiam.*
7 *Statuto dicẽte quod vna quarta debeat deduci propter confessionem, & alia propter pacem ab offenso, si aliquis confitetur delictũ & ab offenso pacem habeat quomodo fiet deductio istarum duarum quartarum.*
8 *Reus qui confitetur se cõmisisse homicidiũ sed negat se cõmisisse in illo loco, an gaudebit beneficio, quod confitenti minoretur quarta pars condemnationis, & an primo negãs & postea confitens antequam demendatio continuatur euitet pœnam quarti pluris.*
9 *Reus qui partem inquisitionis cõfitetur an gaudeat beneficio statuti minorantis pœnam in vna quarta propter confessionem.*
10 *Statuto dicente quod de quolibet instrumento soluantur sex denarij pro libra an comprehendat casum quando instrumentum fit super re inæstimabili quomodo statutũ minuẽs quartam partem pœnæ propter confessionem possit verificari in pœnis corporis afflictiuis, & quomodo non.*
11 *Pœna in specie an possint duplicari, & in quãtitate non & de dicto statuto minuẽte quartam partem pœnæ propter confessionem in quibus verificetur.*



DEDVCTA sibi quarta parte p beneficium confessionis, & etiam deducta alia quinta parte propter instrumentum pacis, &c. Andreã in libris mille Bononiensi-
1 bus.] † Ista clausula de iure comprobatur qm̃ de eo quòd quis de iure veniret condẽnandus, si soluit ante tẽpus minoratur de summa vt l. si constãte. § quoties. ff. so. ma. ita ẽt si confitetur & alleuiat iudicẽ ab onere probandi, tunc ex statuto potest induci q pœna minoretur, vt l. eum qui in prin. ff. de iniuri. & ibi Bar. Ita dicit Bal. de ista clau
2 sula in d. §. quoties. † Et de minoranda pœna propter beneficium confessionis, posuit etiam Bar. in l. libertis quos. §. posthumus. ff. de alimen. & ciba. leg. vbi etiam dicit an tale beneficium prosit opem præstãti. vide etiam de hoc quod not. Bal. in l. non eo minus. C. de accusa qui videtur contradicere Bar. Et supradicta procedunt quãdo est pęna pecuniaria. Si autem esset corporalis, quid iuris, & eius formam statim dicam.
3 † Et aduertas q corporalis est duplex, quia alia est inferens mortem, alia erit cum alia pœna corporalis imponitur, ideo de vtraq; videamus. Et quod pœna mortis sit duplex probatur in l. prætor. §. i. ff. de bono. pos. & in l. ij & l. capitalium. in prin. ff. de pœn. & no. glo. in l. trãsigere. in verbo, capitalium. C. de transac. Primo namque casu qñ mors naturalis debet imponi ex delicto intentato,

eo, tunc subdistingue, aut sola vitæ priuatio imponi debet, aut post vltra debent etiam bona publicari. Primo casu quoniam vltimum supplicium nullo modo recepit in se diminutionem quoniam est indiuiduum. argu. l. ii. §. i. & l. in executione. §. pro parte & l. si homo mortuus. ff. de verb. oblig. tunc tali casu dictũ beneficium diminutionis quartæ partis pęnæ non debet habere locum, ergo dicto beneficio non gaudebit diminutionis quartæ partis & pœna mortis naturalis imponetur. arg. l. si seruus tibi. & l. Iul. ait & l. si non seruus. §. si solus. ff. ad leg. fal. coniunctis his quæ no. Bar. in l. si pupillus. & l. nesennius. & l. in falcidia. ff. eo. titu. vbi inducit illam materiam falcidiæ ad gabellam, & sic ad debitum fiscale.
4 † Aduertas tñ isto casu quod propter suam confessionem si in aliquo posset sibi prodesse cõcederetur, quia beneficium dici debet, vt l. beneficio. & qđ ibi Bar. ff. ad leg falci. Et ideo putarem q̃ si de illo delicto acerbissima mors veniret imponenda, quod genus mortis dummodo vi
a ta priuetur alleuiabitur, [a] vt d. l. capitaliũ in princ. Secũdo vero casu qñ vltra mortẽ debent bona duplicari, & tũc quia in vita dictum beneficiũ diminutionis quartę nõ põt habere locũ tũc totũ beneficiũ quartæ detrahetur de dictis bonis nõ tm̃ respectu bonorum, sed etiam respectu vitę q̃ non recipit defalcationẽ, vt ar. l. plane. §. si quid p̃terea. ff. ad legẽ falcidiam & quod no. gl. & doct. in auth. similiter. C. ad legem falcidiã.
5 † Secundo vero casu principali qñ est pęna corporis afflictiua & tũc cũ iudex ex causa possit alterare pœnas. vt d. §. pęna grauior. & gl. in l. ii. C. vt intra certum tempus. & d. l. hodie si fieri põt conceditur sibi dictũ beneficium in minorãdo si potest fieri, vel in alterando pœnas vt si damnari debeat in metallum dãnabitur in opus metalli quod leuius est, vt d. l. capitaliũ. §. est pœna. si vero debebat damnari in opus metalli deportabitur, si autem deberet deportari, & bona publicari, alleuiabitur in bonorum publicatione, si vero deberet tantum deportari, relegabitur, si deberet ad tempus relegari, defalcabitur tẽpus relegationis, ar. §. relegati. cum ibi not. insti. qui. mo. ius pa. po. sol. & l. relegatorum. ff. de inter. re. le. §. ad tempus. & ibi Bart. si autem sibi deberet amputari vtraque manus, & oculi euelli, vnũ defalcabitur, si autẽ deberet mitriari vel simpliciter bullari in fronte fustigabitur simpliciter vel si deberet fustigari tãtum tunc alterabitur aliquo modo pœna ita quod nõ sit sine pęna & quod gaudeat beneficio prædicto aliquo modo, vel imponendo aliã corporalem leuiorẽ vel in pecuniariam transferendo.
6 † Aduertas tñ q̃ si in pecuniariã
b transferet non tñ propter hoc euitaret [b] in
7 famiã, vt d. §. pœna grauior. quod no. † quid autem si statuto debeat deduci vna quarta propter cõfessionem alia quarta debet deduci propter beneficium pacis habitæ ab offenso secundum formam statuti. pone ergo q̃ aliquis confitetur crimen, & etiam habuit eadem ab offenso & illam produxit, & videtur q̃ debent in scriptis producere pacem, vt vĩ tex. in c. pactum extra de verb. sign. ibi scripturæ. Sed contrariũ est verũ, vt l. ipsius. C. fa. hercis. ibi q̃ licet scriptura nõ probetur &c. Et sic in tali casu debet deducere duas quartas, quomodo fit ista deductio videlicet an vnaquęq; quarta deducetur de tota summa condemnationis, vel fiet primo vna deductio quartæ de tota cõdemnatione, & de illo quod restat non habito respectu ad totũ fiet alia deductio, & vĩ q̃ q̃libet quarta sit æque principalis, & sic vnaquæque deducatur habito respectu ad totã summã, & sic si condẽnatio erat ad cẽtum. prima, secũda, quarta, deducẽda erit xxv. & sic in totũ cumulatę erunt quinquaginta agu. no. per Bar. in l. contra negantẽ. C. ad leg. Aqui. vbi ponit qualiter pœna debeat duplicari & semper habet respectũ ad simplũ, & sic ad vnã pœnã in vnaquaque multiplicatione igitur idẽ dicã in deductione & defalcatione quartarũ vt contrariorũ eadem sit doctrina. argu. l. i. de his qui sunt sui vel alie. iur. In contrarium facit illud quod dicimus de filio grauato secũdum legittas sub conditione qui habet duas quartas deducere iuxta l. quanquam. C. ad leg. fal. cum simi. & c. raynutius. de test. nam de tota hæreditate primo deducitur legitima quæ est tertia. vt aut. nouissima. C. de inoffi. testa. & de residuo habito respectu solũmodo ad id quod restat deducta legitima deducetur trebellianica, & sic de illis tribus partibus quæ restant non autem totius hæreditatis respectu fit computatio trebellianicæ ita habentur in d. l. quanquam. & in c. Ray-

c.Raynutius.& in l.ratione. §.quod vulgo. & ibi per Bar. Ang. & Io.de Imol. ff.ad leg. falci. & sic dicendū credo in casu nostro, ex quo sequitur ꝙ si cōdēnatio originalis erat de centum, & primo deducatur xxv. propter confessionē restant lxxv. de illis lxxv. ēt habito respectu ad illos lxxv. tantū, non ad tota centū, deducetur alia quarta ꝓꝓ beneficium pacis, & sic deducentur minus q̄ xix. & sic in totū deducentur xliiij. & aliquantulū minus, & tñ si de dicta tota summa habito respectu semper ad totā summā duæ quartæ deducentur, fuissent deducta quinquaginta quod no. & ita practicatur, ꝙ est verū nisi verba statuti aliud importarēt,
8 vnde semper aduerte ad eius verba. † Et aduertas, quòd licet quis confiteatur cōmisisse homicidiū negat tñ se in illo loco cōmisisse non gaudet beneficio ꝙ confitenti minoretur quarta pars cōdēnationis. ita dicit Bar. in sua disputa. quæ incip. per Italiā cōmuniter sunt statuta. & in l.inde Neratius. §.si.cum l.seq.ff.ad l. Aqui. Et econtra si statuto augeretur pœna neganti in quarto pluri, si primo negauit, & postea confiteretur anteq̄ conuincatur de mendacio euitat pœnam quarti pluris. ita dicit Ang. Bal. & Sal. & Bart. in authē. contra qui propriam. C. de
9 non nume.pecu. † Quid autem si partem inquisitionis cōfitetur, an gaudeat beneficio dicti statuti. vide Bal. in l.quidā æstimauerunt. ff. si certum petatur.

ADDITIONES.

a ¶Alleuiabitur. Adde tu vltra ea quæ subijcit dominus Ange. adde tu quod hoc potest esse propter beneficium confessionis. vnde tunc succedit quod voluit Angelus in consi. lxvij. & cons. ccxxvj. quem refert & sequitur dominus Alexand. in consilio ccvij. in secundo volum. vbi licet offendere verba statuti, vt deseruiamus menti, & vt cesset absonus intellectus. sed si quis diceret non esse absurdum quod ille qui venit puniendus pecuniariter gauderet beneficio statuti, et non ille qui venit puniendus corporaliter cum ratio statuti ita militet sicut in alio. nam quando ex forma statuti quis pro delicto veniret furca suspendendus, propter confessionem decapitabitur, quia est minor pœna. ita Bald. consil. ccclviij. incipien. Præmittendum est & hæc sententia videtur æqua, pro qua facit, quia etiam de iure communi sponte confitens mitius ponitur, vt habetur in c.presbyterum. 50. dist. & xv q. vlt. in c. si quis presbyter. xxiiij. distin. c.fin. & c.quia simpliciter. lvj. distin. ponit Rom. in consi. cccccxxiij.

b Butiare, Adde Roma, in cons. xxj. Bes,

Avgvsti. Tu aūt in hac materia adde, ꝙ iste doctor multa in hac glos. dixit, quæ parū valent, nec probat quæ dicit, quia Bal. in d.§.quoties. non dicit id ad quod ipse allegat. Et inquantū vult ꝙ statutū quod loquitur ꝙ per confessionē vel per solutionē ante tēpus minoretur pœna, inquantū statuta dicunt deducta quarta parte per beneficium confessionis, nam dico ꝙ tale statutum nullo modo potest militare & habere locum in pœna capitis, & mortis, vel corporalis, quia illa pœna quæ infertur in corpus ratione subiecti, s. corporis, censetur esse indiuidua. iuxta nota. in l.iiij. §.Cato. ff. de verb. obl. vbi late per Bar. Ang. Imo. Rapha. & docto. q multa allegant. & per l.ij. §. j. & in l.in executione. §.ꝓ parte. ff. de ver. obl. nec est verum, ꝙ in aliquo istorum casuum propter suā confessionē concedatur sibi aliquod beneficium, hoc est ꝙ si pœna mortis veniret imponenda acerbissima, ꝙ per confessionem dabitur sibi pœna mortis quæ erit leuior, vel minorabitur pœna corporis afflictiua, in aliam leuiorem secundū exēpla quæ posuit, quia dico, quòd tale statutum deducta quarta parte per beneficiū confessionis, non cōprehendit istos casus, in quibus pœna corporis afflictiua imponit, sed in quibus solum pœna pecuniaria imponeretur, nec video quomodo tale statutum possit trahi ad istos casus, in quibus pœna afflictiua corporis imponeretur. Et moueor ex doctrina Bar. fundata in illo text. in l.iiij. §.prætor ait. ff. de dam. infec. qui dicit quòd vbi verba statutorum non possunt adaptari, nec ibi eius dispositio. & voluit Bart. in l. ita autē. in prin. ff. de admi. tut. & sequuntur Ange. Imol. & Paul. de Cast. in d.§.prætor ait. & Pau. de Cast. in l.benignius. ff. de legi. quam tamen sequitur Cald. limitando prædicta in solenni sua disputatione incipiente, Statuto ciuitatis. & ita decidunt Bald. & Angel. in l.quod constitutum. ff. de testamento
10 mili. † vnde volunt præfati docto. quòd si statuto caueatur, quòd de quolibet instrumento soluantur sex denarij pro libra, tale statutum non comprehendit casum, quādo
c instrumentū fit super re inæstimabili, c quia vbi nō possunt adaptari verba statuti, licet statutū generaliter loquatur ibi non extendit eius dispositio ita in casu nostro nescio videre quomodo verba statuti loquentis, s. dedu-

deducta quarta parte per beneficiũ confessionis possint ista verba statuti adaptari ad pœnã corporis afflictiuam, ſ. q amputetur manus alicui, vel q oculus ei effodiatur, qa vt dixi, ista omnia indiuidua sunt, nec est verum q isto casu possit minorari pœnam, per §. pœna grauior. quia §. pœna grauior. habet locum qñ adsunt illæ causæ, de quib⁹ ibi per gl. & docto. sed ista causa cõfessionis non potest militare, quia vt dixi dispositio statuti non potest ibi habere locum cũ verba statuti adaptari ibi non possint, teneo tñ q si pœna quæ imponeretur per statutum per nomina numeratiua imponeretur, puta q talis committens tale delictum habeat octo ictus funis vel fustigetur cũ centũ verberibus, & statutum generaliter diceret q omnis pœna imposita per statutum minoretur deducta quarta parte per beneficium confessionis, isto casu talis pœna minorabitur, quia vbi adaptari possunt verba statuti, ibi adaptatur eius dispositio. Nec obst. illo casu q corpus hominis est quid indiuiduũ, quia non potes tangere partem quin tãgas totum, quia respondeo q statutum isto casu non habuit respectum ad hoc, sed ad numerum pœnæ imponendæ; cum minor sit pęna sex ictuum funis vel verberum, quàm octo arg. l. capitalium. ff. de pœn. † adde tñ
11 hic quæ dixi supra in glo. in verbo, in platea cõmunis. in illo articulo q pœnæ in specie non possunt duplicari, sed tamen in quantitate ita intelliguntur statuta generaliter loquẽtia, ita isto casu cum statutum dicit deducta quarta parte verisimiliter loquit statutum de pœnis in quantitate quibus adaptantur verba statuti. Itẽ inquantum supra tactum est quando per confessionẽ conceditur beneficium diminutionis pœnæ, vel augmentatur pęna per negationem vel qñ negat in illo loco cõmisisse delictum, vel si primo negauit & postea cõfitetur, an augetur pœna, vel si partẽ inquisitionis cõfitet, de omnib⁹ istis vide Bal. & Sal. & Ful. Pau. de Cast. & doct. in d. l. cũ qui. ff. de iureiur. & ibi Ang. notanter loquitur de eo qui postea confitetur ante factas probationes, an saltẽ veniat condẽnandus in expẽsis, de ista materia an negans possit postea confiteri. vide per Bald. de istis quæstionibus in l. ea quæ. in x. & xj. q. C. de accu. & per Bal. in c. j. in §. porro. quæ sit pri. cau. benefi. amit. & per Bal. in l. de ætate. in §. fi. ff. de interroga. actio. & per Bald. in l. error. in vij. col. C. de iur. & fac. igno. & per Bald. in l. j. C. de furt. Bald. in l. si vnus ex sociis. §. fi. ff. pro soc. per Bald. in l. vnica. in vij col. C. de confes. per Bal. in l. electo. §. neque. ff. de noxa. Ange. in §. si enim. in authẽ. de triente & semiss. Sali. in l. contra negantem. C. ad leg. Aquil. qui contradicit his quæ dixit in dict. l. cum qui. Iac. de Are. Ange. & Imol. in l. sed hoc ita. § q autẽ. ff. de re iudic. De qualitate autem negata vel confessata. vide per Bartol. Saly. & doct. omnes, maxime Fulg. in l. cum qui. ff. de iureiuran. Ange. & Imol. & Rom. in l. j. §. si quis simpliciter. ff. de verb. oblig. per Bald. in l. cum quid. ff. si certum peta. & per Bald. in cap. j. §. porro quæ sit pri. causa benefi. amit. qui ponit quid in appellatione an habeat locum pœnitentia.

c Inestimabili. adde q hoc in terminis consuluit Cum. in cõs. xcvij. cui se subscripsit do. Io. de Im. & eandem sententiam tenet Roma. in consi. 324. & do. Alexand. in consi. lviij. in ij. vol. & q dispositio statuti non extendatur vbi verbera non conueniunt. vide etiam per Barbatiam in consil. inge sim. clxxio. Ber.

SVMMARIVM.

1 *Sententia dicente quòd amputetur manus dextera, si dextram non habet, an iudex possit alterare in sinistram.*

2 *Pœna existente quòd amputetur manus & non dicatur quæ quid erit*

3 *Pœna existente amputationis manus, si habeat unam bonam & unam aridam, quæ amputabitur.*

4 *Pœna existente amputationis manus, si unam tantum habeat quid erit.*



Vis si nõ soluerit intra decem dies amputetur sibi manus dextra &c.] † Quando
1 aũt non habet dextrã an iudex possit alterare in sinistrã. not. Bar. in l. hos accusare § fi. ff. de accus. & dixi supra in gl. super verbo, platea cõis. & no. Bar in auth. sed nouo iure. C. de ser. fug. & ibi Bal. & docto. in l j. C. vt intra cer. tẽp. & ibi gl. & concludunt sic, qui. iudex ex officio qñ videt q pœna à lege vel statuto ord. nata non potest habere locum ex officio

ctio suo pœnam alterat & extra ordinē punit, quæ punitio dicitur extra ordinem fieri non ex alia l. vel statuto sed ex eodē ex quo pœna imponebatur illa quæ imponit impossibile est, vt casus in d.l. hos accusare.§.fi.cōiuncta l.si criminis.C.ad leg. Iul.
2 de vi.& ita dicit Bar.in d.§.fi. † Quæro qd si simpliciter dicatur ꝙ manus amputetur nec dicat quā manū gl.in d.auth. sed nouo iure arguit pro & cōtra finaliter concludit quod illa in qua minus potest amputetur.
3 † quid si habeat vnā bonā & alterā aridā. Dy.in d.auth.dicit quod bona amputabit. arg.l.quoties.ff.qui satisda.cogan.sed Butr.
a in d.auth. tenet quod arida[a] quia in obscuris ꝙ minus est sequimur, vt l.in obscuris. ff.de reg.iur.pro quo facit l.ij.ff.arbo. furt. ce. sed Bal.ibi dicit ꝙ aut prouisum est de certa manu vt in nostra sententia quia dicit dextra, & tunc satisfactum est statuto si illa amputetur, licet arida sit pro quo facit quia debito & speciei præstando speciem in eo statu quo est liberatur, vt l.domus.§. j.& quod ibi no.ff.de leg.j. si autē de certa manu per statutū prouisum non sit, & tūc aut illa manus est omnino inutilis & tunc illa nō abscindetur sed vtilis, sinautē nō esset omnino inutilis, tunc illa quæ est minus
4 vtilis truncabitur.† Quid autem si quis nō habet nisi vnicam manū an illa sola abscindetur. Iac.de Are.in d.auth.dicit ꝙ nō, sed alterabitur pęna, vt l.stichū aut Pamphilū. ff.de solu.& in l.emptorem.§.pen.ff.de cōtrahen.emptio.sed Bal.ibi dicit ꝙ imo illa sit abscindenda, quia statutum hoc dicit, cuius verbis standum est, verū quia remanet omnino inutilis debet alia pœna, vt puta relegationis vel pecuniaria allegari.arg.l.illicitas.§.ne tenuis.cum gl.§.de off.præsi.sed Flor.in d.authē.dicit ꝙ opi.Bal.de iure est verior opi.Iac.de ęquitate autē hodie stylus & curiæ consuetudo est attendendus, vt l.saccularij.§.sunt quidā. ff.de varica.crimi.vide Ange.& Imo.in l.ij.ff.de iudic.

ADDITIO.

a ¶Arida. Adde tu in proposito, & vide ibi Cepol.& Alex.in consi. ciiij.in j.volu.& ibi quod ita communiter tenetur, & limita, vt per Cep. in d.authen.sed nouo iure. Ber.

AVGVSTI. Tu in his quæstio adde primo ea quæ pulchre dixit Bal.in c.j.l. furtū.extra de pace iura.fir.in vsi.feudo.in iij. col. dixit ꝙ si reus à quo iudex debet facere abscindere vnum membrum ille nō habet illud membrum ꝙ in simile membrū immutabitur illa pœna & seruabit iudex æqualitatem quantū potest, subdit tñ ꝙ si iudex non potest hoc facere puniet isto casu grauius qua remissius allegat d.l.ij. C. vt intra certum tempus & reddit rationē, maxime in statuto loquente ꝙ qui debilitauerit membrū alicui debilitetur sibi simile membrū, nā dicit Bal.offensus membrum perdidit innocēter iste aūt offendens punitur culpabiliter. Et ideo magis punit quia inter innocentiam & dolū nulla est proportio & adde hic omnino quæ dixi supra in glo.in verbo, in platea cōis. & vide Alb. in d.auth.sed nouo iure.adde Alb. de Ros.in iij.par.statu.q.lx. qui ponit si debet amputari pes vel manus, nec dicitur quæ, de qua intelligatur. & inquantū supra tactum est si talis reus habet manū aridam, an illa debet amputari. Albe. in loco supra alleg. in d.auth.sed nouo iure expresse ibi decidit cōtra Cy. ꝙ imo manus arida dēt amputari & Sali.i d.l.ij.C.vt intra cer.temp.in fi. tenet opi.Iac.de But.contra Cy.& rñdet ad d.l. ij.cui.l.nō rñdebat Iac.But.& ibi Sali.adducit pro hac snīa bonū text.quē ibi vide, & aliū casum in hac materia ibi videas alleg. à do.Abb.in c.j.extra qui cle.vel vouen.& ibi vide do.Card.tāgentē istā difficultatē, & licet in terminis istius q. soleat allegari doctrina Ioan.And. quā posuit in mercurialibus in regula.in pœnis extra de regu. iur.in vj.quā in indiuiduo in hac difficultate in terminis qōnis nostræ allegauit Ioan. de Imo.in l.ij.ff.de publ.iud.vbi post Ange.examinauit istā materiā, tñ allego ego Ioā.And.in addi.Spe.in rub. extra de pęn. in fi.vbi expresse Ioan.And.dicit ꝙ cōis doctrina in hac materia est cōtra Cy. in d.authen.sed nouo iure.scilicet ꝙ manus arida debet abscindi reo & in istis q.adde omnino dicta Rapha.Ful.qui vltra omnes locutus est in hac difficultate in d. auth.sed nouo iure & certe ibi eleganter loquitur.

5 *Statuto imponente pœnam alternatiue ut puta amputetur manus uel pes uel amputetur manus uel stet perpetuo in carceribus quis faciet electionem pœnæ iudex uel reus.*

6 *Pœna existente arbitraria iudicis erit arbitrium.*

7 *Pœna existente mixta alternatiua & arbitraria arbitrium est iudicis.*

8 *Pœna existente unica puta statutum dicit de amputatione manus & reus est ita puer uel ita senex quòd statim moreretur tunc iudex potest dispensare.*

9 *Statuto dicente occidens occidatur ut in quo deliquit puniatur si Titius aliquem alapa non dolo percussit, & percussus mortuus est Titius non morietur, & erit interpretatio non dispensatio, & quo iure sit introducta interpretatio.*

10 *Consuetum fieri non dicitur arbitrarium, sed necessarium, & in arbitrarijs iudex in mitiorem inclinabit.*

11 *Reo mori debēte, an iudex possit dare ei optionē mortis puta furca uel capitis amputatione.*

12 *Electionē in pœnis alternatiuis existēte ipsius rei si reus eligat grauiorē an sit audiendus.*

13 *Iudex in pœnis alternatiuis etiam si uerba diriguntur ad iudicem debet eligere minorē.*

14 *Pœnā minorem in alternatiuis esse eligendam per iudicem intellige quādo ambæ sunt corporales ut puta quod amputetur sibi per aut manus, si autē dicatur aut soluat centū aut manus amputetur semper elegit pecuniariā quia nō est proprie pœna alternatiua sed corporalis surrogatur in defectum pecuniariæ.*

15 *Statuto licet possit fur pro paruo furto suspendi iudex poterit moderari illā pœnā citra mortē et an iudex debeat aliter quā sit cōsuetudo.*

16 *Iudex an possit dare electionem mortis reo morituro.*

1 ANGE. † Quid si statutum imponit pœnam alternatiue videlicet amputetur manus vel pes; vel quòd amputetur manus vel stet perpetuo in carceribus detētus vel quod amputetur manus, vel soluat mille & sit relegatus, cuius erit electio dictæ pęnæ an iudicis vel rei: istam quæstio. ponit glo. in l. quicunque. C. de ser. fug. & ibi Cy. & Bar. & Bald. in l. si fugiti. eod. titu. & Bal. in auth. sed nouo iure. C. eod. titu. & Bart. in l. j. ff. de effra. & expil. & Imo. in d. l. ij. ff. de publi. iudi. nam in d. l. j. Bar. videtur velle ꝙ in dubio sit electio rei per l. pen. ff. de pœn. sed in d. l. quicunque. dicit illud verū in pœna pecuniaria, vt l. plerunque. in fi. ff. de iure do. sed in corporali pęna in dubio iudicis sit electio, vt l. j. ff. de effra. & expil. nisi verba dirigantur ad vnū qa ille ad quē diriguntur, habet electionē. arg. l. Lucio cū gl. ff de leg. ij. sed Bal. in d. l. quicunq; versi. no. de pœna alternatiua &c. dicit quod aut est alternatiua, aut est arbitraria, aut mixta alternatiua, & arbitraria, aut pęna simplex. Primo casu aut est pœna ciuilis parti applicanda & est electio debitoris, nā si hēt electionē in alternatiuis sorti, quæ est fauorabilis ergo in alternatiuis pœnis, q̄ est odiosa, vt no. glo. in d. l. quicunq;. aut pœna est criminalis & pecuniaria fisco applicanda & etiā isto casu reus eligat p. l. interpretatione. ff. de pę. aut pœna est criminalis & corporalis puta aut manus vel pes tūc ēt idē ꝙ rei est lectio qa vtraque pœna est orta & purgata delictū & de hoc ante sniam interrogabitur per iudicē & si nō eliget, tūc iudex eliget potestate sibi data. per d. l. hodie & snia fertur certa, & non alternatiua, cū trahere debeat, secum executionē, vt ff. de pę. l. q. vltimo. simile no. l. j. §. exactio. C. de rei vxo. act. nec ob. dicit ipse ꝙ habetur in d. l. Lucio. qa ibi loquitur in creditore fauorabili. hic in odioso. C. cōia de le. l. fi. §. j. licet ergo statutū dicat iudex faciat extrahere oculū vel pedē amputari, interpretatur ꝙ reus eligat & miserabilē electionē sibi esse concessam q̄uis verba statuti dirigantur ad iudicē nā illa est mitior pęna q̄ eligenti vr̄ minor, vt intelligatur l. aliquā misericordiā

6 inter miserrimas pęnas inseruisse. † Secundo casu principali videlicet in pœna arbitraria omnino iudicis est arbitriū, nā arbitriū in iudice mihi aliud est quā iurisdictio quæ in priuato reo maxime nō datur, idē si esset electio & declaratio & reus nunq̄ idoneæ eligeret. ff. de effrac. & expil. l. expilatores.

7 † Tertio casu principali qn̄ ex mixta alternatiua & arbitraria idē dicit sicut in pœna arbitratiua. allegat C. de ser. fugi. l. si fugitiui. nam tunc intelligit de simili pœna, sed assimilari pertinet ad iudicē vt l. pn̄t. ff.

8 de leg. † Quarto casu principa. qn̄ est vnica & sola pęna ibi non cadit electio sed dispēsatio, & ideo ad iudicē ex causa pertinet vt puta si statutū dicit de manus amputatione & aliquis est ita puer. vel ita senex quod statim moreretur tunc iudex pōt dispensa-

a re a non tn̄ cogitur nec propter hoc appellari. ff. ad Silla. l. q. pōt. in fine in ratione literæ.

9 ræ. † secus esset hoc casu in casu statuti ꝙ dicat quod occidẽs occidatur vt in eo in quo deliquit puniatur, pone modo culpa & nõ dolo percussi te,& mortuus es vtique ego mori nõ debeo,& hęc est interpretatio nõ dispẽsatio & à mala interpretatione appellatur,nisi à principio sit specialiter interdicta. de origi.iur.pręterea introducta est interpretatio de iure naturali,& ideo locũ hẽt etiã in statuto, naturali enim ratione est,vt non puniat quẽ ad mortẽ qui noluit delinquere. Itẽ debet puniri dolus. l.j.§.sed si claua. ff.de sicca.& pro hoc l.ij.§.j. & quod ibi no.Bar.& illud est tenẽdũ. aduertas tamen secundum Bal.in d.l.quicunque in
10 versi. † scias etiam quod illud quod consuetũ
b est fieri nõ dicitur arbitrarium sed necessariũ b vt ff.de extraord. crimi.l. saccularij & not. in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de infa & quia consuetudo est actus practicus ideo seruanda & etiam scias, vt ibidem subiungit Bald.quòd in arbitrarijs debet iudex in partem mitiorẽ inclinare de offi.deleg.c.de causis. non tamen debet esse nimis gratiosus.de reg.iur.c.ij.in vj. & ibi per Ioan.And.in nouella.& quando plures pœnæ imponuntur, vel à iure communi, vel à statutis, vel diuersis legibus vel à diuersis statutis, vel à statuto,vel lege,vel ab homine quid faciendum sit ponam infra in gloss. super verbo, caput à spatulis amputetur &c. in
11 versi.quid si plures leges &c. † quando autẽ reus omnino mori debet an iudex dare posset ei optionem qua morte mori debeat, vel furca vel decapitari.& est tex.cum glo.in l.aut dãnum.in princ.ff.de pœn.quod sic.

ADDITIONES.

a ¶Dispensare. Adde tu & vide Roma.in consilio ccccclxvij. & Fulgo.in consi.clviij.& vide supra in versi.quas si non soluerit Ber.

b Necessarium. Adde tu & vide Angel. in consi. cccviij.in fine.

AVGVSTI. Tu autẽ in principali quæst. quam tangit do.Ange.hic adde Bald.in l.cunctos populos.C.de sum.trin. & fide catho. in vij.colum.qui dicit quod in alternatiuis in criminalibus est electio iudicantis sicut in pœna incerta de certis. alle.d. §. expilatores , quia dicit quod si electio esset rei frustra caderet ibi alternatiua, quia affectio eius facere quod semper acciperet minimam pœnam. Sed ego non curarem de hoc quia imputetur legi quæ ita voluit sicut quando pœnam corporalẽ cõmutat in pecuniariam, vt dixi supra in gloss. præcedenti, vel econtra, vel fortasse possumus intelligere prædicta nisi in arbitrijs pœnis,quia isto casu reus eligeret quid minimum, & esset lex isto casu ridiculosa contra ea quæ habentur.j.dist. & erit autem l.cum si. Alb. de Rosa. in l.serui fugitiui. C. de ser. fugi. dicit quomodo Odof. tenuit quod electio fit rei p l.plerunque ff.de iure do.sed dicit Alb. quod Cy.& Iac.But.& alij doc.tenent ꝙ fit in arbitrio iudicis,& respondet ad d.l. plerunque dicit tamen Alb.in l.quicunque.C.de ser.fug ꝙ si reus seruus pœnę efficeretur isto casu perdit talem electionem.per l. ex facto.§. si quis rogatus.el ij.ff.ad treb. Et dixit vnum nota-
12 bi.Raph.Ful.in d.l.quicũque.C.de ser.fug.† ꝙ in casu quo in pœnis alternatiuis electio est rei,tũc si in istis alternatiuis reus eligeret grauiorem pęnã mos non est ei gerẽdus maxime si irrationabilis est, vt quia dicit statutum aut soluat centũ aut fustigetur pone ꝙ vnus qui est soluendo auaritia ductus magis vult fustigari,certe iudex non debet eũ audire.Si autẽ iste talis aliqua rationabili ratione se moueret audiendus est,& illa pœna habebit locũ, licet sit acrior quã elegerit.arg.eorũ quæ habentur in l.j. ff. de his qui mor. sibi consciuerunt. & vltra oẽs in hac materia locutus est Abb. in c. à crapula extra de vi.& hone. cler. qui multa noua adducit contra sniam legistarum in hac materia ibi vide. Item adde d. Catal.in trac. synd.in clxiij.addi.qui late ponit istam mate-
13 riam.†& ibi etiam dicit ꝙ si etiam verba diriguntur ad iudicem quod iudex in istis alternatiuis debet aligere minorem pęnam & allegat bona iura.& vide Pet.de Anch. in cap. de causis,ibi aliquid per doct. extra de offic.dele. & vide Bal.in l data opera.in ij.col.C.qui accu. qui videtur velle ꝙ ẽt in istis alternatiuis iudex eliget mitiorẽ, & iudex eligit in istis pęnis alternatiuis hoc nõ debet fieri sine citatione partis.ita voluit Bal.in l.si fugitiui.in fi.C. de ser. fug. Adde Bal.de ista materia in l. quid ergo.§.pęna grauior.ff.de his qui not. infa. in
14 j.col.† Limita tñ prædicta & intellige procedere qñ pęna quę ponitur alternatiue ambæ sunt corporales,puta quia statutũ dicit quod amputetur sibi pedes aut manus quia prędicta procedũt secus si vna pecuniaria altera corporalis, puta quia statutũ dicit ꝙ aut soluat centũ aut amputetur manus, quia semper iudex debet eligere isto casu pęnam pecuniariam.ita sing.dixit Bald.in l.Lucio Titio. ff. de leg. ij. quia isto casu illa non est proprie pœna alternatiua, sed est pœna corporalis in defectũ pe-
15 cuniariæ subordinata. † Item inquantũ est dictum

dictum ꝙ iudex potest dispensare in pęnis qñ vna est pœna. adde mirabile consiliũ Ludo. de Ro. in consi. suo ccccLxviij. q. cõsuluit quod licet per statutũ fur pro paruo furto possit suspẽdi, tñ iudex põt moderare pœnã illius statuti citra mortẽ & est mirabile cõsilium & mouetur per bonas rationes. Item an iudex debeat arbitrari aliter quã consuetudo fuerit vide eleganter dicta d. Ant. de But. in d. c. de causis. extra de off. deleg. & omnino limita, vt per Abb. ibi in fi. vide do. Ant. de Bu. in c. j. extra de cõ

16 stitutio. & ibi per Moder. Item inquantum do. Angel. hic per tex. in d. l. aut damnum vult quod potest dare morituro electionem mortis. addatis quod cum supportatione ille tex dicit totum contrarium, & ideo Roma. in sing. suis. cxxiiij. dicit quòd Nero fecit hoc in magistrum suum Senecam. Sed non est bonum exemplum imperatoris, quia alius iudex hoc non potest, vt dicit ibi ille text. in l. aut damnum. §. j. secus in imperatore, vt ibi habetur in tex. cum glo. & ita dicit Roma. in l. si quis mihi bona. §. j. ff. de acquiren. hære.

17 *Statuto dicente quòd de tali delicto debeat puniri grauissima pœna, an flagellis cedendo debeat dici grauissima pœna.*

17 ANGE. †Quid aũt si statutũ dicat quòd debeat de tali delicto affici & puniri grauissima pęna an flagellis cedendo dicatur grauissima pęna tex. & ibi glo. & Bar. in l. sed & si. §. prætor ait. ff. de in ius vocan.

AVGVSTI. Tu adde ea quæ dixit ibi Ludouic. de Roma. in suis reportatis in notabili super textu.

18 *Condemnatus fuit aliquis in centum quæ si non soluerit intra decem dies amputetur sibi manus non soluit, an officialis possit exequi dicta centum in bonis condemnati.*

18 ANGE. †Quæro si aliquis fuerit damnatus in cẽtum, quæ si non soluerit intra decem dies amputetur sibi manus, non soluit tñ officialis vult exequi in bonis cõdemnatis, an possit videtur ꝙ nõ, q̃a pœna est transfusa in corporalẽ, vt l. obligationũ fere. § fi. ff. de act. & obl. tñ Bar. in l. cum duobus. §. idem respondit

a si socio. ff. pro socio. tenet quod potest. a

ADDITIO.

a ¶ Quod potest. Adde & vide Francis. de Are. in consilio lxxxix. Ber.

AVGVSTI. Tu adde quod doctores ibi sequuntur opi. Bart. Imol. Salicet. & Raph. Fulgo. & multũ exclamant de illa doctrina Bart. ibi, & dicunt Bar. ita consuluisse. & vide Ang. & Imo. in l. si stipulatus. in xviij. col. ff. de verbo. oblig. approbantes Bar. & de materia vide omnino pulchra verba Bal. in l. commissoriæ. C. de pac. inter emp. & vendi. & dicta Bald. in l. j. C. de his quæ pœnę nomine. & doc. in l. ij. ff. de pub. iud. vide tñ. Ro. aliter sentiẽtem in l. j. §. & post operis. ff. de ope. no. nun. Et adde pulchra verba Raph. Fulg. in l. quicunque. C. de ser. fug. qui refert quomodo Ang. ibi dicit ꝙ audiuit alias à Bar. viua voce ꝙ ipse consuluit in ista materia determinasse & quod licet tempus sit lapsum & reus in pœnã corporalẽ inciderit ex eo quia nõ soluit intra tẽpus pœnã pecuniariã ꝙ nihilominus põt iudex exigere pœnã pecuniariam quam reus poterat soluere & non soluit per d. §. idem respondit. sed Raph. Fulg. ibi videtur tenere contrarium & arguit contra Bart. & respondet ad d. §. idem respondit. & faciunt ea quæ dixi supra in proxima additione quæstio. proximã istius quęstionis in hac materia.

19 *Officiales exigentes pœnam errarunt in calculo & condemnatus fuit in bona fide licet non soluerit integram condemnationem an amputabitur sibi manus.*

20 *Condemnatio ad amputationem manus dextra, fuit sinistra amputata per errorem executoris an possit truncari dextra.*

19 ANGE. † Quid si erratum fuit in calculo per officiales vel ad gabellã deputatos, ita q̃d condemnatus non fuit in dolo, sed in bona fide, & tñ nõ soluit in veritate integrã condemnationem, an debeat sibi amputari manus, dic ꝙ non, vt no. Bal. Raph. & Imo. in l. quamuis. de condi. & demon. per illum text. quòd not.

20 †Quid si condemnatus fuit ꝙ debeat amputari manus dextra, & per errorem per executorem fuit abscissa sinistra an iudex possit pro executione sučsententiæ truncare dextram, dic quod non quia ꝙ primo executus est in sinistra restitui nõ potest. ita dicit Bar. in l. elegant er. §. qui reprobos. ff. de pigno. actio.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia in prima q. vide Mod. late scribentes in d. l. quãuis. sed in alia q̃one adde q̃d Sali. in d. §. qui reprobos. expresse sequitur doctri. Bar. q̃d isto casu si per executorẽ manus sinistra fuit abscissa p errorẽ, nõ põt aliã manũ dextrã abscindere, sed vide Fulg. in d. §. qui reprobos. q. arguit cõtra illã decisionem doct. sed rationes suæ nõ mihi placent,

placet, quinimo Alb. de Ros. in d. auth. sed nouo iure. C. de ser. fug. in fi. ibi ponit istã q. & arguit pro & contra, & dicit quod quidã doct. tenuerũt ꝙ licet ꝑ errorẽ executor errauerit in vna manu tamẽ exequetur in alia per bonã rationem. ipse idem Alb. tenet contrarium & istam teneo.

21 *Statutũ dicit quod homicida condemnetur in centum & si non soluerit intra decẽ dies decapitetur, homicidium est cõmissum nõ dolo sed culpa tantum & intra tempus non fuerunt soluta centum an debeat decapitari.*

22 *Pœnam pecuniariam ad euitandam corporalẽ uel corporis afflictiuã non solũ cõdemnatus soluere potest sed etiam coniunctus uel extraneus, etiam condemnato non mãdante.*


23 *Pœna pecuniaria potest solui ut corporalis euitetur etiam condemnato inuito.*

21 Ange. †Quid si statutũ dicit simpliciter ꝙ homicida condemnetur in centũ & si nõ soluerit intra decẽ dies decapitet̃, & homicidiũ nõ est cõmissum dolo sed culpa tm̃, an si nõ soluerit dicta centũ intra x. dies debeat decapitari istã q. format Bal. in l. data opera. C. q̃ accu. nõ pos. versi. & ex hoc infero ad talẽ q. &c. vbi determinat qđ vbi culpa cõmissum nõ est homicidiũ ꝙ condẽnabitur in centũ tm̃, & licet nõ soluerit intra decẽ dies nõ decapitatur. Et hoc est q̃a dictũ statutũ de homicidio intelligitur qñ cõmissum est dolo. facit ꝙ no. Bar. in l. j. §. j. ff. si quis test. lib. esse ius. fue. & hoc iudex debet in sua sñia declarare inserta causa, q̃a semper cã condẽnationis quærẽda est, vt ff. de re. mili. l. q̃ cũ vno. §. ad tẽpus. qđ bene no. Et adde & videas q̃ scripsi supra in glo. quas si nõ soluerit intra decẽ dies cum quarto pluri. in versi. Si vero in ea diceret vsq; ad finẽ illius glo. quia melius hæc ca-
22 dunt sed errore fuerunt ibi posita.† Et teneméti ꝙ nõ tm̃ dictã pœnã pecuniariam põt soluere cõdemnatus vt pęnã corporalẽ euitet vel corporis afflictiuã sed alius coniunctus vel extraneus etiã si condemnatus nõ mandauerit soluere vel ratũ non habuerit, etiã intra tẽpus ita dicit Bal. & Imol. in
23 l. fi. circa princ. ff. de condi. insti. † quinimo plus dico ꝙ etiã inuito põt dicta pęna pecuniaria solui, vt corporalis euitetur, vt not. Bar. in l. stichus de pecu. le. & Bal. in l. fi. de neg. gest. intantũ ꝙ vt dicit ibi Bald. potest per extraneũ auferri de bonis dicti cõdemnati etiã dicto cõdemnato inuiti & soluere dictam condemnationem vt ar. l. si proc. §. si ignorãtes. ff. manda. & no. Bar. in l. iiij. §. cato. ff. de verb. obli. & hoc ratione proprij interesse illius extranei soluentis. arg. l. non tantũ. ff. de appel. quod perpetuo no.

Avgvsti. Tu autẽ in ista gl adde ꝙ mihi placent ea quæ dicit do. Ang. hic, se d in vltima difficultate quã ipse tangit hic adde bonũ tex. & ibi Bal. ponderantẽ illũ tex. in l. si quis id quod. in versic. in seruos. ff. de iurisd. om. iu. qui dicit ꝙ stante dicto statuto, ꝙ si q̃s intra mensem nõ soluerit centũ amputetur sibi manus, nihilominus si constat ipsum nõ posse soluere, tñ poterit alius soluere pro ipso. & allegat. l. stichus. ff. de pec. le. vbi Bar. etiã. h. d. ẽm quod d. Ange. alleg. supra. Et inquantũ d. Ang. hic allegauit illã doctrinã Bal. quã posuit in l. fi. C. de neg. gest. ꝙ imo amicus vel coniunctus reo inuito põt soluere illã pecuniã ad hoc vt euitetur pęna corporalis, & poterit postea repetere illã pecuniã. Addatis qđ illã doctrinã Bal. late enucleauit & examinauit postea Pe. de Ancha. in c. cũ C. laicus. extra de fo. compe. in pen. col. & ibi Pe. de Anch. allegat quõ Bar. ĩ l. si stichũ. §. sed si alio. ff. de nouat. vult ꝙ etiã si soluo pro aliquo alicui suo creditori, & expresse debitor protestetur soluẽti, ꝙ non soluat ꝙ soluenti isto casu non datur repetitio propter expressam prohibitionẽ, etiã ex causa necessaria. Fallit solummodo in impensa funeris, vt ibi per Bar. & sic Bar. loquitur etiã in causa necessaria. Sed ibi vide Pe. de Anch. no. loquẽtẽ in ista materia, q̃ declarat q̃d de iure in isto passu dicere debemus. & vide Dominicũ in d. c. cum C. laicus, qui dicit ꝙ si soluens est amicus debet protestari quod non animo donandi sed repetendi soluit ad hoc vt fugiamus tex. in l. is qui amicitia. ff. de nego. gest. alias nõ repeteret. & vide do. Ang. hic infra in gl. præsente Caio & appellante in versi. & no. quod d. l. non tantũ habet locũ.

Svmmarivm.

1 *Practica ducendi condemnatos per loca publica & consueta est introducta ut ab omnibus uideantur.*


AIVM quod duci debeat per loca publica & consueta.] 1 †Ista practica fuit introducta vt publice videatur ab omnibus vt multis crassantibus locus sit exemplo, vt l.absentem.& l.aut facta.§.fin.ff.de pęn.

AVGVSTI. Adde quod iste doctor errauit quia noluit allegare l.aut facta.§.fi.ff. de pœn.& ibi vide glo.

SVMMARIVM.

1 *Executio aliquando fit in loco delicti ad maiorem exaggerationē, ut ante domum in qua furtum commissum est furcæ aliquando eriguntur.*


SQVE ad locum iustitiæ consuetum.] Hoc fuit introductū p no. in d.l.pe.ff.de iust.& iur. 1 † Sed aduertas q aliquando in loco cōmisit delicti fit executio ad maiorem exaggerationē, vnde ante domū i qua furtum cōmissum est furcæ aliquando eriguntur & ita semel obseruari feci cū casus in occurrere Perusij vel ī loco vbi hominē interfecit decapitaī, vt no. Bar.in l. capitaliū. §.famosos.ff.de pę. Et etiā est ratio vt ibi puniaī vbi deliquit, vt cęteris sit exemplū, vt C.ad leg.Iul.repe.l.j.& l.si quis forte.§. fi.ff.de pę.& §.si quis, & eod.tit.l.aut facta. §.fina.ita dicit Sali.in authen.si vero.C.de adul.& est casus & ibi hoc no.Bal.in l.j.C. de nili.agge.non rumpen.

AVGVSTI. Tu aūt in hac materia adde q dubito q in ista conclusio nō sit falsa & damno ego istos iudices q in loco vbi delictū fuit factū puniunt malefactores vel decapitando vel furcis suspendendo. Idē qn ad fenestras palatii suspendunt reos vel ad rengeriam suspendunt vbi rebelles principum suspenduntur & nō faciunt executiones suas in loco cōsueto vbi fiunt aliæ executiones corporales.moueor ergo per tex. in terminis in l.capitaliū. §. famosos.ff. de fur.vbi spāle est in latronibus famosis q de robando fecerunt homicidiū vt nō in loco cōsueto iustitiæ. Sed ibi in loco vbi proprie delictū fecerunt puniatur, & ratio redditur ibi tex.quare ibi in illo loco debent suspendi,& ibi ēt in tex.redditur ratio quare specialiter introductū est in famosis reis, quia acrius puniuntur famosi rei quā non famosi. Locus ergo vbi fit executio corporalis aggrauat infamiā ipsius malefactoris. Istę ergo executiones debent fieri in locis consuetis.Sed dico hoc nō militare nisi in famosis reis in aliquo qui enormissimum delictū qualifactum fecisset per prædicta, & ita alias interrogatus respondi de iure ita esse faciendum cogita.

SVMMARIVM.

1 *Iudex quando facit executionem corporalem debet habere rem claram quia ad similitudinem supplicij tenetur.*

2 *Cautela pro iudice est quando crimen non est probatum, & vult ferre absolutoriam quod faciat citare iniuriatum & etiam syndicum communis ad contradicendum, & quando constat iudici reum non esse culpabilem an possit illum ex suo officio absoluere.*


T ibi caput à spatulis amputeī, ita & taliter qđ moriatur &c.] 1 †Ante oculos tu iudex habeas ius & iustitiā, & qn̄ facias executionē corporalē facias quod res sit bene clara nec sit iuris vel doct. altercatio qm̄ si postea in syndicatu cōueniaris, diceres ius in carceribus. cum.n.iudex ad supplicii similitudinē teneatur & est pœna capitalis, vt l.iii.C.qui accus. non poss.non esset fide iussoribus relaxandus facit.ff.ad l.Iul.de vi l.lege Iulia.& ibi Bar.vnde bene caueas an
2 tequam sniam proferas corporalē. † quid autē si crimē non sit probatū & ipse debet ferre absolutoriā tunc cautela est q iudex ad sui exonerationē citari facit iniuriatū & etiā iudicio meo syndicatū cōis ad cōtradicendū quicquid volunt & possunt ne ille reus absoluatur, alias autē talis absolutoria nō præiudicat iniurato quin etiā non probata conclusione ipse iniuriatus reū accusare posit non obstante absolutoria facta p iudicē ab inquisitione formata q bene no. Et forte etiā ipse iudex tenebitur. ita dicit Ange.in d.l.si vacātia.in prin.iiii.col.C.de bo.vac.lib.x.& alleg.Ioā.And.an hoc tenē tem in c.exitus.de purga.cano.licet dicat q contrariū tenet Spe.in tit.de inquisitione.§. nunc tractemus. versi.sed pone sed Ang.tenet opi.

net opi. Io. And. pro quo allegat casum in l. si vacantia. quia debet fieri iniuriato præsente ergo eo citato. subdit tamen Ange. ꝙ hæc consuetudo nõ seruatur, nisi Florentiæ quod no. Tu etiam vide Sali. & glo. in d. l. qui de crimine. C. de accusa. & quod no. Bar. in l. si cui. §. j. ff. de accusa. & quando constat iudici reũ non
a esse culpabilem, an possit reum ex suo officio a absoluere vide eleganter per Bar. in l. absenté. in fi. princ. ff. de pœn.

ADDITIO.

a ¶ Ex officio. Adde & vide Cepo. in consil. xlj. vbi quod statutum permittens absentem & nocentem condemnare, ita permittit absentem & innocentem absoluere, & vide Franc. de Are. in consil. cxlix. Ber.

AVGVSTI. Tu cõsidera quod hic articulus hodie est expeditus per stylũ & cõsuetudinẽ pœnarũ, quia semper in huiusmodi processibus criminalibus fit citatio per campanã, per quam cãpanã omnes citantur & actor & reus quæ cõsuetudo & stylus faciunt ius iuxta l. de quibus. ff. de legibus. cum simi.

3 *Statuto imponente unam pœnam, & ius commune aliam quæ pœna erit attendenda.*
4 *Delinquens quando de pluribus delictis puniri possit & quando non.*
5 *Pœna pecuniaria imposita pro homicidio quando delinquens possit illa, & pœna iuris communis puniri, & quando per impositionẽ noue pœna uideatur recessum ab antiqua.*
6 *Pœna generali & speciali existente imposita super uno delicto quid erit faciendum, et iudex nunquam debet recedere à pœna statute quam imponendo sufficit.*
7 *Pluribus pœnis & legibus si unum delictũ puniatur an mitior sit imponenda.*
8 *Pluribus pœnis impositis, siue alternatiue, siue copulatiue aut aliter quid sit faciendum.*
9 *Pœna una si imponatur per ius commune & alia per statutum, an prima pœna iuris communis sit sublata.*

3 ANGE. †Quid aũt si sunt plures leges loquẽtes de dicto delicto & diuersas pęnas imponẽtes, vt puta ius cõe imponit vnã, statutũ vero imponit aliã, q̃ pęna sit attẽdenda, rñdeo ꝙ in iudicis electione est aut imponeret pęnã iuris cõis aut statuti, qm̃ ꝑ legẽ nouã statutariã nõ intelligit sublata pęna legis antiquę, imo vtranq; pęnã durasse, vt est casus in l. eũ. ff. de furt. & ĩ l. quoties. ff. de actio. & obl. & no. Bar. in l. senatus. in prin. ff. de actio. Sal. late in l. q. de crimine. C. de accus. ver. suppono tertio ad
4 de eandẽ partẽ &c. † Et cõsidera bene inquisitionẽ nostrã quia hic sunt plura delicta separata & plura facta, quia vulnerauit cum cultello, & vestem abstulit quod est clarũ ꝙ de furto & homicidio potest puniri, vt not. Bar. in d. l. senatus. l. nunquã plura & ibi Bar. ff. de priua. deli. Sinautẽ ex vnico facto nascantur duo delicta, vel ex vnico delicto duo tituli criminis vel plures agendi formę vel nõ, an ex vnica l. teneatur. & condemnetur, vel pluribus & no. gl. in l. iij. §. fi. ff. nau. cau. stab. Dyn. Bart. & Imo. in l. j. §. dixerit. ff. de publi. & Bar. in d. l. senatus. & in d. l. nunquam plura & Salic. in d.
5 l. qui de crimine. dic vt ibi per eos. † Ex quo sequitur quod si statuto imponitur pœna pecuniaria pro homicidio, tamen pœna iuris communis non sit sublata. Tu iudex poteris punire homicidam de siccar. ita semel de facto seruaui quòd not. quod verum est nisi ex aliquibus coniecturis appareat quod
b ꝑ impositione nouæ b pœne per statutum vel reformationem fit recessum à pęna antiqua. vt puta si statuto caueatur quod procedatur de similibus ad similia, & vbi in statuto nõ reperitur simile succedat ius cõmune, tunc apparet de mente statuti ꝙ in subsidiũ voluit imponi pęnã iuris cõis, igitur ab ea videtur recessum. ita no. Bar. in l. j. ff. vi bo. rapt. & idẽ in simili videtur tenere Bal. in l. j. C. de sum. trini. versic. vj opponitur dicitur hic &c. vide Imo. qui idẽ tenet in l. ij. ff. de publ. in vers. quia aut per diuersas leges &c. Sed Sali. in l. qui sepulchra. C. de sepul. vio. vers. quæro tunc secundo quid si per statutum imponitur &c. aliter & plenius dicit, dic vt ibi per eum. Sed etiã Bar. in l. sanctio. in prin. ff. de pęn. aliter & plenius distinguit secundum Ray. videlicet aliquando sunt duę pęnæ vna generalis & alia specialis, & tũc distingue si quidẽ generalis imponitur per legem vel per statutum & specialis per hominẽ, tunc vtraque concurrit etiam quo ad executionem, vt l. nõn dubium. C. de leg. coniuncta l. iubemus. C. de sac. san. eccle. Et intelligo per hominẽ siue sint contrahentes siue etiam per prætorem vnũ imponatur. Si vero à statuto imponatur generalis & specialis, tunc specialis & generalis imponi poterit quia eadem est ratio, vt l. illud. ff. ad l. Aquil. facit. l. prætor edixit. §. j. ff. de iniur. Si vero vtraque venit imponenda per hominem, tunc quo ad originem habent locum non quo ad executionem,
6 vt d. l. prætor edixit. † Ex quibus infert

II 4 quòd

quòd quando super vno delicto reperitur pœna specialis & generalis, tunc si quidem pœna generalis est incerta & arbitraria nõ refertur ad specificata siue eadem lege vel statuto vel eadem reformatione, siue diuersis siue l. communi & statutaria, vt d.l. sanctio secundũ lect. glo. Si vero vtraque pœna est certa & determinata, & tunc refert an vtraque pœna imponatur eodem statuto vel eadem reformatio & generalis non refertur ad specificata secundum lectu. Dyn. in d.l. sanctio & sic specialis tantum imponuntur. Si vero imponuntur diuersis legibus, vel diuersis statutis vel diuersis reformationibus, vel de iure communi vna, ex statuto alia, & tunc aut vna pœna infertur à lege, alia ab homine, & tunc vtraque habet locum etiam quo ad executionem, aut vtraque infertur ab homine, & tunc vtraque non habet locum quo ad executionem, vt patet ex prædictis secundum Bart. ibi quod singulariter liga ad digitum, quia est nota. De quo etiam vide Bald. in d.l. qui sepulchra. vbi etiam Ang. alleg. Spe. in tit. de accu. circa prin. vbi dicit ꝙ propter pœnam impositam per statutum, non videtur esse recessum à pœna iuris communis, dat tamen An. cautelam iudici ꝙ nunquam recedat à pœna statuti & illam
7 imponendo sufficit. †Adde tamen quod not. Inno. in c. si pro debilitate. de offi. deleg. quod vbi vnum delictum pluribus pœnis vel legibus punitur, & diuersimode mitior pœna imponẽda est ꝙ tu intelligas secundum supradicta & vide Bar. in l.j. §.j. pen. col. in fin. ff. de ope. noui nuncia. & addas quod no. Iaco. But. & Bal. in l. placet. in pen. q. C. de sacrosan. eccl.
8 †Quãdo autem pœnæ essent alternatiuę, dic vt dictum fuit supra in glo. super verbo, quòd manus dextra amputetur &c. sed Bal. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infa. vers. ad huius glo. declarationem &c. dicit ꝙ si duplex pœna imponitur diuersis legibus vna tantum debet puniri, vt l. senatus. & quod ibi gloss. & Bartol. ff. de accusatio. si in eadem lege vel statuto & tunc aut copulatiue & tunc potest imponi vtraque l. nemo. la ij. C. de episc. audi. aut alternatiue & tunc vna tantum, vt l. si fugitiui. C. de ser. fugi. aut imponitur ibi absolute, quia non est ibi neque copulatiua neque disiunctiua coniunctio, & tunc dicit assumendam benigniorem interpretationem, vt vnã tantum imponat, vt d.l. si de interpretatione. ff. de pœ. licet alij forte dicant contrarium in l. alienatio ni. in fi. ff. de verb. signi. quod est no. sed id quod dicit Bar. in d.l. sanctio est plenius.

b ℭ Nouæ pœnæ. Adde quod tenet idem do. Abb. in c. de causis. de off. deleg. vbi plene per Canoni. maxime Moder. & vltra ea quæ infra ponit August. adde quod opi. Bart. voluit Oldra. in consi. xciiij. in iiij. col. & Bal. in consi. ccxx. in iij. volu. incip. in causa do. Miliani vbi relata opinio sua subdit ꝙ alij dicunt quod vni legi per aliam non videtur derogari cum correctio sit euitanda l. quo. ff. de actio. & obli. si tamen fieret executio vnius pœnę cessaret alia nisi esset inuenta ad supplementum primæ quia delictum quod non est plene purgatum, debet purgari, vt no. de iudi. in c. at si clerici. & in l. ij. C. de spor. & de accusa. l. senatus. & Deus non iudicat bis in idipsum, & cum istis verbis vltimo relatis transit Cepol. in consi. xiiij. & vide Bar. in l. j. ff. vi bono. rapto. & Bal. in l. cum. C. de fur. vbi quando per l. nouam sit sublata pœna legis antiquæ. & vide etiam aliquid per Rom. in consi. cxvij. in fine. Ber.

AVGVSTI. Tu autẽ in hac materia inquãtum do. Angel. hic tractat istam materiam quã duæ pœnæ vel diuersæ imponuntur à lege siue à statutis siue à lege vna, & à statutis alia, quia pœna feriatur reus & dixit quod ipse practicauit de facto Nursię quod decapitauit vnũ homicidam licet statutum esset ibi quòd pęna pecuniaria imponeretur pro homicidio. addatis ꝙ ego non ita fecissent, & credo istam suã sententiam falsam. Et moueor primo per illam auream doctrinam d. Bal. quam posuit in l. nõ est nouum. ff. de legiti. qui dixit.
9 †Quæro si per ius cõe imponitur vna pęna & per statutũ imponatur alia pœna, an prima pœna iuris cõmunis sit sublata dicũt doctores communiter ꝙ nõ. per l. quoties. ff. de actio. & oblig. & per l. qui sepulchra. C. de sepulchro violato. Alij dicunt quod aut pœnæ sunt incompassibiles & ius commune imponit mortem & statutũ minuit pœnam & imponit membri mutilationem & stamus statuto tanquam posteriori, nã statutum minuit pœnam a toto integrali ad partem, & quia restringit gladij potestatem recessum est ab atrocitate l. & sic ab eius pœna. l. j. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. §. pen. & l. qui cum vno. §. qui post. de re militari. idẽ si pœna pecuniaria sit diminuta, nam in pœnis minimum debetur in eodem genere pœnę puta vtraque corporali vel vtraque pecuniaria ꝙ enim immutatur remanet in prima sua figura l. cum in plures. §. lege data ff. locati. Si autem sunt diuersorum generum non fit nouatio. l. si natus. ff. de accusa. Subdit postea Bald. ibi indistincte iudicem debere sequi pœnam statutariam, & ipsam imponere, & non pœnam iuris communis, & est ratio quia potestas iurauit seruare statuta & iuramentum

obligat in forma, vnde est seruandum omnino, vt l. si pecuniam ff. de condictio. ob causam. Præterea pro hac parte cōtra do. Ang. allego id quod elegantissime dixit Pet. de Ancha. in c. canonum statuta. extra. de consti. in materia pœnali, quando tractat de statutis punientibus delicta in versi. quæro etiam vtrū sicut statutum secundum tollit primum ita declarat ius commune aliam fore pœnam statuentis quam statutum, & multa ibi allegat dicens referendo opin. quomodo Ioan. And. in addi. Specu. in tit. de pœna temere litigan. refert Vbertum de Bob. tenuisse ꝙ per pœnam impositam per statutum tollitur pęna iuris cōmunis, & ita dicit iudicatum fuisse Ianuæ: facit quod not. insti. de offi. iudi. in princ. Alij dicunt hoc verum si apparet de mente statuētium ita voluisse subrogari pęnam statutariam loco pœnę legalis, alias secus. cap. maiores. de baptis. & dicit Pet. de Anch. ibi, quomodo Io. And. in d. additio. refert postea opi. Iac. de Bel. qui tenet l. municipalem derogare iuri communi. Refert postea d. Pet. qualiter Bar. in l. j. ff. vi bon. Raph. tenet ꝙ per pœnam statuti nō sit recessum in dubio a pœna iuris communis nisi hoc appareat saltem tacite prout Bart. ibi exemplificat & satis supra dixit do. Angel. hic refert postea Petr. de Anch. quomodo pręceptor suus Bald. in l. data opera. in ij. char. C. qui accusare. in versi. item not. est tenet quod per pęnam statuti videtur recessum à pœna iuris communis & fatuus esset iudex qui pœnam iuris communis imponeret, quia potestas iurauit seruare statuta. Nam statutum se habet ad ius commune vt species ad genus l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. Illud enim habetur loco speciei quod minus generale est, & illud loco generis, ꝙ magis generale est not. Dyn. in regula generi. de regu. iur. in vj. ergo statutum habetur loco speciei, quia specialiter prouidet in esse tantum, vnde dicimus quod leges locales sunt leges speciales & sic generales. C. de epis. & cle. l. priuilegia. & l. generali. & postea refert ibi do. Petr. de Anch. quomodo Cyn. in l. qui sepul. C. de sepul. vio. format istam q. & dicit communiter teneri pęnam statuti non tollere pęnam iuris communis in origine, quia ad vtrunque agi potest. Sed in exactione, vtrum vna tollat aliam vel concurrat saltem in eo ꝙ plus, ibi vide & per Bart. in d. l. j subdit tamen ibi do. Pet. de Ancha. quod si de facto ista qō. contingeret inclinaret ipse in opi. Bal. & semper impon re pęnam statutariam, vt posteriorem & magis specialem, sic ergo vt videtis Vbe. de Bo. Iac. de Bel. Ioan. And. Bald. & Pet. de Anch. non tenent opinionem quam tenet Bart. in loco supra allega. & illam opi. quam tenet iste bonus doct. hic. & hæc est mihi magis placet maxime per dicta Bald. in l. ij. C. de rebus credit. & iureiu. in fin. qui per tex. in d. l. qui cum vno. §. qui post. ff. de re milit. dixit quod vbi per statutum minuitur pęna videtur recessum ab alia pęna capitali hoc est maiori. Quinimo allego Bald. hoc voluisse in l. fin. C. de ædifi. priua. qui dixit quod vbi per l. antiquam imponitur pęna grauis, & per l. nouam, imponitur pęna minor. per istā minorem intelligitur derogatum & recessum à maiori. per illum tex. not. in d. l. qui cū vno. Addatis tamen quod Alb. de Rosa. in j. par. statuto. q. viij. ibi late disputat istam materiam & in fi. allegat omnia quæ possunt allegari & authoritates multorum doctorum pro & contra, concludit quod totus mundus obseruat quod per pęnam statuti. sit derogatum pęnæ iuris communis. Vide tamen ad illud propositum, si vis habere istam materiam integraliter recurre ad doctrinam. Ioan. And. & ibi Domi. de sancto Gemi. & Pet. de Ancha qui not. loquitur in cap. fœlicis. extra de pęnis. lib. vj. qui loquuntur de materia totius istius glo. quàm materiam tetigit hic do. Angel. & ibi Pet. de Ancha. facit mentionem de doctrina Bar. in d. l. j. ff. vi bon. rap. per pulchra verba Bar. in l. fi. C. de aquæ ductu lib. xj. Ex cuius dictis poterit etiam limitare dicta d. Ang. hic, & vide vnam pulchram doctrinam Bal. quam posuit in ista materia in c. j. in fi. de prohi. feu. alie. per lotha. Et omnino vide pulchra verba Angel. qui late loquitur in d. l. j ff. vi bon. rapto. qui multū clare loquitur in ista materia. Et Bal. Ang. & omnes doct. in d. l. qui sepulchra. & ibi Ang. multum subtiliter distinguit quasi omnes casus comprehendendo istius materiæ, quæ omnia si vellem hic extendere parum mihi esset. Sed implerem chartas. vide Bald. in l. extat. ff. quòd met. cau. Per quæ poteris limitare prædicta & per Angel. in l. si quis ab alio ff. de calum. & per Angel. in l. quoties ff. de actio. & obligatio. & per docto. maxime per Domi. de sancto Gemi. post glo. in cap. licet canon. extra de electioni lib. vj. per quæ poteris limitare prædicta omnino per Bald. in l. data opera. in ij. colum. & vide etiam ipsum Bal. in loco quē supra allegauit Petr. de Anch. in d. l. data opera. in ij. char. qui ponit quòd per statutum augetur quandoque pęna iuris communis aliquando minuitur & per glo. xliiij. dist. c. fraternitati

ternitatis.& per glo.in cap.de causis. extra de offi.deleg.& per glo.xxj q.ij in princi. gloss. lxxiiij.dist.in summa per Io. And.in addi.Specula.in titu.de furt.circa medium.per Bald. & Ang. in l. quid ergo.§.pena grauior.ff. de his qui not.infa.per Bald.in l.& si seuerior.C. de his qui notan.infa.& in omnibus istis locis vide an sint vera ea quæ dicit do. Angel. hic, & Bal.in l.in eum.C.de furtis.Imo.in l.cum mulier.ff.solu.matri.& omnino per do. Catal.§. proficisci.in addi.clxx.& in quæst.clxix. & in quæst.clxviij. & ibi multum diffuse loquitur do.Catald.vbi multos casus distinguit quando plures pęnæ imponuntur per legem.

10 *Damnato mandatore an intelligatur damnatus,mandans et alius auxiliator,& an damnato Titio quod produxit tales falsos testes sequatur quod testes sint falsi & ecõtra.*

11 *Notario damnato quod fecerit falsum instrumentum,an sit præiudicatum ei ad cuius utilitatem confectum fuit instrumentum.*

12 *Damnato de falso uno ex reis stipulandi,an sit præiudicatum alteri.*

13 *Absoluto uno ex reis, an intelligatur absolutus alter.*

14 *Sententia lata contra falsos testes, an præiudicet producenti uel econtra.*

15 *Iudicio falsi contra notarium moto, si pars in cuius utilitatem est confectum instrumentũ citetur an illi fiat præiudicium.*

16 *Iudicio falsi moto inter partes si constaret notarium uel testes habuisse notitiam uel præstitisse patientiam illi iudicio, an illis esset factum præiudicium.*

10 ANGE. † Sed quæro an damnato dicto Titio intelligatur etiam damnatus Andreas mandans & alius auxiliator. Respõdeo. quod regula est in duobus reis ꝙ vno condemnato non intelligatur damnatur alter, [a] ita dicit Bart.in l.denunciasse.§.fi.per illum text.& in l.cum filius.in princ.ff.de verb.oblig.Ex quo ibi infert quod licet Titius sit damnatus quia produxit.A.& B.falsos testes,quod de necessitate non sequitur contra testes quod ipsi sint falsi,& ita etiam contra.Si testes sunt condemnati de falso, nõ tñ intelligitur condemnatus producens nec sibi præiudicat, [b] vt l. Lucius. cum ibi not.ff.de infa.& hoc determinat Bar. in l.si testamentũ in fi.ff.de peti.hære. & optime facit quod not. Bart. in l.iij.in princi.ff. de priua.delic.& qđ not.Cy.in l.j. C.de aduo. diuer.iu.& l.si quis homicidij.C.de accusa.

11 †Secundo infertur quod licet notarius sit damnatus quod fecit falsum instrumentũ, hæc tñ sententia nõ præiudicat ei,ad cuius vtilitatẽ factũ est dictũ instrumentũ,& idẽ ẽt tenet Cy.in l.j.C.qui accusa. non pos. & ibi de his qõnibus vide Bal & Salice.qui videtur tenere contra Cy.& Bar.sed in practica seruaremus opi. Cy. & Bar.& est tex.in l.j.C. de fal.

12 † Tertio infert ꝙ si vnus ex reis stipulandi damnatus sit de falso,alteri nõ præiudicat,vt l.si docueris.& ibi no.C.de fide instrumentorum.

13 † Quarto ibi quærit an absoluto vno ex reis intelligatur alter absolutus regulariter dicit ꝙ non, & est ratio quia res inter alios acta &c. Fallit in casu.§.fi.l.denunciasse.ff.de adult.sed in casu nostro non valet in mãdatore & auxiliatore. Et istam questionẽ ponit Bar.in l.adulteram.§.j. ff.de adult.& ibi concludit quod aut pronunciatur super iure vt quia dicitur ꝙ non erat in culpa,tunc Cy.& Bart.volunt quod alijs non prosit.arg.not.in l. nihil interest. & quod ibi not.glo.ff.de sicca.aut pronunciatur super facto vt quia dicitur præfatum non esse cõmissum,tũc Dy.vult quod prosit vt l. cũ duobus. §. fideiussor. de iureiur. Sed Bart. secundum Richar. Malumb.tenet contrarium per dictã legem adulteram.§.j. & ibi respondet ad dictum.§ fideiussor.

ADDITIONES.

a ℭ Damnatus alter. Adde tu & vide Bal.in consi. xxxv.in v.volu. & Abba. in consi.lxvj.in fin. in ij.volu. Bernar.

b Nec sibi præiudicat. Adde tu & vide Angel. in consi.cccviij.qui in terminis consuluit. Bern.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia, adde ꝙ in terminis quæst.nostræ an sententia lata contra mandatarium delinquentem noceat mandanti. Adde quod istam quæstionem in indiuiduo tetigit Bal.in l.iurisconsultus.C. quibus res iudicata non nocet, & dicit ꝙ nõ, & allegat.l.nihil.ff.de adulter. quam sic inducere volunt, ibi enim simul & semel mandans & consulens pro eodem delicto potest accusari vna cum mandatario delinquente quod esse nõ posset si sententia lata cum vno faceret ius quo ad alium.l.j.in fin.ff. si fa. fur. fecisse dicatur. & in terminis vide quid pro & contra per Alber.de Rosa.in j.parte statuto.quæst.liiij.quæ incipit,an autem sententia, absolutoria,& ibi ponit etiã quãdo est natoria cõdem-

natoria. & late per Albe. in l. non ideo minus. C. de accusatio. & late dictum est supra de ista materia in verbo, sempronium mandatorem in xix. q. in addi. meis & vide illas remissiones quis ibi dedi. Et an absolutoria lata pro mādante prosit mandatario, vel econtra, vide Bald. in d. l. non eo minus. C. de accusatio. & Bar. in l. j. §. fi. ff. de quæstio. per Io. And. post. Dyn. in d. c. ratihabitione. & de opem & auxilium præstante. vide Bart. & Ang. in l. is qui rem. §. si ea mihi Titium. ff. de furt. & vide pulchra verba
14 Ang. & Sali. in l. i. C. de raptu virgi. † An autem sententia lata cōtra testes falsos præiudicet producenti vel econtra. Adde ꝙ licet Bart. in l. Lucius. ff. de his qui not. infa. dicat quod talis sententia non præiudicat, tamen dicit quod facit aliqualem præsumptionem, & quod talis sententia plene non noceat testibus est bonus tex. in c. cum dilectus. extrā de ordine cogni. in fi. in l. si veteris. C. de fide instrumen. & ibi Bart. remittit ad not. per Cyn. in l. j. C. qui accusa. & Bar.
15 in l. præuaricationis. ff. de præuarica. † vbi hoc limitat nisi in iudicio contra notarium moto fuisset pars citata, sed Bal. in l. Lucius. ff. de his qui not. infa. videtur velle ꝙ in terminis illius legis sententia lata cōtra producentem testes nō nocet testibus etiam præsentibus vel citatis. Idem fuit de mēte Bal. in l. fi. C. de fide istru. facit quod no. Spec. in tit. de fide instru. §. postremo alias. §. incipit instrumentum. ver. sed pone tabellio, Adde Bal. in l. ij. C. de eden. in vj. col. & Bal. in l. fi. C. si mi. se maio. dixerit. & in l. j. in penul. &
16 vlt. char. C. qui accu. † Aliam limitationem dabāt Iac. But. & Ang. in d. l. Lucius nisi in iudicio moto inter partes cōstaret notariū vel testes qui falsum dixerunt. habuisse sciētiam, & præstitisse patientiam illi iudicio, quia tunc talis sententia præiudicat omnibus, & testi & notario. Sed cōtrarium tenēt Nic. de Math. & Bal. in l. veteris. C. de fide instr. & Ant. de But. in c. quāuis extra de re iud. & Spe. in d. versi. Sed pone tabellio. & vide Alb. de Ros. in iii. par. statut. q. lxv. qui ponit an in factis connexis & correlatiuis puta adulterio sententia lata pro vno, vel contra vnum prosit vel, noceat alteri.

17 *Clausula decapitetur ita quod moriatur quando ponitur in sententia quando reus est præsens quando aūt nō est præsens vide qua verba ponenda sint, & si capiatur bannitus quomodo fiat secundus processus.*

18 *Bannito capto in formatione secundi processus quid probabit contra primam sententiam.*

19 *Bannitus captus an possit per viam exceptionis impedire executionem sententiæ.*

17 Ange. † Et ꝙ hic dicit decapitetur ita ꝙ moriatur est verum qn̄ reus est ibi præsens ita ꝙ executio corporalis de eo fieri pōt. Si autem non sit in fortia potestatis, tunc officialis debet eum bannire de ciuitate & cōitate, cōdemnare ad mortem. Et si quo tempore in fortiam cōis veniret, ꝙ ducatur ad locum iustitiæ, & ibi mors inferatur, ita singulariter dicit gl. in auth. de leno. §. si quis aūt. in verbo, expellatur. de qua gl. Iaco. de Bel. ibi fecit festū. & in auth. de pace tenen. col. x. in princ. & vide Bal. & Flor. in l. ii. C. si pen. appel. mors interue. Et si postea veniat in fortiā cōis, debet alius processus formari, ī quo declaretē captā esse talē personā quę reperit in bāno, & bannū exequēdū esse, ita dicit Bal. in ti. de feu. sine cul. nō admi. c. i. & postea in d. ꝓcessu. interim reus & bānitus recognoscit se iuxta not. per Bal. in l. diuus. ff. de cust. reo. & dixi supra ī gl. Caiū
18 sempronii dic vt ibi. † Aduertas tñ ꝙ si dictus. bānitus est captus in isto secūdo ꝓcessu cōtra eum formādo, ꝓbabit primā sentētiam seu bannū latum emanasse, per falsas allegationes, vel probationes falso factas ꝙ impedit executionē dictæ sentētiæ, ita dicit Angel. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. oblig. & ideo Imol. in vers. ex prædictis dicit qđ infertur maxima vtilitas &c. facit l. prætor. §. Marcellus. ff. de iudi.

Avgvsti. Tu adde ꝙ ego nō scio inuenire illā glo. in d. §. si quis aūt. in verbo expellatī in auth. de leno. nisi habeā librū meū corruptū. Quinimo ego volui legere Iaco. de Bel. in c. i. de pace tenē. in prin. col. x. ibi in libro meo. Iac. de Bel. nullā facit mētionē nedū de illa gl. nec aliquid de ista materia. Et inquātū do. Ang. hic q̄ri an posita cōtra illū q postea est captus debeat formari nouus ꝓcessus hic aliquid non dicā, q̄a late ista materia fuit dicta supra in gl. in verbo,
19 Caii sempronii. † Et inquantū do. Ang. hic allegat dicta Ang. in d. §. duo fratres. dicatis ꝙ doc. Mod. sequitur ibi opi. Ang. & aliā limitationē in ista materia ꝙ talis bānitus captus q habetur pro cōfesso de delicto possit per

sit per viam exceptionis impedire executionem sententiæ. vide per Bar. in l. non videtur. ff. de iudiciis la prima. & dixi supra in d. gloss. Caium sempronii.

20 *Condemnatus corporaliter si præsens sit, an efficiatur seruus pœnæ, & quid si sit absens.*

21 *Condemnati ad mortem in præsentia, bis moriuntur, primo gladio oris iudicij, secundo per separationem animæ à corpore.*

22 *Damnati ad mortem, an hodie efficiantur serui pœnæ.*

23 *Damnatus ad mortem, quando testari posit.*

24 *Condemnatus ad mortem propter aliquod delictum quod de iure in aliquo loco mortem meretur, in alio non an vbique dicatur intestabilis nisi sit restitutus.*

20 ANGE. †Et bene no. quòd quãuis ille q. est præsens dictæ sententiæ corporali cõdemnatorie statim efficiatur, seruus pœnæ, vnde lata sententia nõ valeret eius testamentum a etiam ante inquisitionem formatam conditum, etiam si esset abreptus per vim de manibus familiæ, vt l. qui vltimo. & ibi Bart. in princ. ff. de pœ. & idem no. in l. cunctos populos. in pe. col. C. de summa. tri. & est text. in l. si quis filio. §. irritum. & ibi Ang. Raph. & Imo. ff. de iniust. testamen. facit glo. & ibi doc. in auth. sed hodie. C. de dona. inter virum & vxorẽ tñ qñ est absens & fertur sententia si quo tempore venerit in fortiam cõmunis &c. vt supradixi, interim talis sententia cum videatur lata sub conditione nõ sortitur effectum antequam venerit in fortiam cõis &c. & sic non perdit ea quæ perdit ille qui est pure bannitus vel pure condemnatus. ita eleganter no. Bald in l. seruo legato. & ibi Imol ff. de lega. i. & sic interim poterit testari & alia facere quod bene nota, quòd esset verum si sententia sub conditione ferretur, videlicet cõdemnamus si quo tempore venerit in fortiam cõis &c. Sed si simpliciter condemnaretur ad pœnam capitis, & executio differatur sub conditione si quo tempore &c. & tunc nõ diceret, verum Bal. de qua sententia prolatione dixi supra in gl. super verbo, qui iudex commisit A. præconi quod ipsum banniat in fine &c. & etiam in ista gloss. supra proxim.

ADDITIO.

a ¶ Eius testamentum. Adde tu quod imo damnatus ad mortem, vel perpetuos carceres de iure canoni. nõn potest testari nec institui, sed est seruus pœnæ ita Fulg. in consi. lxiiij. & vide Bal. in consil. ccclxx. in j. volum. Ber.

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia, adde Bal. in l. fi. C. si à nõ competẽ. iudi. qui dicit. quòd isti banniti ad mortem qui sunt in carcere nõ possunt testari, si tñ euaderent de carcere & cõferrent se ad locum securum dicit forte possunt testari. Et ideo si habent proprium in eadem ciuitate vel in alia possunt testari, sed dicit Bal. quòd cõis opi. est quòd nõ valent testamenta eorum qui sunt diffinitiue damnati ad mortem & est executio secuta. & allegat Ioã. And. in nouella. in c. quãquã. de vsuris in vi. qui dixit quòd licet non valeat vt testamentum tñ valet vt quædam dispositio puta si iuberet male ablata restitui. dicit tñ Bal. quòd valeret testamentum bãniti ad mortem, nisi per statutũ permitteretur ferri sententiam diffinitiuam ad mortem contra absentem, quo casu ante capturam non est seruus pœnæ, sed post qñ est in laqueo

21 reipublicæ. † Adde Bal. in l. is qui. C. si pẽdẽte appellatione mors interuene. q. dicit multum singulariter quod illi qui in præsentia damnãtur ad mortem cõfestim moriuntur qui bis moriuntur primo moriũtur gladio oris iudicis quia fiunt serui pœnæ, secundo moriũtur per separationem animæ & testamẽtum inter has duas horas factum nõ va

22 let, quia post mortem nemo testatur. † Dicit tñ ibi multum mirabiliter quòd hodie possumus dicere quòd isti efficiantur serui pœnæ qui damnantur ad mortem, cum ipsi extra ordinem damnantur ex forma statutorum & decretorum ciuitatis. & dicit quòd istã opi. videtur tenere Spec. in tit. de sent. in ver. postest. Et vide quæ dicam infra in glo. & eius. bona publicamus. in ver. quòd incipit, & quòd bona damnatorum hodie reseruentur filiis in addi. mea. Adde quod miror quòd iste doctor non alleget Bar. in l. eius qui. §. i. ff. de testamẽ. qui ponit ibi materiam de damnato ad mortem & de bãnito qui postea est absens vel postea capitur, & omnino ibi vide Bal. elegantissime loquentem. & ibi vide Ange. qui allegat Bar. in l. cunctos populos. C. de summa trin. & fide catho. in repet. sua.

23 † Dicit tñ ibi Angel. limitando prædicta quòd tunc damnatus ad mortem poterit testari, si talis sententia egeret cõfirmatione, & nõ esset cõfirmata, quòd teneret testamẽtum. Secundo

cundo limitationem idem erit si quis est damnatus ad mortẽ & executor non vult exequi per tex. in l. fi. ff. de leg. j. Tertio limitat, idem si per sententiam fuit illata pęna quę de iure imponi non poterat., quia ante executionem eius non traditur damnatus intestabilis per l. si quis exhęredato. §. si quis fuerit. ff. de iniust rup. irritoque testamento. vnde nec occisus ad furorẽ populi intestabilis, est. quia non licet populo interficere quemquam vt dixerunt iudæi ad pilatum. Et respondet ibi Angel. ad l. pen. ff. de sicca. & ibi decidit an Christus fuerit testabilis, & concludit ꝙ non. Sed ego dico contrarium ex qua conclusione sequitur maxima vtilitas. Et arguo sic contra Ang. Nam sententia cõmunis doc. est ꝙ licet damnatus ad mortem qui est in præsentia cõtra quem debet fieri executio fit intestabilis. Tamen limitatur hoc nisi iudex condemnauerit reum, ad pœnam mortis prohibitam de iure, puta quando cum securi iudex facit occidere hominem vel cum veneno, ita per bonas rationes & iura concludunt doc. maxime ipsemet Ang. in l. si quis mihi bona. §. j. ff. de acquiren hæredi. & sequuntur ibi Imol. & Ro. & Raph. & dicetur infra. Quinimo ipse Angel. hic voluit in d. l. eius. §. j. cum hic in Christo fuerit apposita pœna vt in cruce moreretur & cum clausula fixis quæ pœna fuit mors vltra omnes mortes acerbissima. iuxta illud. Aspicite & videte si est dolor sicut dolor meus, & illa pœna pœnitus fuisset reprobata, non dico mori in cruce, sed crucifigi cum clauis in pedibus & manibus. Dico ergo Christum potuisse testari quæ omnia no. Tu contra istos iudices qui inferunt mortes insolitas, quia talis poterit testari. De ista materia an damnati ad mortem & banniti absentes, & bãniti qui postea capiuntur posint testari maxima est ista materia. Adde si tu vis videre materiam & vide dicta Pet. de Anch. in clem. j. extra de pœniten. & remis. & do. Bald. post Bart. in l. j. C. de sacrosan. eccle. qui eleganter loquitur. & Salic. in authen. sed hodie. C. de dona. & ibi per doc. Et de bannitis si vis videre veram decisionem vide dicta Bald. in l. j. C. de hæred. instituen. & omnino multum eleganter locutus est Bal. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. & opin. Bartol. sequitur do. Abbas in c. postulasti. extra de foro compe. & vide Paul. de Cast. in consilijs suis, consil. lxxxiiij. incip. In Christi nomine
24 Amen. †Primum quæsitum habet duo dubia & ibi dicit in fin. ꝙ condemnatus ad mortem propter delictum ꝙ de iure in aliquo loco est delictum ꝙ pœnam mortis meretur. In altero loco non tamen si est condemnatus ad mortem vbique est intestabilis nisi sit restitutus. & ibi vide an possit testari ad pias causas, qui allegat bonas remissiones. vide Pet. de Anch. in c. fœlicis extra de pœn. lib. vj. qui loquitur etiam de bannitis, vide de materia damnati per sententiam & postea appellauit per Ang. in repetitio. §. qui procurauit in l. tale pactum. ff. de pact. & in l. j. ff. nil. no. appellatione pendente Et tene menti quæ dicit Bald. in l. j. in vij. col. C. ne ex delictis defunctorum. quod bannitus occisus à priuato vigore statuti hoc permittentis non decidit intestabilis cũ moritur per manus priuati. & vide Bald in c. venientes. extra de iureiur. qui not. loquitur in materia bannitorũ quando in absentia damnatur an teneat testamẽtum eorum. vide Pet. de Anch. in d cap. quanquam. & ibi Domi. de sancto Gemi. & quomodo Pet. de Anch. limitat illam doctrinam Io. And. & restringit dum dixit ꝙ pro male ablatis valebit dispositio, & omnino vide do. Nellum in tractatu suo bannitorum in ij. tempore de cõcurrentibus post perfectum bannum, in xlij. xliij. xliiij. qõ. qui multum eleganter loquitur in ista materia. Ego vero si omnia scriberem facerem nimis maximum volumen. Adde Albe. in tertia parte statutorum q. xxij. & sequen. & quando bona per statutum sunt adempta & fisco applicantur, an tales possint testari, vide tex. & Bal. in l. incestas. C. de incestis nup. Angel. in l. si quis. ff. de testa.

25 *Sententia corporalis lata, an statim debeat mitti executioni.*

26 *Iudex originis si uult exequi sententiam iudicis loci delicti uel econtra, an tunc possit uel requirantur litere, uel debeat fieri remissio.*

27 *Remissio in delictis, an fieri debeat.*

25 ANGE. †Quæro an sententia corporalis lata statim mittatur executioni Bar. in d. l. qui vltimo. in fin. dicit ꝙ de consuetudine statim
a fit executio nisi ipse vel aliter ꝓ eo appellet, a vt l. non tantum. ff. de appel. de iure autem debet expectari ꝙ trãsierint decem dies qui dantur ad appellandum, arg. gl. in l. ex iudiciorum. ff. de accusa. coniuncto tit. nil no. ap. pen. quo tempore elapso fieret executio per iudicẽ qui tulit sententiam, vel per successorem in officio, vel ẽt per alium officialem eiusdem ciuitatis

tis, qui etiam habeat merum imperium. & sine literis, vt no. Bart. in l. à diuo pio. §. j. ff. de re
26 iudi. †Si autem esset alius iudex puta iudex
b originis [b] qui vult. exequi sententiam iudicis loci delicti, vel econtra, an tunc possit vel requirantur literæ, vel debeat fieri remissio. vide Cy. in auth. qua in prouincia. C. vbi de crimi agi opor. & Bart. in l. si cui. §. fi. ff. de accusa. Sali. late in auth. si vero. C. de adulterijs. & per Imo. in l. inter accusatorē. ff. de pub. iud.

ADDITIO.

a ¶ Appellet. Adde tu ꝙ quando delictum est notorium non admittitur appellatio, imo statim potest fieri executio p ea quę voluit Old. in cōs. xviij. B.
b Originis. adde tu & vide Ang. in consi. cclvj. & ibi, an executio talium sententiarum sit ciuilis vel criminalis, & quando iudex vnius territorij possit exequi sententiam alterius territorij vide Ang. in consi. cclxxv. & Raph. Cu. in consi. lj. quem vide Ber. & quando remissio sit fienda. vide Old. in consi. ccxxiiij. vbi an delinquens in Anglia sit remittendus in anglia, & vide late Cepol. in consi. lix. Ber.

AVGVSTI. Tu adde quod Bal. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. procon. & lega. in xj. q. arguit quod potestas qui intra in tempus appellandi misit aliquem ad furcas possit puniri in syndicatu, quia abstulit reo legitimam defensionem appellandi, ergo punitur ac si innocentem occidisset & allegat l. hodie. ff. ad l. Iuli. repe. In contrarium arguit d. l. non tantum. ff. de appella. Soluit Bald. quod si fecit hoc ex causa, quia erat confessus & liquebat de crimine non punitur, quia morte rei sententia transit in rem iudicatam, Secus si esset appellatum, vt C. de appel. l. addictos. & dicit Bal. quod ita obseruat consuetudo ꝙ not. contra iudices qui faciunt istos confiteri super quo dicit Bald. vide Cyn. in l. ij. C. quorum apdellatio. non recip. & Bar. in l. nō tantū. ff. de appella. & gl. dicit quod confessus etiam non auditur appellans nisi alleget causam. sed Bald. dicit hoc esse falsum quia in l. non tantū ille erat confessus & tamen recipitur appellatio eius & cuiuscunque adeo dicit quod capitaliter condemnatus non potest appellationi renunciare per lege pactum inter hæredem. ff. de pact. item vide Bald. in l. fin. C. si à non competenti iudice, qui quærit, an lata sententia criminali possit statim executioni mādari, quantuncunque sit sententia vltimi supplicij & sic executio corporis breuiter Bald. concludit quod in altero ex quibus casibus iudex possit. primo si fuit confessus & conuictus reus. secundo vel sit notorium reum deliquisse, tertio vel sint indicia ita valida cum confessione ꝙ maleficia non possint negari, maxime si maleficium est valde atrox, vel in alio casu si subitam desideret vltionem. Et vide in hac materia do. Nellum in tractatu bannitorum, in quarta parte primi temporis, vbi tractat materiam istius appellationis maxime in iij. q. qui allegat Gand. & do. Alb. de Rosa. in q. statutorum. & ipsum reprehendit. vide Bar. in l. furti. §. j. de his qui not. infam. & per doct. & vide Bald. in l. addictos. C. de episco. aud & per Bal. Ang Fulg. & Salicet. in l. addictos. C. de appel. & vide Bal. in l. j. C. ne ex delictis defunctorum, qui ponit qua pœna puniatur iudex qui post appellationem, malefactorem tradidit morti, & vide Bart. Imol. & doct. in l. non tantum. ff. de appella. & vide do. Ant. de But. in rub. extra de re iudi. qui ponit multas fallentias quia ante tempus appellandi sententia potest mitti executioni. & Abb. in c. ij. extra de re iudi. qui allegat Spec. & aliqua bona iura de iure cano. in quibus casibus possit fieri statim ista executio, ibi vide quādo ad pet. principis debet fieri executio. Adde glo. in c. cum apud xj. q. iij. & glo. in c. quærenti. extra de offi. deleg. quæ dicunt ꝙ statim debeat fieri executio in criminalibus. vide doct. maxime Abb. & Imol. post Innoc. in d. c. quærenti. & ibi Mod. qui scribunt bene per iiij. columnas in isto passu dicit. dic. Catal. in tract. suo syndicatus. q. clxxxvij. ꝙ ad tumultum populi iudex potest accelerare executionem corporalem, etiam pendente dilatio. si aliter tumultus sedari non potest, quæ cōclusio an procedat aliqualiter faciunt ea quæ dixi supra in proxi. additio. vbi dixi an ad tumultum populi iudex debeat condemnare aliquem, licet d. Catal. ibi multa bona alleget Imol. & Ang. in l. decurionum. C. de pœn. Et inquantum do. Ang. hic tangit illam difficultatem per quem debet fieri executio vel per iudicem loci originis vel delicti & do. Ang. allegauit Imol. in d. l. pen. ff. de publ. iud. Tu vide bonam glo. & ibi per doct. maxime per Pet. de Anch. in repet. sua. c. postulasti. extra de foro compet. & vide Bal. in l. executorem. C. de execu. rei iudi. in vij. colu. & Sali. in l. j. C. vbi de crimi. agi oportet qui voluerunt ꝙ iudex loci domicilij delinquentis etiam postquam condemnauerit delinquentem, teneatur ad requisitionem iudicis loci originis conuenti reum ad ipsum remittere, & ad hoc allegat glo. not. in

l. à diuo

l. à diuo pio. §. j. sed dicit quod Dyn. tenuit contrarium & melius idem voluit Salic. in d. l. j. & sic post condemnationem non fit remisso. & vide Bal. in auth. si quis litigantiũ. C. de episc. audi. & Io. And. in tit. de execu. sententię. §. ij. versi. sed pone lo primo & canonistæ in c. pastoralis. §. præterea. de officio deleg. passus iste est dubius. vnde vide
27 per Moder. in d. §. j. † Et quia do. Angel. hic tetigit vnum verbum an remissio in delictis debeat fieri. vide Bar. in l. sepulchri. ff. de sepulc. vio. qui dixit ꝙ de consuetudine hodie in Italia non habet locum. §. si quis vero compræhensorum in authen. vt nulli iudicum. quia non fit remissio. & ideo Iaco. de Belui. in d. §. si quis vero compræhensorum. dicit ꝙ hodie inter istos dominos Italiæ nõ habet locum remissio. Hoc est quod cogantur remittere, sed si volunt remittere possunt imo dicit do. Ant. de Bu. & Imo. in clemen. pastoralis. de re iudic. vbi bona est gl. quod si isti domini tẽporales qui habẽt dominia distincta, non remittunt. peccant, quia de iure debent remittere. & vide omnino de materia Alb. de Ros. vltra omnes disputantem istam materiam in authen. qua in prouincia. C. vbi de crimin. agi. oportet, qui allegat Old in cõsiliis suis. vide doct. in c. si. extra de fo. cõpe. maxime & per Abb. qui elegãter loquitur Pet. de Anch in repe. d. c. postulasti Cald. in repe. c. i. de rapt. & ꝑ Anan. á gl. & doctores omnes in l. i. C. vbi de crimine agi oportet. vide pulchra verba Bal. in l. cũ archimedorã. C. vt in posses. leg. & doct. & Ang. in l. hæres absens. ff. de iudi. & vide Bal. in l. ii. C. de ser. fug. & vide Bal. in rub. de fid. instr. & in c. romana. §. porro extra de sent. excõmu. per Ioa And. & doctores & ꝑ doctores in d. c. pastoralis. §. prę terea. In hac materia remissionis vide omnino Oldra in consi. suo cxxi. & ibi etiam decidit quod non debet fieri nisi primo aequaliter constet de crimine.

28 *Statuto cauetur quod officialis vltimo mense sui regiminis non possit aliquem absoluere vel cancellare de banno si inquisitus venit absoluendus. an dicto mense poterit pronunciare absoluendum, vel cancellandum esse.*

28 ANGE. † Quęro q. d. si statuto cauetur ꝙ officialis vltimo mese sui regiminis nõ possit aliquẽ absoluere vel cãcellare de banito, & tamen inquisitus veniebat absoluendus, dic quod poterit pronunciare dicto mense
a absoluendum a vel cancellandum esse quæ sententia declaratoria nõ habebit effectum nisi comprobetur per suum successorem, debet tamen successor comprobare dictam sententiã si ius dictauerit & nõ aliter ar. l. iure nostro. ff. de testamẽ. tutel. ita dicit Bald. Raph. & Imo. in l. si filio. §. eius q. ff. de iniusto testamẽto & Bar. in l. solẽt in prin. ff. de officio proconsulis & leg. & not. Bald. in l. i. C. si aduer. liberta.

ADDITIO.

a ¶ **Absoluendum, Adde tu & vide Angel. in consil. ccvij. Ber.**

AVGVSTI. Tu aũt in hac materia adde ꝙ Bal. expresse tenet contrarium in d. l. solent. & in l. nec quicquam. §. vbi decretum in l. fi. ff. de officio procõsulis & legati & vide Bald. in l. i. in fi. ii. colum. ff. de iurisdictione omnium iudicum. & Angel. in consilio ccxlvii. vide Imol. & Modernos in l. i. §. si quis ita. ff. de verborum obligationibus. & in remissionibus ibi datis habebis veritatẽ istius passus, an sint paria cõdẽnare vel absoluere vel pronũciare cõdemnandũ vel absoluendũ. Et quia late scripsi in d. §. si quis ita nolo hic transcribere illas decisiones.

29 *Iudex imponens pœnam inconsuetam mortis, an faciat quod ille qui fuisset intestabilis sit nõ intestabilis. & an teneatur in syndicatu.*

7 delictum de iure communi. † Sed ordo procedendi & condẽnandi est de iure municipali, puta ꝙ cõtumax habeaĩ ꝓ cõfesso, tũc talis sententia nõ afficit bona extra territorium sita per cle. pastoralis. extra de re iud. licet Bar. velit contrarium qñ bona de iure cõi veniunt publicanda, vt in crimine læsæ maiestatis. Nam indistincte vult Bar. ꝙ isto casu bona vndecũq; quæsita publicent etiã ciuitati alienæ in bonis ibi sitis ꝙ contrariũ dř in d. cle. pastoralis. adde d. Ant. de Bu. in c. postulasti. extra de fo. cõp. recitantẽ Bar. de verbo ad verbũ, ĩ d. l. cũctos populos. & eũ approbantẽ nisi ꝙ discrepat à doctrina Bar. in hoc quia dicit ꝙ ẽt si de iure municipali bona veniũt confiscãda, bona alibi sita cõfiscabunĩ, quia ĩ persona subiecta põt iudex & superior disponere de rebus alibi sitis, & hoc si statutum expresse dicit ꝙ oĩa bona veniũt cõfiscãda ibi vide sed sunt somnia. Abb. in d. c. postulasti. sequiĩ Bar. in d. l. cũctos populos. de verbo ad verbũ, & ibi dicit ꝙ cũ publicatio sit de iure cõi bona alibi sita publicabuntur, illa ciuitas non iure fisci, sed iure bonorũ vacantium occupabit, ibi vide Imo. vero in d. ca. postulasti. ibi in hac materia allegat dicta Io. And. in d. c. cũ secundum, & dicit ꝙ do. Ant. de But. ibi sequitur dicta Bar. in l. cunctos populos. & ibi nihil aliud dicit. Itẽ adde Pau. de Ca. in cõs. suo lxxxiiij. incip. in Christi nomine amẽ. Primum quæsitum habet duo dubia, & ibi decidit in effectu qñ iurisdictiones & bursę fiscales sunt diuersæ, & confiscatio sit de iure speciali, & licet generaliter fiat super bonis delinquentis, intelligitur tñ de bonis super illo territorio sitis, vbi fertur cõdemnatio, si vero fieret publicatio bonorũ de bonis alibi sitis, tunc dicit ꝙ fiet executio per iudicem

iudicē vbi sunt. & intellige hic dicta Pa: de Ca.in hoc vltimo casu qñ cōfiscatio fieret de iure cōi, q2 postea subdit Pa. de Ca.ibi, ꝙ si cōfiscatio fieret de iure municipali, vt erat in casu suo ēt si iudex cōfiscaret oīa bona alibi sita non pōt hoc facere, & certe ibi multū elegāter & subtiliter declarat istā materiā,& aperit intellectū non intelligētibus istā materiā.& ibi dicit, ꝙ si sñia mortis fuerit lata in contumacē, & sic nō fuerit facta executio,& sic status rei nō fuerit mutatus quin potuerit alibi acquirere bona, & retinere, tunc clarū est bona alibi sita nullo casu mundi in cōfiscationē venire,per doctr. Bal.in d.l.cūctos popu. Adde Bal.in l.iuris peritos.§.j.ff.de excus.tut.& Bald.in l.sed si plures.§.in arrogato. ff.de vulg.& pup. Itē adde q̄ dicit Lu.de Ro.in suis singul.secūdi anni sing.l.q. dixit ꝙ ista est cōis opin.legistarū & canonistarū, ꝙ bona vbiq; sita debeāt publicari & applicari illi fisco vbi sita sunt,intelligitur de bonis immobilibus, casus est singula.secūdū ipsum in l. quicunq;. §.vniuersi.C.de hære.secus in bonis mobilibus,q2 illa mobilia applicanť fisco cōfiscātis & ferentis sñiam, ēt si illa bona mobilia sita sunt in alieno territorio diuerso.tex. allegat quē dicit sing.i c.j.§.si iudex.de pa: tenē.licet Bal.cōtradicat.& maxime ꝑ tex. in d.c.i.§.si qs hominē. & dicit Ro. in suis singularibus secūdi anni in sing.xix.ꝙ licet ꝑ statutū bona oīa veniāt cōfiscāda, tñ ista bona mobilia.puta annullus, corrigia,& similia,iudex pōt cōuertere in necessitatē sui officii.tex.allegat sing.in l. diuus. ff. de bo. dā.dū loquitur de particula. | Sed aduerte ꝙ doc.maxime Ang.in l. qñ. C. de bo.dā. ꝑ illū tex.dicit ꝙ qñ olim & hodie cōfiscatio fit si nō excedūt bona summā quingētorū aureorum,fiscus nō curat alias de alia modica quantitate sed iudices ipsi possunt applicare pro se ad fabricandā vnā camerā vel pingere,& similia.idem dixit do.Catal. in trac.syndi.in q.cxciii. Ange. vero in d.l. cū vnus remittit se ad dicta per Bar.& Bal: in l.i.C.de summa tri. & fide cath.idē fecit in l.fi.§.item diui.& alleg.Dyn.ibi.& Guil. de Cug.in l.tutelas.ff.de cap.di.& an hodie ciuitates habeāt fiscū, vel ex priuilegio vel ex cōsuetudine vel ex prescriptio. & multa pulchra per Bal.in l.i.C.de hære. vel actio. ven.& ibi etiam si de facto nō recognoscūt superiorē,& tene mēti q̄ dicit Bart.in l.infamē.ff.de pub.iud.in fi. ꝙ ciuitates nō recognoscētes superiorē saltē de facto, vt est in Tuscia tātū,possunt in terris suis quātū Imperator ipse in vniuersos. & vide in l.apud hostes. ff.de suis & legi. & l si publicamus. ff de pu.& in l.i.ff.de aqua plu. & vide Bart. in l.i.ff.de bo.vac li.x.q ponit de fisco. Bart. in l.ex quibusdā.ff.de iur.fis. de ista q.latissime per Alb.in iiij.par.stat q.xix. an Reges, ciuitates,vel principes,habeāt ius cōfiscādi, vel ex priuilegio vel consuetudine, & qūo. Bal.in rub.ff.de sta diui.Bal.in l fi.ff.de offi: ꝑfec.vigil.Bald.in c.i.in ii.col.de pace ten.& eius viol.dicit, ꝙ de iure cōi ciuitates nō habēt ius cōfiscādi, nisi quia in pace cōstantiæ hoc fuit concessum quibusdā ciuitatibus in Lōbardia & vide Rom.in consi.suo lvii.incip.ad discutiēdā veritatē propositæ q.in ij. col.qui ponit qūo locūtenentes & vicarii publi.habēt ius cōfiscādi. | Et inquantum do. Ang.hic tāgit illā qōnē,an creditores vnius territorii possint agere contra fiscū alterius territorij,& remittit se maxime ad doct. in d.l.ex facto.adde ꝙ licet Imol.ibi contrariū teneat eius qđ dixerūt Cy.Pet.Bal. & Ang: ibi, & ēt ibi Imol. tāgit illā difficultatē quā tetigit Bal.in l.ii.C.ad l.Iul.de vi. tñ nō est recedendū ab illa cōi opi.Cyn. & Pet. quia ꝑfati docto.noluerunt nec volunt habere in consideratione illud interesse creditorū, qđ ipsis ꝑ factū debitoris condēnati tollať electio eligēdi, quā primo ante cōdēnationem habebant ipsi creditores, super quo fundamēto tātum fundauit se Imol. nec mirum, quia videmus ēt ꝙ interest nostra ne debitum nostrū in plures partes distinguatur ꝙ cōditio obligationis ex persona hæredū non immutetur l.ii.§.j.ff.de ver.obl. cum si. tñ videmus ꝙ propter delictum rei cōdemnati in hoc præiudicatur creditori, quia pro parte confiscata fisco est liberatus ipse debitor,& sic ex facto suo in præiudicium creditoris,vt creditor nō agat pro illa parte cōfiscata contra reum,sed contra fiscum,& ꝑ residuo contra condemnatum vel eius hæredes,vt est casus in l.ij.C.ad leg.Iul. de vi. ꝑterea durior est exactio contra fiscum, q̄ contra priuatum,vt not.in l.j.C.de priuile. fis.nō mirum ergo si præfati doct. Cy. Pet: & sequaces ita voluerunt,& sic patet ꝙ illæ considerationes Imo.in d.l.ex facto.parum valent.

valent. Idem dico in illa vltima sua q. quam ipse tangit ibi allegando Bal. in d. l. iij. C. ad leg. Iul. de vi. & ponit ibi casum in eo q habebat bona Ferrariæ & Venetiis, & bona Ferrariæ fuerunt confiscata, quia dico quod fiscus Ferrariæ non teneatur nisi ad creditores sui territorii. Præterea in fraudem fisci possent venire oēs creditores Veneti contra fiscum Ferrariæ vbi erant tantum illa bona cōfiscata, & saluare bona quæ Venetiis erāt ipsi condēnato in præiudicium fisci, quod non est fatendum per ea q̄ hñr in l. in fraudē. in prin. ff. de iur. fis. faciunt ea quę hñr in l. post cōtractū. ff. de don. cū si. in hoc nō saluarem dicta Io. de Imo. ibi in l. ex facto q̄ si bona quæ erant Venetiis non satisfacerent creditoribus, quia tunc ad bona confiscata Ferrariæ possent habere recursum ne ex facto debitoris in totum fieret præiudiciū creditori, per regulam, non debet. de regu. iur. & ita intelligo dicta Pet. Cy. Bal. & Ang. Itē vidi Guil. de Cun. latisime scribentē in ista materia in l. ii. ff. de cap. dimi. & tenet quòd quilibet fiscus tenetur creditoribus suis ibi in illo territorio existētibus ꝑ rata bonorū, prout quisq; habet bona, & non pro virili.

10 *Publicationem bonorum damnati, & incorporationem in fiscum, an quis impedire possit.*

10 Ang. †Quero quis posit impedire publicationē bonorum dānati, & ēt incorporationem. dic quod nullus[a] nisi doceat de dñio rei vel possessione, vt l. fin. & quod ibi not. C. de bon. vac. facit glo. & doct. in l. ob maritorū. C. ne vx. pro mari. Ex quo Bal. Ang. Raph. & Imol in l. si marito. in prin. ff. sol. mat. dicunt quod licet vxor habeat bona mariti obligata ꝑ dote, tñ non pōt impedire quin omnia bona viri publicentur, & in fiscū incorporētur, cū ipsa mulier tantūmodo habeat bona obligata, non aūt dominiū vel possessionē dictorū bonorū, sed postea à fisco dotē repetet, vt C. ad l. Iul. de vi. l. ii. quod no. allegat Lud. text. in l. res quæ. §. res autem. ff. de iure fisci. qui tamen tex. coniuncta glo. non bene probat subtiliter intuenti.

ADDITIO.

a **Nullus.** Adde tu & vide Ro. in cons. cxxviij. Ber.

Augusti. Tu aūt in hac materia, adde pulchra verba Ang. quæ posuit in terminis istius q. in l. si quis. C. de bon. dam. qui dixit per illum tex. quod licet cautum sit de iure, quod in re propria quis non habeat manuū iniectionē, p l. si qs in tātā. C. vnde vi. & l. extat. ff. quod met. caus. tamen quādo maritus est condemnatus, & bona eius sunt publicata vxor pōt in res suas detentas per virū ingerere manus autoritate propria ne occupentur per fiscum, & ibi reddit bonā rationem, vnde fundata est ista cōclusio ī iure. Et ideo subdit quod cauta debet esse vxor, vt cū timet quod bona mariti confiscentur, vel videat bona confiscata, quod non expectet autoritatem iudicis, pro occupādo bona sua, sed ipsamet manū iniiciat quantūcunq; illa bona ꝑ virū detineantur, & hoc probat per illum tex. ibi in ver. velūti, &c. & no. q a certe est pulchra limitatio ista ad proxi. dicta. & hoc intellige nisi bona defuncti deberent deuastari non dico publicari, quia tunc de iure vxor pōt ꝑ dote impedire illā deuastationē. ita dixit Alb. de Ros. in l. j. par. statu. q. vij. dicit tñ quod de facto nō obseruatur, quia deuastantur. Sed ciuitas isto casu satisfacit vxori & aliis creditoribus quod not. & vide doct. maxime Bal. & Imol. in l. si marito. in prin. ff. solu. mat. & vide no. in l. ii. C. de bo. vac. li. x.

11 *Bonorū publicationē quis iudicū facere possit.*

11 Ang. †Quæro quis iudicū[b] posit facere bonorū publicationē, dic ſm Bal. & Sali. in l. i. C. ne sine ius. prin. quod aliquando bona veniūt principaliter confiscāda, & de per se ex legis dispositione, vt in eo q contraxit incestas nupt. vt in aut. de ince. nup. in prin. & talis cōfiscatio pōt fieri per quēlibet iudicē, vt no. ff. mand. l. si tibi mādauero. §. si Titius Quandoq; veniunt cōfiscanda in consequentia, vt in deportatione, & tunc his potest cōfiscare qui pōt deportare, & nō alius, vt l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offi. præsi. Quandoq; lex nō statuit de bonorū confiscatione. Sed iudex hoc ex arbitrio & officio, vt in extraordinariis crimini. b⁹, vt l. j. §. expilatores ff. de effra. & expil. vel ēt in ordinariis per accidens, vt l. hodie. de pœn. & tunc aut vult omnia bona confiscare quasi hoc posit ex arbitrio, vt l. si seuerior. C. de infa. & tūc hoc non posset nisi sit de summis magistratibus, vel nisi consulto & principe permittente. ita not Azo in sum. d. tit. ne si. ius. princi. &c. qđ sequitur Cy. ex quo Bald. ibi infert quod si potestati cōcedatā arbitriū qa est

est magnus magistratus, pôt publicationẽ bonorũ facere. Si uero arbitriũ cócedat iudici inferiori, tũc non possẽt nisi cõsultis & permitẽtibus regẽtibus ciuitates, q̃ oĩa no.

b Quis iudicum. Adde tu & vide Ro. in consilio lix. Cep. in consi. xvij. Oldra. in consi. xvij. & d. Alex. in consi. xxxj. in j. vol. Ber.

Avgvsti. Tu aũt ĩ hac materia adde ea q̃ dixit Bal. in l. fi. ff. de offi. præfe. vig. qui dixit ꝙ publicatio bonorum est meri imperii. & nemo potest publicationem istam facere, nisi expresse hoc habeat à principe. & allegat d. l. j. C. ne sine iussu principis, & dicit ꝙ princeps debet verbis specialibus hoc facere. Sed opus est vt intelligas ꝑdicta, qñ princeps donaret castrũ alicui retento sibi mero imperio, q̃a quo ad vtilitatẽ hæc procedũt Nã si princeps donaret castrũ alicui, retento sibi mero imperio, nihilominus in illo castro fieret cõfiscatio ipso iure in casibus in quibus fit confiscatio ipso iure, & ita intelligas dicta ibi Bal. q̃ omnia pulchre declarat Ang. in d. l. j. C. ne sine iusse principis q̃ ponit ꝙ licet isti habentes merũ imperiũ possint facere publicationẽ bonorũ tñ intelligitur ꝙ faciãt camreæ Papæ vel Imperatoris, nõ cameræ illius ciuitatis vbi sunt officiales, nisi illa ciuitas habeat regalia ibi vide & de potestate Paduæ an possit facere istã publicationẽ, & vide Bal. in c. de pace tenen. qui dicit ꝙ iudex qui habet arbitriũ in criminalibus non pôt imponere pœnã publicam in criminalibus, & mouetur per d. l. i. C. ne sine iussu prin. & licet Bal soleat allegare ad hoc ibi tñ si recte põderẽtur verba sua. & ibi Bal. hoc non decidit, sed dicit in fin. dic vt dicetur in d. l. j. C. ne sine iussu princ. Adde Albe. de Rosa. multum eleganter loquentem in tertia parte statutorũ. q. xviii. in illa. q. an autem bona damnatorum hodie sint correcta, circa medium.

12 *Lata sententia seu publicatione bonorũ que bona contineantur.*

13 *Statuto dicete confiscentur bona sua, an veniãt iura, & actiones, hereditatis delatio & similia ipsius damnati & appellatione publicationis bonorum quid veniat.*

14 *Publicatis bonis an veniant iura que per mortem ciuilem expirant, & ea que non transeunt nisi ad certum genus personarum, vt emphyteusis ecclesiæ.*

15 *Confiscatio bonorum an apprehendat ius patronatus ecclesiæ, & an acquisitio ex dicta cõfiscatione ipso iure fiat in fiscũ, & quãdo fiat incorporatio & possit opponi de iure fisci.*

16 *Publicatis bonis an veniat fundus emphyteoticus habitus ab extraneo priuato vel ecclesia.*

17 *Publicatis bonis, an venia ius pratronatus, & an veniant bona præsentia vel futura.*

12 Ange. †Et nota ꝙ facta dicta publicatione siue sñia publica lata, oĩa bona & iura ꝑsentia, sed nõ conditionalia c continentur, vt est tex. cum glo. in l. nam ad ea. ff. de condi. & demon. & l. quoties. in fi. & ibi gl. & Im. ff. de noua. vnde si dicto damnato factum fuisset legatũ sub conditione si nauis ex asia venerit ad aliquid debitũ fuisset sub alia cõditione, tunc tale legatũ cõditionale nõ intelligit publicatũ, quod no. Nec ẽt veniret futura substitutio, vt est casus & ibi Bal. in l. ex facto. §. fi. ff. de vulg. & pupil. & ideo esse potest ꝙ in generali confiscatione non veniũt bona futura sed tantũ ꝑsentia, vt l. si tibi mandauero. §. is cuius. ff. man. ita dixit Im. in d. §. fi. Et diligenter aduertas vt

13 singulariter dicit Bal. i l. i. ff. de statu ho. †ꝙ si statutũ dicat ꝙ bona sua & sic per istud possessiuũ suũ, sua, suus, nũquã appellatiõe bonorũ veniunt iura & actiones, & sic nomina debitorũ non venirẽt nec hereditatis delatio, & similia ipsius dãnati, quod est singulare. Et quid veniat appellatione publicationis bonorũ. vide plene per Lud. in l. si cõstãte. §. fi. ff. sol. ma. vbi inter alia dicit secundũ Bar quod i publicatione bonorũ nõ venit res prohibita alienari. d per text. in l. Imperator. ff. de fideic. lib licet ille tex. secũdum Lud. hoc nõ probet. dic vt ibi per eũ.

14 †Ac ẽt aduertas quod non confiscantur iura q̃ per mortẽ ciuilem expirãt vt l. insulã. in prin. & ibi Bal. & Im. ff. sol. ma. nec ẽt cõfiscantur ea q̃ nõ transeunt nisi ad certũ genus ꝑsonarũ vt emphyteosis e ecclesiæ. iuxta no. in l. ẽt in prin. ff. sol. ma. & quod dr̃ & ꝙ ibi plene habetur per Bart. & Imol. ff. de verb. obl. ita dicit Bal. & Imo. in d. l. insulã.

15 † nec ẽt venit ius patrocinatus ecclesiæ, q̃a cum sit quid spirituale vt c. quãto. de iureiur. non potuit nec tacite nec expresse, vel indirecte per iudicem secularem publicari, vt no. Ant de Bu. in cle. pastoralis. de re iudic. & idem Imo. in d. l. insulã. dic vt ibi la-

se

te per eum. Et dicta acquisitio ex dicta publicatione statim fit ipso iure in fiscum. vt l. cōmissa. ff. de publ. & l. quisquis. & ibi doct. C. ad leg. Iul. maie. & no. Bar. in l. j. §. an bona. ff. de iure fisc. Cy. & Ang. in l. ij. C. ad le. Iul. de vi. Sed non incorporat o nisi actualiter & vere fiat & apprehendantur bona vt d. §. an boná. ita dicit Bar. in d. l. commissa. Ex quo sequitur ꝙ ante dictæ sentētiæ prolationem, non potest aliquis opponere de iure ipsius fisci. vt not. Bart. in l. ij. ff. de excep. rei iudica.

b Conditionalia. Adde circa hoc & vltra ea, quæ ponit infra d. Aug. vide Ro. in consi. ccxlvij. & d. Alex. in consi. lxxv. in j. vol. Ber.

d Alienari. Adde de hoc & dic vt p Alex. in cōsi. lxxviij in iij. vol. & ibi an eodē pro tēpore quo delinquens viuit debeant remanere in fiscum.

e Emphyteosis. Adde tu, xxiij, in. j. volum, & cōs, ix. in ij. vol, Ber,

AVGVSTI. Tu aūt in hac materia adde ea q̄ dixit Roma. in sing. suis primi anni cxlix. quod incipit, glo. ordinaria. in l. nā ad ea. vbi dat duas limitationes, an iura conditionalia in publ. bonorū veniāt. & vide Bal. in l. j. C. de bo. libertorū, qui q̄rūt an in publi. bonorū veniāt iura conditionalia. & primo argu. ꝙ nō per l. quoties. ff. de nouatio. & p d. §. is cui bona. postea adducit in cōtrariū tex. in l. inter socrū. §. si. ff. de pactis dota. & vide Pa. de Cast. in consi. suo xxix. qui ponit si filiusfa. banit in vita patris, an mortuo patre bona debeāt publicari. Sed in hac materia vltra oēs vide no. per d. Nellum in tractatu bannitorū in secūdo t.pe, scilicet de concurrentibus post perfectum bānum. in xxxj. q. vbi vltra oēs examināt istū passum. & allegat Alb. de Rosa. in materia statuto. cccxlv. & errauit, voluit allegare Alber. de Ro. in 3. par. statu. q. xij. q ꝓprie loquit̃ de substitutione, an iura substitutionis veniāt in publicatione bonorum. & allegat Bar. in multis locis, & dicta Bal. Ang. tñ dicit ꝙ nūquā reperit istū passum claru in iure & certe ibi d. Nellus multū subtiliter & elagāter loquit̃ i hac materia ibi vide & ipse d. Nellus in eodē loco i 8. q. ponit an veniant tm̄ bona presētia & an futura veniāt. & an ꝓhibita alienari veniant in publicatione bonorū. vide vltra supra allegata, quia Ludo. Rom. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dā. infec. ibi tenet ꝙ nō veniat ista in publi. bonorū, licet aliter sentiat in d. l. si constante. §. si. vide per Mod. late in locis, supra al-
16 leg. & ibi dixi. † Itē an publicatis bonis veniat fundus emphyteoticus habitus ab extraneo priuato, vel ecclesia. vide per Bar. in d. §. si de vectigalibus. & ibi per Imo. Ro. & alios. & vide Bal. in l. j. C. de bo. liber. tenētē opi. Bar. & vide Guil. de Cu. & Bal. in l. si qs p̄sbyter. C. de epis. & cle. & ibi vide Sal, & vide Bal. in d. l. j. insulā. ff. sol. ma. & Bal. in auth. nisi rogati. C. ad Trebe. in 4. col. & Old. in cōs. xvij. Io. And. in ti de feu. §. qm̄ versi. 4. Pe. de Anch. in repeti. regulæ, ea q̄. de reg. iur. in xxj. q. & Pet de Anch. in repeti. c. postulasti. de foro cōpet. in ix. q̄ōne. in hac materia approbat dicta Bar. vide Imo. in c. ex parte in xlij. col. extra de feu. qui ēt vr̄ approbare dicta Bar. in d. §. si de vectigalibus. & vide Bar. in l. eū q. ff. de inter. & rele. & ista vr̄ esse cōis s̄nia quam tenet Bar. licet alibi colligi videatur ex dictis Spe. in ti. de locato. §. nunc aliqua. versi. cū ver. se. & vers. xv. & Io. de Im. in l. quod dr̄ ff. de ver. obli. & vide Nellū intractatu bannitorum in secundo tempore post bannum perfectū in xxiiij. q. qui mordet dicta Bal. i d. §. si de vectigalibns. & vide per Albe. de Rosa. in iij. parte statuto. q. xvi. qui allegat aliquas bonas remißiones, ibi vide. & vide Ang. in auth. bona damnatorum. C. de bo. dam. & Ang. in l. eorū. ff. ad legem Iul. maie. Pe. de Anch in c. decreuit. in c. cum secundnm. extra de hære. lib. vi. Pe. de Anch. in c. fœlicis. extra de pœ. lib. vi Mod. latißime posuerūt
17 in d. §. si de vectigalib. † An autem publicatis bonis veniat ius patronatus. Adde gl. & docto. in d. cle. Pastoralis per Bald. in l. i. C. de bo. liber. per Bald. in l. si ita. §. si. ff. de libe. & posthu. vide nota. in l. cum filius. de verb. oblig. & d. Nellum. in d. tractatu. in d. secundo tempore. in q. xxxii. An autem in tali confiscatione veniant bona præsentia vel futura. Etiam adde domi. Nellum in d. tractatu bannitorum in secundo tempore post bannum perfectum. in xviii. quæstio: qui allegat omnio bona quæ possunt allegari, scilicet dicta Guil. & Odofre. Alberi. de Rosa. in quæst. statutorum. & Bart. gloss. & aliorum ibi vide & tex. glo. doctor. & Angel. in l. ii. C. de bon. damna. & dicam infra, vbi etiam do. Angel. tangit istam quæstionem principaliter.

Publicatis

18 *Publicatis bonis alicuius in illis reperiebatur domus quæ ex forma statuti propter delictū debebat destrui, sed erat alteri data in pignus, an destruetur.*

18 ANGE. † Quæro si in bonis publicatis erat domus quæ secundū formā statuti pp delictū debet destrui, an destruatur ex eo ꝙ alteri data sit in pignus. Iac. de Aret. mouet istā qōnē in l. i. §. seruum. ff. ad Silla. & ibi p illū tex dicit ꝙ sic. sed Bar & Bal. tenēt contrariū facit quod no. Cy. & Bal. in l. pignus. C. de pign. actio. Ludo. in d. §. seruum. dicit distinguendū, aut creditor habuit prius illā domū in pignus, & preferatur fisco, qui licet tacitā hypotecā habeat. iuxta gl. in l. rescriptū. ff. de pact. & no. Bar. in l. post contractū. ff. de dona. tñ quia est posterior ille creditor præferetur. vt l. singulariter. & l. si specialiter. ff. qui pot. in pign. habe. dicit tñ, ꝙ si ex cementis possit satisfieri creditori, tunc sit vera opi. Iaco. de Aret. quinimo dicit, ꝙ fiscus debet soluere creditū suū & consequi domum, vt l. res quæ. §. res aūt. ff. de iur. fis. & de hoc vide Bal. & Ange. in d. l. pignus. & Alberic. in suo opere statutorum in iiij. par. in illa qōne, an vxor possit pro sua dote defendere, ne domus mariti destruatur, a & dicit ꝙ sic, tanquā domus sit sibi hypothecata, & omnibus præferatur, quod tamen intellige, vt supra dixi in eadem glos. versicu. quæro quis possit impedire &c.

ADDITIO.

a Destruatur. Adde ꝙ idem dicit Rom. in consilio cxxviij. Ber.

AVGVSTI. Tu aūt in hac materia adde Sali. in d. l. si pignus. C. de pig. act. qui faciēs mentionē de hac altercatione inter Iac. de Are. Bart. saluat vtrosque ꝙ in diuerso casu loquatur, & ibi vide Alb. qui ponit casum, qñ econuerso, ꝙ bona alicuius debeāt denastari, & ille reus habebat res alterius nomine pignoris. Et inquantum in hac materia do. Ang. hic allegauit Alb. de Ros. in iiij. parte statu. in q. an vxor pro dote sua possit defensare, ne domus mariti destruatur. Addatis quòd errauit do. Ang. quòd Albe. ibi. in iiij. part. hoc non dixit. Sed est in tertia part. statuto. qui ponit istā qōnē de vxore in q. vij. Sed miror de isto doct. qui postꝗ facit professionē quòd vidit Alber. de Ros. ignorauerit dicta Alb. de Ros. in indiuiduo in ista qōne, in propriis terminis quā posuit in iij. par. statu. q. xiiij. quæ incip. itē quæro si ex forma statuti bona creditoris debeant deuastari, & homicida pignorauerat ante domum suā, an illa deuastabitur, & ibi arguit ad partes pro & contra multum elegāter, & tādem dicit quòd opinio Iac. de Are. procedit de iure vbi deuastatione, integre possit satisfieri creditori, aliàs non pōt deuastari in præiudicium creditoris, per d. l. j. C. de poe. fis. credi. pfer. li x. & dicit ꝙ istā opi. tenet Ray. de For. in d. l. j. §. seruus pignori.

19 *Guastum si debeat fieri in bonis delinquentis propter delictum an debeat fieri in fructibus quos coluit quidam colonus.*

20 *Bona omnia sua si deuastari debeant propter delictum, an deuastabuntur fructus, qui sunt pignorati uel uenditi.*

19 ANGE. † Quid aūt si propter delictum debet fieri guastū in bonis delinquentis, an debeat fieri in fructibus quos coluit quidā colonus, & vr̄ quòd sic, vt l. apes §. iure cōstat. ff. de furt. & l. cū in plures. §. messem. ff. loca. cōtrariū tñ tenet Bal. in dicto loco, q. a delinquens debet taliter puniri ne colonus innocēs puniatur, vt l. j. C. de his qui latro.

20 † Quid si pignorati sunt, vel vēditi oēs fructus, & pp delictū debeāt omnia bona sua deuastari, an tales fructus deuastabuntur. Alb. in dicto loco tenet ꝙ non, per text. not. in l. venditor. §. i. de auto. iu. pos. Sed Ludo. in d. l. i. §. seruum. ff. ad Silla. dicit ꝙ hoc nō credit verū in venditione. p text. in l. si fundum quē. ff. loc. vbi publicatis bonis fundus venditus pp passam publicationē, nō tamē traditus in publicatione venit, restituto tamen pretio emptori.

AVGVSTI. Tu aūt in hac materia, adde Sal. ī l. si pignus. C. de pig. act. q. tenet ꝙ isti coloni rōne fructuū nō pn̄t impedire talem deuastationē pp delictū malefactoris, quia non habent ius in re. Et vltra oēs latissime examinauit istā materiā Gād. in tra. malefi. in qō. 84. in q. incip. an fructus pēdentes in possessionibus homicidę locatis colonis debeāt destrui. & ibi cōcludit ipse pro ea parte quā coloni debebāt percipere, ſm cōsuetedinē regionis p illa parte possessionis non debēt deuastari. ibi vide argu. l. si fundus. ff. loca. & l. nihil. §. si. ff. de adulter.

Bona

21 *Bona alicuius ex delicto si debent publicari ex forma statuti domus deuastari si iste habeat turrim communem cum alio, quid faciet magistratus.*

21 ANGE. † Et tene menti, ꝙ si ex aliquo delicto bona debeat publicari ex forma statuti, domus deuastari si delinquens habeat turrim cōem cū alio, pōt potestas siue magistratus loci qui condēnauit delinquentē cōmittere executori ꝙ dictā turrim diuidat cum suo cōsocio, & partē superiorē capiat, & postea destruat, an valeat talis diuisio & destructio, dic ꝙ sic. vt no. Bar. in l. cū alicui. ff. de neg. gest. quia talis magistratus potuit dare curatorē bonis necessario diuidendis, & sic potuit facere alienationem necessariā, vt l. j. ff. de fun. do. igitur &c.

AVGVSTI. Tu aūt in hac materia, adde Doct. maxime Rapha. in d. l. cum alicui. & omnino vide Gand. in tract. malefi. in q. 85. incip. Item quæritur aliquis cōmisit delictū propter quod omnia eius bona, vbi vult, ꝙ si potest fieri separatio sine læsione alterius partis, fiet tunc separatio, licet referat Odofred. indistincte voluisse semper diuisionem esse fiendam, quia non debet alteri per alterum iniqua conditio afferri. l. sancimus. C. de pœnis. Sed omnino vide pulchra verba Albe. de Rosa. in q. statuto. in ij. parte. q. 45. & in d. ij. parte. xlvj. & xlvij. vbi habebis veram decisionem istius quæst.

22 *Sententia lata cōtra homicidam an habeat effectum confiscationis bonorum, & executionem paratam cōtra hæredes absque alia probatione.*

22 ANGE. † Et sic bene aduertas ꝙ glo in l. in cognitione. ff. ad Sillan. quam ibi sequitur Bart. determinat, quia sententia lata contra homicidam habet effectum confiscationis bonorum, & executionem paratam contra hæredes absq; alia probatione, sed Bal. in l. j. C. vbi causæ fisc. tenet contrarium per l. denunciasse. §. conqueritur. ff. de adulte. vñ ꝙ Bart. dicit habet locum quantum ad ordinem, non quantum ad ipsos conueniendos sine probatione. Sed Ludo. in d. l. in cognitione. dicit ꝙ si quis vellet tenere opin. Bart. posset respondere ad d. §. conqueritur. quod non præiudicat sentētiæ æque principalibus. Sed ista quæstio loquitur quando præiudicat hæredibus in consequentiam vt accessoriis, tamen pro Bal. alleg. l. à sententia. ff. de appellationib. vbi etiam in consequentia aliis non præiudicat si sit lata contra homicidam hæredibus præsentibus & scientibus.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia, adde pulchra verba Bal. quæ posuit in l. iuris. C. quibus res iudi. non nocet. quia ibi in illo tex dř ꝙ in criminalibus sententia lata contra vnū alij non præiudicat, statim Bal. opponit ibi de l. in cognitione. ff. ad Silla. & quod ibi no. vbi hř ꝙ si testator fuit occisus à familia, & quidā tertius accusauit occisores, hæres aūt neglexit ꝙ condemnatis occisoribus videntur hæredes condēnati in cōdēnatio. hæreditatis, & sic sententia contra alios lata habet effectum bonorū confiscandorum contra aliū. vnde Bal. dicit ibi, quòd d. gl in d. l. in cognitione. quā sequit ibi Dy. ꝙ ordo & pœna ita erat ordinata expresse in lege. vnde nō est recedendū à l. aliàs secus. sed dicit Bal. in d. l. iuris. ꝙ Iac. But. dicebat, & bene ꝙ ibi hæres scriptus fuit citatus aliàs si ipso ignorante hoc factū fuisset, sñia bonorū confiscandorū nō posset mitti executioni contra ipsum. Iaco. de Are. dicebat, ꝙ imo oportet nouā sententiā cōfiscationis bonorū ferri. & idē Cy. Sed vide ibi omnino Bal. multum subtiliter loquentem & ponentē suam opin. in d. l. iuris. & multū mihi placet sententia Bald. ibi. Adde Moder. in l. sæpe. ff. de re iudica. Et in hac materia vide quod voluit Sal. in l. j. in princ. C. de his qb. vt indig. qui ponit intellectū d. l. in cognitione. & pulchre ꝓ Sal. in d. l. j. C. vbi cau fisc.

23 *Accusatio contra homicidam quæ durat uiginti annis quanto tempore durat quātum ad effectum confiscationis bonorum.*

23 ANGE. † Quæro licet accusatio contra homicidam duret viginti annis de iure, vt l. querelam. C. de fal. quanto autem tēpore durat quantum ad effectum confiscationis bonorum, dic ꝙ durat quinquennio tantū, vt est casus in d. l. in cognitione. quod dicit Ang. ibi fore mirabile, quod intellige, scilicet cūdum annum ante accusationem finitam cōtra homicidā, sed post eam finitā pōt fiscus agere contra hæredem ciuili actione petitio. hære. vt l. j. C. de his quib. vt indig. & durat per x. annos. vt l. Caius. ff. ad Silla.

AVGV-

AVGVSTI. Tu autē in hac materia, ad-
a de quæ dixit Bal.[a] in l.iii. C.quib.res iudi. non nocet, quia dixit q causa cōfiscationis bonorū debet exequi intra quinquenniū, hoc verum inter hæredes extraneos, sed si hæredes essent de numero eorū qui occidēdo tenerentur l.Pompeia de parricidiis, tūc intra xx. annos durat effectus confiscando rum bonorū, quia seuerius agitur cū hęredibus sanguinis quam cum aliis in ista negligentia punienda. & dicit q de hoc est casus notabilis in d.l. in cognitione. de qua materia ibi vide gl.Bar.Bal.& Moder.

ADDITIO.

a ℭBald.in l.iij. Adde hoc dictum Bald. refert & sequitur Franc.de Are.in consi.lx. Ber.

24 *Bona si intelliguntur confiscata ipso iure propter aliquod enorme delictum, uel per formam iuris uel statutorum, an fructus omnes intelliguntur confiscati à tempore commissi delicti citra, & quid si confiscatio debeat fieri per sententiam iudicis.*

24 ANGE. †Et bene aduertas q si bona intelliguntur confiscata ipso iure propter aliquod enorme delictū, vel per formam iuris statutorum, tunc intelligūtur etiā cōfiscati oēs fructus à tēpore commissi delicti citra. Secus autē si dicta confiscatio debet fieri p snīam iudicis, quia tūc nō veniunt fructus nisi à tempore late sententiæ. ita dicit glo. singu.in authen.de incest.nup .in princ.

AVGVSTI. Tu adde q illā gl. ī auth. de incest.nup approbāt Iac.de Bel.Bar.& Ange.ibi & Pe.de Anch.c.fęlicis. extra de pe. in ix.col.lib.vj.Itē adde q pōt esse q fiscus iure cōfiscationis habebit bona alicuius, & non ipso iure. & tñ habebit fructus etiam ante sententiā.vt est tex.gl.Bar.Bal.& Sali. declarat ibi in l.j.C.de his quib.vt indig.& declarat Bar.in l.eū q.ff.de his q.vt indig. nā si quis non vendicat mortē defuncti ipso iure, fiscus habet bona, & tamē lata sententia fiscus habebit illa bona cum omnibus fructibus à die negligentiæ citra, secus in vsuris, ita volunt doc.p illū text.in d.l.j.

25 *Condemnatus est aliquis in mutilatione membri, uel bannitus & eius bona sunt publicata, an intelligatur tantum de bonis præsentibus, an etiam de futuris.*

25 ANGE. †Quæro aliquis est condēnatus in membri mutilatione vel bānitus & eius bona sunt publicata, an intelligitur tantum
a modo de præsentibus, vel etiā de futuris.[a] dic vt supra dixi, quia est gl.sing.in l.nā ad ea.& ibi Bar.Ange.& Imo.ff.de condit.& demon.& no.Bar.in l.j. in fi.ff.de bo.dam. Et sic si aliquid in futurū acquirit, non intelligit cōfiscatū. imo p se acquirit, vt l si tibi mādauero.§. is cuius.ff.mā.de hoc tñ vide Bar.ī l.si finita.§.si de vectigalibus.ff.de dā.īfe.& ibi Ang.& Imo.vide omnino.l.ij. C.de bo.pscrip. & quod ibi no. gl.& doct.

ADDITIO.

a ℭFuturis. Adde d. Alexan.in consi.lxxxviij.in iij.vol. Ber.

AVGVSTI. Tu autē in hac materia adde quæ dixi supra in hac eadem glo.in addi.in illa quæstione quæ incipit. Et nota q facta dicta publicatione & vide Bal.in l.fi. C.quæ res pig. oblig.pos.& Bart.in l. certa forma.C.de iure fis.& Iac.Bu.in d.l. is cuius.vide Mod.post Bar. in l.si victum.ff.de re iudi.& no.in l.j.C.de hære.institu.

26 *Sententia dicens, & eius bona publicamus, in quo differat quo ad effectum à dicente & eius bona sunt publicanda.*

26 ANGE. †Etiā diligenter aduertas ad verba snīæ, nā si dixit & eius bona publicamus statim dicta snīa habet & trahit secū executionē, & in fiscū transfert ipso iure dñium, vt no.in l.duobus.§.idē scribit.ff.pro soc.secus autē si iudex in sua snīa dixerit, & eius bona sunt publicanda, qm talis sententia nō trahit secū executionē, sed aliā publicationis snīam expectat, vt l.j.C.si aduer.lib. & illa sunt verba Bal. ibi in prin.vnde tu iudex semper in snīa dicas, & eius bona publicamus.nō aūt dicas declaramus eius bona publicanda &c.vt patet ex predictis.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia, adde quæ dixi supra in gl. quæ incip.& caput à spatulis amputet in illa q.quę incipit, quæro si statuto cauet q vltimo mense, & late dixi post oēs Mode.in l.j.§.si qs ita.ff. de verb.obli.vbi feci mētionē de doctrina Bar.in d.l.j.C.si aduer.libe.dic.vt ibi.

27 *Damnato filiofami. & publicatis eius bonis, an intelligatur publicatum eius peculium, & si bona patris sunt publicata, an eruut*

publicata pecul[i]a profectitia filiorum, & an damnato patre crimine læsæ maiest. intelligatur publicatum beneficium ecclesiasticum filij, uel eius prebenda.

27 ANGE. † Quid si filiusfa. dãnatur, & eius bona publicantur, an intelligatur eius peculium publicatũ. gl. in l. j. ff de bo. dam. dicit q̃ ẽt peculiũ castrense nõ intelligitur publicatũ, de quo in l. iij. §. sed vtrũ. circa fi. ff. de mino. & no. plene Bar. Ang. & Imo. in d. §. si de vectigalibus. vbi no. Bar. hic p l. iii. C. de bon. dam. q publicatis bonis filij, intelligitur publicatũ peculiũ aduentitiũ, ẽt quo ad proprietatẽ q̃ erat ipsius b filii. Et econtra si bona patris sunt publicata, an intelligunt publicata pecul[i]a profectitia filiorũ, & ibi determinat qđ nõ p tex. in d. §. sed vtrũ intantũ q si pater in crimine læsæ maie. esset cõdẽnatus nõ intelligit publicatũ beneficiũ ecclesiasticũ filii, vel sua p̃benda, imo filio reseruandũ est, vt no. gl. in cle. pastora. de re iudi. & Imo. in l. cũ filius. ff. de ver. ob.

b † Erat ipsius. Adde tu & vide Panor. in consil. lxvj. in j. vol. vbi tenuit q etiam si inter patrem & filium processit compromissum. & fuerit laudatum q de bonis in quibus pater habebat vsum fructum filius possit libere disponere, q tamen si bona publicentur talis dispositio non præiudicat, & vide Moder. in d. §. si de vectigalibus. Ber.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia adde q ista est maxima altercatio inter doct. & iste bonus docto. ita succincte loquit. Et addatis q Pau. de Ca. in d. §. si de vectigalibus. tenet opi. Bar. vt non censeatur publicatum peculiũ profectitium. Ro. vero in d. §. si de vectigalibus. tenet cõtrariũ q imo peculium castrense censeatur esse publicatũ. alleg. Ang. hoc voluisse in l. si filijs. ff. de dã. infect. & alleg. Spec. in ti. de feud. §. qm̃ ver. iiii. Sed non reperitur q Spe. hoc dixerit & multas rationes adducit Ro. pro opin. Ang. Imo in d. l. si filius. tenet opi. Bart. sed Bar. in l. j. ff. de bo. dam. in gl. magna approbat illã gl. ibi, & dicit Azo. in summa. ita tenere vt nõ censeatur peculiũ castrẽse publicatũ. & cõcordat Io. And. in addi. Spe. in ti. de accu. in iii. par. in fi. in addi. incip. vt intra certũ tẽpus, & prope mediũ illius addi. idẽ Guil. de Cug. in d. l. iii. §. sed vtrũ. ff. de mino. & Bal. in l. si filius. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. & Cy. Pe. & Bal. Ang. & Sali. in l. iii. C. de bo. dam. illud affirmãt, licet referant Iac. de Are. cõtrariũ tenuisse. Idẽ in peculio aduẽtitio dicũt doc. Et cũ opi. Bar. transit Imo. in l. cũ filius. ff. de verb. obl. & vide quæ dixerunt Ange. & Imol. multũ elegãter in d. l. si filius. ff. de dam. infe. q si filius haberet peculiũ profectitiũ cũ expressa potestate donandi, & dissipandi, & dispensandi tale peculium, non põt publicari & sensit Bar. in d. §. si de vectigalib. & Bart. in l. j. ff. de bon. dam. & Bald. in l. executorem. in xij. col. C. de exec. rei iudi. & Guil. de Cu. in d. l. iii. §. sed vtrum. & Sal. in l. si filius. C. de bo. dam. & licet Moder. in §. si de vectigalibus. multũ prolixe, multa trãscripserint. ibi in isto passu quæ breuius poterant dici. Tamẽ vltra ipsos allego d. Nel. late tetigisset istã difficultatẽ in suo tract. bãnito. in ij. tempo. post bannum perfectũ in xxv. q. vbi do. Nellus ibi transit cũ opi. Bar. in d. §. si de vectigabilus. in peculio profectitio, & aduẽtitio, & in peculio castrẽsi expresse determinat cõtrariũ, & multum elegãter, subtiliter, & clare loquit ibi, & si quis ẽ expresse opi. Ang. in d. l. si filius & dicit opi. Ang. esse veriorẽ. Adde Alb. de Ros. in iii. par. statuto. q. xi. ibi expresse tenet contrarium q peculium castrẽse nõ veniat in publicationẽ bonorũ idẽ dixit in d. l. si filius. & vide Sali. in l. j. C. de bo. libe. & ibi vide Albe. in d. xvij. q. qui ponit q̃d ccõtra si bona patris sunt publicata non censeat ẽt publicatum profectitiũ peculium filii. de hoc vide do. Nellũ in d. tracta. in ij. par. vbi supra in xxij. q. & adde gl. in hac materia in c. satis. peruersum lvj. dist. quæ dicit q propter delictum patris, filius nõ perdit beneficium ecclesiasticum. & ibi vide doct.

28 *Damnata matre & eius bonis publicatis, an filij debeant aliquid habere.*

28 ANGE. † Quid si mater dãnetur & eius bona publicentur, an filii debeant aliquid habere, dic q nõ, vt est tex. & ibi gl. & doc. in l. de bonis matris. C. de bon. damnã.

AVGVSTI. Tu adde q omnes doct. indistincte in locis supra alleg. approbãt istã conclusionem & vide Salic. ibi in d. l. de bonis remittentem se ad dicta in l. fi. C. eo.

29 *Damnata uxore & eius bonis publicatis, an intelligatur dos publicata.*

29 ANGE. † An vxore dãnata si eius bona publicent itelligat dos publicata, dic si hoc est dis-

est dissoluto matrimonio, & sic in vidua, clarũ est quod publicantur, vt l. si cõstãte. in fi. & ibi doct. ff. solu. mat. aut constante matrimonio & non publicantur nisi in quinque casibus, vt l. quinque legibus. ff. dẽ bo. dam. si autem maritus debeat ex pacto vel statuto lucrari, partem dotis. agat postea contra fiscum & summatim probet matrimonium, dotem, & pactum vel statutũ producat, & consequetur à fisco partẽ lucri prędictę dotis, ita dicit Bar. in d. l. quinq; legibus. per l. dos. §. à reo. ff. de iure fis.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia, adde do. Nell. in d. tracta. banni. in secundo tẽpore post bannum perfectum in xxviij. q. qui dicit ꝙ ista est cõis opin. ꝙ indistincte solu. mat. dos publicatur. Si vero cõstante matrimonio est altercatio inter gl. & Dy. sed dicit quod opi. Dy. est approbata à Iac. de Are. & à Bart. in d. l. quinque legibus. & ipse etiam ibi eam sequitur. & ibi in proxi. seq. q. ponit illam difficultatem, qñ vxor bannita est propter adulterium possit maritus ad dotẽ conueniri, vide per Alb. de Ros. in iij. par. statuto. q. iiij. v. & vj. & ibi vide si est factum pactum de dote lucranda. & Pet. de Anch. in c. decreuit. de hær. lib. vj. An autẽ in præiudicium patris publicabitur dos talis filiæ, vide quæ dicunt doc. in d. §. si de vectigalibus. in l. si finita. ff. de damn. infect. per tex. in auth. qui contra. C. de incest. nup. qui dicũt ꝙ non examino nunc, quia iste doctor non examinat hic istum passum.

30 *Bona damnatorum an reseruentur filijs & episcopi debent applicare bona damnatorũ cameræ apostolicæ, nõ aũt sibi nec suæ curiæ.*

31 *Damnatus si tantum perdat bona, an reseruentur filijs.*

32 *Bona contumacis etiam hodie omnino extantibus liberis annotantur, & per talem annotationem perduntur.*

33 *Damnato pendente tantum statum, tunc iura antiqua remanent incorrecta.*

34 *Damnato pendente statum vel ciuitatẽ, vel libertatem, aut vitã, an bona reseruẽtur filijs.*

35 *Damnato pendente vnam tãtummodo partem bonorum, vel condemnato in aliqua pecunia, tunc iura vetera remanent incorrecta.*

36 *Statuto cauetur quod bona homicidæ publicari debeant reseruata parte filijs an ex illa parte debent alere patrem, & si damnatur quis ex forma statuti ad mortem, an in consequentiam veniunt si bona non habeat descendentes neque transuersales vel applicantur alijs cõiunctis vsque ad decimum gradũ.*

37 *Damnatus ad mortem extra ordinem ex forma statutorum perdit factionem testamenti, tamen non habebit locum. authen. bona damnatorum, sed etiam omnes agnati vsque ad decimum gradum succedunt ab intestato.*

38 *Damnatus secundum formam iuris communis de crimine capitali, licet patiatur publicationem bonorum, secus tamen si quis est bannitus in persona ex forma statutorum pro crimine capitali.*

30 ANGE. † Et ꝙ bona damnatorum hodie reseruentur filijs secundum authen. bona dam
a natorum. Fallit in crimine [a] læsæ maiest. vt l. quisquis. C. ad l. Iul. maie. aduertas tamen ad id quod no. Bald. in d. auth. bona damnatorũ, ꝙ episcopi hodie faciunt condemnationes, & sibi & suę curiæ applicant condemnationes, & bona damnatorum, cum debeant applicari ca-
b meræ apostolicę, & sic male faciunt ꝙ no.[b] vt scias opponere cũ occurrerit de facto. Pro plena declaratione an bona damnatorum publicẽtur,[c] vide glo. & Bar. in l. j. ff. de bo. dam. & Bal. in tit. de pa. ten. c. j. in prin. & Bal. in authẽ. bona damnato. C. de bo. dam. & ibi Ang. & Sali. & Ang. in authen. vt nul. iudi. §. fi. Et
31 cõclude secundum Bald. & Ange. † aut damnatus perdit bona tantum aut statum & nõ bona, aut debet perdere statum vel ciuitatem vel vitam, aut non perdit statum neque bona, sed condemnatur ad aliquam partẽ pecuniæ vel bonorum. primo casu quando damnatus perdit tantum bona, tunc indubitanter bona damnati filijs nõ reseruantur sed cõfiscantur, alias ex isto delicto nulla pœna applicaretur fisco, & per consequens non puniretur criminali-
32 ter, vt in auth. de incest. nup. in prin. † Ex quo infertur quòd etiam hodie bona contumacis non extantibus liberis annotantur, quia per talem annotationem perduntur bona, alias non esset pœna ipsius contumaciæ & sic titulus de
33 requirend. reis non est correctus. † Secundo casu quando perdit statum & non bona tunc iura antiqua remanent incorrecta, vt l. raptores. C. de epis. & cle. & l. j. versi. si quidem. C.
34 de rap. vir. † Tertio casu quando quis debet perdere statũ vel ciuitatẽ, vel libertatem, vel vitam, tunc habet locum distinctio. d. auth. bona damnato. vt bona reseruentur filijs, vt ibi. quòd etiam tenet ibi Ang. secundum Ia. But. procedere qñ pęna confiscationis venit in consequentiã pœnæ personalis, exẽplũ in deportato, vt l. j. C. de bo. dam. & l. deportatũ. C. de pœnis

nis. Sed vt i bona olim confiscabantur expresse non in consequentiam vt contingit in relegatis qui ciuitatem non perdunt, & sic non moriuntur ciuiliter, nec naturaliter, tunc iura antiqua de publicatione loquentia nullatenus
35 sunt correcta. † Quarto casu quando perdit tantummodo partem bonorum vel condemnatus est in aliqua quantitate, tunc iura vetera remanent incorrecta. Et si quis damnatus est in mille, existentia liberorum non posset istam condemnationem impedire. ita dicunt
36 prædicti docto. † Quæro statuto cauetur ꝙ bona homicidę debeât publicari reseruata parte filijs, an illi filij ex ea parte debeât alere patrē, dic ꝙ non. vt est tex. not. in authen. de pa. tenen. & eius vio. c. j. §. si habet. ita dicit Bald. in d. auth. bona damnatorum. & tene menti secundum Iac. But. & Ange. in d. auth. bona dānat. ꝙ si ex forma statuti quis punitur ad mortem, non tamen in consequentiam veniunt bona, etiam si damnatus non habet descenden
d tes neque transuersales, [d] imo illa bona applicantur alijs coniunctis vsque ad decimum gradum, alleg. rationem, quia omnis damnatus quantuncunque de crimine publico ex forma statuti dicitur damnatus ex lege priuati iudicij, & damnatis tali. l. non auferuntur bona nisi caueatur expresse quod no. dic vt ibi.

ADDITIONES.

a ¶ Fallit in crimine. Adde tu & vide Cepol. in consi. xxvij. Ber.
b Quod no. Adde & vide Oldr. in consi. xvij. B.
c Publicentur. Adde tu & vide Cep. in cōsi. xxij. & Io. de Ana. in consi. lix. Ber.
d Transuersales. Adde de hoc per Bart. in consil. clvij. Ber.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia, adde quę dixit Bal. in l. iij. C. si pēden. app. mors interue. qui per glo. in l. ij. C. qui testa. fa. pos. dixit ꝙ quando quis damnatur ex crimine ꝙ non enumeratur inter publica crimina & bona non confiscantur. & idem dixit Bal. in titu. de pace constan. in verbo criminalibus. vbi dixit ꝙ si fur damnatus est pro furto ad mortē, & sic pro crimine priuato eius bona non publicantur. Et ideo dixit Bal. in d. l. ij. C. qui testa. facc. poss. ꝙ si quis non de iure cōmuni est damnatus ad mortem. Sed damnatus est ad mortem vigore statuti, tunc bona non publicantur, & isto casu habebit locum auth. bona damna. sed succedant tali damnato omnes succedentes abintestato in infinitum secundum substitutionem iuris communis, & hoc approbāt Ang. & Sali. in d. l. ij. licet Pau. de Ca. ibi teneat cōtrariū, licet ipse Pau. de Ca. contrarium tenuerit in l. eius qui. §. j. ff. de test. allegās Bal. in d. l. ij. C. qui test. fa. pos. & dicit ꝙ ex hoc di
37 cto colligitur † ꝙ licet qn̄ quis pro delicto est captus ex forma statutorū, est cōdemnatus ad mortē quia pro primo furto statutū condemnat ad mortē, ꝙ est contra ius cōe talis cōdemnatus perdit factionē testamenti, & eius testamentū ante vel postea factū, non valet, tn̄ non habebit locū auth. bona damnat. Sed oēs agnati et vsque ad x. gradus succedent abintestato. & hoc tenet Bald in l. data opera opera. C. qui accu. in xiiij. col. & ipse Bald. hoc affirmat in l. iij. C. si pen. appel. mors interu. vbi dicit ꝙ illi qui hodie damnantur extra ordinem ex forma statuti ciuitatis nō efficiantur serui pœnę, & possunt relinquere hæredē ex testamento & abintestato & incessabit in eis dispositio authen. bona damna. & ita alleg. Spe. hoc voluisse, & vide Bald. in l. j. in antep. col. C. de hære.
38 insti. qui dicit ꝙ † licet iste qui secundū formā iuris cōis est condemnatus de crimine capitali patiatur pœnā publicationis bonorū. Tn̄ secus est si quis pro crimine capitali est bannitus in persona ex forma statutorū dicentiū, ꝙ accusatus vel inquisitus de aliquo crimine si fuerit cōtumax habeatur pro confesso, & ponatur in banno, nā postquā statutū nihil dicit de publicatione bonorū, nec nos debemus illud supplere, & hoc est de mente Cy. & Salic. in d. l. j. in fi. C. de hęre. insti. & istud de bānito reassumpsit Bal. in c. j. in prin. de pace tenen. & Bald. in l. fi. C. si à non compe. iud. in fi. & Bal. in l. Gallus. §. & quid si tm̄. ff. de lib. & posth. & in d. l. eius qui. & ibi Imo. & Pe. de Anch. in repe. c. canonū statuta. extra de cōsti. in versi. quæro vlterius si aliquis. & per Bal. & Ang. in l. si qs filio. §. irritū. & §. eius. ff. de iniust. testa. & per Ang. late in dispu. incip. duo adinuicem vbi declarat qūo in proposito debeat intelligi gl. in sti. quib. mo. ius pat. po. sol. in §. relegati, dum glo. dixit interdum bona bannitorum publicari de iure, vel de cōsuetudine, & per Imol. in l. qui à latronibus. ff. de testa. §. j. & per Ioan. And. in additio. Spec. in titu. de instr. edi. §. compendiose in addi. incip. per hanc l. & ibi tenet ꝙ imo si quis est bannitus ex tali crimine ex quo de iure cōmuni debuisset deportari, vel in metallum damnari, vel alia pœna per quam de iure sequi debeat tacite publicatio bonorū intelligūtur bona hoc casu tacite confiscata & vide Moder. optime distinguentes & concordantes opin. in d. l. ij. C. qui testa fa. pos

pos. & adde in ista materia dicta Alb. de Rosa. in iii. par. statuto. q. xviii quæ incip. Item quæro, an hodie sint correcta. Nã iura loquẽtia de publicatione bonorũ. p auth. bona dãnator. C. de bo. dam. & dicit Albe. ꝙ Cy. placet opin. alleg. ibi no. licet nõ sit sine violẽtia literæ q̃ est in auth. de incest. nup. & ideo refert ibi Albe. de Rosa. verba Pe. ꝙ dixit aut bona adimuntur tacite p l. eo ipso ꝙ quis est condẽnatus. tũc olim veniebat fiscus hodie veniunt veniẽtes ab intestato ſm formã d. auth. bona dam. Aut bona expresse p sñiam adimuntur, & tũc obtinet d. auth. de incest. nup. & hæc vera in cõfiscatione oĩum bonorũ, & dicit ꝙ iura nõ sunt correcta quę loquunt de publicatione partis bonorũ, & dicit Alb. de Ros. ibi ꝙ illa opi. alle. est intelligẽda in casibus ĩ q. bus olim bona publicant. nõ autẽ intelligas ꝙ bona cuiuslibet delinquentis publicent eo casu quo qs retinet ciuitatẽ, licet gl. aliter voluerit ꝙ est falsum ſm Dy. nã d. auth. bona dãna. facta fuit nõ solũ vt corporales sed etiã pecuniariæ pęnæ mitigarentur. vt dicit litera expresse in corpore, vnde sumit, nõ ergo debet pœnarũ exacerbationẽ inducere arg. l. legata inutiliter. ff. de leg. j. & ibi Alb. ponit multos casus vbi habet locũ d. auth. bona dãna. & ibi dicit etiã quõ epi nõ habentius fiscãdi bona. & reddit rationẽ. vide do. Nel. in tracta. banni. in ij. tẽpo. post bannũ perfectũ in xlij. q. circa mediũ cui applicentur bona clerici qñ bona laici propter delictũ confiscata essent in illa q. an bona in alterius territorio sita cẽseant cõfiscata. & omnibus istis vide Pet. de Anch. in c. cũ ſm. extra de hær. li. vj. & ibi dicit ꝙ cõiter teneant, etiã circa intelligentiã d. auth. bona dam. & ibi ponit quid de bonis clericorũ. & ponit Alb. in iij. parte statu. q. xvij. Pe. de Anch. in c. fęlicis. extra de pœn. in vj. Bal. in l. j. C. de priui. fis. dicit ꝙ eps nõ hẽt fiscũ. Et omnino vide d. Nel. in tract. banni. in secundo tẽpore post bãnũ perfectũ in xj. q. qui notanter loquitur, & ibi ponit quid in bannitis. an bona ipsorũ publicẽtur, & tenet opi. Bal. in d. l. gallus. §. & qd si tantũ. ff. de libe. & posth. & Bal. in c. j. de pa. te. & ita dicit fuisse consultũ & obseruatũ in magnis causis, & ibi ponit in quo corrigat iura antiqua. d. auth. bona dãna. & vide doc. & Ange. in d. auth. de incestis nup. in ij. col. & latissime oẽs istos casus posuit Ang. in d. authẽ. bona dãnat. & examinat late oẽs supradictas cõclusiones. & ibi vide etiã Sali. Iac. de Bel. in auth. de incest. nup. & in auth. vt nulli iud. posuit ibi aliqua pulchra. ibi vide.

5 † Sed q̄ro nunqd excep.ista.s.ꝙ in libello non sit mensis, annus, locus vel dies, possit opponi post sniam? Rñ.nō, ꝑꝑ illa verba.s.reo postulāte posita in libellorū.ꝑalleg. Et qa hæc exceptio sicut dilatoria dēt opponi ante lit. cōtest.vt C.de excep. l.vlt.sicut alias dilatoria pura, vel perēptoria, dēt opponi añ sētētiā & ꝓbari, vt C.de exce.l.si qdē & sen.rescin.nō pos.l.perēptorias excep. Et qa non est de illis exceptionibus q̄ possint opponi post sniam, vt C.de iur. & fac.ign.l.j. Daniel.n. docet nos ponere in libello locū loci. Nā cū testes deposuissent adulteriū fore cōmisū in pomerio, & ipse q̄siuit de loco loci, vt puta sic, dic mihi sub quo arbore, vt ext.de ṗsūpt.c.3.loco. gl. in l.ob carmē. ff. de test.

6 † Hodie vero ꝑ totā Italiā obseruaē ꝙ libellus nō daē sed simpliciter accusatio sit quā accusator iurat verā esse, & posita in quaterno cōis puniē. Sed licet libellus nō detur, tñ ī illa tali scriptura dēnt cōtineri noīa accusatoris, & accusati, & iudicis, & crimen cōmissi, & quo loco, annus, & mēsis, quo cōmissū fuit, & dies dati libelli q̄ oīa si deficiāt nō ꝓcedit talis scriptura q̄ hodie danē loco libelli, vt d.l.libellorū. Nec īmerito dixi inscriptionē de cōsuetudine nō esse faciendā, qa si hoc eēt verū pauci hoīes iuenirentur q se vellēt obligare ad talē pęnā.s.tallionis, qm̄ posset reus absolui, vel qa plene maleficiū nō esset ꝓbatū, vel ꝑꝑ īperitiā aduocati vel iudicis, & sic timore pœnæ subscriptiōnis multa maleficia remanerent īpunita ꝙ esse nō dēt, vt ff.ad l.Aquil.ita vulneratus. cū si.

7 † Itē vt dictū est.no. ꝙ accusatio nō ꝓcedit nisi crimē sit cōmissū. Nā crimē ē peccatū accusatione dignissimū. vt xcj. dis.apostol⁹.& itā crimē est cā, vñ accusatio ꝓcedit, sicut & alias dānū est cā quare accusatio legis Aqui.ꝓcedit, ad qđ facit.ff.ꝙ met.cā. l.sed si paruus. Itē alias mora est cā quare agiē ex cōtractu bonæ fidei, vt C.de ī iteg. res.in l.minorū ꝑsona.& alias nō hr̄ cognitio de familia, nisi cōstet dñm fore occisū, vt ff.ad Sil.l.j.§.illud sciēdū. Et iō dicit lex, ꝙ si qs cōfiteaē se occidisse hoīem q viuat ꝙ nō nocet ei talis cōfesesio, qa confessiones debēt naturalib⁹ cōuenire, vt ff.de intero. act.l.cōfessionibus.ff.ad l.Aqui. l.inde Nerati⁹.§ fi.& aurea lex est ad hoc ff.de verb. sig.l.sępe in fi.vbi dicitur ꝙ non videtur qs habuisse animū ad delinquendū, nisi factū, id est malum fuerit subsecutum.

8 † Itē bene dictum est supra, ꝙ accusatio requirat accusatorē, quia sine accusatore criminis cognitio & pœnæ impositio non procedit, nisi in casibus not.s̄.in rub.qd sit accusa. & qñ accu.sit necessa. Formatione aūt vnius libelli volo esse cōtētus exēplo oīum aliorū

9 † Ego Lucius accuso Titiū corā vobis dño ptāte vel iudice, ꝙ ipse cōmisit adulteriū cū Berta vxore Ia. in tali ciuita.castro vel villa, in tali domo in prima camera ipsius domus regnanre tali Imperatore vel tali Papa hoc anno de mense Martij, vñ peto ipsum puniri capitali pœna, & profiteor ego Lucius Titius & subscribo me talē libellū dedisse, & tali anno, Anno dñi Mccclxij.de mense Martii.ii.die, intrante dicto mense, & ꝓmitto me hāc accusationē legitime ꝓbaturū & non calūniose hanc accusationē instituo & obligo me ad pœnā talionis seu calūniæ, ꝙ sic recte cōcipit libellus dicūt dicta iura C. ad l.Iul.de adul.l.quāuis.& melius.d.l.libellorū.

10 †Sed pone ꝙ aliquis cōmisit malū, ꝑ quod mihi cōpetit accusatio ciuil.& accusatio crim. quæritur an ego possim ambas

intentare

intentare accusationes. Respondeo aut iste accusationes competunt mihi de re familia ri, id est propter rem familiarem, vt puta quia pp illud maleficiũ aliquis abstulit mihi de patrimonio meo, aut nõ primo casu intentata cã ciuili bene põt causa criminal. postea moueri, & econtra, vt C.qñ ciuilis actio criminali p̄iudicet.l.2. verbi gratia, qa si fui p vim de possessione deiectus, possũ ciuiliter recuperare possessionẽ meã p interdictũ, vñ vi. Deinde hac cã finita potero accusare criminaliter.d.l.Iul.de vi pub. Vel si mihi furtũ fecisti, possũ & primo criminaliter accusare, vt ff.d fur.l.fi. deinde meã rẽ à te furatã potero aduocare ciuiliter.& ecõtra. sed interim dũ agit vna istarũ viarũ, nõ põt altera intẽtari.ff.de pub.iud.l.4.ff.vi bo no.rapt.l.ii.§.j. Si aũt ex eodẽ crimine nascatur accusatio ciuilis et criminalis, q nõ sit d familiari re, sed cõpetat ad vindictã tm̃ tũc vna intẽtata altera tollit. ff. de iureiu.l. q senatus.& l.p̄tor.§.j.& de hac mã dic vi plene no.d.Azo.C.de ord.iud.per totũ.C. qñ ciuilis actio p̄iudicet criminali. l. vnica.

11 †Sed iterũ q̃ro, nunqd in eodẽ libello possum te accusare de furto criminaliter, & petere rẽ furtiuã mihi restitui, vel posſionẽ de qua fui p vim deiectus. Rñdeo nõ, vt ff.vi bon.rap.l.ii.§.i.ff.de pub.iud. l. interdũ.qa ĩterim dũ agit ciuiliter nõ põt agi crialiter nec ecõtra, qa fit ĩterí vni p̄iudiciũ p aliud. Sed ecõtra hãc rñsionẽ vr̃ esse.ff. de furtis. l.interdũ. §. qui furẽ. vbi est casus qđ pro furto agit simul & semel ciuiliter, criminaliter. Sed huic obiectioni rñeet dñs Odof. quia factũ fuit ibi de facto quod fieri nõ debuit. Vel dic & melius qđ ibi furẽ deprehẽdi in furto. qñ furtũ faciebat, vel antequã perueniret ad locũ destinatum ipsum captum coram iudice duxi cum re furata, q iudex iussit ipsam rẽ mihi restitui, & ipsũ furẽ puniri extra ordinẽ, vnde ibi ordo iudiciarius nõ fuit seruatus, sed si procederetur ordinari iure per libellũ nõ posset vtrũque

f iudiciũ, scilicet ciuil.act.& criminalis [f] intẽtari sed vna finita bene intẽtaret altera, vt ff ad Aliql. l.inde Neratus. §.si dolo.& C. ad l.Aql. l. ex morte. & qñ ciuilis actio p̄iudicet criminali.l.vna.

12 †Sed circa materiã hanc formabo aliam q̃onẽ. Pone quod tu me accusasti qđ ego te insultaui cũ armis, vel quod ego percussi te ĩ capite, ita qđ sanguis exiuit, probasti per testes quod ego te insultaui, sed non cũ armis, & ego te percussi in capite, sed nõ cum effusione sanguinis Quærit an ego possim & debeã condẽnari de simplici insultu, vel de percussione facta sine sanguine. Dic de hac materia pro & cõtra ſm diuersas opinio. vt no infra de pœnis.ad finẽ tit.

13 †Itẽ pone quod te accusaui de furto vel vulnere, & in eadẽ accusatione ego pono et dico quod tu es latro publicus & famosus, vel assassinus, vel qd simile, q̃ritur nunquid in hac parte sit talis accusatio admittẽda. dic qđ nõ.& ita dicit dñs Odof. ex eo qđ maleficiũ de quo debeat accusa-

g ri, pars debet eẽ certũ g, & accusatio debet continere annũ, mẽsem, & locũ cõmissi criminis seu delicti, vt ff.de accusatio.l. libello

4 rum.†Sed pone illa verba generalia nõ cõtineri in accusatione verũ in processu accusationis volo ipsum accusatũ probare esse hominẽ malæfamæ assassinũ publicũ & famosum latronẽ, q̃ritur nunquid possum.& vr̃ quod sic, qm̃ crescente contumacia debet crescere & pœna, vt C.de episc.audiẽ.l. nemo.& C.de seruis fugitiuis.l. quicũq;.ff. de pœnis. l.relegati.C. ad legem Iuli.de vi publ.l.seruus.& ff.de pęnis.l.capitalium.§. si ita & §. final. & extra vt lite nõ cõtesta. cap.qm̃ frequenter.in fi gl. Nã ex iteratione delicti auget pœna vt patet ex dictis legibus.& ff.de pœ.l.si diuturno.& quod ibi not. Itẽ tutor remouet à præsenti tutela si probetur eũ male administrasse aliquã tutelã, vt ff.de susp.tuto.l. post finitã. Itẽ si vtaris instrumẽto facto à notario, q alias fecit & consueuit falsa instrumenta facere fidei eius derogatur p l. ff.de accusationib. l.si cui.§.iisdẽ.& de re milita l. non oẽs.§.à barbaris. Si accuso te de falso, satis vr̃ me posse p̄bare q tabellio ille alia falsa instrumẽta cõfecit. itẽ dicit lex q aggressores qui prædã faciunt in metallum damnantur si tantũ semel prædã fecerũt, si autem sepius capite puniuntur, ergo nõ apparet q sit cõdemnãdus in metallum vel capite, nisi detur facultas probandi hoc. Econtra videtur q non audiatur, quia hæc non sunt de accusationibus. Verum etiam si hoc probaretur non posset de his consequi cõdemnatio. argument.ff.de iud.l.non potest. C.cõmuni diuidundo. l. fundus ff. de petitione hæred.l.si quis libertatem. Nam quis non admit-

admittitur ad id probandum, quo probato nō releuatur, vt C. de probatio.l.ad probationē.ff.de inoffi.testa.l.j. & in hac opinione sunt aliqui sapientes qui rnderūt leges pro altera parte, ꝙ de oībus prædictis delictis erat facta accusatio, & in accusatione illa erat oppositū factū certum & annus, mēsis & locus, alias aūt nisi maleficiū apponeretur certū accusatio nulla esset, vt supra dixi proxima. q. Sol dic ꝙ debeā admitti ad probationē pdictorū ꝑ iura primo alle. Nā talis probatio saltē indiciū cōtra accusatū đ maleficio psenti operatur, q̃a alias fuit malus &c. vt d.§.iisdē. & q̃a grauius punieť, vt no.j̃.de iud. & infra de pœ.in illa distinctione aut aliq̃s deliquit &c. Itē pro solutione facit ꝙ persona est spectāda cuiusq;. vt ff.ad l.Iul.maie.l.famosi.ibi, nā personam &c. Et ideo cōsiderari debet cuiusq; fama, vt ff.de q̃ōnib.l.de minore.§.tormēta. Itē qualē vitam quis ducit, talē eum esse psumimus, vt ff.de iniur.l.apud Labeonē.§.si q̃s virginē. ff.de condi.institu.l.quidā.de quibus plene dic vt notatur infra in rub.de præsumpt. & indic.& in rub.de quæstio.& tormē. Gan.

ADDITIONES.

a ℭCriminalis. Adde quid si pœna veniat applicanda partim fisco, partim parti, an dicatur criminalis. Alex.consi.cxxxii.i.lib Ber.

b Accusati. Adde an procedat accusatio generalis, vel necessaria sit specificatio criminis, Alex. consi.lxxi. ii.lib. Ber.

c Loco. Adde Alex.consi.lxxii.ii. lib.& consi. cli.& consi.clxxii.ii.lib.not. tñ ꝙ licet in actione famosa ciuiliter intentata locus & tempus debeat inseri, tamen vbi causa committitur cognoscenda de veritate & ęquitate, locus & tempus non sunt necessarie apponenda voluit Alex. cōsi. vi. iii.lib. Ber.

d Talionis. Adde an accusans & non probans teneatur pœna eadem qua teneretur accusatus. Alexan. consi. xi.tamen cum iudex inquiritur non habet necesse inscribere, vt voluit Ioann.de Ana, consi.i. Ber

e Conuenire. Adde Raph.consi.cliiii. Pe.de Ancha.consi.xxiii. Ber.

f Et criminalis.adde Pe.de Anc.consi.lxi.Ber.

g Certum. Adde Alex.consi.lxiiii.ii.lib.

Qualiter aduocati circa accusationem se debeant habere. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati qualiter circa accusationem se habere debeant.*

SEQVITVR vt videamus qualiter aduocati circa accusationē 1 † se habere debeāt. Et certe aduocatus in his causis criminalibus debet se habere cautius q̃ in ciuilibus. Nā vbi maius periculum, ibi cautius est agendum, vt ff.ad Carb.l.j.§.j.& C. de proba.l. sciant.& de appel.l.addictos.& de fal.l.vbi. itaque aduocatus dum aduocat debet stare rectus, vt C.de offi.pfe.anno.l.i.& C.de postu.l.q̃sq̃s.& siquidē negotium sit arduū debet incipere. In nomine Dñi, amē. quia sic incipit d.Iustinia.Imperator, vt ff.đ offi. præf.ptor.aphri.l.i nomine dñi & in auth. de arb. in princ. deinde debet supplicare vt benigne audiať à iudice & à circūstantibus alleganda ꝙ sermo petiit nisi pstetur benignus auditus, vt ff.de his q̃ in test.delē.l.pe. postea debet pmittere aliquas præfationes vt reddat iudicē magis beniuolū & attētū, vt dicit lex.ff.de ord.iud.l.j. incipiat quoq; & dicat, dñe iudex rectos & iustos decet nō immerito cōmendare, vt C. de iud.l.rē nō nouam.in princi. itaque vos domine iudex estis & debetis esse iustus. Nā cum Rex iustus sedet suꝑ sedē nō aduersabiť ei quicquā malignum, vt C.de sum.tri.& fide catho.l.inter claras. Itē commendet eum de bonis moribus & summa ꝓbitate.ff.de decre.ab ordi.fac.l i. Itē commendet eum de singulari industria & fide probata, vt ff.de offi.præfe.prætor.l.i.in fi. Item de castitate quæ sola pōt Deo animas præsentare, vt in corpore.authē.de leno. post hoc dicat ꝙ debeat esse iudex medius inter vtrāq; partem & personam non declinando à dextris neq; à sinistis, vt C.de fal.l. vbi. sed etiā nō de omnibus commēdet dictum iudicē; sed de his tm̃ in quibus abundat. Item aduocatus si vult pōt vti breuiori sermone in cōmendādo iudicis personam, vel personam aduocati partis aduersæ, ita dicens. veritas, verborū adminicula non desiderat, vt C.si vt se ab hæred.absti.l.j. bonis enim honestas, scientia, iustitia, & vera fides, ita manifesta est ꝙ commendatione non indiget, vt alias legiť.ff.de in integ.resti.l.i. & de exer. l.j.in prin.& quæ demōstrata sunt demonstrari non debēt, vt ff.de do.præle. l.iij.§.si quis vxor, in fi. His præmisis intendat aduocatus ad allegandū de iure partis suę, sed dicat domine ego prius intēdo narrare factum

ctum ꝑ ordinẽ, & postea allegabo de iure, quia ex facto oritur, vt ff. ad l. Aqui. l. si ex plagis. §. in cliuo capitolino. & ff. de iure co di. l. quidã referũt & ff. de iureiu. l. duobus. §. fi. & sæpe video ꝙ in breuissima facti mutatione ius totum mutaĩ, vt ff. de exicu.tu. tatione ius totum mutaĩ, vt ff. de exi cu.tutatione. l. si is. & de leg. 3. l. hoc legatum. & l. fi. ff. de contra.empt. l. in emptio §. pen. in fi. & l. q. fundũ. & ff. de in diẽ. addic. l. 3. ff. de leg. iij. l. 3. & l. si quis à filio. alias dicit lex vt respõ sum congruum habere possis insere pacti exemplũ, vt C. de trãsa. l. vt respõsum. Narret itaq; aduocatus factũ totũ per seriem in narratione facti cõmendet personã illius in quo crimẽ commissum est, ad hoc est ff. de iniur. l. cum possit. & de re mili. l. omne delictum. ff. de pœ. l. aut facta. §. j. Item narret vtilitatem delinquentis, ad hoc est. ff. de iniur. l. si plures. ff. de incẽ. rui. nau. l. nihilominus. § j. & ff. de procur. l. qui tñ. §. alias quidem. Item narret magnitudinẽ delicti atrocem iniur. quod quidẽ delictũ & atrox iniur. augetur tribus modis. s. ex persona, ex tempore & ex re ipsa. Ex persona. n. augeĩ iniuria cum ipsa sit magna ab humili persona parenti à filio patrono à liberto. Tempore vt si fiat in ludis vel ꝑtorijs, vel in cõspectu hominũ. Re habeatur atrox iniuria & graue delictũ, vt si in vultu ore vel oculo sit facta percussio, vel quod vulnus sit aliàs magnũ, vt ff. de iniur. l. prætor. § fi. l. vulneris. & l. sed est quæstionis. & l. sed si vnius. §. quæda. & insti. de iniur. §. atrox. & §. pœna. idẽ dicat aduocatus qualiter ꝑdicta est res mali exẽpli. ff. de sicca. l. 3. §. ii. & de pœnis. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. & C. de preci. impe. offe. l. i. & qualiter maleficia non debent remanere impunita, vt ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus. Itẽ qualiter magna ratio suadet, vt pœnæ ob maleficia præstẽtur, vt ff. de fideiu. l. si à reo. §. pe. ff. deposi. l. bona fides. & C. ad l. iul. rep. l. i Item qualiter potestas debet esse speculum aliis successoribus, vt C. de decur. l. i. & C. ad l. Iul. de vi publi. l. i. & ff. de pœn. l. si pœna. Et ꝙ facilitas veniæ incentiuum est delinquẽdi, & ꝓuocat delinquentes, vt extra de vita & ho. cle c. vt clericoꝝ. Et iudex qui crimẽ repertum non vindicat regere, vt conscius criminosa festinat. Et canõ dicit, negligere cũ possis perturbare peruersos, nihil aliud est q̃ fouere. extra de sen. excom. c. delicto, iuvi, arg. ff. q. sine manumis. à lib. perue. l. Imperator nec caret scrupulo societatis occultæ qui manifesto facinori desinit obuiare, vt C. de commer. & mer. l. ij. ver. de hoc. & no. d. Azo. in summa. Item põt aduocatus partẽ suam collaudare, s. qualiter ipsa fuit insons ab illa rixa vel maleficio. allegãdo ꝙ semper fuit cũ bonis sociis conuersatus, & per loca honesta, & qualiter fuit natus ex bonis patre & matre. Et econtra põt dicere & allegare cõtra aduersariũ suũ, siue partis suæ, ꝙ dic vt no. infra in rub. de ꝑsump. & indi. circa prin. & potest etiam allegare dolũ nõ fuisse adhibitum circa maleficium de quo agit. vt infra de pœ. §. itẽ no. Gãdinus.

Quomodo de maleficiis cognoscatur per denunciationem, Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Denunciare quid sit.*

2 *Denunciator an debeat assistere sue denunciationi.*

3 *Inquisitionem precedere debet clamosa insinuatio.*

4 *Custodes agrorum quid facere habeant.*



a 1 NOn solum de maleficiis cognoscitur per accusationẽ de quibus dictũ est supra. sed ẽt de eis cognoscitur per denunciationẽ. a † Circa ꝙ quid sit denũciatio videamus. Denunciare. n. nihil aliud est q̃ deferre reũ aliquẽ criminis, vt C. de accu. l. ea quidẽ. ff. ad Turp. l. ab accu-

2 satione. §. denunciationes. † Et not. ꝙ sicut accusator dẽt assistere suæ accusationi, ita denunciator dẽt assistere suæ denuntiationi, vt no. in d. §. denunciationes. & hoc verũ est, nisi ille denũciator esset officialis ad denunciandũ maleficia, vt sunt syndici & cõsules locorũ & villarũ, quo casu ꝓcedit iudex ex officio suo, vt d. l. ea quidem. de isto tñ mõ cognoscendi de maleficio nõ sic est traditũ nobis de iure ciuili, vt de iure cano. & ad hoc vt ꝓcedat condẽnatio expedit ꝙ ipsã denunciationem ꝓcesserit charitatiua monitio, iuxta illud verbũ Euangelicum. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eũ inter te & ipsum, vt extra de accusa. c. qualiter & q̃n. ad fi Spe. de denucia. §. quis. versi. j. Sic

3 etiam videmus, † q accusationem debet

præcedere inscriptio, vt ff. de accusa. l. libellorum. Sic in inquisitione debet præcedere clamosa infamatio, vt dicetur infra quomodo de malefi. per inquisitio. Sed circa materiam istam diligenter attende sicut etiã posuit do. Guil. durantis in Specu. sui operis, quia propter or. accusa. & inquisitionis homo quandoq; absoluitur, quãdoq; condemnatur, nã quandoq; nocturni custodes iurati ponuntur, vt quoscunq; sub noctis silentio transeuntes capiant & denunciẽt puniendos, quãdoq; etiam ponuntur custodes ad custodiam alicu us passus quoscũq; inuenerint ad passum cũ rebus vetitis transeuntes similiter denunciẽt & præsentent. † Nonnunquam ponuntur custodes agrorum custodiam, vt fructuum depopulatores eodẽ modo denunciẽt & præsentẽt, & similiter quadrupedes in prædijs damnum dantes. Hi igitur custodes & eis similes cũ ex hoc officio eis commisso aliquos denunciẽt nõ est opus secundum locorum diuersas consuetudines, vt eos accusent, vel de calũnia iurent, sed solum simpliciter ex suo officio denuncient, & eorũ denunciationi creditur ex quo prius iurauerit suũ officiũ bene & legaliter & fideliter exercere, vt C. de accusa. l. ea quidẽ. & iii. q. iiij. c. alijs, adeo quod nisi denunciatus suam probet innocentiã cõdẽnabitur ex tali denunciatione quæ ad hoc fidẽ & probationẽ facit, licet ita de consuetudine obseruetur secundum varietatẽ locorum, tñ de iure est secus, quia non debet quis condẽnari, nisi palã & aperta probat omnis, vt ff. de pœ. l. absentẽ. C. de accus. l. qui accusare. & de proba. l. fi. Sed quæro nunquid assertioni & relationi taliũ officialiũ sit credendum. b Et primo videtur quod sic, quia iurauerunt bene & legaliter suũ officiũ exercere, vnde non est credendũ quod ipsi sint immemores salutis æternæ, vt C. ad l. iul. rep. l. fin. nam animæ hominũ cæteris rebus præferendæ, vt C. de epis. & cle. l. sancimus. & extra de præscrip. c. ad audientiam. Item omnia quæ in iudicio aguntur præsumunt solenniter acta, vt ff. de ver ob. l. sciendũ. C. de contrah. & cõmit. stip. l. j. & inst. de fideius. §. j. Item pro hac parte consueuit allegari d. l. ea quidẽ. C. de accus. Econtra vr quod tales officiales habẽtur loco vnius testis & vox vnius, vox nullius, vt C. de test. l. licet. Item quia soli arbitro non creditur. ff. de arbi. l in arbitro. § aũt. nec soli tabulario creditur, vt auth de hære. & fal. §. vbi nõ absunt. Itẽ quia executor negociorũ non potest esse testis, vt ff. de testi. l. vlti. Itẽ quòd non credatur vr notari per Accur. super d. l. ea quidẽ. C. de accu. Item vbi quis inculpatur de crimine debẽt esse probationes luce clariores meridiana, vt C. de probatio. l. sciãt. Ad quæ pleriq; iurisperiti bene respõdent, & dicũt ita, quia aut d cti officiales sunt deputati solũ ad denunciandũ maleficia & excessus, vt sunt consules villarũ & locorũ, & in isto casu relationi & denunciationi taliũ officialiũ non creditur per iura superius allega. Aut officiũ talium officialium nõ solum cõsistit in denunciatione, verũ etiã in inquirendo & cognoscendo quod plerunq; contingit quotiecunq; iudex vel quis nuncio, & familia curiæ discurrit per ciuitatem vel per castrũ eã exercendi suũ officiũ, & videt vel inuenerit aggressorẽ vel aliud maleficium cõmittentẽ, aut homines euntes de nocte, vel alios arma portãtes vetita vel victualia, vel alia quæ per statutũ sunt prohibita. Nã tunc & eo casu satis dici põt, & vr tale fore indubitatiuum indicium quod ex eo solo possit ipse iudex vel potestas sententiã ferre nulla alia super eo excessu probatione reperta, quia tale factum dr iudici notoriũ, & de eo excessu vr sibi cõstare, non vt priuato, sed vt iudici. arg. ff. de fer. l. ii. in fin. de offi. præsid. l. illicitas. §. veritas. Satis. n. dicit cõstare crimen quod oculis subiicitur iudicis mõ iudiciarii inquirẽtis cum oculorũ inspectio pro quadam specie probationis habet, vt C. de admi. tut. l. lex quæ tutoris. & C. fini. regun. l. ii. & iiii. Nec obstat quod dici consueuit, & quod not. supra proxima q. scilicet quod officialibus non est credendum, vt ff. de cu. & exhi. reo. l. diuus. i fi. & C. de decu. l. i. lib. xii. & vt no. C de accus. l. ea quidem. quia illud quod dictis iuribus dicitur, videtur intelligi cum officialis officiũ suum in denunciando consistit, & non in inquirẽdo & cognoscendo consistit, vt argu. ff. de offi. præfect. vrb. l. j. §. quoties. & ff. de reb. eor. qui sub tut. vel cur. sũt. l. magis puto. §. ne tñ. & ar. d. l. ea qdẽ. C. de act. & ff. de iud. l. fi. Gãd.

ADDITIO.

a Denunciationem. Adde vt per Bar. in tract. ad reprimendum in verbo, per denunciationem. Cal. cõ. ff. v. de accus. Ber.

Credendum

¶ Credendum. Adde Alex. consi. lxxj. iij. lib vbi ponit an stãte statuto q̃ stetur dicto denũciatoris, & q̃ eius dictum teneatur secretũ, an talis denũciator teneatur iurare coram iudice. Ber.

Quomodo de malefi. cogn. per inquisitionem. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio habet fieri officio iudicis.*
2 *Inquisitio in quo loco debet fieri.*
3 *Inquirens iudex quid facere debeat.*
4 *Inquirere quando iudex debea‹t›*
5 *Inquisitio in quibus possit fieri de iure ciui.*
6 *Inquiri quando possit de quolibet crimine & super quolibet crimine de iure canoni.*
7 *Inquirere contra aliquam singularem personã & inquirere quis tale maleficium commiserit quomodo differant.*
8 *Inquirendo contra aliquem nominatim an citabitur ille contra quem inquiritur.*
9 *Inquirendo de maleficio in genere quid seruandum sit.*
10 *Inquisitionis alia differentia.*
11 *Infamiæ probatio quot testes requirat.*
12 *Testibus dicentibus se carnaliter cognouisse Sempronium diuersis locis & temporibus, an sit fides adhibenda.*
13 *Infamiam probare volens quid dicere & probare debeat.*
14 *Inquirens nullo ꝓmouente quid facere debeat.*
15 *Inquirens testes tantum recipiat super articulis super quibus præcessit infamia.*
16 *Iudex si recipiat testes super infamia alicuius mero officio non auditur contradictor volens probare de sua bona fama.*
17 *Inquirens ex officio suo potest publicatis attestationibus iterum testes excipere & examinare non aũt si aliquo promouente inquirat,*
18 *Inquisitione completa, an testes & totus processus debeant publicari, & de his fieri copia ipsi reo.*
19 *Inquisitione pendente quæ de iure fieri possit, si offensus velit reaccusare, nunquid inquisitio cessabit.*
20 *Inquisitione ut supra pendente si fiat accusatio ut supra, nunquid acta facta in inquisitione valebunt.*
21 *Iudice inquirente de maleficio in aliqua domo facto, an personæ viles in eadem domo degentes poterunt esse testes.*



RESTAT modo videre q̃ñ de maleficiis ꝑ inquisitionẽ cognoscat super quo tractatu est videndũ quo loco fiat, in quibus casibus, & qualiter
1 in ea ꝓcedatur. † Sciendũ est aũt q̃ inquisitio habet fieri arbitrio iudi vt ff. de offi. ꝓsi. l. cõgruit. ff. de magist. l. ii. §. si ꝑses. & ff. ad
2 Silla. l. j. § qõ. & C. de nau. l. quoties. & † dẽt fieri inquisitio in loco originis delicti cõmis
a si [a] tam proprie q̃ paterne, si ibi sit maleficiũ commissum, alias non, vt in vlti. qõ. huius operis. Itẽ in loco vbi inculpatus de crimine conuersatur. Itẽ in loco vbi est commissum maleficiũ, q̃ dic, vt plene not. infra in rub. vnde aut quo loco possit fama ꝓce
3 dere. † Cũ ergo iudex super aliquo crimine intẽdit inquirere debet ipse personaliter ad
b locum [b], vel ad loca ire, vbi debet fieri ipsa inquisitio, & ipsum locũ & personam cõtra quẽ intẽdit inquirere oculis subijcere. arg. ad hoc. ff. finium regun. l. si irruptione. extra de accu. c. cum dilectus. de elect. c. postquam. Nam in loco in quo talis persona cõuersatur & in loco vbi maleficium est cõmissum melius potest indagari veritas criminis, & melius sciri de circunstantiis ipsius criminis & conditione, & qualitate personæ, vt C. vbi de cri. agi opor. l. 2. & vt oẽs causæ tam ciuil. quàm crimi. l. vna. circa medium l. Et si casus esset q̃ iudex ad ipsum locũ cõmode ire nõ possit, seu accedere debet ad se auocare in aliquo tuto loco, illum quem intendat inquirere, vt extra de appella. c. ex parte. & extra vt lit. non contesta. c.
4 accedens. † Iudex aũt super quolibet male-
c ficio non debet nec potest inquirere [c] quia legitur q̃ sine accusatione criminis cognitio & pœnæ impositio nõ procedit, vt ff. de mune. & honori. l. rescripto. §. si quis. Secus
5 tñ in casibus tam iure cano. q̃ ciui. † Qui aũt sint casus in quibus de iure ciuili possit inqri no. supra ĩ ipsa rub q̃d sit accusatio. q̃ sũt hi, q̃ñ dominus à familia sit occisus, q̃ñ accusator pecunia corruptus abolitionẽ, q̃ñ generaliter requiritur contra malos homines in crimine lenocinij, in crimine suspecti tutoris in crimine sacrilegii, in falso teste ꝑ charta falsa, in crimine calũniæ, q̃ñ aliqua subtracta sunt de hæreditate adita cũ beneficio inuentarii, pro rebus naufragio amissis, q̃ñ cõfitetur de sociis malefactor, & tũc

inquiritur cōtra eos in crimine læsæ maie. In notorio crimine, in crimine apostatarū, in crimine hæreseos, in bonis damnatorum indagandis, in oi falso, qñ infamator deficit in probatione. Itē in casibus notatis his legibus. ff. de censi. l. forma. in auth. de mā. prin. §. coges. ff. de confir. tu. l. tutores. C. de cur. fur. l. ij. circa mediū. ff. de re mili. l. magis puto. Idē de iure Lōbar. inquirit de omni crimine, vt in Lombar. de offi. iud. l. vt iudex. de quibus omnibus dic plene, vt no. supra q̄d sit accu. in rubri. Habemus ergo ex pdictis ꝙ de iure ciuili regulariter malefic. est accusatio necessaria. iure enim canonico de quolibet maleficio & super quolibet maleficio inquirit, & cognoscitur, si tñ interueniāt ea q̄ sequuntur & nō aliter regulariter. † In primis est necessariū ꝙ ille cōtra quē inquiritur sit infamatus [d] de illo crimine, id est ꝙ sit publica vox & fama ꝙ ille sit culpabilis. Secundo ꝙ ille talis de quo est talis fama, siue infamia, sit subditus iurisdictioni [e] illius iudicis. Tertio ꝙ ad aures eius iudicis puenerit illa talis infamia. Quarto ꝙ nō semel tm̄ sed pluries. Quinto ꝙ nō peruenerit à maliuolis [f] sed à fide dignis, & discretis viris. Sexto ꝙ non causa malitiæ, sed zelo iustitiæ talis infamia prædicetur, & hæc probātur extra de accusa. c. qualiter & qñ. Item de iure canon. regulariter non pcedit in maleficiis per inquisitionē, nisi pdicta sex īteruenīāt. Sed vtroq; iure in casibus specialibus pōt per inquisitionē ex officio iudicis procedi, quos casus no. supra p ordinē in rub. q̄d sit accu. & qñ accusator sit necessarius. vbi no quāto tempore duret officiū iudic. qñ pōt inquirere in §. sed circa. Sed hodie de iure ciui. iudices potestatū de quolibet maleficio cognoscunt ex officio suo per inquisitionē, quod videtur posse fieri per hæc iura. ff. de offic. presi. l. congruit. in auth. de testi. §. iubemus. C. d abo. l. ij. C. de cust. & exhi. re. l. ij. circa prin. & ff. ad Silla. l. i. §. si quis. & de susp. tu. l. tutor. § non tñ. & ff. de adul. l. ij. §. si publico, & ita seruant iudices de consuetudine, vt no. d. Guil. durantis in Spe. li. iij. & ita vidi cōiter obseruari q̄uis sit contra ius ciui. de iure Lombardo pōt iudex de quolibet & super quolibet maleficio procedere per inquisitionē, vt in Lombar. de offi. iudi. l. vt iudex. Super inquisitione aūt per iudicē

7 facienda bene no. † ꝙ refert, vtrū iudex de maleficio inquirat cōtra aliquā singularem & specialē & nominatam personā, an inquirat generaliter de maleficio quis illud maleficiū cōmiserit. Et si quidē iquirat cōtra aliquā singularē personā. tūc seruādus est ordo traditus. extra de accu. c. qualiter & qñ. & tunc debet facere citari personā illā nominatā & eidē exhibere articulos seu capitula sup quibus inqrit, & nomina testiū eidē sunt edenda & demonstrationes, & exceptiones, & replicationes saluę sūt eidē, tā cōtra personas testiū, q̄ contra eorū dicta, vt eis testibus falsum dicendi materia amputetur, vt d. c. qualiter. & c. cū olim.

8 † Sed nūquid in introductione testiū iudex faciet [g] illū cōtra quē nominatim inquirit citari, [g] dic ꝙ sic, alias aūt processus iudicis nullus erit, vt C. de testi. l. si. qñ. & auth. ibi signata. & C. de fi. instr. l. iudices. C. si vt se ab hære. absti. auth. oēs creditores. ff. de mino. l. in causæ. §. in causa. & l. et. Sed d. Fede. Imperator de hoc īterrogatus à doctorib⁹ Bon. dixit ꝙ iudex per se de maleficio inquirere non poterat absq; parte, vbi fama publica & multi de terra aliquē dicerent malæ famæ malefactorē, & quod in eis talibus nō debeat inquisitio publicari, & sic non fiet eis copia [h] inquisitionis qui est malefactor, & alias malæ famę. Secus si quidā dicerent eū cōmisisse aliquod singulare, & speciale maleficiū.

9 † Si aūt inquirat de malefi. in genere, nullum in sua inquisitione nominando, tunc non sunt seruandæ solennitates [i] prædictæ, nam tunc sine strepitu iudiciario nō seruato iudiciorū ordine de plano cognoscet & inquiret, & in ītroductiōe testiū nullum citari faciat, vt extra de accusa. c. olim. Sed hac generali inquisitione completa, si ipse inquisitor inuenerit aliquē de ipso crimine infamatū facit ipsum ad se citari, & det sibi articulos tm̄ criminis, de quo crimine fuerit infamatus, & non alios, & nomina testiū quos sup illo crimine examinare intēdit, & ad iuramentum horū testiū faciet citari illū in prima & generali inquisitione taliter infamatū, vt extra de accu. c. inquisitionis.

10 † Præterea est & alia circa inquisitionem facienda differētia, quia aut iudex ad inquirendū procedit aliquo hanc inquisitionem promouente, cuius nomē reperit scriptū in actis, aut procedit promouente eandem

dem. Et si quidem fiat inquisitio aliquo promouente, tunc ante oĩa citabitur ille cõtra quẽ dẽt inquiri, & fiet ei copia articulorũ siue capitulorũ inquisitionis, & quæretur ab eo an super illo crimine sit infamatus. Et si confitebitur is contra quẽ debet inquiri, bñ est, q̃a contra eum ꝑcedetur sine litis cõtest & non seruata forma iuris ordinarij, vt extra de re iud. c. cũ I. & A. & dabuntur ei nomina testium, & dabitur sibi terminus quo se defendat, & proponet exceptiones & replicationes, & aperientur testes. de quibus fiet ei copia. Alioquin posset appell. vt extra de accus. c. qualiter. ij. §. debet autẽ. c. olim. §. si vero. & c. inquisitionis. ff. de edẽ. l. j. §. edenda sunt omnia. & de bo. vacã. l. fi. ibi data copia reclamandi &c. Si aũt ille negauerit se de eodẽ crimine infamatum esse tũc ante omnia dẽt cognosci, verũ sit infamatus an non, vt extra de accu. c. inquisitionis. in fi. quia per negationẽ efficitur res dubia, vt C. qui. ad lib. procla. non lic. l. iii. nec prius poterit iudex super criminis probatione per inquisitionẽ procedere donec constiterit eũ de obiecto crimine infamatũ, vñ de promotor inquisitionis dẽt probare, ꝙ iste contra quẽ inquiritur sit de illo crimine infamatus. Et si hoc probauerit poterit iste probare contrariũ se esse hominẽ bonæ famæ, vt extra de proba. c. licet in fin. & hæc sic de iure cano. sunt seruãda, quia inquiri non potest, nisi prædicta sex interueniant supra nominata, q̃a aliter est & fit in casibus specialibus in quibus põt inquiri. no. supra in prima rub. huius lib. hoc tñ dignum no. te volo seruare, videlicet ꝙ quãdo inquisitio contra aliquẽ est facta, s. ꝙ sit examinatus, & relaxatus, non debet postea mitti pro eo, nec debet posse repeti, nisi indicia adsint, per legẽ bene notãdam. C. de
i fal. l. sicut. † Et no. ꝙ super probatione in-
k famiæ k sufficiunt duo vel tres testes bonæ famæ, quia vbi numerus testiũ nõ adijcitur duo sufficiunt. ff. de testi. l. vbi. Et sufficit si tres dicãt illũ de tali crimine infamatũ, & si fuerint interrogati debẽt dicere apud quos sit illa infamia, & si ipsi non dixerunt apud quos, non videntur bonã reddere rõnẽ, & si interim testes fuerint interrogati quomodo sciunt ꝙ est apud illos taliter infamatus debẽt dicere ꝙ viderunt illos vitare eius familiaritatẽ, vel dicere q̃d audiuerunt ab eis xxxviij. q. j. sæpe. Vel dic ꝙ sufficit si dicũt ꝙ de illo maleficio est rumor vel fama in tali cõtrata cõtra istũ nõ nominãdo aliquas singul. ꝑsonas: Pars tñ cõtraria poterit probare ꝙ illa fama est apud viles personas, vel maliuolas, vel eius inimicos, vel ab eis orta, quo probato inquisitio nõ procedit, vt extra de accus. c. qualiter & qñ. ibi vbi dicit pronidis & discretis, & non maliuolis seu inimicis, & sufficit ꝙ ꝓbet hanc famã processisse à duobus maliuolis seu inimicis plu talis elocutio &c. & l. vbi numerus. s. superius præalle. Itẽ nõ est necesse ꝙ testes audirent hãc infamiã ab eisdẽ prouidis & discretis, sed sufficit si à diuersis. Itẽ sufficit si nõ audiuerunt eo tꝑe & eo loco, sed diuersis, & hoc illa ratione, q̃a cũ infamiam tñ probare habeãt, sufficit si testes de hac & super hac infamia fuerint concordes, vt arg. ff. de peti. hære. l. si quis libertas. §. quoties. ff. d' arb. l. si arbiter. & C. de iur. & fac. igno. l. cũ falsa. Nec est ẽt necesse ꝙ testes cõcordẽt super causis scientiæ, vñ si testes dixerũt se scire de illa infamia q̃a audiuerũt nõ debent probare ꝙ sic audiuerunt, nec hẽt vnus testis cũ alio cõcordare, s. de loco, tꝑe & causis scientiæ, q̃a de illis nulla est q̃stio, sed solũ est q̃õ de fama & infamia &c. Vñ quanquã videãtur singulares in suis dictis,
l tñ stabitur assertioni l eorũ, tũc. n. testes de loco & tꝑe debẽt cõcordare cũ locus & tẽpus sunt de substãtia cõtractus vel negotii. de quo agitur, & ita no. do. Guil. durãtis in
12 Spec. sui operis. † Et faciunt ꝑdicta ꝓ quæstione Pucini q̃ fuit senis de facto, q cõfessus fuerat se quandã puellã violẽter & carnaliter cognouisse, qui in sua defensione ꝓbauit per quatuor testes illã puellã fuisse corruptam, dicentes illi testes se illã puellã cognouisse diuersis locis & tẽporibus, quibus testibus dicebatur ꝙ nõ erat fides adhibenda ex eo ꝙ erant singulares in dictis eorum. C. de testib. l. iusiuran. Econtra dicebatur ꝙ concordes erant super corruptione illius puellæ, iuxta formã statuti ꝙ imponit pœnã quingentarũ librarum corrũpenti per vim virginem vel maritatam, & & ccc librarum cognoscenti aliam mulierem corruptam super qua corruptione cõstabat testes fore concordes, quia omnes dicebant illam puellam fore corruptã, quãuis diuersis locis & temporibus, sicut videtur

tur quando quis probat de possessione. Nã licet vnus testis dicat, ego vidi Titium possidere de mense Ianuarij,& alius Februarij, & alius de alio mense,bene tñ valent eorũ dicta, quia oẽs dicunt de possessione Titij, quãuis sint singulares in dictis eorũ, vt no.
13 ff.de test.l. ob crimen.in gl.ordinaria.†Itẽ nõ sufficit volenti ꝓbare infamiam dicere quod apud duos sit ille taliter infamatus, imo oportet dicere & ꝓbare, ꝙ maior viciniæ pars clamat eum de quo q̃ritur illud maleficiũ cõmisisse, & hoc est quod dicit .l. la decre. qualiter & qñ. dum dicit ibi ꝙ clamor innuit. Aliqui tñ sapientes voluere qđ testes debent concordare ꝙ audiuerunt talẽ infamiã tali die,tali loco, talibus ꝑsonis, vt no.extra de ꝑsump.c.illud. & licet ĩ hoc debeant concordare, tñ nõ tenenẽ certum qd respõdere, nã si respõdeant ꝙ nõ recordantur qñ audiuerunt, nihilominus valet dictum eorũ testiũ. De hac tñ fama & infa
14 mia plene dicã infra sub propriis titulis.†Si aũt iudex ad inquirendũ accedat nullo inquisitionẽ promouente,tunc inquisitor faciet iurare illũ cõtra quẽ nominatim inquirit, vt super inquisitione illa ad interrogata respondeat,vt extra de accusa. c.cum dilectus.& in hoc casu licet reus se neget de illo crimine infamatũ, tñ iudex ĩquireret de fama & infamia, qua reperta incipiet procedere ad inquirendũ de maleficio, vt ex-
15 tra de offi.iudi.ord.c.j. † Caueãt tñ inquisitores vt testes non recipiãt nisi tm̃ super illis articulis super quibus ꝑcesit infamia, & non super alijs,vt extra de accusat. c.inquisitionis. Et si quidem inquisitor repetit infamiam de maleficiis contra Titium, & Titius neget se esse de illo crimine infamatum non tenetur iudex ei facere fidem de ipsa infamia, cui enim faceret cum ipse idẽ sit iudex.Si tamen à tali grauamine appel-
m letur, [m] tunc iudici superiori fides est ipsa infamia facienda,vt extra de appel. c. cum
16 cessante.†Item nota. quod quando iudex recipit testes super infamia alicuius officio mero, non auditur contradictor volẽs probare de sua bona fama,vnde iudex summatim cognoscet super hac fama.Secus autem est quando iudex inquirit aliquo promouẽte inquisitionẽ, vt supra dictum est. Et est ratio,quia non ita præsumitur contra iudicem sicut contra aduersarium, vt d.c. opor
17 tet, †Item est in hoc alia differentia, quia vbi iudex ex officio suo inquirit, potest iudex publicatis attestationibus iterũ testes
n recipere [n] & examinare,vt ij.qõ.j. notãdũ. ii qõ.v.habet propriũ.& extra de testi. c.cũ clamor.Sed vbi inquiritur aliquo ꝓmouẽte & subsequente nõ sic est, quia tunc timetur de subornatione,vt C. de testib.authẽ-
18 ti. q̃ semel.†Sed q̃ro nunquid facta & cõpleta inquisitione testes & totus ꝓcessus debeat publicari,& de eis debeat fieri copia ipsi reo,dic ꝙ sic,vt argu. de bonis vacan.l. fi.ibi data copia reclamandi.& arg.ff. de custo.& exhib.re.l. diuus.quæ lex loquitur in casibus criminalibus.Veruntamen si ille cõtra quẽ est illa inquisitio facta,est malæ famæ & vitæ, & olim sic est habitus ꝙ nõ sit ei de dicta inquisitione copia facienda alioquin sic,prout de ꝑdictis no.do. Guil durãtis in Speculo sui operis ꝙ opus multũ pe-
19 rutile reputatur. †Sed pone ꝙ iudex inquirat de quodã maleficio in casu quo licet de iure inquirere, hac inquisitione pendente, superuenit is cui facta est iniuria, & vult so
o lenniter accusare [o] & accusationẽ porrigere. modo quæritur nunquid inquisitio illa cesset, dic ꝙ sic.qm̃ ordinarium iudicium præfertur extraordinario.ff. de minor. l.in causæ.ij.& not. de hoc do. Azo.in summa. C.de excusa.tut.& facit.ff de carbo edic.l. cum fine.ff.de mune.& hon.l.i. i fi.de edẽ.
20 l.quædam in prin.†Sed quæro nunquid ea quæ primo acta fuerint dum iudex inquirebat modo in hac accusatione valebunt, dic ꝙ sic.ff.de arbi.l.cũ antea.§.fi.C. de testib. l.fi C. de libe.cau.l. iubemus.licet secus sit in actis quorũ instãtia perijt elapso termino, vt C. de iud.l.ꝓperandũ.circa princip. Vel dic latius & melius si dubitetur vtrũ accusatio superueniens tollit inquisitionẽ, vel vtrũ ꝓbata inquisitione posit condemnatio fieri si superueniat accusator,dic stari inq̃sitioni & inq̃sitione ꝓbata posset ad cõdenationẽ procedi rõnibus infrascriptis,primo ne maleficia remaneant sine pœna.ff. ad legem Aquil. l. ita vulneratus. Item qd prodesset iura esse in ciuitate nisi essent obseruata &c.ff.de origi.iuris.l. 2.§. præterea. Nam accusatio & inquisitio ad idem tendunt, scilicet vt maleficia puniantur.altera ergo vt inquisitio sufficit, vt ff. de regu.iuris.l.quoties.ff.de noxal. l. fina. & ibi nota.

Item

Item certũ est delictum fore commissum per inquisitum, ergo non debemus capere coniecturas, vt ff de verbo. obliga.l.conti- nuus.§.cũ ita.preterea vr ꝙ accusatio fiet p cullusionẽ q̃ est euitanda.ff.de inoffi.testa- mẽ.l suspecta.& C.de litigi.auth.nũc si hæ res.ad idẽ.ff.de iureiu l.eũ qui.§.in popula ribus.propterea vide l. cui resisti nõ põt ac cusatus iterum accusari non põt nisi probe tur de collusione, vel nisi suã prosequatur vel suorũ iniuriam.ff.de accus.l.si cui.& C. eod.ti.l.si quis homicidij.& hoc habet locũ vbi facta est absolutio,multofortius vbi nõ est facta absolutio potest potestas inquire- re,& inquisitio facta tenet,argumẽ.de hoc. C.qñ lic.ab emp.disce.l.j.& ff.de pact l.ab emptione.& iurisgentium. §. adeo.de ver- bo.signi.& multa impediunt facienda quæ &c.vt ff.de his qui sunt sui vel alie iur.l. pa ter.pterea vr lex quasi expressa. Accusaui aliquẽ de aliquo delicto, postea impetraui abolitionẽ vt desistã, non obstante abolitio ne vel accusatione, nihilominus iudex in- quiret,vt C.de abolit.l.ij sic hic vr. Itẽ ca- sus est legis ꝙ si facta est per officialẽ denũ ciatio,ꝙ non est necessaria inscriptio.Si aũt accusatio sit facta dẽt fieri inscriptio, cũ er- go hodie de cõsuetudine nõ fiat inscriptio, ergo nec accusatio est necessaria,vt C.đ ac cusa.l.ea quidem.& l.fin. Item nõ obstatꝙ dici posset ꝙ ordinarium non concurrit cũ extraordinario,vt ff de minor. l. in causę se cũdo, quia illud habet locum cum extraor dinarium est contra ius commune. Si autẽ extraordinarium est secundum ius commu ne,tunc vnum non tollitur per aliud, vt ff. de public.& victigal.& commis.l.iij. §.pri- mo,vbi de hoc notatur. Nam in quæstione nostra vtrunque est secundum ius commu ne, quia qui accusat intẽdit ꝙ maleficia pu niantur, & iudex qui inquirit similiter & ius cõmune est ne maleficia remaneant im punita, vt supra dixi. Præterea inquisitio admittitur de iure, vt supra dictũ est in plu ribus, licet cesset superueniente accusatore per dictam l.in causæ.tamen si ab initio va- luit non vitiatur,licet perueniat ad eum ca sum à quo incipere non potuit, imo durat, vt ff.de regul.iur.l.in ambiguis. quæ lex vi

21 detur determinare quæstionẽ istam. †Sed pone ꝙ iudex inquirit de adulterio, vel de

p alio maleficio facto in aliqua domo p mo- do quæritur nuuquid possint iudici seu reci pi in testes scutiferi pedissequæ & aliæ vi les personę degentes in ipsa domo,& ibi re perte,dic ꝙ sic.& est ratio,quia ea quæ do- mi fiunt p domesticos probari oportet. de repu.l.consensu.& extra de testib.c.veniẽs. Et hoc est verum quãdo iudex inquirit de maleficio in genere quis illud fecerat. Quã do vero inquirit contra singularem, & no- minatam personã, tunc testes sunt adhibẽ- di legitimi,vt extra de re iudi.c.cum Ioan- nes.& ita ponit verum esse do.Guil. in Spe culo sui operis. Gandinus.

ADDITIONSE.

a ¶Commissi. Adde ꝙ stante statuto ꝙ potestas possit inquirere contra subditos, quod non debet intelligi de subdito ratione delicti commissi. ita Bal.consi.ccxii.iiii.lib.Ber.

b Ad locum. Adde ꝙ hæc sunt verba Spe. in tit.de inquisi §.j. Ber.

c Inquirere. Adde in quibus casibus de iure ciuili possit formari inquisitio.Cald.consi.iij.de accusa. & vide Pet.de Ancha.consi.cxc.Ber.

d Infamatus. Adde quæ posui in apostillis ad Ange.in verbo, ex mero officio.& in verbo, fama publica.vbi late per Pe.de Anch.consi.ccliij.

e Iurisdictioni. Adde Alex. consi.clj.ij.lib.Ange. consi.cclxvij.Ber.

f Maliuolis. Adde ꝙ quo ad purgationẽ indicendã fama mala potest habere ortum a maliuolis secun dum Roma.consi.cccviij.Ber.

g Citari.Adde Ioan.de Ana consi.j.Ber.

h Copia.An reo sit danda copia inquisitionis & in- diciorum.Cep.consi.lxvij.Ber.

i Solennitates. Adde Calder.consilio iiij.de accu- cusa. Ber.

K Infamiæ, Adde an testis qui deponit de voce & fama debeat allegare duas vel tres personas a qui bus audiuit, & si fama non habeat certum autorẽ sit autem sit tamẽ iusta credulitas iudici ad inqui rendum,vide Francis.Areti.consilio lxxiii.& vi de Alex.consi. lxx. tertio libro,& xxv. quarto lib.& cx. ij. lib, & not. ꝙ præsumptiones in ge- nere de bona fama non tollunt malam in specie, vt dicit Alex.lxxvij.j lib. & voluit Roma.cõ- si.cccclj.Ber.

l Assertioni. Adde an testes singulares faciãt indiciũ ad torturã.Alex.consi. lxij. iij.lib. Ber.

m Appelletur. adde quod hæc fuerunt verba Spe- cul. in titu.de inquisitio.§.quando, versicu. autem inquiratur. Ber.

n Recipere. Adde vt per Fran.Aret.consi. cxlviii. Fede.consi.cclxij.Ber.

o Accusare. Adde an superueniente accusatore, ces set inquisitio. Ioan.And.in addi.ad Specu.in titu. de inquisi.§.fi.ver.porro. Ber.

p Domo. Adde Alex.consi. xxliij.ij. lib. & consi. quinto. j.lib. Federic.consil. cxix. Ioan.de Ana. consi. lxiiij. Fran.de Are.consi.lxj.Calde.consi. iij.de testib. Ber.

Quomodo cognoſcitur de maleficio vel crimine per exceptionem. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Exceptione de maleficijs cognoſcitur.*

2 *Iudicantis arbitrio generaliter committitur crimen puniendum vbi à iure non eſt pro eo pœna à lege terminata.*


3 *Obijciens crimen electo ante confirmationẽ, & obijciens poſt quomodo differant.*

4 *Crimen in modum exceptionis obiectum nõ tãtum ad replicandum ciuiliter ſed ad puniẽdum criminaliter, an pœnam imponi faciat.*

5 *Excipiens de falſo contra inſtrumentũ per quod conueniebatur in centum, ſuper quo falſo petijt inquiri per iudicẽ, ſi iudex inquirat, non tamen pronunciet, imo excipientem in centũ condemnet an dictus excipiens poſsit iterato cõtra executionem dictæ ſententiæ de falſitate dicti inſtrumenti excipere.*

6 *Excipiens de falſo vt ſupra, non tamen petens producentem puniri, an lata ſententia contra excipientem in centum, poſsit dictũ inſtrumentum de falſo accuſare.*

7 *Excipiens contra inſtrumentũ de falſo tã ciuiliter quã criminaliter, an lata, vel nõ lata ſententia ſuper centum contentis in inſtrumento poßit accuſare de falſo producentẽ inſtrumẽtum, ratione vſus dicti inſtrumenti.*



1 NON ſolum † aũt de maleficiis cognoſcitur prædictis modis, ſed ẽt per exceptionem, vt probatur. C. de tranſac. l. ſi ex falſis. & C. de adult. l. quoniam Alexander. & ff. ad l. Iul. de adult. §. ſi publico. ff. de bo. quæ lib. l. qui cum maior. §. ſi libertus. & ff. ad Silla. & l. ſi quis in graui. §. pen. Et circa cognitionem huius materiæ eſt notandum, ꝙ quandoq; crimina excipienda obiiciuntur contra accuſatorem, quandoque contra teſtes, quandoq; contra producentes falſa inſtrumenta. vel ſuſpecta, quandoque contra aliquem qui ſe ad aliquod officium poſtulat promoueri, & in his caſibus refert qualiter quis illud crimẽ obiiciat, quia ſi obiiciat crimen vt repellat accuſatorem ab accuſando, teſtem à teſtimonio ferendo, vel quod inſtrumento fidei derogetur, tũc ſi ille excipiens non probauerit quod obiicit, non punitur, & poſito ꝙ probauit, non punit accuſator, teſtis, nec producens inſtrumentũ, nec ex hoc aliquis efficitur infamis. ff. de his qui no. infa. l. Lucius. extra de ordi. cogni. c. cũ dilectus. §. fi. extra de teſti. c. ex parte et extra de ſimo. c. licet Hely. Alias nec mulier excipiens de adul. mariti punitur. ad l. Iul. de adulte. l. ſi vxor. §. ſi iudex. Nã paria delicto mutua cõpenſatione tolluntur. ff. ſol. ma. l. viro atque vxore. Nã lenocinij crimen ab accuſando maritũ repellit. ff. ad l. Iul. de adult. l. caſtitati. Ratio aũt eſt, q a ex obiectis criminibus nõ ſequitur punitio in caſibus ſupra dictis, quia ille qui excipit, non accuſat, & ſine accuſatore nemo punitur, vt ff. de mu. & ho. l. reſcripto. §. ſi quis. Nam cũ excipitur cõtra aliquẽ non eſt intentio excipientis, vel iudicis, quod pęna imponit, ſed ſolummodo ꝙ accuſator, vel teſtis, vel producens falſum inſtrm̃, repellatur. vel ꝙ etiã repellatur ille qui ſe poſtulat promoueri. Et ſi apponatur ꝙ ille qui excipit agere videat, vt ff. de excep. l. i. j. reſpon. ff. de ꝓba. l. in exceptionibus. reſponde hoc verũ eſt quo ad onus ꝓbandi, & nõ ad aliud. hoc tñ quod dictũ eſt ſupra fallit ĩ exceptione lenocinii, ꝙ ſi obiiciatur ab vxore marito, & fuerit probatum nõ ſolum repellitur maritus ab accuſatione da adulterio, ſed ẽt ſubiicit maritũ pęnæ lenocinij, vt ff. ad leg. Iul. de adul. l. j. §. ſi publico. & C. eo. ti. l. qm̃ Alex. & ĩ l. ita ſed dic ꝙ ſpeciale eſt in crimine adulterii. ſeu lenocinij, ꝑ priuilegiũ caſtitatis & odiũ ipſius
a criminis. Si aũt alicui electo[a] obiiciatur crimen in modũ exceptionis tunc aut obijcit̃ ante cõfirmationẽ, aut poſt. In primo caſu nec obiiciens nec is cõtra quẽ obiicitur punitur per iura ſuperius alleg. Si aũt obiiciat̃ poſt confirmationẽ, tunc ſi obiiciens in probatione deficiat ſeu defecerit, punitur extra
2 ordinẽ iudicis arbitrio, † quia hoc eſt generale in l. vbicũque, ſuper aliquo crimine à iure non eſt pœna determinata quod illud crimen puniendũ cõmittitur arbitrio iudi-
b cantis,[b] vt extra de offi. & pot. iud. deleg. c. de cauſis. ff. de iure delib. l. j. ad fi. ff. de pœ. l. hodie, & à tali pœna ſic impoſita, bene poteſt appellari. de verbo. ſign. l. ſi qua pœna.
3 † Sed quæro quare in ſuperiori caſu obiiciens crimen non punitur. In iſto autem caſu ſic reſpondeo, quia in ſuperiori caſu crimen obiectum ſolum impedit promouendum, cui adhuc nullum ius erat acquiſitũ.

In

In secundo autem casu crimẽ obiectum si probatum fuerit deijcit, iam promotum ad hoc est. extra de accu. c. super his. & de ꝓba. c. tuæ fraternitatis. † Si autem crimẽ in
4 modum exceptionis obiectum, non tm̃ ad replicandũ ciuiliter, sed puniẽdũ criminaliter fuerit obiectũ, quia fuit petitũ pœnã imponi, & tunc crimen in modũ exceptionis
c oppositũ pœnã imponit[c] quia tũc excipiẽs
5 nõ tm̃ excipere, sed accusare vr̃. † Sed pone ꝙ tu à me petebas libras centum occasione mutui, sicut dicebas contineri iu quoddam publico instrumento, ꝙ corã iudice ꝓducebas, ego autem excipiendo contra dictum instrumentum & tuam petitionem, illud dixi falsum, super quo falso petij inquiri per iudicem & condemnari de falso, cum sit in casibus in quibus per iudicem potest inquiri, vt C. de proba. l. iubemus. Super quo quidem facto inquisiuit, sed non pronunciauit, sed tulit contra me sententiam cõdemnato etiam in illis centum libris. Ego iterato contra executionem dictæ sententiæ excipere volo de falsitate dicti instrumenti, quæritur nunquid ego possum hoc facere. Dic secundum do. Dy. qui hanc & infrascriptas duas questiones fecit ꝙ non. C. de fide instr. l. fi. ff. de except. l. qui agnatis. & C. si ex fals. in-
20 ij.li.xij. †Sed quæro, nunquid testis quē constat esse periurū, tanq̄ infamis à testimonio ferendo repellēdus. Et certe primo videtur ꝙ sic quia iure cauetur, ꝙ qui periurus est, infamis efficitur, vt C.de transa.l.si quis maior. & C.de diuor.& rep.autē.hodie. C.de pœ.iudi. qui male.iu.auth.nouo iure. econtra vr̄ multiplici ratione. Prima, quia edictū de testibus est prohibitoriū, vt ff.de test.l.j.& nulla lege cauetur, ꝙ periurus à testimonio repellat̄. Itē quia nemo periurus potest dici infamis, qa satis est ꝙ de periurio Deū habeat vltorē, vt C.de reb. cred.& iureiur.l.ij. Itē quia periurus inter infames non connumeratur, vt ff.& C.de his q no.infa.l.j.ergo non est infamis argu.insti. de de act.§.actionū. Itē quia qui deierat, crimine stellionatus punitur, & qui condēnatur eo crimine, nō efficitur infamis.vt ff.de cri.ste.l.j.& l.de periurio. Itē quia infamia odiū est & pœna, vt arg. C.de decur.l.nec infamia.& l.nec infames.& C.de infa.l.vna. & odia non sunt ampliand a sed potius restringenda, vt ff de libe. & posth.l.cū quidā. Solu. In quęstione ista dicendū videtur, ꝙ ille qui periurus inuētus est regulariter iure nostro infamis nō fiat, & ideo non sit à testimonio repellendus, vt supra dictum est, licet ei sit minor adhibenda fides, qm̄ q retro fuit malus &c. vt ff. de accu.l.si cuiꝰ. ijsdē.& ff.de sena.l.cassius.hoc tū fallit in casibus in quibus eoipso ꝙ quis deierat periurus efficitur, & ideo tanq̄ infamis est à testimonio
b repellendus, b qui casus notantur & colligunt̄ in legibus in cōtrariū allegatis, q casus sunt speciales, tū non sunt trahendi ad consequentiā, sic regulā, vt ff.de leg.& senatuscon.l.quod vero. iure autem canonico omnes periuri a testimonio ferendo repelluntur vt extra de testi.c.testimonium eius &c. Gandinus.

ADDITIONES.

a ¶Repelluntur. Adde Alex. consi.xj.j.lib. Oldr. consi.cxcij. Ber.

b Repellendus. Adde Cal. idem dicentem consil. v.de iureiur.& vide Oldr.consi.cxcij. Rom.consil.ccxc. Alexan.consi.cxxxiij.j.lib.& consi.lxiiij.ij.lib.& consi.xx.iiij.lib. Ber.

De præsumptionibus & indicijs dubitatis, ex quibus plerunque proceditur ad tormenta. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptiones & indicia quibus plerunque ad tormenta proceditur.*
2 *Præsumptionum species quæ sint.*
3 *Præsumptio facti quid sit*
4 *Præsumptio facti quando de tempore præterito trahatur ad præsens.*
5 *Præsumptio ex præsenti facto quando trahitur in præteritum.*
6 *Præsumptio hominis quid sit.*
7 *Præsumptio naturæ quid sit.*
8 *Præsumptio iuris tantum quid sit.*
9 *Præsumptio iuris & de iure quid sit.*
10 *Præsumptio temeraria & leuis quid sit.*
11 *Præsumptio probabilis & discreta quid sit.*
12 *Præsumptio uiolenta quid sit.*
13 *Præsumptio & fictio quomodo differant.*
14 *Indicium quid sit et unde dicatur.*
15 *Crimine aliquo publico uel priuato commisso, si contra Titium fuerit per idoneos testes de publica uoce & fama probatum, an iudex possit contra Titium bonæ opinionis quæstionibus inquirere.*
16 *Indicium primum quomodo fama coadiuuetur, ut quis subijci quæstionibus possit etiā si inculpatus de crimine erat inimicus offensi aut suorum &c.*
17 *Indicium secundum est, si inculpatus contraxit conuersationem cum inimicis occisi &c.*
18 *Indicium tertiū est si quis receperit malefactorem in domo sua post maleficiū perpetratū, cui non erat aliqua affinitate coniunctus.*
19 *Indicium quartum est, si inculpatus aliquid fecit quominus delinquens deprehensus & captus ad iudicem duceretur.*
20 *Indicium quintum est, si inculpatus de crimine aufugit crimine commisso.*
21 *Indicium sextum est, si probetur quòd inculpatus fuit uisus in domo uel itinere gladio euaginato cum occiso aut uulnerato.*
22 *Indicium septimum est, si inculpatus captus confessus fuit etiam extra iudicium se esse culpabilem de tali crimine.*
23 *Indicium octauum est, si probetur quod inter inculpatum & occisum fuerunt uerba iniuriosa ad animum reuocata &c.*

Indicium

24 *Indiciũ nouũ est, si inculpatus sciuit delinquentem quẽ potuit prohibere & non prohibuit.*

25 *Indicium decimũ est, si probetur aliquẽ sciuisse quòd in aliquo loco erant malefactores & derobarent uel occiderent transeuntes et tamen duxit mercatores secũ per illã uiã qui fuerunt derobati, vulnerati & occisi.*

26 *Indiciũ undecimũ est, si probetur per testes idoneos quòd is cõtra quẽ inquiritur est homo male conditionis & famæ, habentis ortum à uiris omni exceptione maioribus.*

27 *Indicium duodecimũ est, si inculpatus alias cõmisit maleficium in personam offensi, uel etiam aliorum.*

28 *Indicia multa alia sunt contra delinquentes, quæ iudex bonus & lector curiosus perpendere potest ex qualitate personarum & temporum & locorum diuersitate &c.*



1 QVIA supra dictum † est de fama & eius partibus. Restat modo videre de præsumptionibus & indicijs dubitatis q̃bus plerunque procedit ad tormenta. Et primo videamus de præsumptionibus, & postea erit de dictis indicijs

2 Subscribendũ. † Præsumptionũ aũt multę sunt species. Nam alia facti, alia hominis, alia naturę, alia iuris tantũ, alia iuris & de iure. Itẽ præsumptionũ, alia temeraria & leuis, alia probabilis & discreta, & alia dici-

3 tur violenta, † Præsumptio facti est qñ ex facto alicuius hominis præsumitur aliquid contra eũ, vel pro eo, nã iudex circa personam criminosi habet considerare ex motu sui animi secundũ varietatẽ factorũ contingentiũ. Nã ex qualitate facti & conditionis personarũ capitur cõiectura, vt ff. de dona. inter virũ & vxo. l. vir. & ff. de actio. & obl. l. fi. ibi, in personis caussisq; æstimatorũ &c. ff. ad l. Iul. maiest. l. famosi. Et in primis habet iudex considerare cuius vitæ quis antea fuerit, vt ff. ad l. Iul. maie. l. famosi. ibi, & psona spectãda &c. nam qualis æstimationis & famę quis antea fuerit, talis præsumitur, vt ff. de re mili. l. non oẽs. §. à barbaris. ibi, qualis antea æstimationis &c. Et facit ad hoc. ff. de ædil. edic. l. quæro. & ff. de rei ven. l. à bonæ fidei. & ff. de quæstio. l. de minore. §. tormẽta. & ff. de testi. l. iii. in prin. Itẽ, quia qualẽ vitã & habitum quis duxerit, talẽ eũ esse præsumimus, vt ff. de iniur. l. item apud Labeonẽ. §. si quis virgines. & ff. de tuto. & cura. dat. ab his. l. ab his. §. his qui. & ff. de condi. insti. l. quidã. Itẽ habet indagare iudex curiosus & sapiens, cũ quibus hominibus, & p quæ loca conuersabatur & vtebatũ de crimine inculpatus, quẽ intendit aggrauare & torquere, quoniã mala conuersatio,

a est malę vitæ indiciũ,[a] vt ff. de admi. tut. l. si plures. §. assidue. Nam ex mala conuersatione etiã bonus efficitur vitiosus, vt ff. de ædil. edic. l. ædiles. §. pedius ibi, aleator forte &c. Ad idẽ dictum est philosophi. Qualis quisq; est, talium consortio delectatur. Itẽ consideret locũ seu loca in quibus conuersabatur, quia secundũ locorũ diuersitatem & varietatẽ, varia colligiĩ cõiectura, vt C. si manc. ita fue. aliena. l. fi. & ff. de pœ. l. aut facta. §. euenit. Præterea consideret iudex factũ, q̃a ex qualitate facti, animũ faciẽtis metimur, vt ff. de peti. hære. l. j. vt est videre hoc exemplo. Nã si tibi seruũ ligatum vendidero, & si in verbis exprimã talẽ, tñ seruũ fugitiuũ dicere videor & vendere, vnde si postea ab emptore aufugit, me nõ poterit redhibitoria conuenire, vt ff. de ædi. edi. l. si tamẽ. §. ei qui seruũ. facit ad hoc. insti. de hære. quali. & diffe. §. is quoq; tñ, in fi. & ff. commo. l. si vt certo loco. §. custodiã & ff. de deposi. l. si hominẽ. & C. de testa. l. nõ codicillũ. & extra de præsum. c. j. Nam p extrinseca, pbant intrinseca, vt ff. de diuor. l. fi. circa fi. & insti. de re. diui. §. pauonũ. His namq; pensatis actibus & factis præcedẽtibus & præsentibus de homine bonum vel malũ præsumitur, vt d. §. à barbaris. & C. de prin. agen. in reb. l. j. §. fi. & de offi. magi. mi. l. j. & melius. ff. de re mil. l. desertorẽ. §. ad hostes. ibi, considerato eius præcedentis vitæ actu.

4 † Et hæc facti præsumptio ali-

b quando trahitur de præterito[b] tẽpore ad præsens, vt si q̃s cõsueuit falsa instrumẽta facere, & aliquod instrm eius reuocetur in dubiũ, ex præterito facto præsumitur incõtinenti cõtra eũ, & sic vno modo intelligiĩ. C. de proba. l. iubemus. sic. n. qui olim fuit malus, hodie præsumitur malus, vt ff. de accusa. l. cui. §. iisdem. sic etiã præsumitur pro aliquo si olim fuit bonus ꝙ hodie sit bonus vt d. §. à barbaris.

5 † Aliqñ ex præsenti facto pręsumitur in pręterito, vt est videre in casu legis. C. ad l. Iul. de adult. l. hi qui. & in corpore authẽ. vt nulli iudi. §. si q̃s nota.

Item, qui non probat crimen obiectũ, ipso facto præsumitur calũniæ, vt C. de aduo. diuer. iudi. l. j. & ff. de præua. l. præuaricatione. Sic & de illo malũ presumit q̃ paciscitur de crimine, vt ff. de his qui no. infa. l. athletas. in fi. & l. seq. & istæ præsumptiones facti bene recipiunt probationes in cõtrariũ, q̃a factũ plerunq; et prudentissimos fallit, 6 vt ff. de fur. & fac. ign. l. j. † Præsumptio vero hominis est, vt qñ vir potens dicit se vim passum ab humili, vel dicat se compulsum in vrbe, vel loco vbi frequẽtia est hominũ. Nam nõ est verisimile, vt ff. quod met. cau. l. nõ est verisimile. Itẽ homo nõ præsumit iactare suã pecuniã, vt ff. de proba. l. cũ de indebito. Itẽ lex præsumit quẽ non culpabilẽ, vt ff de test. l. diuus. j. respon. in fi. Itẽ q̃ aliquis sit bonæ fidei, vt C. de proba. l. iurisiur. & C. de his q̃ mili. non pos. l. super seruis. Itẽ lex præsumit, & pp legẽ præsumitur notariũ scripsisse vera, vt C. de cõtrahen. & commit. stip. l. optimã. Itẽ lex præsumit pp coniunctionẽ sanguinis oẽm fraudẽ cessare, vt ff. de ritu nup. l. non solũ. j. respon. & ff. quod cũ falso tuto. auto. l. pe. Itẽ lex presumit aliquẽ potius simplicitate quã malitia deliquisse, vt ff. de his qui sibi ascri. l. pen. hoc tñ q̃ hæc lex dicit, spãle est in milite pp simplicitatẽ armatæ militiæ. Nã no. diligẽter hoc esse regulariter verũ, quotiescunque cõstat aliquẽ malũ cõmisisse, fecisse vel fieri fecisse, semper præsumitur q̃ dolo & fraudandi animo hoc fecerit & cõmiserit, vt C. ad l. Cor. de sicca. l. j. & C. de iniur. l. si nõ conuitij. vnde semper ille quem deliquisse cõstat, si prætẽdat ignorantiã vel aliã excusationẽ, ita q̃ dicat qđ nõ dolo illud crimẽ cõmisit. hoc debet & habet probare. Quo dic et vt not. Accur. super d. l. j. C. de siccar. Aliud etiã no. dignũ & obliuioni nõ trade, q̃ ad hoc vt debeat & possit p̃sumi contra aliquẽ, q̃ ipse aliquod delictũ cõmiserit, debet constare iudici illud malũ fore cõmissum, & quomodocunq; per testes vel indiciũ, vel alias per euidentiã facti, qñ lege cauetur, q̃ nemo videtur animũ habuisse nocendi, nisi & effectus fuerit subsecutus, vt ff. de verb. sig. l. sæpe. ad fi. Et p̃pterea dicit lex, q̃ si quis confiteatur se hominem occidisse qui viuat, q̃ nõ teneĩ hac confessione. Nam debet constare hominẽ à quoquã fuisse occisum, vt ff. de inter. act. l. confessionibus. Quod dic etiã, vt nõ. supra quali. accu. fiat. § itẽ est dictũ. peccatũ. n. est illud crimen super quo debet præsumi & fundari, vnde si de ipso crimine nõ cõstaret quicquid ædificaret, nullũ esset, vnde discreti assessores antequã inquirant, vel accusationes recipiant, vel super eis procedãt, faciunt p aspectũ videri hominẽ mortuũ vel vulneratũ. Nã non nascitur iniuria ex reuocatione ad animũ, sed ex facto, id est ex cõtumelia, id est ex eo quod maleficiũ factũ est, vt ff. de pact. l. si vnus. §. pactus. ad fi. de actio. & obl. l. ex maleficio. Et omnis iniuria presumitur praue facta & male, vt extra de præsum. c. j. vñ legitur, q̃ crimẽ est peccatũ accusatione dignissimũ, vt lxx. dist. apostolus. in fi. & ita crimẽ est causa, vnde accusatio procedit, sicut alias dãnum est causa, q̃a datur accusatio vel alias vt not. d. Azo in sum. circa fi. prin. & præstat ad hoc argu. ff. qđ metus cau. l. sed & paratus. §. fi. Itẽ alias mora est cã quare agit ex contractu bonæ fidei, vt C. in quib. cau. in integ. resti. nõ est neces. l. in minorũ persona. nã nisi cõstat de morte dñi, nõ est habenda qõ de seruis vel familia eius ff. ad Silla. l. ij. §. illud sciẽdum. & facit optime q̃ debeat constare de maleficio. ff. ad l. Aquil. l. idẽ Neratius. §. fi. cũ l. seq. nec prodest dicere q̃ ludẽdo iniuriã intulit, quia ludus noxius est in culpa, vt ff. ad l. Aquil. l. itẽ. §. fi. cũ l. seq nisi ratione parentelæ, societatis, vel amicitiæ, vel persone cõtempserit iniuriatus, vt v. q. v. nõ omnis q̃ verberat. & hæc est p̃batio ex parte inferẽtis iniuriã, vt C. de iniur. l. si nõ conuitii. Nã ei qui dicit, incumbit onus probandi, vt ff. 7 de probationi. l. ei q. & l. quoties. † Præsumptio enim naturæ, vt si aliquis sit natus ex bona progenie, vel bonos habuerit parentes, præsumit iste bonus, vt C. ad l. Iul. maiest. l. q̃sq̃s. & C. de cohor. l. si cohortalis. sic & si natus fuerit ex mala progenie, vel malis parentibus, præsumitur esse malus sæpe, vt ff. de ædi. edic. l. qđ si nolit. §. q̃ mãcipia:

8 † Et est præsumptio iuris tãtum, de qua pone exemplũ, qñ lex aliquid præsumit, & de tali præsumptione iuris vltra non procedit aliquid statuendo, vt C. de proba. l. siue poss. & C. ad exhib. l. j. & ff. de dona. inter vir. & vxo. l. quantominus. & ff. de pact. l. pa
9 ctũ. † Iuris & de iure dignoscitur esse præ-
c sumptio quoties ius cõtra c aliquem presumit

mit aliquid esse factum, & de sua præsumptione ita confidit, quod vltra procedit generale statutum, vel sententiã, proferendo quod ita verum sit illud, quod præsumitur, & non aliter tunc, ei talis præsumptio dicitur esse l. vt probatur. C. ad Maced. l. fi. in fi. & C. arbi. tute. l. fi. & C. de inof. testa. l. si mater. & pone exemplum. C. ad l. Iul. de adul. & l. si qui. & in corpore auth. vt nulli iudi. §. si quis vero comprehensorum. Et hæc talis præsumptio præsumptionem in
d contrarium non admittit,[d] vt patet per iura prędicta, cæteræ autẽ præsumptiones prædi-
10 ctæ in cõtrariũ probationes admittũt. † Temeraria vero & leuis dicitur esse præsumptio, quoties aliquid à leuibus, siue vilibus personis procedit, & à talibus quibus non est creden-
e dum,[e] vt argu. in authen. de testi. §. nos igitur. C. de incest. nup. l. humilẽ, & huic præsumptioni non statur, vt arg. ff. de mino. l. iij. §. j. versi. idem tamẽ. & ff. de proba. l. si chirographum. & ideo non põt quis ex talibus præsumptionibus subijci quæstionibus, vel tormẽ. vt arg. ff. quod met. cau. l. non est verisimile. Nã ea quę leuia sunt & friuola, spernenda sunt. ff. de don. inter vir. & vxor. l. virum. ff. commoda. l. si vt certo loco. §. possunt. ff. de accusa. l. leuia. & ff.
11 de ven. inspi. l. j. in fi. † Probabilis vero & discreta põt esse præsumptio quñ à grauibus & honestis personis dicitur, & fama procedit fore aliquem factũ maligne per aliquẽ, vt extra de sen. excom. c. inquisitionis. & extra de præsum. c. illud. põt etiam dici probabilis & discreta præsumptio ratione loci vel tẽporis, vt quia
f visus fuit in loco suspecto, aut qa hora[f] suspecta, quo loco, aut hora crimen aliquod factum est, nam locus & tempus & hora suspicionem facit, de præsumptionem inducit, vt arg. ff de pœn. l. aut facta. §. tempus. & §. locus. C. de adulte. l. Gracchus. & extra de præsump. c. iij. & c. literis. & hæc talis præsumptio facit credulitatem & præsumptionem inducit, vt not. extra de senten. excom. cap. inquisi. & dicitur esse quoddam verisimile. argu. de pur. cano. cap. si quis de gradu. & de suppel. lega. l. iij. in fin. & ideo ex tali pręsumptione potest ad quęstiones procedi, cum semiplenam probationem adducit, vt ff. de testa. l. ob carmen. §. si vero ibi, & non proximiora esse prospexit
12 &c. † Violentia vero præsumptio alicuius facti dicitur, aut iuris tantum, aut iuris & de iure. de quibus dictum est supra ergo hic non repeto, & quia de his plene dicã infra quomo. de malefic. cogn. qñ crimen est noto. Et dicitur pręsumptio alicuius facti dubij aliquotiẽs plena, aliquando semiplena inuestigatio, secundum quod nota. Gof in summa de pſæsumpt. insuper no. quod argu. & præsumptio sunt idem quod incidat quibus proceditur ad tormenta. vnde argumenta dicuntur indicia, vt colligitur. C. de fal. l. vbi. & ff. de quęstio. l. milites. & l. vnus. §. in ea. Item præsumptio & suspicio sunt idem, quas iudex habet contra accusatum, & de tali præsumptione loquitur lex. ff. de qõ.
13 l. j. in prin. ibi, suspectio &c. † Item no. quod differentia est inter præsumptionem & fictionẽ, nam pręsumptio est super incertis, & sic coniecturis opus est, vt ff. de verb. oblig. l. continuus. §. primo, in fi. fictio vero est super certis, vt quando iussit vnum esse, & figit aliud, vt insti. quib. mod. ius patr. potesta. sol. §. si ab hostibus. & qui testa. face. poss. § fi. & C. ad legem Iul. de adulterijs. l. hi quidem. Vidimus de prima parte rubri. Nunc vero videamus de secunda, videlicet de indicijs dubitatis, qui
14 bus ad tormenta proceditur. † Et primo videamus quid sit indicium vnde dicatur. ex quibus indicium habeatur, & quis sic eius effectus. Et quidem indicium hic sumitur & dicitur signũ alicuius maleficij commissi, vel alterius rei de qua agitur, vt colligitur ex legibus tractantibus de indicijs, & de quibus infra dicetur per ordinem, & dicitur indicium ab indicando, vt ff de prescript. versi. l. solent. de quibus etiam indicij. dic vt not. infra de quęstio. & tormentis. §. quęro quæ & qualia. versi. possumus &c. Sequitur videre ex quib. cau. indicium habeatur, sed circa huius materiæ cognitionem intendo pręmittere, quandam quęstionem quæ
15 tota die de facto subsistit, duę talis est. † Pone aliquod crimen publicum vel priuatum fore commissum in aliqua ciuitate, castro vel villa, Titius statim commisso crimine inculpatur, cuius Titij opin. apud bonos & graues nunquam læsa fuerat, & quòd ipse Titius fuerit conscius & culpabilis de ipso maleficio per idoneos testes probatur per publicam vocẽ & famam, ortam statim commisso crimine in loco vbi per ipsum Titium dicebatur crimen commissum, quęritur an iudex possit per talem publicam vocem & famã de dicto maleficio quęstionibus inquirere contra dictum Titium? Et videtur quod sic, quatuor rationibus.

Primo, quis fama quæ aduersus aliquem oritur incontinenti commisso crimine, eidem crimini inesse videtur, & ideo legitima & rationabilis est habenda, vt ff. de adulter. l. quod ait lex. §. fina. & ff. de vi & vi arma. l. iij. §. cum igitur. Secunda ratio, quia iura videntur velle

PP 4 quòd

quòd quantũ ad inquisitionẽ contra aliquẽ faciendam sufficiat fama parochiæ vel maioris partis loci vbi crimen cõmissum est ; vt extra de præsum.c.illud. & arg.ff.de offi.præfe.præto.l.Barbarius. Nã quod publice dicitur & creditur, iuris præsumptionẽ inducit, cui statur, quandiu cõtrariũ non probatur, vt ff.ad Maced.l.si qs patrẽ.§.j.& C. q & aduer. quos.l.j. Tertia ratio,quia si non posset procedi in q̃onibus contra istum,iam darẽt materia ẽt homini bono delinquendi, quæ est à quolibet auferenda,vt C.de indi.vidu.l.ij.in fi.& ff.de iudi.l.si ingratus.in fi. Quarta ratio,quia cũ humana natura facile ad delicta prorumpta , vt in corpore authẽ.de mona.§.si vero.Tñ licet de isto Titio ante istud crimen commissum non fuisset aliquid sinistri auditũ , tñ non contingit ,ꝑpterea quin potuerit fuisse obiecti criminis conscius & culpabilis, quia nõ ꝓbat hoc esse,quod ab hoc cõtingit abesse,vt C.vnde legit.l.non hoc.vt C.de probat.l. neq; natales . Et ideo,cũ aduersus eũ ineat clamor viciniæ & famæ loci hoc nunciet poterit ad inquirendũ ad tormenta legitime animus iudicis promoueri,vt extra de accus.c.inquisi.in fi.& arg.C. de lati.liber.tol.l.vna.§. qui diu.Sol.in quæst. prædicta puto fore dicendũ ꝙ iste Titius possit q̃onibus subijci & non possit secundum diuersorum sapientum opi.diuersas. vt no.infra de quæstio.& tormen.§.sed denuo quero &c. Sed secundum omnium doct.opi.si iste Titius probauit se hominẽ alias bonæ opin. & famæ, g dico ꝙ non possit[g] subijci quæstionibus vel torment.obstante priuilegio bonæ famæ, cum tale priuilegiũ potentius infamia sit habendũ, vt ff.de le.ij.l.cum pater.§.rogo.& extra de accus.c.licet.quod potest multis rationibus cõprobari. Primo per locum à præsumptione naturæ,quæ est, vt de quolibet bono præsumatur, & quod sit potius bonæ famæ quàm malæ,vt ff.de man.testa.l.seruos.& argu.ff.de lega.ij.l.cum quidam ita. Secunda ratio, quia infamia non inest naturaliter alicui,& ideo dictum est,quòd infamia alicui multis modis irrogatur.non d cit,inest, vt ff.& C.de infa.per totum. nam infamia contra aliquẽ oritur faciliter,frequenter enim ad dictũ vnius sequitur multitudo, vt extra de pur.ca.c.cum in iuuentute. Sed fama & integra opi. naturaliter inest alicui,vt C.de inof.testa.l.omnimodo. & ideo est magis duratura , quia naturalia non ita de facili immutãtur,sicuti quæ ex accidenti proueniunt,vt insti.de iure natu.§.quod non. & §.pen.Et ideo iure cauetur,quòd cursus alueí naturalis delinquens facies suorum agrorum, ipsorum esse non desinit, nec eorum formam dicitur immutare. ac nouus alueus,qui ex accidenti processu agrum occupans alienum si relinquat eundem,tunc agri occupati priorem formam non immittat,vt argu.ff.de acqui.rer. domi.l.adeo.§.quod si in vno. & institu. de rer. diuisi.§. insula. & ideo magis intuenda sunt quæ naturalia sunt,quàm quæ ex accidenti contingunt. Tertia ratio,quia quoties duo diuersa iura occurrunt,aliqua priuilegiata, & aliqua non,semper iure priuilegiati est tam habenda ratio,quàm intuenda, vt ff. de regu. iuris,l. in omnibus causis. & C. qui potio. in pigno.habe. l.assiduis.§.j.de pecu.l.sed ex facto. §.j. & ideo iudex debet delectari potius in odore & suauitate bonæ famæ,quàm credulitati,malæ opinionis & famæ.argu. extra de accus.c.licet.in fi.& de purg.cano.c.cũ in iuuentute. & quia in præmisso dubio iudex potius esse debet promptior ad bonũ quàm ad malũ, vt ff.de pœn.l. si de interpretatione. Quarta ratio, quia debet præponderare priuilegium bonæ opin.& famæ priuilegio malæ opinionis & famæ duplici ratione,vna intrinseca, quàm quis habet primordialiter à natura, alia extrinseca,quam hic Titius sibi acquisiuit,tam ex bonis moribus suæ terræ, quàm ex sua conuersatione laudabili, vt in corpore auth. de mona. §.cogitandum.& ff.de iniur.l. item apud Labeonem.§.idem ait aduersus.Ex quibus rationibus coniectura preteritorum capitur circa futura,cum ex transacta vita sciatur qualis debeat in futurum præsumi,vt ff. de accu.l.si cui. §.ijsdem.& ff.de re mili.l.nonomnes.§. à barbaris. At talis infamia vna tantum nititur ratione,scilicet testium probatione , vnde cum pro fama & bona opin. duæ faciant rationes, sed pro infamia vna tantum,merito debet bonæ famæ priuilegium infamiæ prequalere,quia regulariter duæ rationes vincunt vnam,vt in authen.de consan.& vte.fra.§.hi.colũ. vij. & C. de iur. & fac. ignoran.l.j. Quinta ratio, quia opin.& bona fama fauorabilis est, cũ per eam quis ad honores & dignitates admittatur, vt C.de digni.l.ij.at infamia in se odium continet, quia per eam quis pœna plectitur cum infamia facti,quem à dignitate repellat, vt ff. de decur.l.j.§.spurios.& C.de digni.l.iudices. & l.ij. Et etiam cum iure infamia a publicis actibus quem repellat,vt ff.de test.l.iij.§. lege Iul. & ff. de accus.l. qui accusare. & ideo restringi debent.arg.ff.de liber.& posthu.l.cum quidam. & ff. de in ius vocan, l. quæsitum. & l.sed

l.sed si hac.§.fin. Sexta ratio, quia sicut probatio malæ famæ habet inducere qualemqualem præsump. contra istum, vt C. ne de stat. defun.l.si maritus. & extra de presump. cap. illud. ita probatio bonę opinionis & famæ habet pro ipso & in eius fauorem præsumptionē inducere. Sane quidem hæc præsumptio habet tollere primam præsumptionem, cum posterior præsumptio amoueat præcedentem, vt ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. l. filium. in fi.& ff. de in integ. restit. l. diuus. & C. de adul. l. hi qui. his igitur rationibus non potest quęstionibus subijci vel tormentis obstante priuilegio bonæ famæ, verum si dicta fama coadiu-
h uetur aliquo indicio, vel rationabili adminiculo, tunc credo, ꝙ eo casu posset iudex quæstionibus inquirere contra Titium supradictum, quia legitur vno modo, ꝙ fama consentiens, id est omnibus alijs assentiens, confirmat rem de qua agitur & quæritur fides, vt ff. de testi. l. iij. ibi, alias veluti consentiens &c. quia quæ per se non prosunt, singula multa iuuant, vt
16 C. de proba. l. instrumenta. † Sed quæ & qualia poterunt esse ista talia indicia quibus fama coadiuuetur, vt posit quis quęstionibus subijci & tormentis & certe hæc omnia quæ sequuntur. Primum indicium, si probetur ꝙ iste Titius de crimine inculpatus extitit ini-
h micus ostensi, aut suorum, [h] vt sui intelligantur omnes qui admissi fuissent ad huiusmodi iniuriam prosequendam cum eorum iniuria, sua iniuria & dolor proprius habeatur, vt not. de his. ff. de accu. l. j. & ij. & ff. de libe. causa. l. j. & ij. Nam tunc & eo casu, erit suspectus de crimine præsumendus, quia talis inimicitiæ qualitas, causam suspicionis adducit, vt extra de accu. c. cum oportet. & ff. de proba. l. idem. & C. de testib. l. si quis. nam lex præsumit de inimicis omne malum. ff. de quæstio. l. j. §. præterea. & ideo lex dicit, quòd accusator non cogitur facere ambasiatam ad amicum accusati, quasi amicus accusati incipiat esse inimicus accusatoris, vt ff. de legi. l. sciendum. & eadem ratione repellitur testis à testimonio ferendo,
17 vt in auth. de test. §. quia vero. †Secundum pōt cognosci indicium si probetur ꝙ iste de crimine inculpatus contraxit conuersationē cum inimicis occisi vel iniuriati vel amicitiā, aut quia contra eundem occisum vel iniuriatum fuerat taliter versatus in alijs & conuersabatur, quòd credebatur esse inimicus potius quàm amicus, quod quidem pōt ex varijs causis procedere, vt no. C. de reuo. do. l. fina. & l. his sol. & arg. ff. de liber. & eorum libe. l. ij. Ex talibus enim intercedentibus [i] crimen potest præsumi. & coniectura capitur, ꝙ in delinquendo fraudis inesset consilium, vnde non præmio, sed pœna afficiendus est, vt ff. de offic. pręfec. vrb. l. j. §. cum patronus. & C. de inoffi. te-
18 sta. l. liberi. §. fin. † Tertium indicium adijcitur, si appareat ꝙ quis scientes malefactorem receperit in domo sua post maleficium perpetratum, nulla etiam cum eo affinitate coniun-
i ctus, [i] cum in isto casu non videatur minus delinquere, quàm ille qui tale crimen commisit, vt arg. C. de his qui latro. l. j & ff. de recep. l. j. & de incen. ruin. naufr. l. ij. §. non tantum.
19 † Quartum indicium dicitur? si is de crimine inculpatus aliud tale quid fecit, quominus delinquens deprehensus & captus ad iudicem duceretur. Nam eo casu videretur conscius criminis, & ꝙ in delicto illo dolum commiserit, vt arg. ff. de custo. & exhiben. re. l. fin. § j. & de eo per quem l. j. in prin. & C. de furt. & ser. cor
k ruptt. l. eos. imo ēt talis puniendus [k] erit l. Iul. de vi publi. & priua. vt arg. ad legem Iul. de vi publi. l. lege Iul. & ff. ad legem Iul. de vi pri
20 ua. l. lege Iul. † Quintum indicium reperitur, si cōstet ꝙ iste Titius de crimine inculpatus commisso crimine vna cum malefactore
l vel sine eo, fugit [l] de loco criminis, quo casu criminis commissi suspicione non caret, imo propter fugam seipsum accusare videtur. arg. ff. ad Silla. l. j. §. si quis. ibi, si cum dominus. & l. si quis in graui. §. de his autem. & ff. de suspect. tuto. l. impuberibus. §. j. & in authen. de exhiben. & introdu. re. §. si vero. col. v. & C. de asses. l. consiliarijs. & C. de omni agro deser.
21 l. locorum. ibi, & fi. &c. †Sextum indicium potest dici, si probetur ꝙ de crimine inculpatus fuit visus in domo, itinere, vel agro gladio euaginato cū occiso vel vulnerato. Nā ex hac coniectura capi pōt & colligi præsumptio, ꝙ fuerit dicti criminis conscius. argu. ad hoc. extra de præsump. c. iij. & in corpore auth. vt liceat matri & auiæ. §. his quoque. colum. vij.
22 †Septimum habetur indicium, si probetur ꝙ quis de crimine inculpatus fuerit inuētus, deprehensus, & captus ab aliquo ob crimen prædictum. Qui sit captus confessus fuerit, licet
m extra iudicium, [m] se ex illo crimine fore culpabilem, nam tale indiciū operatur vt sit subijciendus quęstionibus & tormentis, arg. ff. de
23 adult. l. capite. iuxta fi. †Octauum etiam describi potest indicium, si probetur, quòd inter occisum & vulneratum ex vna parte, & de crimine inculpatum ex altera, extiterunt
n verba iniuriosa, [n] quæ fuerunt ad animum reuocata,

uocata, aut ꝙ hic de crimine inculpatus occiso vel vulnerato fuerit minatus paulo ante maleficium commissum, forsan quod traheret sibi vnam pennam de ala, vel quòd faceret eũ tenere male caput, vel quid simile. Nam ex talibus verbis & similibus antecedentibus ipsum crimen coniecturari potest, & præsumptio denotari, ꝙ fraudem & dolum in delicto illo commiserit, & ꝙ illa verba dixerit sua malignitate, & animi prauitate. argumen. ad hoc. ff. de bon. dam. l. cum ratio. §. ex bonis. ibi, fraudis &c. & argumen. ff. de ser. fugi. l. ex quodá iniuriandi proposito. § penult. & fin. & C. de iniur. l. si non conuitij, hæc enim verba sic extra iudicium asseuerare prolata, licet præiudicium plenum inferre non possint, tamẽ contra asseuerantem & proferentem indicium & præsumptionem inducunt, vt ff. de probat. l. quidam. & l. fin. & not. C. de test. l. neque professio. & ff. de probat. l. etiam. nam his modis animus & voluntas cuiusque declaratur. Et ideo dictum est quod non solum ipsis rebus & factis quis propriam voluntatem declarat, vt ff. de ædil. edict. l. si tantum. §. ei qui. & notari consueuit. ff. de legi. & consti. l. de quibus. imo etiam ex verbis prolatis intelligitur quis voluntatem propriam declarare, & intrinseca sui cordis, quia non intelligitur verbis exprimere, quod mente non agitauit, vt ff. de sup. leg. l. Labeo. ad fin. & quia per acta & gesta extrinseca secreta cuiusque & animus declarantur. argu. C. de testa. l. non codicillum. & ff. de legi. l. si seruus plurium. §. fi. & ff. de testa. l. heredes palam. §. sed & si notam. Et in maleficijs spectatur cuiusque propositum & voluntas, vt
24 ff. ad leg. Cornel. de sicca. l. diuus. † Nonum potest connumerari indicium, si probetur te sciuisse quem aduersus aliquem delinquentẽ, quem potuisti quo minus delinqueretur pro-
o hibere & non prohibuisti, [o] nam tunc carere culpa eius criminis non videris, vt ff. de regu. iur. l. culpa. & l. nullum. & extra de offic. & potesta. iud. deleg. cap. j. Sed si prohibere non potuisti, venia dignus eris. Etenim si à morte potuisti hominem liberare & non liberasti, occidisse videris, vt ff. ad leg. Aquil. l. scientiam. in princ. & argumen. ff. de noxa. l. in omnibus. & l. in delictis. in princ. & ff. ad legem Corn. de sicca. l. iij. §. is cui. & licet forsan talis non deberet eadem pœna qua delinquens puniri, tamẽ est paulo minori pœna multandus, quia carere nõ dicitur scrupulo societatis occulto, qui manifesto facinori desinit obuiare, vt extra de homic. cap. sicut dignum. §. illi etiam. & C. de commer. & mer. l. ij. & extra de senten. ex commu. cap. quantæ. quod tamen sic non intelligas indistincte, sed intellige, vt not. infra de
25 pœn. §. item pone, ꝙ ego vidi † Decimum colligitur indicium, si probetur aliquem scire in certo loco malefactores vt derobarent, vel occiderent transeuntes, vel narrauit & dixit dictis mercatoribus vt secum irent, vel transirent per dictum locum, qui fuerunt derobati, vulnerati, vel occisi. Nam tale indicium operatur vt possit quæstionibus & tormentis subijci, quia non solum causam criminis videtur præbuisse, sed etiam particeps est & noxius præsumendus, cum teneatur pœna l. Cornel. de siccar. l. iij. §. alio senatus. ibi, qui vt fal. &c. & arg. ff. ad leg. Aquil. l. qui occidit. §. pen. & ff. vi bon. rap. l. pen. §. si cum eo. & l. sed si quis. & ideo in quæstionibus est habendus, quia de his est quæstio habenda, qui suspicione cædis conscientes videbuntur, vt ff. ad Silla. l. j. §. occisorum. ibi, tamen si quis &c. § si quis in
26 villa. † Vndecimum colligitur indiciũ quoties probatur per testes idoneos, quòd is contra quem inquiritur est homo malæ conditionis & famæ, quæ fama sumpsit originem, non à maliuolis, sed prouidis viris & discretis, omni exceptione maioribus, & in altero de locis ex quibus rationabiliter potest fama procedere, vt not. supra vnde & ex quo tempore pos-
27 sit fama procedere. † Duodecimum indicium sumitur, si iste de crimine inculpatus alias commisit aliud maleficium in personam dicti offensi, vel etiam aliorum, nam qui semel fuit malus, semper pręsumitur malus, vt ff. de accu. l. si cui. §. ijsdem. & C. de assel. l. nemo. & C. ad leg. Iul. de vi publi. l. seruos. ibi, & hi qui bis &c. Ex præterito enim vnoquoque facto futura metimur, vt ff. de re milita. l. non omnes. §. à barbaris. & l. seruorum. §. ad hostes.
28 † Sunt etiam alia multa [p] indicia contra delin-
p quentes, quæ quilibet curiosus lector & iudex bonus potest perpendere, secundum varietatem personarum & qualitatem temporum, factorum contingentium, & locorum diuersitatem, vt de his not. in prima parte huius tit. vbi de præsumptione est notatũ. Quis autẽ sit indiciorum prædictorum effectus satis colligitur ex pṛdictis, & dicetur plenius in tit. proxime &c. Gandinus.

ADDITIONES.

a ℭ Indicium. Adde Bal. cõs. lxxix. iij. lib. vbi voluit ꝙ in crimine hęresis confessio socij spontanea
vna

vna cum conuersatione sit sufficiens indicium ad torturam contra socium. Ber.

b Preterito. Adde quando in præterito præsumatur in præsens, Alexan. consi. cij. ij. lib. & quando præsumitur de present in futurum per eundem consil. xlvij. j. lib.

c Contra. Adde Alex. consi. lxij. iij. lib.

d Non admittit, Adde quando talis præsumpt. probationem capiat in contrarium, Alex. consil. lxxvij. j. lib. Ber.

e Credendum. Adde Old. consi. cxcij. Ber.

f Hora. Adde Ro. consi. ccccli. Ber.

g Non possit. Adde Raph. Fulg. consi. clxxiij. Cep. consi. lx. Raph. Cu. consi. cxxxv. Alex. cōs. xxiiij. ij. lib. Bal. consi. xxix. lib. 1. Ber.

h Suorum. Adde qui veniant appellatione suorum do. de Rota decis. cclx. quod met. caus. in antiquis. Et an veniat compater. vide Alex. cons. xxxiiii. iij. lib. Ber.

i Coniunctus. Adde ꝙ coniunctus etiam recipiēs scienter delinquentem punitur, sed mitius quam extraneus, ita Alex. consi. cxliiii. ii. lib. Ber.

k Puniendus. Adde Alexan. consi. xxxv. ii. lib. Cep. consi. xiiii. Ber.

l Fugit. Adde Alex. consi. lxv. & lxxvii. iii. lib. Io. de Ana. consi. i. Old. consi. lxv. Ber.

m Extra iudicium. Adde an confessio extraiudicialis sit sufficiens indicium ad torturā. vide Ro. consi. vij. Ber.

n Iniuriosa. Adde Alex. consi. xiiij. iij. lib. Ber.

o Prohibuisti. Adde dicendum de hoc vt per Roma. consi. xvij.

p Alia multa. Adde videnda aliqua alia indicia per Rom. consi. vij. & consi. cccclj. Ber.

De præsumptionibus & indicijs indubitatis, ex quibus condemnatio posset sequi. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptiones & indicia indubitata quæ sint.*

2 *Occiso Titio in domo ignorato malefactore, si publica vox & fama orta à fide dignis sit, quod Seius tale homicidium commiserit, & illius inimicum fuisse est probatum necnon quod visus fuerit exire de illa domo gladio euaginato, in qua domo incontinenti repertus est Titius occisus, quid erit faciendum.*

3 *Indicia indubitata uel documenta apertissima ex quibus possint ad condemnationem procedi, quæ & qualia dicuntur esse.*

4 *Indicium indubitatum primum est quādo contra aliquem est præsumptio iuris & de iure.*

5 *Indicium indubitatum secundum est, quando aliquis sponte in iudicio confessus est crimē. uel in tormentis, & perseuerauit &c.*

6 *Indicium indubitatū tertium est, quando cōstat aliquem dato precio transegisse super crimine pro quo sanguinis pœna non ingeritur.*

7 *Indicium indubitatum quartum est quando crimen quod contra aliquem oritur est ita publicum, vt merito possit notorium appellari.*

8 *Indicium indubitatum quintum est, quando propter euidentiam facti, nam si constat Titium eruisse oculum alteri, statim colligitur quod sit atrox iniuria.*

9 *Indicium indubitatum quando officialis, cuius officium est in inquirendo & puniendo delinquentem, proprijs oculis intueretur.*

10 *Indicium indubitatum septimum est, ut si sit camera habens tantum vnum introitum, & aliquis uisus est exire pallidus cum gladio sanguinolento in manu, & in illa camera reperitur homo recenter mortuus.*

11 *Indicium indubitatum est, pone quod occiditur quis in uinea, de quo inculpatur Titius & contra quē sunt hæc indicia, quia erat inimicus capitalis occisi. Item fuit uisus solus ambulare cum gladio, & solus fugere de loco cum gladio euaginato, & est publica uox. & fama quod homicidium commiserit.*

12 *Indicium indubitatum nonum est, pone inculpatur Titius quod fecerit interficere Caium, primo erat capitalis inimicus Caij, & Titius erat prope locū criminis quādo fuit occisus, quo perpetrato receptauit homicidam qui erat domesticus Titij, qui tactauerat se quod faceret occidi Caium, & inter eos fuerant offensæ & orta publica vox & fama quod fecerat committi tale homicidium.*



1 NVNC restat † vt videamus de præsumptionibus & indicijs indubitatis, ex quibus cōdemnatio possit sequi. Et circa præsentē nostrā materiam, primo intendo formare quandam dubitabilem quęstionem, quę tota die de facto potest subsistere, & consequēter inferam de pręsumptionibus & in-
2 diciis antedictis, & quæstio talis est. † Quidam nomine Titius in domo vel agro reperitur occisus vel vulneratus, de malefactore autem non constat aliter, nisi quia quidam nomine Seius de dicto maleficio inculpatur contra hunc Seium. Ista probantur per testes ideoneos omni exceptione maiores. Primo quod

mo ꝙ publica vox & fama orta est ab idoneis personis, ꝙ dictus Seius dictum maleficium cómisit: Secundo ꝙ ipse erat illius Titij capitalis inimicus. Tertio ꝙ ille. Seius visus fuit solus exire domum vel agrum Titij cum gladio euaginato in manu fugiens in qua domo vel agro ille Titius incontinenti repertus est occisus vulneratus. Modo quæritur, nunquid ista indicia simul iuncta, vel mista sint, & dici possint indicia indubitata ex quibus possit ad condemnationem procedi? Et primo videtur posse dici quod sic triplici ratione. Prima, quia sicut sufficit ꝙ quis sit testibus superatus, vel propria voce confessus ad hoc, vt possit capitalis sentẽtia contra eum proferri, vt C. de pe. l. qui sentẽtiam. C. de episc. & cle. l. si quis. & C. quorũ appellat. non recip. l. secunda ita eo. modo debebit ex dictis indicijs contra eum repertis sententia diffinitiua proferri, cum talia indicia non respuantur à iure, vt supradictũ est in ti. præce. & cum talia indicia non videantur cõtinere minorem autoritatem & fidem probatam q̃ testes vel instrumenta, vt C. de prob. l. ad probationes. & C. de rei vend. l. indicia. Item tam testes q̃ aperta indicia & manifesta æquiparantur, vt possit sequi sententia diffinitiua, vt C. de proba. l. vlti. Secunda ratio, quia quoties circa idẽ plura auxilia eiusdem generis ex eodem facto descendentia simul cõmista iuncta concurrunt, debent rem perficere & plenã probationem [a] adducere, vt ff. de excu. tuto. l. ij. §. hoc amplius. & de appel. l. si quis separatim. §. j. & C. qui nume. tute. l. vna sic & à simili supradicta indicia simul. cõiuncta plenam probationem inducũt, ideoque singula quæ non prosũt, tñ simul iuncta coadiuuant, & in auth. fid. instru. §. si vero additũ. & §. si vero nullus. col. v. & insti. de hær. insti. §. si plures & extra de testi. c. præterea, & C. de testam. l. scimus & not. Accur. ff. de excu. tuto. l. ij. in fi. i. respon. Tertia ratio, quia cum in qualibet ciuili causa regulariter duæ semiplenę probationes faciunt vnã plenam, & possit causa ciuilis per indicia & præsumptiones probari, vt extra de præsump. c. ex literis. & arg. ff. de his q sunt sui vel alie. iur. l. filium. & notari consueuit. C. de reb. credi. l. in bonæ fidei. & de proba. l. etiam proprietatis. plus tñ valere debent & operari tria vel plura auxilia q̃ duo. Nam ratio consistit, & plus tribus q̃ duobus credatur, pluralitati enim standum est, vt ff. de pac. l. maiorem. & de testi. l. iii. §. hęc verba. & C. de fideic. l. quæstionem in fi. Ergo per locum à proportione maiori tria indicia seu tres semiplenę, & probationes vnam plenam probationem poterunt operari. Alioquin facile & frequenter remanerent maleficia impunita, quod in contrarium magna ratio suadet, vt ff. de pac. l. item si vnus. §. pacta. ff. de fideiussor. l. si à reo. §. id quod vulgo. Quarta ratio, quia videmus ꝙ duo vel plura imperfecta vnum perfectum constituunt, vt C. de agric. & censi. l. cum scimus. in prin. Quid plura? reperitur in iure ꝙ ipsa principalis causa criminalis per argumenta & per pręsumptiones dignoscitur & terminatur, quanq̃ liquido delictum probari nõ possit, vt ff. de re mili. l. nõ omnes. §. à Barbaris. ibi. & si hoc liquide probari non possit argumentis, [b] tñ cognoscendum est, & tñ ibi capitulis causa agebatur, vt constat per l. eo. tit. desertorem. §. is qui. & facit ad hoc in auth. vt l. lic. ma. & auie. §. illud. Ecõtra videtur dicendum, ꝙ non possit quis ex dictis indiciis & præsumptionibus diffinitiue damnari rationibus tribus. Prima, quia cum in ciuilibus quæstionibus maioribus vna libra auri non minor q̃ trium testiũ exigat probatio, vt in auth. de fid. inst. §. oportet. & §. hic dicimus. col. vi. & no. C. si cert. pet. l. fi. multofortius in qualibet criminali causa duæ vel tres præsumptiones, aut indicia plenam probationem nõ poterunt operari, sed erit maior numerus testium requiẽdus, vt possit super crimine sentẽtia diffinitiua proferri. maxime cum quælibet causa criminalis sit maior & censeatur qualibet pecuniaria quantumcunq; sit magna, vt ff. de pœn. l. in seruorum. §. fin. Et licet in causa ciuili duæ semiplene probationes (vt est fama publica & dictum vnius testis) vnam plenam probationem adducãt, vt C. de pba. l. proprietatis. & argu. ff. de testib. l. iii. §. eiusdẽ. & iiii. q. iii. §. item sæpe. & extra de testib. c. præterea. Tñ in criminali causa ex dictis semiplenis probationibus non erit qs diffinitiue damnandus, [c] quia in causa criminali probationes debent esse apertissimæ, vt C. de probat. l. fi. strictus enim in eis proceditur, cum contra hominis salutem agat, vt C. de appel. addictos. & not. extra de testi. c.

ffi c.veniens. Secunda ratio; quia euidentia rei, licet habeatur pro quadam specie probata, vt ff.fin.reg.l.si irruptione.§.fi.& C.eo.tit.l.iij.etiam cum manifestum & apertum indicium habeatur aliquem inueniri in crimine & fore detentum & captum, arg.de fur.l.iij. cum l.sequen.& manifesta non indigent probatione, vt ff.de do. prelega. l.j. in fin. & ff. de act. emp.& ven.l.exemplo.in fin j.respon. tñ non debet quis talibus indicijs diffinitiue damnari, quia non eo ipso, quod quis captus inueniatur, de crimine poterit damnari, nisi aliter de maleficio conuincatur, vt argu.ff.de ritu nup. l.palam.§.quę in adulterio.vt C.de defen.ciui.l defensores. Et ideo si aliquis inueniatur pro qualicunque crimine captus ab aliquo, qui coram pluribus testibus extra iudicium confiteatur illud crimen commisisse, & quod occasione illius criminis captus sit.quãuis ista tria contra istũ inueniãtur probata, scilicet ꝙ sit captus ob illud crimen, & ꝙ sit cõfessus illud crimen commisisse, & ꝙ ob id sit captus, tñ licet ista indicia videantur apparẽtia, non debet ex illis solis indicijs iudex illum captum diffinitiue damnare, licet quæstionibus subijci possit & tormentis, vt no. ff.de adul.l.capite. in fi.& extra de iud.c.cum non ab homine. Potest etiam tertia ratio assignari, qm̃ ex testibus & instrumentis & ex indicijs indubitatis nõ aũt ex præsumptione est diffinitiua sententia proferenda.C.de proba.l.fi.C. de accus.l. singuli. In ciuili autẽ secus, ideo quia in criminalibus causis maius periculũ vertitur, ideo quia imminet periculum animę, vt in auth. vt iudi. sine quoquo suffra.§.cogitatio. vnde maior est requirenda cautela, vt C.de app.l.addictos. & C.de fal.l.vbi. Et in casibus dubijs & incertis probationibus melius est facinus relinqui nocentis, quàm innocentẽ condemnare, vt ff. de pœ.l.absentẽ.& C.quo.appel.non reci.l. obseruare. Et quia in dubio pœnæ sunt potius molliendę quã exasperandæ, vt ff.de pœn.l. interpretatione.& l.si præses. Solu.videtur ꝙ ex supradictis indicijs possit colligi tantũ iuris præsumptio, contra prædictum Seium, dum colligitur probatum, ꝙ erat capitalis inimicus occisi vel vulnerati, & quod visus fuit fugere cũ gladio de loco præfato, & ꝙ publica vox & fama est &c. Sed quamuis in causa ciuili ex iuris tantũ præsumptione possit diffinitiua sequi sententia, ex quo in contrarium nõ probaretur, vt C.de proba.l.siue possidetis. & ff. de dona. inter vir.& vxor.l. Quintus Mutius. tamẽ in criminali causa, vel in causa qõnis prædictę ex tali præsumptione iuris tantũ non debebit vel poterit quis diffinitiue damnari, quia in criminalibus causis interuenire debẽt, & requiruntur probationes luce clariores, vt C. de proba. l.vlt.de pœ.l.qui sententiam. & de accu. l. singuli.quod videtur ea ratione procedere, quia in causis criminalibus perspicacius est consiliũ adhibendũ, quia ibi maius periculũ & detrimẽtum contingit, vt argu.d.l. addictos.ff. de ven. inspi.l.j.§.j. Et ideo ex prædictis præsumptionibus nõ poterit capitaliter condemnari, quia quis ex præsumptionibus & mendicatis suffragijs condemnandus nõ est, vt ff. de pœn.l. absentem.in prin.& C.de accu.l. singuli. & not. do. Azo in summa. C.de poe. §.causa ac. ver. ij. Quod videtur ea ratione, quia sanctius est facinus nocentis impunitum relinqui, quàm innocentem damnare, vt ff.de pœn.l. absentem. arg.ff.de requi.reis.l.j.j.respon. & quia in talibus dubijs pœnę veniunt molliendæ, vt ff.de pœ.l.interpretatione.& ff.de regu.iur.l.vbi.§.fi. Sed licet ex ea sola probatione quæ iuris est tantũ, aliquis non debeat vel possit corporaliter diffinitiue dãnari, tamẽ ex ea sola pręsumptione quę iuris est & de iure, & ex quolibet alio indicio indubitato poterit cõtra aliquem diffinitiua formari sententia, quia talis præsumptio quæ iuris est & de iure, probationem aliquã in contrarium non admittit, cũ legis dicatur esse sententia, vt C.de adult.l.ij.qui. in authen.vt lic.matri & auiæ.§.his quorum. colla. viij.& not. do. Azo.in sum.C. de adul.§. sed & præsumptiones, Item ex quolibet indicio indubitato poterit diffinitiua formari sententia, vt C.de prob.l.vlt.& merito, quia illa lege cauetur, ꝙ accusatores eam rem hoc est illud crimen habent & debent in publicam notionem referre, vt possit diffinitiua sententia proferri, quod crimen idoneis testibus sit munitũ, saltem duobus, quia vbi numerus testium nõ adijcitur, duo sufficiunt, vt ff. de test.l. vbi; & ff.de oper.lib.l.j.vel ꝙ sit apertissimis documentis instructum id est publicis scri. sic exponitur.ff.de contrahen.& commit.stipu.l.optimam.& in auth.vt spon.lar.§.hic insuper.col. viij. vel ꝙ sit instructum ad prob. indicijs indubitatis & clarioribus luce expedita.
3 †Sed quæ & qualia dicuntur esse apertissima documenta vel indicia indubitata, ex quibus possit ad cõdemnationem procedi, & quidẽ videtur dici posse, ꝙ sit confessio alicuius in iudicio sponte facta & in actis curiæ redacta quia nedum ex testibus, sed ex confessione in iudicio
d sponte facta, d potest quis diffinitiue damnari

e nari,e vt C.de cōfes.l.j.& ar.C.quorū app.nō rec.l.si confessus. pōt etiam apertissimum documentum & indubitatum indicium quodlibet publicū instrumentū,per quod crimē probatur & instruitur fuisse cōmissum,quod accidit & frequenter,quoties in aliquo instrumento inuenitur ꝙ aliquis dato precio assertiue est pactus super eo crimine,ꝙ non ingerit pœnam sanguinis,quo casu illud se commisisse cō

f fiteri videtur,f ideo erit pro conuicto & pro confesso habendus,& ideo puniendus est, vt ff.de bo.eo. qui ante sen.l.1. & ij.& ff. de iur. fis.l.in fisci causis.& ff.de his qui not.infa.l. furti.§.pactis.& l.qm.& ff.de iur.fis.l.eius qui.& l.imperator.& no.C.de proba.l.vlt. debet etiā crimē esse instructū indicijs indubitatis,vt possit super eo proferri diffinitiua sentētia.de quibus indubitatis indicijs multa possunt notari

4 exēpla.†Primū est indubitatū indiciū,quoties cōtra aliquē est iuris & de iure præsumptio,& vt est in illo q prætextu cōsanguinitatis excusauit se ab accusatione adulterij,& postea inue

g nitur cōtraxisse matrimoniū cum illa g Nam præsumptio est, & super hæc est legis sententia quòd omnino puniatur,vt C.de adul.l. qui adulteriū.de qua præsumptione dixi supra tit. proxi.& dicam infra qūo de malefi.cogno.qñ

5 crimē est noto. †Secundū est indicium indubitatum,qñ constat ꝙ aliquis in iudicio de crimine sit sponte cōfessus vel in tormētis,& perseuerauit,aut ēt sit de maleficio per idoneos testes conuictus, vel inuenitur ꝙ quis sit de crimine condemnatus,quæ condemnatio transiuerit in vigorē rei iudicatæ,vt ff.de pœn.l. sententiam.& C.de epis.& cle.l. si quis in hoc. & argu. extra de cohabi.cleric. & mul. cap. vlt.

6 †Tertium est qñ constat aliquem dato precio super eo crimine transegisse, pro quo crimine pœna sanguinis nō ingeritur.dixi supra eo. §.potest etiam. quo casu eoipso sine alijs probationibus potest de crimine condemnari.

7 †Quartū habetur indiciū indubitatum, quoties cōstat ꝙ crimē,quod aduersus aliquē oritur ita est publicū & manifestū, vt merito possit & debeat notoriū appellari.quo casu nec testes requiruntur nec ēt acta,vt extra de coha. cleri.& mulie.c.tua nos. & cap. nostra. & arg. ff.de custo.& exhi.re.l.si confessus.& C. quorū app.non reci.l. obseruare. & in tali notorio

h statur officialis simplici assertioni, h vt iiij.q. iij.§.aliquando. de quo plene dicam infra quomodo de malefic.cogno.quando cri. est noto.

8 †Est etiā & quintum indubitatum indicium propter euidentiam & qualitatem facti, quod accidit quādo constat aliquē eruisse oculū alicui. Nā ex hoc colligitur quòd iniuria illa fuit atrox,vt arg.ff.de fer.l.ij.in fi.vel quoties quis dixerit alicui vel fecit non dicenda vel facienda. Nā ex hoc & qualitatate facti huius apparet, ꝙ dolo iam iniuriā dixerit vel fecerit, vt C.de iniur.l.si non conuitij.& C.ad leg.Cor. de sicca.l.j.aut quoties constat aliquem alium occidisse vel vulnerasse vel contra eum gladium traxisse. Nam ex tali euidentia facti apparet ꝙ dolo fecerit hæc & ex sui animi prauitate, & ideo puniendus, vt arg. C.de sicca.l.i. & l.is qui.not.demi.Azo.in summa eo.titu.§.
12 Sed pone quæstionē, †quæ tota die occurrit de facto. Ecce Titius cōmisit homicidiū, seu maleficiū, pro quo de iure cōi est imponēda mortis pœna, vt ff. ad leg. Corn. de sic ca. l. 3. & vt dicā infra de homi. §. itē quæro. Ex forma vero statuti est imponēda pœna mille librarū, mō Titius citatus ꝓ dicto homicidio, ille Titius vult constituere procuratorē, qui pro eo interueniat ad totā cām. q̄ritur nunquid possit. & primo vr̄ ꝙ sic, nā per statutū non imponitur pœna sanguinis, sed pecuniaria, vnde potius debemus inspicere pœnæ impositionē q̄ materiā & originē criminis, vt ff. de pœ. l. q̄ ad statū. ibi, potius finē q̄ genus & naturā criminis suspectamus. Itē vbi imponitur pœna relegationis vel minor, pōt interuenire ꝓcurator, vt d. Accur. not. in d. §. ad crimen. ergo multomagis vbi pœna pecuniaria est imponenda cū quælibet pœna corporalis sit acrior qualibet pecuniaria, vt ff. de pœ. l. in seruorū. in fi. Itē crimē capitale cōsideratur ratione euentus vel finis, & nō ratione originis, vt scilicet dicatur capitale, quando pœna capitalis imponitur, & sic ratione impositionis pœnæ dicitur capitale, vel non, vt ff. de pub. iud. l. 2. Itē si filius patroni accusat libertū de crimine capitali, repellitur ab eius successione, s. si accusatio fit de eo crimine, de quo pœna capitalis est imponēda. Si tn̄ iudex leuiter puniuit libertū & nō capitaliter, non ꝓpterea videbitur eū accusasse de crimine capitali, & iō non repellit à successione, non inspecta accusatione & criminis, originis, sed impositione pœnę, vt ff. de bon. lib. l q cū maior. §. fi. cū l. seq. ita dicā hic, vt non censeatur crimen capitale, ex quo imponitur pœna pecuniaria. Itē cū pœna corporalis translata sit in pœnā pecuniariā, & cū causa cesset, quare ꝓcurator interuenire nō poterat, dēt etiā cessare effectus causæ, vt C. de epis. & cle. l. generaliter. & ff. de iure patr. l. adigere. §. quanq̄ & no. ff. de pact. l. quod dictū. Itē iura municipalia q̄ pro homicidio pœnā pecuniariā imponunt, sunt derogatoria m iuri ciuili, vt ff. de leg. & senatusc. l. de quibus. in fi. Econtra videtur ꝙ procurator interuenire non possit, quia ad crimē publici iuris prosequendū frustra procur. interuenit multo minus interuenit ad defendendū, vt ff. de pub. iudi. in l. pe. §. ad crimen. & quod sit, publicū crimē dr̄. ff. eo. tit. l. j. Itē qa origo criminis & tit. accusationis potius dēt inspici q̄ causa statuti, vt C. ad Mace. l. 3. & ff. de fideius. l. tutor. Itē hæc pœna mille librarū fungit̄ & succedit loco pœnæ corporalis q̄ imponebatur de iure ciuili, ergo dēt esse eiusdē effectus & potestatis in qualibet sui parte, vt ff. si quis caut. l. si eū. §. q iniuriarū. & ff. de do. inter vir. & vxo. l. si donare. §. spōsus. Nam istud delictū ob istud statutū nō definit esse capitale seu publicū. Sol. d. Gui. de Suza. dicit, ꝙ ipse vidit sæpius pronunciari ꝓ & cōtra, tn̄ decidendo indubitanter dicit procurator interuenire non posse per iura proxi. alle. d. aūt Iac. de Lar. Lāber. Rāp. & d. Dy. de Musel. dicunt referre qualiter iacēt verba statuti. Nā si statutū simpliciter dicat, ꝙ qui homicidiū fecerit, soluat ꝓ pœna mille libras, tunc dicunt procura. posse interuenire ad totā causam per iura primo allega. Si aūt statutū dicat, ꝙ quicunque homicidiū fecerit, debeat decapitari, nisi intra certū terminū soluat lib. mille, vt est Florētiæ, tunc dicunt, qđ non possit interuenire procu. qa pœna corporalis est in obligatione, sed in solutione est pœna pecuniaria. Sed

13 †pone ꝙ statutū sit in ciuitate, ꝙ absens in cā capitali possit condemnari, ac si præsens foret, sicut vidi in multis ciuitatibus obseruari. Modo aliquis iculpatus de crimine capitali, & citatus vult constituere procuratorem ad totam causam, q eū defendat, q̄ritur an possit? d. Dy. de Musel. dicit ꝙ sic n potest. & ita dicit cōsuluisse in quadā quæstione, quæ cōmissa sibi fuit Bononiæ ꝑ potestatē Regij, per l. ff. de procu. l. seruū quoque. §. publice vtile est. vbi dicitur, ꝙ vbicunq; quis absens dānari potest, ibi & procura. interuenire potest, vnde vt ipse ad hoc vt ꝓcurator nō possit interuenire duo sunt necessaria, scilicet ꝙ pœna sit supra relegationem, vel corporalis, & ꝙ absens damnari non possit diffinitiue, alias si alterum istorum duorum deficiat, poterit procurator interuenire secundum ipsum Dyn. Sed alii plures docto. & sapientes dicunt contra, per iura supra allega. in proxi. q. pro parte

14 ista. †Sed in vtraque ex prædictis proximis quæstionibus

quæstionibus videtur dicendũ & bene, ꝙ si petat ab illo procuratore admisso ad defendendũ ꝙ personã de maleficio inculpatã faciat corã iudice causæ personaliter cõparere pro veritate dicẽda de maleficio illo, quod
o ad hoc teneatur o procurator & ipsa principalis persona, vt C. de ꝓcu. l. vl. & ff. de procu. l. si actor, puto ẽt fore locũ, ꝙ ipse subijciat qõnibus ꝓp indicia q̃ præcedãt. Vel qđ veniat ad rñdendũ positionibus vel iterrogationibus iudicis, cũ melius noscat veritatẽ, q̃ ipse procurator, & hoc illa ratione, quãdum de rei veritate quæritur, debet principalis persona venire c. imperatores. extra de iur. calũ. Itẽ si principalis persona melius sciret veritatẽ, vel sit psona honestior, debet venire rñsurus obiectis, vt C. de proc. l. vlt. & ff. de ꝓcu. l. si actor. Et si nõ veniret personaliter ipse reus credo eũ fore contumacẽ, & tanq̃ contra contumacẽ posse ꝓcedi cõtra eũ ad quod est. C. de iur. cal. l. ij. & auth. principalis. Nã ipse reus tali modo debet defendi, ne ꝓp talẽ defensionem ius actoris vel cõis efficiatur deterius, vt ff. q b. ex cau. in poss. ea. l. iij. in fi. Vltimo circa materiã istã intendo qõnem formare, q̃ cibus assessoribus multoties in maleficiis occurrit
p5 de facto. † Statutũ est quasi in qualibet ciuitate ꝙ bãniti pro enormibus maleficiis impune possunt offendi. accidit quod quidam occidit talem, & talem sic bannitũ, citat iste occasione illius homicidii, vt se veniat excusare, ille mittit corã iudice procuratorem suum qui fidem iudici faciat de illo crimine, & petit super illo maleficio vlterius non
p procedi P, quæritur si ad hanc exceptione opponendã possit intercedere procurator? & ex hac quæstione alia oritur dubitatio, an talis exceptio obiectio obiecta ꝑ ipsum procuratorẽ, vel etiam ꝑ ipsum principalẽ seũ lit. cõtesta. impediat, de quibus duabus quæstionibus videamus ad plenũ. Et primo videamus an exceptio ista, dico ꝙ bannitus pro maleficio ex forma statuti impune potuit occidi lit. cõtest. impediat. & primo videtur quod nõ, iuxta allegationes do. Ia. de Lar. cũ hæc exceptio sit peremptoria, ꝙ patet, quia ea probata causa perimitur ex parte interfecti & ex parte cõis, cũ licite potuerit occidi tanq̃ hostis. ar. C. de his qui ad ecclesi. cõfu. l. si seruus & C. de ser fug l. j. & ii. ff. de sicca. l. iii. §. fi. & ff. de cap. dimi. l. amissione. §. j. & quod legitime factũ est, pœnam non meretur, vt ff. de leg. j. l. quid ergo. §. si hæres seruũ. & ff. de verb. obl. l. si seruus. & C. de adul. l. Gra. alias aũt deciperet illa authẽ. l. i. statu qđ esse nõ debet, vt C. de his q ven. ætat. impe. l. j. ergo hæc talis exceptio est peremptoria, vt inst. de exce. §. appellatur. sed exceptio peremptoria licet possit protestari ab initio, nõ nõ impedit lit. contesta. cum lex dicat sufficere eã ab initio protestari, & post fundatã intentionẽ actoris probari vt C. de pscr. x. vel xx. anno l. emptor. & C. đ excep. l. si quidẽ. & ff. de excep. l. pscriptionẽ. Si ergo sufficiat sibi eã exceptionẽ ab initio ꝓtestari, si vltra petat iste de crimine inculpatus audiẽdus nõ est, vt ff. ad Trebel. l. ex asse. & C. de neg. gest. l. tuto. & ideo exceptio illa nõ impedit lit. cõtest. Itẽ cõstat ꝙ
q i causis criminalibus est lit. cõtest. faciẽda, vt C. vt intra cer. tẽp. qđ crim. termi. l. vna. & C. de fal. l. vbi. C. d iud. l. ꝓperãdũ. i prin. sed certe tres tm̃ sunt exceptiones q̃ impediunt lit. cõtest. vt excep. rei iudi. vt C. quæ sent. rescin. nõ poss. l. fi. & C. de post. l. velamento. & excep. trãsact. vt C. de transact. l. causas & l. fratris. & ff. de cõdi. inde. l. elegãter. §. si quis. Itẽ excep. pscrip. vt C. de pscr. xxx. ann. l. sicut. de quibus excep. no. i d. §. si qs. & extra lit. contest. c. exce. lib. vi. inter quas hæc excep. nõ cõnumerat, ergo hæc exceptio remanet sub regula, q̃ per excep. firmat. vt ar. in auth. de nõ alie. aut permu. reb. eccl. §. vt aũt lex. & arg. ff. de his q sunt sui vel alie. iur. l. patre furioso Itẽ si dicat qs. quomodo arguis de ciuilibus quæstionibus
r ad criminales? Resp. legis auth. ff. de pœ. l. absentem. j. respon. & ff. de cust. reo. l. ii. §. vlt. & d. Azo. in summa. C. de acc. cõsentit posse fieri, vt in auth. §. oblato, & ff. de adul. l. maritus. §. præscri. Item in criminalibus diligentissime causa examinanda est, vt C. de fal. l. vbi & C. de probat. l. vlti. & ff. de app. l. addictos. Nam iudiciarius ordo ideo noscitur institutus, ne innocentia aduersantium pateret insidiis, & ne culpa delinquẽtis sentẽtiam effugeret iusti examinis, vt ii. q. i. c. de manif. & C. de accus. l. fi. ergo nihil de or. iu. est omittendũ, ne alias lata sñia cõtra solitum ori. iu. nullius foret momẽti vt C. de sen. & in erlo. om. iud. l. prolatã. do. ẽt Lamber de Rãp. allegãdo dixit excep. prædictam lit. cõtest. non impedire per iura sus-

perius allega. Ecōtra videtur, ꝙ dicta exceptio lit. cōt est impediat. Et pro hac parte subiicio allegationes dicti d. Lamber. Nam dicit ꝙ excep. rei iudi. iureiu. & transact. lit. cōtest. impediunt, vt ff de trāsact. l. elegāter. §. si quis post & C. de transact. l. fratris. ff. de iureiu. l. i. & hæ exceptiones si opponūtur ante lit. contest sapiūt natu urā dilatoriarum exceptionum, si vero apponātur post lit. cōte. sapiunt naturā peremptoriarum. Quædam enim sunt aliæ exceptiones perpetuæ, t pacti de nō petendo & solutionis. & istæ tales quæ sunt materiæ peremptoriæ lit. cōtest. nō impediunt nec processum.

Est aliud genus exceptionis, vt cum dicitur & excipitur tua accu. non est recipienda, vt quia lex per iniuriam tibi illata denegat actionē, & actu possit institui, & hæc similiter exceptio si opponatur ante lit. contest. sapit naturā declinatoriæ exceptionis. & declinat iudicium & impedit processum iudicis & cognitionē iudicii principalis. Et de hoc subiiciebat do. Odof. duo exēpla ꝑ quæ soluebat præsentē quæstionē. Primū est exemplū tale pro seruo occiso agitur. l. Cor. de sicear. criminaliter, sicut agitur pro libero homine occiso, vt ff. de acc l. hos accusare. §. oibus. at si seruus iret armatus ī ecclesia, & armis resistat domino suo, pōt impune occidi, adeo ꝙ accusatio de morte ipsius non est admittēda, vt C. de his q̄ ad eccl. cōfu. l. si seruus. vnde hæc exceptio in initio posita sapit naturā declinatoriæ exceptionis, & impedit totū processum, & pōt ꝑ procuratorē opponi Secūdū est exēplū? Ecce ego possum deponere rescindere velum regiū id est aquilā, si p̄d o meo fuerit appositū ab aliquo priuato, & si accusatio d̄ me fiat, nō est recipiēda, vt q̄a, licuit mihi hoc facere, vt C. vt ne. pri. & c. l. fi. vnde dicebat d. Odof. Sume ex his duabus legibus arg. imo decisio cuiusdā q̄onis quæ Bonon. frequentat. Dicit statutū, ꝙ bānitus pro graui maleficio possit impune occidi, si bannitus occidatur & excipiatur de bāno, ꝙ illa talis exceptio lit. cōtest. impediat, & ideo possit ꝑ procuratorē opponi, & q̄d talis accusatio nō sit recipienda, vnde potest dici ꝙ exceptio rei iudi. trāsac. & iurisiu. & excep quæ cōtinēt accusationē de iure nō esse recipiēdam vel admittēdā, vt est in casu nostro & sim. etiā dictis duabus legibus, sed sui natura possit dici quod sint peremptoriæ. cū in initio oppositæ sapiunt naturam declinatoriarum, & impediunt processum, merito igitur dici potest, ꝙ istæ exceptiones sunt anomalæ. Simile videmus in excep. nō numeratæ dotis & nō numeratæ pecuniæ, vt C. de non nu. pec. l. fi. Simile est in bonorū excussione, q̄ non d̄r esse facta, & q̄d principalis persona nō est primo loco cōuenta sicut cōsueuit notari per d. Odof. de his in corpore auth. de fide instr. §. sed neq;. Non ob. ꝙ dictū est supra, ꝙ exceptio perēptoria opponatur ante lit. cōtest. & ꝓbet post lit contesta. q̄ncunque ante sn̄iam, q a hoc recipit instantiam in tribus casibus p̄dictis & in alio casu & casibus, quibus cauet accusationē non esse recipiendā, quia tūc exceptio opposita impedit lit. contesta. & totū processum vt dictū est, cum ergo videat iudex actori non cōpetere ius accusandi, q a ius agēdi ex persona actoris metimur, vt ff. si pars hær. peta. l. j. dēt iudex talē accusationē dilaniare, cū in hoc cōsistat eius officiū, vt ff. de assess. l. j. d. etiam Iac. de Are. allegādo pro hac parte dicit, nō obstat quod dictum est supra, ꝙ peremptoriam exceptionem in iudicio sufficit proponere, & post litem cōtest. probare, quia debet intelligi, vt non sit necessarium, ꝙ ante lit. contest. probetur, sed si ante lit. contest. vult eā proponere & probare, nō reperitur prohibitum, & hoc innuitur. ff. sen. rescin. nō poss. l. peremptoriis. & de excep. l. præscri. & hoc videtur dicere l. ff. de iterro. act. l. si filius. §. & C. de expt. l. si quidem sed hæc allegatio impugnari videtur per l. ff. de exhib. l. 3. §. ibidem. sed id, quod ibi dicitur, habet locū in actione, vbi sit summaria cognitio, & iō iura rei non sic plene examinantur, vt ea. l. §. sciendum. Huic etiam intellectui obst. prædictum. c. extra de lit. contesta. cap. exceptio. sed pot dici ꝙ illud habet locū, vbi reus statim non potest probare suam exceptionem, alias autem constat vt hodie agatur, vt ff. in poss. le. l. si is à quo. & ff. ad Treb. l. ille à quo. §. j. & ff. de compen l. fin. & d. § ibidem. Præterea quicquid dicatur in ciuilibus & criminalibus, peremptoria exceptio impedit processum, vt arg. C. de fal. l. præses. & ff. de adul. l. si maritus. §. præscriptiones. l. vim passam. in princi. & ff. ad Turpil. l. si quis. in princ. & ff. de minor. l. itē apud

apud. §. q deinde. Item cum in statuto dicatur posit impune offendi, nihil aliud est dicere, nisi, vt nō recipiatur q̃rela, ergo non dēt in iudicio q̃s duci. Nā indefensam esse rē, de qua accipere iudiciū nullus cōpellit, ꝑtor non arbitratur, vt ff. iud. sol. l. vir bonus. vbi de hoc nota. & facit ff. de iniu. l. ait ꝑtor. §. fi. & l. nā & postea. ff. de iureiu. Sol. dicunt sapientes, vt ff. de alea. l. j. non compellatur quis iudiciū suspicere. & dictus do. Dy. & dicunt cōiter oēs doct. q cū hæc exceptio & sententia, id est ex banno descendat q bannū ex forma statuti imponit finē homicidio s. dicto, quod dicta exceptio lit. contest. impediat, & totū ꝓcessum. Sententia nanque banni talis conditionis fecit illū bannitum, q omnibus pœnis bannitorum subiecerit eundē. argu. ff. ad Turp. l. i. §. calumniatoribus. in fi. & arg. ff. de cap. dimi. l. amissione. §. j. & quia cōstat quod exceptio rei iud. impedit. lit. contest. vt dictum est supra, ergo & hæc exceptio, & ideo de hac exceptione prius est cognoscendū, & si vera est impedit lit. contesta. alias nō, vt ff. de exce. rei iudi. l. in hoc iudicio, & hæc est veritas, & ita cōiter obseruatur, quāuis ēt videtim aliqualiter contrariū obseruari. Recordor ēt, q dū semel officio maleficiorū preessem in ciuitate Bonoñ. & super prædictis quibusdā occurrentibus dubitarē consului do. Ro. de Romancis de ꝑdicta qōne, tunc occurrente de facto occasione, cuiusdā homicidii, & q dicta exceptio de banno non impediret lit. contest. cuius occasione dixit, quod quidam nobiles de Bonoñ. requisiti fuerunt personaliter, & cōparuerunt respōsuri cuidā accusationi. & xxxiij. diebus steterunt, detenti tandē occasione dicti banni absoluti fuerunt. & ita dixit & cōsuluit per iura primo allega. Nunc restat videre de alia quæstione, videlicet an exceptio banni prædicti posit per procuratorē opponi, cū lege municipali sit cautū, quod banniti pro maleficio īpune posint offendi, & q posit opponi per procuratorem, & q impediatur processus? videtur per l. ff. de adul. l. denunciasse. §. sed & si per procuratorem. & ff. de man. vind. l. etiam. §. absens. & C. de ma. l. neque. Item quia probata tali exceptione apparet non debere ad lit. contest. procedi, vt est probatum in superiori proxi. q. merito per hoc probatur iusta causa absentiæ. Iusta enim causa absentiæ est, quæ non est iniusta, vt ff. de fideicō. lib. l. si cum ex iusta. ibi, non vr̃ &c. & ff. de iudi. l. nō videtur & ff. de pec. l. eo t pe. & ff. iudi. sol. l. vir bonus. Istud aūt constat, q ad causas absentię allegandas, probandas, & terminandas pōt interuenire procur. vt ff. de procu. l. seruū quoq;. §. publice. & l. absens reus. & ff. de publi. iud. l. accusa. & l. pe. §. j. in fi. & C. de accu. l. reos. ad hoc bñ facit extra de accus. c. veniens. Itē pro hac parte est q no. Accur. C. de accus. l. 2. Econtra vr̃, nam hæc exceptio non descendit ab aliquo accidenti in persona eius, qui accusatur, vt infirmitate vel alio simili impedimento, de quibus dr̃ ff. si q̃s cau. l. 2. & de re iudi. l. q̃si tū. & ff. de exc. tut. l. scire oportet. tunc. n. obtineret de excusatione faciēda per procuratorē, vt vij. q. iij. si ægrotans. §. ecce. sed ex eo quod dicitur ipsum iuste & legitime hoc facere potuisse, qa bānitus hostis & rebellis erat occisus, nō allegatur cā absentiæ, sed potius allegatur meritū causæ & defensio plena, & sic nō debet audiri procur. vt C. de accu. l. tunc conuenit & C. de fal. l. diffidere. & ff. de pub. iud. l. pe. §. ad crimen. & ff. de adul. l. miles. §. ea quæ. & ad hoc bene facit l. C. de exhib. reis. l. 2. vbi dicit, q postq̃ accusatus ad iudiciū venerat, ius dēt explorare q̃sitū, id est videre accusatorem & opponere exceptionē, & sic per se hoc facere, & nō ꝑ aliū. Itē cum sit citatus q veniat ad se excusandū, & dubiū sit de hac exceptione, an cōpetat & incertū sit, perinde dēt venire, ac si certū esset eū subesse iurisdictioni citātis eū, vt ff. de iudi. l. si q̃s ex aliena ff. si quis in ius voca. non ier. l. 2. Nam cum incertū est an aliquid sit, perinde habetur ac si illud non sit. arg. ff. de dolo. l. eleganter. §. non solū. & not. ff. de offi. præsi. l. Barbarius. & sic intelligitur ff. quib. ex cau. in poss. eat. l. Fulcinius. § si quis actione. d. Inno. dicit, q causas cōsistentes in facto poterit ꝓcurator allegare ꝓ alio, puta talis non cōparet, quia infirmus vel absens, causas autem consistētes in iure vt opponere exceptiones dilatorias, aut nō cōparet, quia clericus, vel alias similes non potest. Hoc nota ipse extra de accu. c. super his. d. autem Iac. de Lear. 1 q. præmissa allegat pro & contra, sed non vidi quod soluat, vnde d. Lāb. de Ramp. soluit & dicit, q procurator posit & debeat

ad mitti

admitti ad dictam exceptionem opponendam & probandam, & ista et sentit do. Dy. f & sentiunt cõiter f doct. nec ob. d. §. ad crimen. ff. de pub. iud. l. pen. quia verum est, ꝙ procurator non interuenit ad defensionẽ causæ principalis, sed ad causas absentiæ, & ad declinatorias opponendas, & ad alia quę differunt causam & declinant iurisdictionẽ bene interuenit procur. vt sup. a dictum est. & not. per Accurs. super d. §. ad crimen. Sed do. de Ro. dicebat contrarium. ego aũt cõiter vidi seruari opi. do. Lamber. & et veriorẽ credo, licet aliquoties contrarium viderim obseruari per aliquos assessores, pro quorũ opi. facit l. C. de iniur. l. fi. vbi personis clarissimis in priuilegium est concessum in causis criminalibus posse per procu. agere & respondere, ergo in ceteris videtur esse prohibitum, vt arg. ff de iudi. l. cum prætor. C. de procu. l. maritus. Gandi.

ADDITIONES.

a Quod non. Adde quare in criminalibus nõ possit interuenire procura. & an sit bona consequentia venit imponenda pœna corporis afflictiua, ergo causa est criminalis. Cald. cons. ij. de procura.

b Relegationem. Adde late & pulchre Alex. cõs. cxvij. ij. lib. Pet. & Ioã. And. in tit. de procur. §. 1. vers. item ꝙ est criminalis.

c Procuratorem. Adde ꝙ voluit Bald. consi. cvj. vbi dicit ꝙ licet alias in causa criminali non admittatur procurator, tamen vbi accusatio est inepta admittitur ad allegan. de turpitudine. Ber.

d Quod sic. adde Io. de Ana. cons. j. do. de Ro. decis. ccl. de procur. in impressis. vbi dicunt ꝙ iuridice potest sustineri, ꝙ sine mandato a quolibet tace potest defendi, & dicunt eo. tit. prælis carceratus defendi potest, & dicunt eo. tit. præsati docto. decis. cciij. ꝙ vxor clerici detenti in carceribus põt pro marito procur. constituere. Ber.

e Absens. Adde Cep. cons. xlvi. & cons. xlix. & liij. & consi. lxiiii. & lxxiii. Ber.

f Sine mandato. Adde Cepo. consi. prox. allega. & do. de Ro. decis. ccccxiiii. de procura. vbi concludunt ꝙ procur. generalis admittitur ad allegandas causas absentiæ in criminali, quia interest reipub. absentem a quocunque defendi, & vide Cep. consi. lxiiii. Ber.

g Excuset. Adde ꝙ Io. And. in tit. de procura. §. ratione constituentis. in fin. dicit ꝙ si infirmus teneretur mittere procuratorem nullum esset priuilegium infirmitatis. Ber.

h Malorum hominum. Adde vt per Oldrad. in consi. xliii. Ber.

i Sui filii. adde Cepol. consi. xlvi. vbi consuluit an pater Iudæus possit in causa capitali filii suscipere defensionem. Ber.

k Illustris. Adde Cepol. consi. l.

l Alterata. adde an procurator possit interuenire in causa vbi pœna est arbitraria, Pet. de Anchar. consi. lxxiiii. Ber.

m Derogatoria. adde esse notandum, quia iste doctor præsupponit, ꝙ tale statutum valeat, & verum est ꝙ valet, cum sit cum causa, alias secus. ita dicit Franc. de Are. cons. d. Ber.

n Quod sic. adde videndum Cepol. consi. lxxiii. vbi dicit ꝙ ad allegandam innocẽtiam & causas absentiæ potest interuenire procura. non autem ad totam causam. ita dicit ꝙ concordabat do. Ant. de Rosellis præceptor suus.

o Teneatur. adde pro hoc quod voluit Pet. de anchara. consi. cclxxiii. Ber.

p Nam procedi. adde vt late per Cepo. consi. xx. & adde quod voluit Pau. de Castr. consi. xxxiii. in primo impressis. Ber.

q Facienda. adde per Franc. de Are. cons. 58. Ber.

r Criminales. adde an statuta loquentia de ciuilibus observãtur ad criminalia. Francis. de aret. consilio cix. Ber.

s Communiter. adde ꝙ idem consuluit Cepol. consi. lxxiiii. vbi dicit ꝙ etiam post sententiam potest quilibet comparere & ostendere iudici ꝙ occisus poterat impune occidi, pro cuius sententia optime faciunt scripta per Pet. de anchar. consilio sexto. Ber.

Quid sit agen. reo absente, & contuma. & de banni. pro malefi. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Reo absente & contumace, quid agatur circa annotationem bonorum illius.*

2 *Accusato existente contumace ante litem contestatam, & non habente bona, quæ possint annotari, quid agetur.*

3 *Annotatio bonorum rei & expectatio illius, an hodie seruetur.*



POSTQVAM requisitus fuerit reus, si non venerit ad iudicium, quid agẽdum 1 † sit videamus. Et certe bona illius taliter pro maleficio requisiti & non comparentis sunt annotanda hoc modo. Quia iudex cũ notario veniet ad domum accusati, & inquiret de bonis ipsius, & ipsa bona faciet describi per ordinem, & qualiter sint scribenda not. C. de bon. proscri. l. si quis intra prouinciam. quæ bona debent sic descripta collocari in aliquo tuto loco, vel personis idoneis assignari. Post hoc iterum ille accusatus debet vocari & citari per edicta, ꝙ veniat ad se excusandũ, & debet sibi notificari qualiter eius bona sunt annotata & descripta, vt ff. de requirẽ. reis. l. j. vbi dr̃, ꝙ debet innotescere ipsi reo, ꝙ eius bonorum sit facta annotatio, & ille taliter requisitus poterit

rit intra annum venire & recuperare bona annotata, qui annus incipit currere à tempore scientiæ ex quo sibi vel per edictũ vel per literas magistratus vbi degit, notum fuerit de ipsa annotatione bonorũ facta, vt d.l.prima.ff.de requir.reis. Si autem ille taliter citatus & annotatus non venerit intra anuũ, illa bona annotata confiscanť, & illius requisiti læditur & grauať opinio apud bonos & graues, nõ quidẽ efficitur infamis ꝑ sñiam, nec ipso facto, vt ff.de his q̃ not infa. l.j.& l.athletas.& ff.de requi.reis.l.j.in fine. Itẽ ita demũ cõfiscantur illa bona, si à ꝓcuratore fisci capiantur, vt ff.de req.re.l.anni spatiũ.& ff.de diu.tẽp.ꝓscr.l.in oĩbus hodie forte de aliis bonis aliter obseruatur, quia ipsa bona dãnatorũ seu proscriptorũ cõseruantur filiis & ascendentibus a & descendẽ
a tibus vsq; ad tertiũ gradũ.vt in auth.vt nul. iudi.§.i.colla.viii. † Sed quid si accusatus sit
2 cõtumax ante lit.cõtest. & nõ habeat bona quę possint annotari qualiter procederetur contra eũ? Respon. ꝙ forte indiceť mulcta per illud edictũ, si quis ius dic.nõ obtẽpe.& proderit hoc, quia licet pauper, tñ si postea capiť, licet luet pœnã in corpore suo, vt ff.
3 de pœ.l.ii. † Sed hodie de cõsuetudine generali nõ seruatur contra cõtumaces, quod dř de annotatione bonorũ, & ꝙ accusatus expectetur per annũ, imo cũ fuerit citatus solẽniter ponitur in bãno iuris cõis & potestatis, & postea super illa accusatione & bãno condẽnatur, et ita obseruatur in Lõbar. Mar.Tuscia et alibi ꝑ totã Italiã, et licet videatur, ꝙ lite nõ cõtest.nõ possit cõtra accusatum sñia diffinitiua ꝓferri, tñ cõtrarium est. Quia quilibet potestas et iudex põt iurisdictionem suam defendere pœnali iudi-
b cio.b vt ff.si quis ius dic.non obtempe.l.i.et maxime secundum Accur.qui no. ꝙ etiam lit.non contest.potest procedi contra absentem ad condemnationem imponendo pœnam relegato et infra vt ff.de pœ.l.absentẽ. C.de accu.l.absentes.vltra autẽ relegationẽ in absente pœna non infertur, vt patet in legibus prædictis.et ff.de requirẽ.reis.l.ii.hoc enim bannum, quod fit de consuetudine et cõdẽnatio quæ subsequitur loco pœnæ relegationis succedit, cum ipsæ pœnæ hodie non sunt in vsu, vt not.Accurs.quib.mo.ius pat.pot.sol.§.relegati.instit. et hoc bene de consuetudine obseruatur. Gand.

ADDITIONES.

a ¶ Ascendentibus, adde vt per Bar.consi.cii.vbi ponit an prædicta authẽ. habeat locum in collateralibus, & an bona ipso iure transeant in ascendentes absque additione. Ber.

b Iudicio, adde vt per Alex.consi.xxxvii.ij.lib.B.

De bannitis pro maleficio. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Banniti quando æquiparentur relegatis, & quando deportatis.*

2 *Statutum ciuitatis continens quòd banniti pro maleficio possint impune offendi & occidi, an teneat.*

3 *Statuto dicente quòd banniti pro maleficio impune offendi possint, si bãnitus pro maleficio ex causa ex qua non poterat in sanguine dãnari, occidatur, an erit occisus impune.*

4 *Statuto dicente ut supra, si procurator banniti dicat bannum fore nullum ipso iure & sit in causa coram potestate, & medio tempore bãnitus occidatur, an hic erit factum impune.*

5 *Statuto dicente ut supra, si Titius interficiat bannitum in tempore appellationis, nunquid Titius erit puniendus.*

6 *Statuto dicente ut supra si occidatur bannitus appellatione pendente, quid erit.*

7 *Accusatus de maleficio nõ cõparuit, propter qđ fuit positus in banno ci tũ librarũ, postea moritur an bannũ exigetur ab heredib. illius.*

8 *Bannitus de ciuitate Bononiæ pro maleficio, an possit pro alio maleficio accusari & poni in alio banno.*

9 *Statuto dicente, quòd banniti pro maleficio possint exire de banno, si pacem habuerint, & soluant libras centum communi si uniuersitas sit in banno pro aliqua offensa facta Titio, quid agendum ut exeat de banno.*

10 *Statuto dicente quòd bãnitus pro maleficio impune possit offendi, si Titius sit rogatus quòd ueniat ad soluendum condemnationem librarũ centũ de eo factã & nõ uenit, propter quod fuit positus in banno, & descriptus in libro bannitorum pro maleficio, quæritur si talis bannitus possit impune offendi.*

11 *Bannum Titij qui non comparuit ad satisdandum de condemnatione soluenda, si contineat quòd sit in bãno centum librarum, et à quocunque possit offendi impune, an poterit offendi impune.*

Statuto

12 Statuto dicente quòd banniti pro maleficio possint impune offendi & illi intelligantur bāniti, qui reperiuntur scripti & non cancellati in libris &c. si Titius vulneraverit sacerdotem qui fuerat bannitus pro maleficio à iudice laico, quid erit.

13 Statuto stante vt supra & quod illi nullus praestet auxiliū vel fauorem sub certa pœna, si quis pro tali bannito alleget causas absentiæ vel associet eum, an incurrat pœnam.

14 Bannitū fugere faciens quomodo puniēdus sit.

15 Statuto dicente quòd nulla vniuersitas alicuius castri vel villæ debeat retinere vel receptare bannitum pro maleficio, vel pro auere, id est post deuetationem creditorum sub certa pœna communi soluenda et creditoribus, bānitus pro debito steterit per vnam et duabus noctibus in aliqua villa tenebatur &c. ad pœnam &c.

16 Statuto dicenten quòd bannitus pro maleficio possit impune occidi, si bannitus dum captus & ligatus per beroarios ducetur ad curiam, fuit per alium interfectus, an potuerit impune occidi.

17 Statuto dicente, vt supra si bannitus dedit fideiussores de soluendo vel soluit, & bannum non sit cancellatum ac interim occidatur, an potuit impune offendi.



VIA vidimus de prima parte rubr. nūc videamus de secūda, scilicet de bānitis ꝑ maleficio. 1 †Et circa hāc materiā no. ꝙ dictos bānitos æqparamus a relegatis, si fuerint bāniti pro maleficio, pro quo imponatur pęna relegationis. aūt fuerint bāniti pro maleficio, ꝑ quo imponat̄ pęna deportationis, eos æqparamus deportatis, vt not. Accur. insti. qb mod. ius 2 pat. potesta. sol. §. deportati. †Sed pone cōtineri statuto ciuitatis, ꝙ bāniti ꝑ maleficio impune posint offendi, & specialiter ꝙ possint occidi q̄rit̄ an valeat tale statutū, & primo vr̄ ꝙ sit factū cōtra ius diuinū. Continetur. n. in diuina scriptura, nō occides, nō mechaberis. Et ius diuinū, qđ est excellentius, non debet posse tolli per dictū statutū, vel ꝑ ius ciuitatis, quod est debilius. Nā par in parem non habet imperium, multominus minor in maiorem, vt ff. de arb. l. nā & magistratus. & ff. de mino. l. etiam. præterea tale statutum est contra ius gētium, & naturali instinctu introductū, vt vnus homo aliū nō insidietur vt ff. de iusti. & iure. l. vt vim. & ius ciuile (qđ est mutabile) mutare vel tollere nō pōt ius naturale vel gētiū, qđ est immutabile vt insti de iur. na. gen. vel ciui. §. sed naturalia. Econtra vr̄, ꝙ statutū tale valeat & teneat đ iure, qa absolute cōcessū est cuilibet ciuitati iura posse cōdere inter suos, vt ff. de iusti. & iure. l. oēs populi. nec distinguit q̄ statuta posint cōdere, & q̄ nō, ergo nec nos debemus distinguere, vt ff. de pub. l. de ꝑcio. & ff. ad Silla. l. si quis ī graui. §. ad causam. nec mirū. Nā cum Imperator concesserit vnicuique ciuitati posse cōdere iura inter suos, vt d. l. oēs. ipse Imperator eā legē facere vr̄, vt C. vbi & apud quē co. re. po. agi. l. fi. & ipse Imperator dicit, oīa enim merito nostra facimus, q̄bus nostra impartit̄ autoritas, vt C. de vete. iur. enuncl. l. ii. §. & ideo. Quid plura? ipse ēt Imperator cōcedit quosdam homines impune posse occidi variis de causis, vt ff. ad leg. Cor. l. iii. §. trāsfugas. & C. đ adul. l. Gracchus & C. qn̄ lic. vnicuiq; se sine iudic. vin. l. i. & C. de his qui ad eccl. cōfu. l. 3. & l. raptores. C. de rap. vir. b Sol. dico ꝙ valet [b] statutum, quoniam bene verum est, ꝙ de iure diuino & gentium non licet hominem occidere, quod tn̄ verū est, nisi ex causa licita hoc fiat, vt permittēte iure generali vel particulari positiuo, nā tunc licet, & quod lege permittente factum est nō prestolatur pęnam, vt d. l. Gracchus. 3 & C. de his qui ven. ęta. impe. l. i. †Item pone quæstionem quæ fuit de facto in ciuitate Lucana, dū officio app. præessem, ibidem statutum est, ꝙ banniti pro maleficio impune posint offendi, quidam vero bannitus pro maleficio ex tali causa ex qua in sanguine dānari nō poterat, extiterat occisus, quærebatur an ille bannitus occidi potuerit sine pœna? dic de hac quæstione, vt plene not. infra sub rubr. de multis quęstio. pend. à statu. in fi. & illa quæstio cōmodius 4 sub hac rubrica poterat collocari. †Item pone, statutum est in ciuitate, ꝙ bāniti pro maleficio impune posint offendi: procurator vero alicuius banniti erat in causa corā potestate, & dicebat ipsum bannum fore nullum ipso iure, medio vero tempore iste bannitus est occisus vel offensus, quæritur nunquid licite potuerit occidi? Respon. distingué. ꝙ aut illud bannū dicitur esse nullum

lium per modum appellationis, aut alio modo. Primo casu nõ habetur pro bannito, vt C. si pend. app. l. i. & ff. ad Turpil. l. i. in fin. & ff. nil noui app. pen. l. i. § si quis. & ff. de pen. l. ii. i fi. Secũdo vero casu, qa habet tũc interim pro bãnito, bene potuit occidi, arg. ff. de lib. cau. l. si cui. §. licet & l. ordinata. & l. iii. §. si seruũ quẽ possidebam. Itẽ si in statuto dicat, q banniti possint impune offendi, nũquid poterint occidi? dic vt plene no. infra sub rub. de mul. qõ. prouenien. ex statu. §. constat in fi.

5 † Sed retento eodẽ themate pone, quod ego interfeci bannitum intra tẽpora, intra q̃ de iure potuit appellari, q̃ritur nunquid ego sum puniendus? vr̃ q sic, quia intra decẽ dies nulla est exactio facienda, ff. nil no. app. l. i vbi de hoc not. Itẽ per appellationẽ reuocant inouata post sniam intra decẽ dies extra de app. c. non solũ. lib. vi. Tu tñ dic cõtra, qm̃ ante appellationẽ intra decẽ dies dr̃ snia & res iudicata, vt ff. de re iud. l. i. vbi de hoc no. Accur. & ff. nil noui app. pen. l. i. & rei iudicatæ sortitur effectum sententia lata etiã ante lapsum decem dierum, vt ff. de pœn l. qui vltimo. vbi de hoc no. Accur. & l. in seruorum. §. qui ex causa & l. ii. §. i. ibi, dãnatũ accipimus &c. ff. de iniust. & rupt. irri. testamen. l. si quis §. hi tamẽ. & sic infra decem dies impune potuit occidi.

6 † Sed quid dicemus si occisus fuerit appellatione pẽdente? Respon. q hoc casu teneor, ac si occidissem non bãnitum, quis casus est in. ff. nil no. app. pend. l. i. §. i. ibi, neque vllã alliam iniuriam patiatur, & quia per appellationem fingitur non pronũciatum, vt ff. de collu. detegẽ. l. pen. & d. l. si quis. §. hi autem & ff. ad Turp. l. i. nã damnatum accipimus rite condemnatum, vt ff. de peti. l. ii. §. i.

7 † Quæro, quidam accusatus de maleficio non comparuit, vnde positus fuit in banno centum librarũ, & postea bãnitus decessit, an illud bannum possit exigi ab ipsius hæredibus? & vr̃ quod sic, quia illud bãnum est loco cuiusdam mulctæ, quæ debet fisco applicari, nec expedit super bãno lit. contest. cum quo enim contestaretur nõ video, & talis snia dicitur diffinitiua, cũ ab ea possit appellari, quod non est ab interlocutoria, vt ff. an p aliq. cau. app. l. vna. est enim pecuniatria & per se patet, ergo ex ea oritur actio in factum, vt ff. si quis ius dic. l. i. in prin. & ita ex quasi cõtractu, quia in iudicio quasi cõtrahitur, vt ff. de pecu. l. licet. §. idem scribit. Nam iudicati actio ex contractu, vel quasi contractu transit in heredẽ, vt ff. de act. & obl l. ex contractibus. quare hoc bannũ põt peti ab hærede. Preterea iurauit potestas bannũ & condemnauit exigere, quare vr̃ esse periurus, nisi exigat, vnde i tali dubio exigere debet simile ad l. Iu. rep. l. fi. si dicas hoc iudex nõ dixit cõdẽno, qa tunc planũ esset, vt ff si quis in ius voc. l. ii. sed dixit pono eũ in bãno c & nõ exeat, nisi centum solutis, & nõ processit vltra iudex dicendo sit bannitus, vel non, recurrẽdum est tũc interpretationẽ iudicis, vt ff. de verb. ob. l. in cõuentionalibus. & l. inter stipul. §. iii. Ecõtra vr̃, vt C. ne ex deli. defunc. l. i. & ff. si quis adie. fal. cau. test. l. si qs cõditione. & ff. de reb. dub. l. cũ principalẽ. & expresse si qs ius dic. nõ obt. l. i i fi. Sol. Dic, q exigi non possit, per l. i. in fi. ff. si qs ius dic. nõ obt. & dic qd̃ regulariter actio in factũ quæ oritur ex contractu, vel quasi, trãsit ad hæredem, sed casus specialis est vbi nõ transit, vt ff. de acti. & obl. l. in honorariis. & ita hic erit etiam casus specialis.

8 † Item pone aliquem fore bannitũ de ciuitate Bonoñ. p maleficio, modo quæritur, nunquid iste bãnitus possit pro alio maleficio accusari & poni in banno? & vr̃ q non, ex eo, quia p dictum bãnum perdidit domiciliũ Bonoñ. vbi nunc accusatur, vt ff. ad muni. l. ei qui. §. fi. Solu. d. Dy. dicit, q si iste bannitus per istum bannum seu relegationẽ perdidit domicilium, q Boñ. habebat ratione incolatus, quod tunc nõ põt iterum accusari, si autem pdidit quod ipse habebat ratione originis, q tũc bene possit iterũ accusari, quia iste bannitus hoc casu non perdidit domicilium. & iste est casus & gl. simul miscẽdo d. l. ei qui. §. fi. tñ arg. q bannitus de alio delicto accusari non posset, vt ff. de adul. l. adulterium tñ contra est, quia ad multiplicationem delictorum, nõ sequitur diminutio pœnarum, sed econtra, multiplicationẽ delictorum sequitur multiplicatio penarum, vt ff. de pri. deli. & l. nonnunquã, & ff. de lib. ho. exhi. l. iii. §. si quis dolo. & ff. de pœ. l. aut dãna. & l. relegati. & C. de ser. fug. l. quicunq;.

9 † Item quid si in statuto contineat, quod banniti pro maleficio possunt exire de banno, si pacem habuerint & soluant libras cẽtum commuui pro banno. Ecce vniuersitas

tas quędam est in banno pro offensa mihi facta, quęritur an sit necesse, quod omnes de vniuersitate singulariter habeant pacē & centū libras soluant cōi pro banno? Dico cum fuerit tantum vnū factum, ꝙ sufficiat pacem redditam syndico, & ꝙ soluat tm̄ centum libras. argu. l. ff. ꝙ cuiusq; vni. no. l. ii. ibi, quod non erit hoc dicendum quasi à
10 pluribus &c. & ff. de fideiuss. l. mortuo. † Itē quæro, statutum est ꝙ bannitus pro maleficio impune possit offendi, quidam fuit rogatus, ꝙ veniret ad soluendum quandam condemnationem lib. centum de eo factā, & quia non venit positus fuit in banno, & scriptus in numero bānitorū ꝓ maleficio, quæritur nunquid si taliter bannitus, impune possit offendi? & primo vr̄ quòd sic. Quia ille qui mandato iudicis nō obsequitur à iure diuersimode coarcetur, ac si alia malefic a patrasset, vt ff. si quis ius dic. non obtem. l. j. & ff. de re iudi. l. contumacia addit d. Dy. super l. i. de cri. stel. super hac q. s. an non obedire iudici sit malficium? & dicit, iam vidi quæstionē istam de facto & dū essem aduocatus, ꝙ non esset maleficium faciebā prædicta arguendo, tñ succubui. In hac q. vr̄ distinguendū, aut citatus fuit inuētus, ita ꝙ cōstat, ꝙ in eius notitiā venit citatio, & tunc non veniēdo satis dr̄ cōtemnere iudicē, & sic dolus sit expressus ipso facto, & per consequēs sit maleficiū, aut non fuit inuentus, & sic non constat in eius venisse notitiā, & tunc non fuit dolus, sed culpa, & per consequēs quasi maleficiū per ea quæ dixi supra C. de iud. l. properandum. sinaūt reus non ob. ff. de eden. l. i. in fi. cum si quia sicut sunt diuersæ cōtumaciæ, ita sunt earū diuersi effectus. ff. de appel. l. creditor §. iussus. & l. ex consensu. §. vlt. d. Dyn. præterea dicit lex, quod in quibuscunq; causis vbi dolus versatur, & vbi deest nomen delicti, ꝙ illud delictū extraordinariū dr̄ & coercet, & dicitur crimen stellionatus, vt ff. de cri. stel l. stellio. versi. & vt gñaliter. & patet ꝙ iste nō parendo iud. fuit in dolo, quia dolo nō caret, qui non obtemperat imperio magistratus, vt ff. de re iud. l. non pōt videri. & ff. de re mil. l. iii. §. in bello. & ff. de dol. l. si legatarius. pręterea maleficiū dici pōt cōsiderata ꝓlatione verborū, ꝙ est male facere. Nam male facit, qui facit quod lex ꝓhibet, & quia facit quod nō debet facere, & omittit ea q̄ facere debet, vt ff. de reg. iur. l. qui nō facit. & est planū, ꝙ qui non obedit iudici, facit ꝙ facere non debet, & dolus à lege in non parendo præsumitur, vt d. l nō pōt. Ecōtra vr̄ ꝙ non parere iudici vel cōtumacem esse, nō est crimen vel delictum. nam non est aliqua lex quę hoc dicat, ergo non est delictū, vt ff. de priua. delic. l i. §. fi. pręterea obligationū summa diuisio tradita est insti. de obli. §. sequēs. cuius quarta diuisio ex maleficijs est, & in illa quarta specie non inuenitur ꝙ nō obedire iudici sit delictū, vel maleficiū, vel quasi, vt inst. de obl. q̄ ex quasi malefic. Præterea omnia maleficia siue iudicia tā publica, q̄ priuata, tā ordinaria q̄ extraord. sunt descripta ꝑ ordinē & sub cōpetentibus tit. in ff. nouo, à titu. de pri. deli. vsq, ad tit. de app & de hoc nil ibidem est repertū. Præterea ille tractatus de puniēda cōtumacia non parentis iudici est positus inter ciuiles trac. sub rubri. ff. si quis ius dic non obtēp. & ff. de re iud. l. cōtumacia. igitur maleficium dici non potest. Sol. do. Mar. de Fano, dicit hunc contumacē nō
d haberi pro bann. pro maleficio [d], per iura proxi. allega. Nec ob. ꝙ inueniatur scriptus in libro bānitorū, & in eorū numero. Nam ꝓpterea nō habetur pro banni. ꝓ maleficio, sicut nō hr̄ pro decurione quis ex eo solo ꝙ inueniatur scriptus in numero decurionū & in eorū matriculis, vbi aliàs non doceat solēniter se creatū. vt ff. de decuri. l. Herennius. Crimen enim est illud, ꝙ facit quē bānitū pro maleficio nō scriptura bāni. quid enim si ex aliqua ciuili causa inueniatur scriptus in libro bannitorū ꝓ maleficio? certe nō propterea erit bannitus pro maleficio, aurea lex est ad hoc. ff de castrē. pecu. l. si forte. ibi, veritate spectamus. Item nō obst. ꝙ dolus videatur adhibitus in non parendo, nam nō sequitur ꝙ ob hoc videatur crimē extraordinariū, quia nō sequitur vbicunq; est dolus adhibitus vel præsumptus, in nō veniendo vel parendo, ꝙ propterea sit crimē vel maleficiū, vt videmus in actione de dolo adhibito in cōtractu, vbi agitur qñque actione de dolo. qñq; actione ex contractu. Itē non ob. quod dicitur de prolatione verbi, quia secundū verā opin. nominis argumentatio siue allusio nō facit plenam probationem ꝙ sic sit, prout verbū sonat, sed ar. præbet quod sit, prout verbū

sonat, vt no. in d. §. itẽ scripserunt. Nã si cõcederet quodlibet maleficiũ esse maleficiũ seu crimẽ, sequeret ꝙ ex qualibet ciuili cã posset agi criminaliter, quod falsum est. Differẽtia est enim inter ciuilia iudicia & criminalia, vt instit. de pub. iud. in prin. sed pone
11 † cõtineri ĩ bãno dato illi q̃ nõ cõparuit ad testificãdũ, vel ad satisdandũ de cõdẽnatione soluenda, quod fit in bãno cẽtũ lib. & ꝙ à quocunq; possit offendi impune: Quæro nũquid in hoc casu iste bãnitus offendi possit impune? dic ꝙ sic, ſm d. Frãc. Are. q2 iudex in hoc casu vr̃ iudicasse istud fore maleficiũ imponẽdo pœnã tanq̃ bãnito ꝑ maleficio, & ideo offensor vr̃ excusatus cũ iussus ptoris excuset, alias nõ esset excusatus à sñiã iudicis, sicut nec rescriptũ principis nõ aliquẽ decipere, vt ff. de his q̃ no. infa. l. furti. §. iussus. & C. de his q̃ ven. eta. impe. l. i. pterea qđ factũ est ſm sñiam, quasi legitime vr̃ factũ, & maxime in sentẽtiis, q̃ inter
12 oẽs ꝑiudicãt &c. † Itẽ subiicio qõnem quæ potestati Senarũ cõtingit de facto, & decẽ assessoribus q̃ ibi eramus, tũc me dante operam ordinationi pñtis libelli. Statutũ est ĩ illa ciuitate, ꝙ banniti pro maleficio impune posſint offendi, & quod illi intelligantur banniti nomina quorũ reperiunt scripta nõ cancellata in libris clauiũ dictę ciuitatis, accidit ꝙ Guil. & Titius fratres & nepotes d. Eneę de picholominibus in cãpo fori cũ ensibus nudis & aliis armis insultauerũt d. Lãdum filium d. Pellacanis & Raynerium clericũ presbiterũ & rectorẽ episcopalis ecclesiæ, quẽ constabat fore bannitũ pro maleficio, & scriptũ in libris dictarũ clauiũ, & alias fore remissum ad episcopũ pro alio maleficio, tanq̃ clericũ. Modo fuit in qõne, an pdicti deberent & possent puniri per dictum dñm Potestatẽ nõ obstante dicto bãno, cũ de illo insultu, & multis vulnerib9 illatis eidem & factis liquide constare tã per testes quã ꝑ confessionẽ ipsorũ? Allegabant nãq; dicti fratres dictũ bannũ, & ꝙ impune potuerunt pdicta committere autoritate dicti statuti, licet cõtra dicebatur, ꝙ illud bannũ erat ipso iure nullum. Et primo videtur, ꝙ dicti fratres potuerunt de iure puniri & cõdemnari pro maleficio prædicto. Nam constat, ꝙ clericus non põt condemnari per iudicem secularem, vt extra de iudi. c. at si clerici, vbi nec confessio, nec condemnatio facta de clerico per iudicem secularẽ, nec cõrã eo ꝑiudicat, vt C. si à nõ cõpe. iud. per totũ. C. de epis. & cle. auth. statuimus. vnde illud bãnũ debet haberi, ac si nunquã fuisset factũ, cũ nullũ sit ipso iure, & q2 statutũ respicit tm̃ subditos, vt l. cunctos populos. C. de sum. tri. Nã ꝙ per vnũ iudicẽ faciendũ est, & si fiat per aliũ nõ valet. C. de decur. l. nemo iudex. Nã nõ est recte factũ à iudice, quod ad officiũ suũ nõ spectat, vt dicit regula iuris. l. factũ. vnusquisq; n. iudex debet esse contentus iurisdictione sibi cõcessa, & in alterius iurisdictionẽ se immiscere non debet, vt C. de app. l. apparitores. & C. de exc. vel exac. l. quicunq;. & si secus fiat nõ valet, vt C. si à nõ cõpe. iud. l. j. per totũ. & de le. l. nõ dubiũ. & est rõ, q2 Deus ab initio dominationes & plationes constituit, vt vnusquisq; sua iurisdictione cõtentus in alterius iurisdictionẽ se nõ immisceret, vt in auth. quomo. opor. epis. in prin. alias aũt reũ turbarentur officia, vt C. de test. l. consulta diualia. & facit ẽt q2 diuersorũ varia & separata deberi ratio & censeri cõditio, vt C. de do. inter vir. & vxo. l. si maritus quondã, nã & condẽnatũ accipimus rite condẽnatũ, vt ff. de re iud. l. si se nõ obtulit. §. condẽnatũ. Itẽ exhæredatũ accipimus rite exhæredatũ, vt ff. de cõtratab. l. nõ putauit. §. nõ quęuis. Itẽ testm̃ accipimus rite confectũ, vt ff. de ver. sig. l. Paulus. & ff. de pœ. l. si quis aliquid. & ff. quemadmo. testa. ape. l. tabularũ. j. repon. ita patet, ꝙ debet puniri. arg. ff. de pact. l. rei capitalis ad fi. & ff. ad Turpil. l. j. §. fi. C. de sta. defunct. l. si pater. & facit ff. de fal. l. imbuberẽ. §. si enim seruo. & ff. de cri. expi. hære. l. fi. vbi punitur, qui surripuit rẽ meam credens eã esse hęreditariam. Econtra vr̃, ꝙ non puniatur, nam qualis sñia seu bannum vr̃ prædictos excusare à pœna, nã tale bannum quo ad hm̃õi impunitatẽ pro legitimo habetur, sicut & non iusta & nõ legitima vxor habetur pro legitima vxore, ne de adulterio puniatur, qui eã cognouerit, si more vxoris & bonæ matronæ viuebat, vt ff. ad l. Iul. de adul. l. vxor. j. respõ. & facit op. ff. loca. & conduct. l. si ignorante. & ff. de iniu. l. itẽ apud Labeonẽ. §. si quis virginem. & ff. ad ma. l. si quis patrem. Præterea cum ille clericus fuerit publice positus in banno & scriptus inter alios bãnitos, credendum est à quolibet vulgo eum fore rite banni-

bannitum, & si vellemus dicere contrarium. deciperetur prædicti autoritate legis & statuti: quod esse nõ debet, vt C. de his qui ven. ęta. impe. l. j. Nã principes omnia rite agere præsumũtur & specialiter in iudicãdo. vt ff. de of. præfe. præto. l. vna. ad fi. Præterea error iustis rationibus motus excusationem meretur in his etiã, quæ coercenda veniunt, vt ff. vi bono. rapt. l. ij. §. si publicamus, & ff. de adul. l. miles §. mulier ignorãs enim nõ intelligitur delinquere. vt ff. de acti. & obli. l. ex maleficio. Item veniã errori dedimus, quia nõ ex malignitate, sed simplicitate peccauit. extra de transla. c. ij. in fi. & facit extra de immu. eccl. c. non minus. & de cleri. excom. c. apostolicę. Nam & in delictis parcitur illi, qui iustam causam habeat credendi, vt ff. de bon. lib. l. in seruitute. §. j. & ff. de abig. l. j. §. fi. & ff. de libe. cau. l. Gracchus. §. pe. Præterea illud bannũ non potest haberi ꝓ nullo, nisi cũ fuerit dictum vel detectum pro nullo & nullum, sicut dicimus de testamento, quod ꝑ ꝑteritionẽ filij in potestate constituti nullum est ipso iure, & tamẽ rei veritate nõ prius est, nec potest haberi pro nullo, nisi primo fuerit decretũ esse nullum, vt ff. de iniust. rup. & irri. test. l. nullo. Sol. d. Iac. de Are. Dy. de Muscl. Nico. Mat. & alij multi doct. sunt in hac opi. ꝙ dictus sacerdos & clericus potuerit
e impune offendi, e per iura proxi. allega. & aurea lex est pro hac solutione. ff. de adul. l. pe. vbi dicitur, ꝙ ille non punitur de adulterio qui cognouit mulierẽ nuptam cui maritus miserat libellum repudij, licet ille maritus nõ rite & secundum formam trditã miserit libellum repudij, tamẽ excusatur qui s, quia ignorat an fuerit missus iure libellus, vel nõ. de hoc not. Cy. C. de repud. auth. si vxo. & Rayn. in l. de ætate. §. ex causa. ff. de interrog. actio. tãgitur in l. i. §. notandum. versi. cæterũ. ff. de vent. inspic. & pro hac solutione etiam facit, quod ille habetur pro milite, qui scriptus reperitur in numero militum, vt ff. de re mili. l. ex eo. & C. de cohor. l. quicunque. Et licet contra hanc allegationem videatur, ꝙ scriptus in numero decurionum & eorum matricula nõ est habẽdus pro decurione, nisi se doceat solenniter ordinatum, vt ff. de decurio. l. hæres. Nec obstet dictæ solutio. dictus. §. condemnatum. cũ legibus supra allegatis, quia illud locum habet quantum ad condemnatum, quia non habetur pro condemnato minus legitime condemnatus quantum ad se, sed quantum ad alios secus. Verum quia constitit dictos fratres sciuisse, ꝙ prædictus erat clericus, & ꝙ sępius viderant eum celebrasse missam, ita ꝙ non fuerũt ignari, & sic non potuerunt prætẽdere ignorantiã
13 facti vel iuris an fuerit cõdẽnatus. † Item pone in statuto contineri quod bannitus pro maleficio posit impune offendi, & quod nullus illi præstet auxilium vel fauorem sub certa pœna, quæritur nunquid incidat in pœnam, qui pro eo allegat causas absentiæ? Dico pro & contra, vt in quæstionibus statutis, & solue, quod incidat in pœnam, quia allegando causas absentiæ defendere & fauorem præstare censetur, & hoc si istud allegat coram iudice, non coram alio. Item pone quod aliquis sociauit bannitum talem, nunquid incidat in pœnam? dic quod sic, & semel interrogatus, respondit d. Odof. per legem C. de his ꝗ
14 lat. l. j. in princ. Quæritur, † quidam fecit fugere quendam bannitum, quomodo debeat puniri? Respon. in id in quo iste bannitus erat condemnatus, vel cõdemnandus, vt C. de exa. tribu. l. quoties. lib. x. & l. ad commentariensem. de custo. reo. & l. quisquis. §. item qui con
15 fessum. ff. ad l. Iul. maiest. † Alia etiã quæstio Senis incidit tempore quo supra dixi, me assidente ibidem continetur in statuto dictę ciuitatis, quod nulla vniuersitas alicuius castri vel villæ, debeat retinere vel receptare in eorum terris, vel etiam permittere aliquem bannitum pro maleficio vel pro auere, id est post deuetationem creditorum sub certa pœna cõmuni soluenda, & sub pœna soluendi debitũ ipsi creditori, nisi debitorem præsentauerit intra dies xl. contingit, quod quidam bannitus pro debito mille librarum ad petitionẽ Getij de Suralupis post deuetationem sibi factam solenniter, inuentus fuit esse vna die de duabus noctibus in terra de Sciano, de qua terra ille natus non fuerat, nec habitator in ea. accusabatur illa terra vel vniuersitas in ipsum creditorem, & petebatur, quod præsentaret
a illum bannitum, vel quod solueret illud debitum secundum formam dicti statuti, & eadem potest esse quæstio de bannito pro maleficio. Modo quæritur, quid iuris. Et primo videtur, quod vniuersitas debeat & posit condemnari, quia statutum illud non distinguit si sciuerit & ignorauerit illa vniuersitas, ergo nec nos distinguere debemus, vt ff. de publi. l. de precio. & verba generaliter & indistincte prolata generaliter sunt intelligenda, vt ff. de libe. præstan. l. j. §. generaliter. Item non videtur haberi respectus scientiæ vel ignorantiæ, vt C. de col. & illi. l. j. lib. xj. vbi legitur ꝙ si quis alienus illiricianus monstrabitur fuisse

in domo vel agro Titij, tenebitur Titius tanquam receptator sublata differentia scientiæ, vel ignorantiæ. Item optime facit ad hæc l. græca ff. de leg. & senatuscon. ibi vbi dicit, delictorum quæ sponte vel ignorantia contrahuntur coerctio, vt C. de fal. mone. l. j. §. domus. vbi ignorans dominus dictæ domus punitur. Nā in culpa est ab initio receptans, nisi qui sciuerit de condict. personæ, vt C. de agri. & censi. l. cū satis. aurea lex est ad hoc ff. nau. cau. stab. l. fi. §. seruorum. Econtra videtur, quod non teneatur, §. j. quia modicum stare in loco & nullo modo stare æquiparātur, vt ff. de his qui deie. vel effu. l. j. §. hospes. ff. de diuor. l. diuortium. ff. loc. & condu. l. sed & si lege. §. colonus. Item facit ad excusationem vniuersitatis modica mansio banniti quàm facit in dicta terra. Nam ratione breuitatis temporis præsumitur, quod vniuersitas ignorauit. arg. ff. de exerci. l. j. §. j. & ff. de depo. l. j. §. merito. Itē stare causam abscondendi fugitiuum. §. de ser. corru. l. j. §. quod autem. Præterea aurea lex est, ꝙ receptatio quę non dolo fit non venit punienda. vt ff. de incen. rui. naufra. l. quo naufragium. §. non tantum communitas autem non dicitur quid scire vel dolum committere, nisi certa
f forma, vt qn̄ campana pulsata [f] vniuersitas q̄d contra legem facit vel vexillo leuato, vel alio modo, vt no. ff. de do. l. si ex do. §. an municipes. & l. metū. §. animaduertendum. ff. ꝙ met. cau. quod non interuenit in casu nostræ quæstionis, imo præsumitur vniuersitatem ignorasse, nisi probetur ꝙ sciuerit, vt ff. de proba. l. verius. C. de tabu. exhiben. §. generali. & iusta ignorantia meretur excusationem, vt ff. si quis testa. liber esse ius. fue. l. j. Præterea receptator ita demum pœna dignus est, si scit illum quē
g receptat esset bannitum, alias autē non, [g] vt ff. de verb. sig. l. sæpe. & in auth. de ecc. tit. §. si qs in sua & §. si quis hæres. & C. de pa. sa. l. fin. & arg. C. de epis. aud. l. si legibus. & C. ad l. Iul. de adult. l. castitati. & ad l. Iul. de vi pub. l. crimē. C. de his qui lat. l. ij. & aurea lex est. ff. loc. l. si ignorans. & de pub. & vecti. & con. l. cotē ferro. §. dn̄s, & facit optime. C. de agri. & censi. l. cū scimus. §. fi. & est ratio, quia nemo ignorās videtur cōtrahere, vel delinquere, vt ff. de act. & obli. l. ex maleficio. §. j. Et in maleficijs potius spectatur animus q̄ euentus, vt ff. de liber. homi. exhi. l. iij. §. is qui nescit. dic etiā pro & contra de hac materia, vt no. infra de fur. §. sequitur. Solu. d. Odof. & d. Guil. soluerunt hāc q. per posterius allega. Et sic nos decē assessores (qui Senis eramus) consulimus dictā vniuersitatem fore absoluendam, & ad hoc optime facit C. ad leg. Iul. de plagia. l. plagij. in glo. ordi. Vltimo duas quæstiones subijcio termi-
16 nandas. † Prima quarum talis est. Continetur in statu. cōis, ꝙ bannitus pro maleficio possit impune occidi. Quidā vero bannitus pro
h maleficio captus erat p beroarios [h] vel famulos potestatis, & dum captus & ligatus duceretur ad curiam, venit quidam & interfecit eundem. Secunda quæstio talis est, pone ꝙ quidā bannitus pro maleficio satisdedit per bonos & idoneos fideiussores de banno & condemnatione soluenda intra mensem, vel pone quod soluant, tamē ipsum bannū non erat cancellatum, interim autē quidē interfecit eundem. In ambabus autē quæstionibus quæritur, an iste bannitus potuerit impune occidi? & primo videtur quod bannitus, qui captus ducebatur. potuerit impune occidi. Nam lex statuti seruenda est, licet perq̄ dura. ff. qui & à quib. man. lib. non fi. l. prospexit. & ff. de re mili. l. quod constituitur. Item à verbis legis nō est recedendum nisi mens contraria appareat, vt ff. de exer. act. l. j. §. si is qui. & ff. de verb. ob. l. si colono. & ff. de leg. iij l. non aliter. Itē lex non distinguit bannitum captum à nō capto ergo nec nos, vt ff. de pub. l. de pretio. & ff. de condi. ob ca. dat. l. dedi. §. si liber homo. Itē quia adhuc durat bannum, & per consequens & eius effectus, sic ergo nemini imponenda est pęna, vt arg. à contrario sensu, vt C. de infir. pe. cę. l. j. & l. de fer. l. nullo. & arg. ad hæc. ff. de repu. l. fin. Item licet ille bannitus foret captus, non propterea certū est quod ipse pateretur pœnā, quia poterat fugere. C. de appari. l. si apparitor li. xij. & ff. de acqui. rer. domi. l. iij. §. illud. & in l. laqueum. & opi. arg. est ff. de incen. rui. nauf. l. Pædius. Item iste bannitus occisus est eo existente bannito, & licitum est occidere quem in facinore deprehensum, quem non alios licet, vt C. de sicca. l. is qui aggressorem. & l. si vt allegas. & C. de adult. l. Gracchus. & ff. de verborum obligation. & l. qui seruum. & de leg. j. l. quid ergo. §. si hæres. & C. vt nemini licę. sine iud. se vin. l. j. vnde quod lege permittēte est factum pœnam non meretur, vt dicta l. Gracchus. Econtra videtur quod occisores puniantur. Nam statutum quod loquitur q̄d bannitus possit impune offendi, intelligitur de eo bannito cui per iudicem pœna imponi nō poterat argument. C. de iudi. l. nullus. hic autem captus pro familia erat in potestate reipublic. argu, C. de dona. l. qui sensu. Nam & alias licet autoritate legis occidere resistentem, à

cuius

cuius legis contrario sensu non licet occidere non resistētē, vt C. de his q. ad acc. cōfu. l. si seruus. Itē iste bānitus erat in custodia publica, & ideo debuit custodiri vt torqueretur, vt C. de epis. & cle. l. raptores. & vt saluus sit debito supplicio, vt ff. de qō. l. qōnes. & C. de cust. reo. l. j. aurea lex est ad hæc C. de malefi. & math. l. vlt. Sol. dicit. d. Iac. de Lar. dic q bānitus impune occidi nō potuit. arg. legū pro hac parte alleg. & ad hāc sol. allegat ēt istā rationē vltra alleg. per d. Ia. de Lar. Nā lex dicit quod hostē licet interficere, vt ff. de sicca. l. iii. tñ postq̄ captus est, nō pōt occidi, vt inst. de iur. perso. §. i. & ff. de statu ho. l. iii. §. serui. Item facit ff. ad l. Aqui. sed si q̄cūq; circa prin. Itē quia cessat causa, quare ille bannitus impune poterat occidi, q̄ erat p̄p defectum publicæ vindictæ, quæ in eū irrogari nō poterat. & ideo debet cessare ila facultas occidendi, vt arg. ff. de pact. l. quod dictū. & C. de iud. nullus. Itē quia postq̄ curia cępit illū talē bānitū illā potestatē occidendi reuocasse vr. argu. ff. de fideius. l. postulāti. & i hoc casu melior est conditio occupātis, vt ff. de procu. l. pluribus. C. de accusa. l. qui de crimine. Itē facit pro hac solu. ff. de in ius voc. in rub. & p totū. Nō ob. quia statutū indistincte & absolute dicit bānum impune posse occidi, quia illud locū habet nullo alio extrinseco intellecto interueniante, vt d r ff. de iust. & iur. l. ius pluribus modis s. bānito in sua libertate existente q nō detento à cōi, vnde quod dr, cui liceat &c. itelligit nisi alius impediat & hoc impedit quia est in custodia cōis, & cōe inchoauit suam iurisdictionem exercere, sic etiam alias tutor legatus possunt esse testes in testamento, nisi aliud impediat, vt ff. de testi. l. testamēto. in prin. ff. de obseq. l. Titius. & alius potest iusiurandum deferre, nisi aliud impediat, vt quia non est habilis, ff. de iureiu. l. tutor. §. i. ad idem. ff. de muneri. & ho. l. vt gradatim. §. fi. & l. fi. & sic prōptum est leges legibus concordare, & vna lex terminatur per aliā, & quia permissum est &c. vt ff. de pba. l. scio. & statuta terrarum determinationem recipiunt, vt d. l. vt gradatim. ff. de inus voc. l. quæsitum. & ratio legis tenenda est non minus q̄ verba, vt C. de leg. l. non dubiū. & propter hoc respōsum est, q hoc nō est factū lege permittēte, imo vetante lege, nec ex iusta imo iniusta, nam aggressores & similes occidere possumus, q intelligitur flagrāte crimine, alis sequit pęna, vt no. infra de defen. à reo fac.

Itē ad hāc q. nouissime alle. d. Io. Faxiolus, vltra q̄ inuenerim nunq̄ allegatū s. q ille puniatur, q occidit bannitū dū est in carcere, vel etiā captus p beroarios, q̄a vidimus q nemini licet seruū alienū occidere, vt ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. j. in fi. & nōne hic seruus cōis erat quādiu erat in eius custodia, cū parū distet à specie seruitutis, cui nō datur facultas recedēdi, vt ff. libe. homi. exhi. l. ii. §. prætere a. nā iste erat in custodia publica, vt ff. de verb. sig. l. vinculorū. & est causa licita. arg. ff. de cust. reo l. diuus, & l. si cōfessus. & carcer nō est inuentus ad puniendū, sed ad custodiendū, vt ff. de pœ. l. damna. §. solent. ergo erat sub custodia reipub. nemini ergo licet manus imponere nisi publice, & vigore iudiciario & eius autoritate. arg. C. de iudi. l. nullus. & de iure fis. l. prohibitam. in fi. & publice dictū crimen nō priuatū erat iudicādū reipub causa sicut cętera crimina p domesticos nō cōmissa, vt ff. de pę. l. respiciendū. §. furta domestica. & ff. deposi. l. j. §. merito. Nā qualiscunq; esset talis accusatio, siue crimē illatū non accusantis volūtate, sed iudicis cognoscētis autoritate aboleri debet, vt ff. ad Turp. l. j. §. accusatore. ibi, quē mouet &c. & ff. de custo. reo. l. si cōfessus, quid plura dānatū vel addictū supplicio nemini licet tenere vel vēdicare. multo minus occidere, vt C. de appella. l. addictos. Ratio est, quia à publico tenebatur, & publice puniebat, cuius suppliciū nemini cuiuscūq; dignitatis vel religionis, licet punire vel impedire. arg. ff. depo. l. si hominem. & de cond... cau. dat. l. cū seruus. insuper negari non pōt, q iste non sit homo communis ratione delicti, & custodiæ, & executionis faciendæ, & hæc omnia publico competunt & non priuato. vt ff. ad municip. l. de iure. & aut. qua in prouincia. & per d. l. de custo. reo. & C. de precar. plus dico q videtur expressum, vt ecce qui confessus in iudicio reum, & ppterea detentū in vinculis emiserit l. Iul. mai. tenetur, vt ff. de l. Iul. maie. l. cuiuscunque. in fine. & quis magis emittit q̄ qui interfecit sunt ēt paria auferre, frangere, & delere, & si. vt ff. de iurisd. om. iud. l. si quis id. §. j. & ff. vi bo. rap. l. prætor. §. loquitur. & ff. de seruo corru. l. in hoc

hoc iudicio. Item licet cõe cõcesserit potestatẽ capiendi & offendẽdi cuicunque, nõne & sibi reseruauit? certe sic. vt ff. de app. in fi. l. j. quia non propterea à se abdicauit, vt ff. de offi. eius cui mand. est iurif. l. ii. in fi. & si qs dixerit hoc ius & hoc punire cõi & aliis insolidũ cõpetere, dico ꝙ est à cõi preuentũ, & sic aliis denegatũ, vt ff. de iu. l. si qs postea. & de iurif. om. iud. l. cũ quædã puella. nã & hoc est ius in omnibus qbus insolidum cõpetit, vt de duob. reis. l. ex duobus. idem in criminalibus & accusationibus. ff. de acc. l. si cui. § iisdẽ. Imo amplius dico ꝙ si etiã priuatus ad hanc vindictam concurreret, cõe tanq̃ magis idoneum & maius deberet preferri. vt ff. de accu. l. si plures. & ff. de fi. instr. l. fi. vel tanq̃ dñs & cui hoc ius directe competit, vt C. de nouatio. l. iii. no. vel qa cõis volũtas est fauorabilior & æquior, & via iuris & iustitiæ, altera vindicte singularis & priuatæ, & quasi horribiliter, vt ff. ꝺ reg. iur. l. inter pares. & C. qui bo. ced. po. l. fi. Nec põt ignorantiã allegare, qui sciebat iurisdictionẽ inceptã à cõi, & cui rei petebatur, vt ff. depo. l. si hominem. & sciebat cõe incoasse & velle exeq vigore iustitiæ, & sic sibi per cõsequẽs denegatũ. Nã ꝑ extrinseca colligunt itrinseca, ad qđ bñ accedit. ff. de diuor. l. fi. circa fi. ꝑterea probatur euidẽtissima ratione, qa statutũ debet ĩtelligi de eo, q est ĩ sua potestate & nõ cõis custodia. Nam qui est in bãno & sua libertate & est inobediens in nõ veniẽdo, & factus est hostis non parens, nec se capi permittens, hũc talem permissum est capere & occidere, qa talis sua contumacia auget pœnam, vt ff. de pœn. l. relegati. & de tabul. exhi. l. locum. §. cõdemnatio. sed cum est apprehensus & in cõis potestate, cessat talis contumacia, quæ erat in non veniendo, & si permisit se capi, cuius causa permittebatur occidi, licet non esset pena, quæ est à cõi imponẽda ratione præteritæ eorum contumaciæ & iniuriæ illat. cõi, quæ forte per statutũ est sibi imponenda, quia cõis debitor factus erat, & sublata iniuria, quam committebat in non veniendo in se permittendo capi, postq̃ in fortiam cõis peruenit, quia in his omnino non est cõtumax, licet quia fuerit citatus aliquis re, & verbo, vt ff. de in ius voc. l. pleriq;. & si verbo citatus, non venit, licet aliqua pœna ei propter suam contumatiam imponat, vel sit imposita, si tñ postea per vim cõprehẽsus veniat, nõ est amodo plus cõtumax, quia venit, & ita cessante illa causa & iniuria quam quotidie committebat in non veniendo, cessat effectus illius quotidianę iniuriæ, & propterea occidi à priuato non potuit. Et hæc probo per duo argumenta, qua trãsfugis non dantur postliminium, sed captis subuenitur, vt ff. qui. ex cauſ. ma. l. item

19 ei qui. † Item nec trãsfugã nec hostẽ licet occidere postq̃ captus est, nisi reipu. cui vindicta à iure permittit, vt ff. de pœ. l. aut dãna. §. j. & ij. & l. si quis §. j. Simile bannũ est in feris & bestiis, q̃ ad nos pertinẽt, quandiu in nostra sint custodia, & nulli licet eas capere, cũ vero euaserint & c. occupanti cõceduntur, vt ff. de acq. rer. do. l. iij. in fi. nã si admitteretur, esset exẽplum perniciosum, vt ff. de pœ. l. si qs. §. q. abortionis. C. de pba. l. exẽplo. ad hoc est de his, qui dicũt delinquentes ad magistratus puniendus. ff. de fur. l. interdũ. §. q. furẽ. & de ser. fug. l. i. §. fi. & l. ad publicũ. qbus legib. colligit, ꝙ ex tũc sũt securi licet antea potuerint offendi. & fa

20 cit. C. ꝺ exa. tri. l. i. & iij. &c. † Super q. ij. an bãnitus, q soluit vel satisdedit de soluẽdo, poterit impune occidi. vr ꝙ sic potuerit. ar. legũ allegatarum pro hac parte supra ꝓxi. q. & facit extra de sen. excõ. c. ꝙ in dubijs. Item ĩ dicto statuto cõtinetur, ꝙ ex quo satisfecit trahatur de banno, ergo interim est in banno. arg. ff. de in integ. rest. l. nam & si. ff. de ædi. edi. l. bouem. §. pe. & si durat bannum. & pœna. Item cum plura sunt necessaria ad aliquid obtinendum, si aliquid defuerit, id non valet, vt ff. de iti. a ctuq; pri. l. ii. §. interdictũ. Item sicut alibi necesse est quẽ scribi in numero militũ, vt de numero habeatur, nec sufficit quem esse electũ, vt ff. ꝺ re mili. l. ex eo. & C. de cohor. l. quicunque. ita non sufficit quem esse in eo statu, vt eximi debeat de numero bannitorũ, nisi fuerit exẽptus, & cõtrariorũ eadem sit disciplina. cum nihil tam naturale est &c. vt C. qñ lic. ab emp. disce. l. i. & ij. Econtra vr, ꝙ de banno habeatur exẽptus. arg. l. ff. de re mil. l. fi. lusa. Nam & domus pro cõbusta habetur ad quã ignis prope venit, vt ff. ꝙ vi. aut clã. l. si filius. §. est & alius. & qui paratus est dare, similis est dãti, vt in auth. de exac. do. fi. §. It. & quæ habent se ad esse, quę negotiũ non suspendunt, vt ff. de nouatio. l. si pupil.

Item

Item inceptum, videtur factum, & pro facto habetur vt ff. de au. & arg. leg. l. & si non sint. §. quid ergo. nam & vt ibi in explemento negotij resurgere habet fauor, ita hic liberatio & exemptio de banno vt negotium cęptum habetur pro completo & consummato, vt ff. mā. l. j ff. de testib. l. de qua ætate. & de vsucap. l. in vsucap. & ff. de mino. l. denique. §. minorem. Item iste bannitus habet actionem, vt eximatur de banno, ergo ipsam rem, id est effectum exemptionis habere videtur, vt eximatur, vt ff. de re iud. l. qui actionem. Item debitor reipub. post satisdationem honoribus recte fungitur, ergo multomagis pęnā euitat, vt C. de deb. ci. l. j §. si super. Item cessante causa cessat effectus, vt supra in proxi. quæst. notaui. Sol. d. Iac. de Aret. soluit hanc quæst. dicens, quòd iste bannitus occidi non potuit i sine pœna. cum post satisdationē vel satisfactionem euanuit virtus banni, & bannitum accipere debemus cum effectu, vt ff. ne quis eum. l. si per alium. & ff. quod quisque iur. l. iij. §. hæc verba. Nam nō pōt dici bannitus, qui ad cancellationem banni habet actionem, & contra vires banni habet exceptiones? nam cui damus actionem, multofortius exceptionem, vt ff. de superfi. l. prima. ff. de re iudica. l. inuitus. § quidam. sicut & non dicitur obligatus, qui exceptione est tutus, vt ff. de regulis iuris. l. nihil interest. & ff. de condict. ob turp. caus. l. penul. ff. de dol. l. eleganter. l. seruus pactiones. Item ita demum occiditur quis, cū ex eius parte bellum sit illicitum, ita quod resistere sibi non liceat, vt C. de his qui ad eccles. confu. l. iij. & C. de ser. mil. l. ij. & alias est bellum illicitum ex parte offendentis, cum nephas sit hominem homini insidiarij, vt ff. de iust. & iur. l. vt vim. cum ergo liceat resisti banno post satisdationem vel satisfactionem, ergo non licet offendi. Non obst. capitu. qui in dubijs quia illud habet locum in sententia excommunicationis, quæ difficilius tollitur, vt extra de transla. præla. capitu. inter corporalia. Hæ duæ quæstiones fuerūt disputatæ in ciuitate Paduæ in scholis per domi. Accur. de Regio, & solute, vt supra. pro qua etiam solutio. aureæ sunt leges. ff. de regulis iuris. l. non singulis. & C. de male fic. & Mathe. l. vltima, & optime etiam facit si subtiliter intelligatur. C. de iude. & cel. l. nullus. cum legibus not. per quam legem idem domi. Accur. dixit se terminasse quæstion. de bannito offenso cum in publica custodia teneretur. Gandinus.

ADDITIONES.

a Equiparamus. Adde cui equiparetur bannitus, an relegato vel deportato. Alex. cōs. cxvj. ij. li. B.

b Quod valet. Adde quod tale statutum valeat Io. And. in addi. ad Spe. in tit. de cri. in fi. addi. Bar. cōsil. clxxxviij. Alexā. consi. cxiiij. j. libro Cepol. consi. viij. Ang. consil. cclxxxvij. Ber.

c In banno. Adde Cep. consi. xl.

d Maleficio. Adde quod contumacia sit delictum tenuit Io. de Ana. consi. xlviij. Pau. de Cast. consil. cxciiij.

e Offendi. Adde Alexan. consi. lxv. iij. lib. Bald. in addi. ad Spec. tit. di citatione. Ber.

f Campana pulsata. Adde quod in delictis, quæ habent tractum successiuum vniuersitas punitur, licet non pulsata campana delictum fiat. ita Petr. de Ancha. consi. ccvj. Ber.

g Autem non. Adde Ro. consi. ccclxxxvij. Ber.

h Beroarios. Adde de quæstio. hic tractis videndum Ioan. And. in Spe. in tit. de accusa. in iiij. parte. in additio. magna. Ber.

i Nō potuit. Adde dicendū vt per Pau. de Cast. consi. xxxiiij. & cxciii. in j impressis. Alex. consil. lxxvii. iii. lib. Ange. consi. cclxxxviii. Cep. consi. vj. & xxxix. Ber.

Quid sit agendum reo præsente & non contumace. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Reus quādo præsens est & non contumax, quid facere debebit.*

2 *Accusato Titio quod commiserit homicidium Parmæ, si ipse dicat quod fuit cōmissum Cremonæ, nō tamen confiteatur se commisisse homicidium, an hæc exceptio prius decidetur, & quid fiet, si maleficium sit commissum in confinio utriusque territorij*

3 *Accusatione ut supra stante, si non appareat in quo territorio maleficium sit commissum, quid erit faciendum.*

4 *Accusato comparēte si confiteatur uel neget delictum quid agendum erit.*

5 *Delictum graue quod dicatur esse.*

6 *Accusatus comparens & dans fideiussores de parendo iuri & condemnatione soluenda, si relaxetur, et postea uocetur per iudicem, ille uero non compareat, quid erit faciendum.*

7 *Fideiussoribus datis, ut supra si admoniti non præsentauerunt principalem, an & quomodo contra eos procedetur.*

8 *Fideiussor, ut supra in exigendo pœnam quā soluit, an seruabit ordinem iudiciarium.*

9 *Fideiussores si nō possunt exhibere reū pro quo fideiusserunt, an poterūt eū plene defendere, aut inducias ad eum præsentandum petere.*



1 REO autem comparente & veniente ad mandata potestatis. quid sit agendum † videamus? Et certe ipse reus poterit suas exceptiones opponere, si quas habet, tam dilatorias quã peremptorias. Nam sicut in causis pecuniarijs talis exceptio debet opponi in initio, id est ante lit. contesta. vt C. de excep. l. vlt. & pe. & de probatio. l. exceptionem. ita & in criminalibus causis debet obseruari, vt ff. de adultert. l. si maritus. §. præscriptio. & vt no. supra, de procurat. §. vlti. vnde ante lit. contesta. poterit opponere quod accusator sit seruus, pupillus, mulier, vel similis, vel quod non sit de iurisdictione iudicis. Si autem reus non habet aliquam de prędictis exceptionibus, tunc iurabit de veritate dicenda, & nomen eius recipietur inter reos. Item videtur etiam quòd ipse reus ante lit. cõtesta. debeat opponere exceptiones peremptorias, vt dicto. §. præscriptiones. Circa quæ dicit d. Odoff. quod exceptiones dilatoriæ & peremptoriæ, sicut in ciuilibus, ita & in criminalibus debent opponi ante lit. contesta. per iura superius allega. sed exceptiones peremptorias dicit posse opponi & probari quandocunque ante sententiam, vt C. de except. l. si quod. & C. sentent. rescin non pos. l. ij. Nec obstat d. §. præscriptiones. vbi innuitur quod exceptiones peremptoriæ, debent opponi ante lit. contesta. quia illud quod ibi dicitur speciale est in crimine adulterij, vbi postquam nomen rei receptũ est inter reos, dictæ exceptiones peremptoriæ opponi non possunt, vt ff. de adulter, l.
2 secunda. § extraneus &c. † Sed quid si tu me accusans de crimine quod dicebas Parmæ esse commissum, ego autem dico illud maleficiũ seu homicidium fuisse cõmissum Cremonæ, non tamen confiteor me illud commisisse, quęritur an hæc exceptio prius debeat decidi, quã nomen meum recipiatur inter reos? videtur quod sic, cum hæc quæstio sit emergens, vt C. de dilato. l. à procedente. ff. de libe. cau. l. liberis. §. finali. pro qua quæstione incidenti secũdum communem opinio. est pronunciãdum, vt not. do. Azo. in summa. C. de or. iudi. circa fin. rubric. Tu autem dicas, & ita sentit do. Gui. de Suza. quod super accusatione illa est procedendum, non obst. exceptione prædicta, vt ff. de iurisd. omn. iudic. l. cum quædam puella. vnde cum accusator in sua accusatione poterit homicidium illud, vel maleficium fore commissum Parmæ, debet accusator Parmę respondere. Verum si in causæ processu probatur dictum maleficium alibi fore commissum, apparebit Parmensem iudicẽ fore non competentem. & sic ipso iure nõ valebit quod factum erit, vt C. si à non compe. iud. l. vlti. Si tamen in confinio vtriusque territorij factũ fuerit dictũ maleficiũ, & putat accusatus quod accusator desinet locum dicti maleficij, debet & tenetur hoc facere, ff. de accus. l. libellorum. & etiam locum illum designabit ad oculum, vt insti. de gradi. §. fin. ff. fi. regun. l. si irruptio
3 ne. §. fin. † Sed quid si non appareat vtrum sit factum illud maleficium in territorio Parmæ, vel Cremonæ, quid erit tunc faciendum? respond. quod fines vtriusque territorij sunt distinguendi & terminandi. Si autem non distinguantur, tunc vterque potestas tam Parmę, quam Cremonæ cognoscet de illo maleficio, vt ff. de excusa. tut. l. iurisperitos. §. cum oriundus. Accusatione autem exposita, si ipse accusatus nullas habet exceptiones, procedet in accusationes, quam accusationem accusator semper necesse habebit probare veram esse, alioquin obtinet regula, quod si accusator non probat, reus absoluitur, vt C. de eden. l. qui accusare. Fallit in casibus in quibus tam accusato quam accusatori incumbit onus probandi, vt C. de abolit. l. vbi. & C. de abolit. l. fallaciter. §. quid. Item obtinet alia regula quæ est, vt accusator non probans videatur & intelligatur calumniator, vt C. de aduo. di. iudi. l. j. quod fallit tamen in marito & alijs quod non est verisimile calumniari, vt ff. ad Turpil. l. j. §. calumnia-
4 ri. & C. de adult. l. quamuis. † Sed pone, quod accusatus comparuit, & cõfessus est delictum, vel etiam negauit, quid est iudici faciendum? respon. quia aut confitetur, aut negat. Primo casu subdistingue, quia aut confitetur crimen de quo tantum pœna pecuniaria est imponen-
5 da, & tunc est fideiussoribus committendus, vt C. de app. l. eos. §. pen. & ff. de cust. reo. l. fi. Si autem confitetur crimen propter quod debet pœna corporalis imponi, tunc ponendus est in carcerem, vt ff. de cust. reo. l. si confessus. & l. diuus. & tenendus, donec ex crimine pronuncietur cui confesso pœna velox est imponenda, vt C. de cust. reo. l. vlti. debet tamen ille confessus admoueri, quod suam defensionem faciat si quam habet, vt C. de iure fisci. l. defensionis facultas. & C. de bon. vacan. l. vlt. ibi data copia reclamandi, & facit. ff. de quæst. l. j. §. si quis vltro. vbi sponte confesso danda est defensio ad suam innocentiam excusandam. Nã probationes & defensiones possunt fieri vsq; ad sententiam, vt C. de re. cre. & iureiuran. l. si quis iusiurandum. & de proba. l. indicia. & de

transact-

transact.l.contentio. si autem accusatus negat crimen de quo accusatur, vel cõtra eum inquiritur, tunc aut agitur de crimine graui, aut de non graui, primo casu ponitur in carcerem, vt ff.de custo.reo.l.diuus. & indagatio criminis statim debet fieri, vt innocens absoluatur, & noxius puniatur. Carcer enim ad custodiã est inuentus, non vt pœna imponatur ex carcere, vt ff de pœn.l.aut damna.§.solent. Hoc tamen fallit, seu corrigitur in muliere quę ob aliquod debitum fiscale vel priuatum, seu ob aliquod delictum, vel crimen in carcerẽ non ponitur, imo si tale sit crimen, quod non sit necesse eã in carcerem ponere committitur fideiussoribus, si fideiussores dare poterit, alias præstabit iuratoriam cautionem de iudicio sisti, & iudicatum soluendo & relaxabitur. Sed si crimen sit grauissimum de quo hæc mulier accusatur in monasterium mittitur, vel mulieribus traditur, per quos custodiatur, vt in auth. vt nulli. iud.§.necessarium. Si autem crimen quod quis negauerit non sit graue, & sit accusatus, tũc fideiussoribus est relaxandus, vt d.l.diuus.

5 † Sed quod dicitur esse graue delictum, respõdeo, illud pro quo quis debeat personaliter puniri, vt est in crimine læsæ maiestatis, vt C.ad legem Iuliam maiestatis.l.quis. vel patria prodita vel sacramentis rupt.C.de aboli.l. fallaciter. vel in furto, vt C.de ser.fugi.auth. suo iure.

b & simi. De his grauibus [b] delictis, habes nosper ordinem, infra de pęn.circa. vbi tractatur casus, vbi quis amittit oculum, nasum, manum & pedem, tũditur, verberatur, & comburitur, suspenditur, & signum imponitur, & eo ipso quod quis accusatur de graui crimine, est ponendus in carcerem, vt not. Accur.C.de cust.reo.l.ij.in summa. not quod ad hoc vt quis sit ponendus in carcerem vel fideiussoribus committendus, bonus iudex estimabit pro qualitate criminis, vel propter honores, vel amplissimas facultates, vel pro nocentia personę. vel qualitate & dignitate eius qui accusatur, vt ff

6 de requi.reis.l.j. † Sed pone, quod iste accusatus negauit se fore culpabilem & dedit fideiussores de parendo iuri, & de cõdemnatione soluenda & relaxatus postea ante condemnationem requiritur, & in contumacia persistit in nõ veniendo & abiectus respondeo, nunquid bona erunt annotanda? dic ꝙ non. imo alio modo procedetur cõtra eum, quia imponetur ei pœna pecuniaria, vt ff.si quis ius di non obtemp.l.j. Et si adhuc in contumacia perseueret sepius admonitus debet relegari, vt ff.de pe.l. absente.§.aduersus.& l.capitalium.§.j.& ff.an

7 per alium capi.l.prima. † Sed quæro nunquid possit contra fideiussores procedi admonitos quod principalem præsentent. & si potest procedi qualiter procedetur, respondeo, & contra fideiussores potest procedi hoc modo quia aut promiserunt certam pœnam, quod illum accusatum exhiberent, & tunc ad pœnam promissam agetur vt ff. si quis cau.l.prima.& de exhiben.reis.l.si quis reum. Si autem non promiserunt pœnam, sed simpliciter promiserunt illum exhibere, tunc pœna pecuniaria potest iudex eos punire, quia iudici non obtemperauerunt iubenti reum exhiberi, vt ff. si quis ius di. non obtemp.l.j.& hæc pœna seu mulcta applicatur fisco vt C.de mo. mulcta.l. mulctarum. Et hoc est verum quando fideius-

c sor non est in dolo, [c] quia non exhibet reum. Si autem dolo fecit quominus eum exhiberet, tunc poterit extra ordinem puniri, vel poterit relegari ad tempus, vel fustigari, vel acerbe poterit procedi contra eum, vt ff. de requi.re. l.si quis reum.& C.de fideius.l.si quis barsato-

8 ram &c. † Sed nunquid fideiussor in exigen-

d do hanc pœnam, tenebitur dare libellum [d] &c. ordinis iudiciarij facere? & determinatum fuit quòd non, per id quod not. Accur. C de episcop.& cler.authen.generaliter.in gl. quæ incip.nunquid ex hac.& ita ibi dixit Ra-

9 pha. † Sed ego quæro pone quod fideiussores non possunt exhibere reum pro quo fideiusserunt, sed volunt eum in iudicio defendere plene, & in se iudicium suscipere, quæritur an possint. Vel pone, quòd petant inducias ad eum præsentandum. secundum quod in causa ciuili conceditur fideiussori, vt C. de fideius. l.sancimus. Respon. primum non admittitur quod possit defendere illum reum, quia ad crimen publici iudicij frustra procurator interuenit vt ff.de publi.iudic.l.penult.§.ad crimen. præterquam quod illustris persona. vt C.de publi.iudic.l. fina. Item quia iniqui puniretur qui nullum maleficium commisit contra iura cum sit pœna suos debeat tenere autores, vt C.de pœn.l.sancimus. Item si fideiussor puniretur capite vel aliter in personam vel relegaretur vel exportaretur nunquã hoc posset repetere, quod secus est in causa ciuili vel pecuniaria, & hoc quando ille reus erat puniendus pęna relegati, vel vltra quia alias admitteretur defensor, vt plene de hac materia not.supra de procu.& not.ff. de procura.l.seruum quoque.§ publice vtile est.& dicto.§.ad crimẽ. ꝙ aũt fideiussor possit pñtare, bene dabũtur induciæ. C.de fideius.l.sancimus. Gād.

ADDI-

ADDITIONSE.

a Et Fideiussoribus. Adde Io. de Ana. consi. j. & Pa. de Cast. consi. cccxlvi. iii. lib. inci. clarum est iure in quo consi. notabiliter voluit quod etiam vbi pœna corporalis venit infligenda reo iudex ex causa possit illum fideiussoribus relaxare, sicut potest ex causa pœnam corporalem augere & minuere, cogita tamen quia cum iudex minuit pœnam delictum aliqualiter punitur, quod forte non puniretur si reus fideiussoribus relaxaretur, vnde cum sit diuersa ratio, non videtur inferendum. iuribus vulgaribus, autoritas viri est magna Ber.

b Grauibus. Adde quæ dicantur grauia delicta Cep. consi. xj. Ber.

c Dolo. Adde vt per Cepol. consilio xxv. & promittens reum præsentare toties quoties, liberatur præsentando bis, secundum Roma. consilio xv. Ber.

d Libellum. Adde Spe. & Ioan. And. in addi. ad Spe. in tit. de fideiuss. §. sequitur. in princ. Ber.

a De quæstionibus & tormentis a Rub.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non debet de facili neque repente ad tormenta seu quæstionem prosilire.*

2 *Quæstio non ex quolibet maleficio, neque ex qualibet causa, neque indifferenter de qualibet persona est habenda.*

3 *Quæstio quando sit adhibenda.*

4 *Quæstio quando repetenda.*

5 *Iudex quæ temperamenta secum habere debeat in quæstionibus.*

6 *Quæstio quid sit.*

7 *Quæstionibus subijci quæ personæ valeant.*

8 *Testis an torqueri possit.*

9 *Torqueri qui non possint.*

10 *Quæstio quomodo sit habenda, & cum quo moderamine.*

11 *Quæstio quo ordine habenda est quando plures sunt torquendi.*

12 *Torqueri homines ex quibus causis possint, & quando liber homo torqueatur.*

13 *Quæstionem quæ præcedere debeant.*

14 *Indicia quæ & qualia debent quæstionem præcedere.*

15 *Quæstionis quis sit effectus.*

16 *Reus quæstionibus subiectus si de alio confiteatur, an illius dicto sit standum.*

17 *Reo in quæstionibus alios inculpante, an illi erunt quæstionibus subijciendi.*

18 *Tortus nominat aliquem male famæ & conditionis, an nominatus poterit torqueri in casibus non exceptuatis.*

19 *Tortus indicijs præcedentibus confitetur se illud furtum fecisse, an poterit torqueri & interrogari de alijs furtis ad quæ nulla indicia habemus.*

20 *Tortus qui nihil dixit an poterit repeti.*

21 *Tortus si dicat teneatis me ad tondulum quantum vultis quia nihil dicam cum sim innocens, an statim de tormento est deponendus.*

22 *Tortus fuit quidam à potestate Bononiæ causa maleficij commissi in comitatu Bononiæ, pro quo tamen debebat pati pœnam corporalem, qui confessus est se fecisse aliqua furta mutinæ, an ista potestas poterit eum punire.*

23 *Reo indicato, iudex vult eum torquere, ipse dicit detis mihi meam defensionem, quia uolo tollere indicia &c. an danda erit dilatio ad se defendendum.*

24 *Confessus in tormentis, & perseuerans, si dicat se errasse an audietur.*

25 *Confessione in tormentis facta, non habita perseueratione, quid operabitur illa cõfessio.*

26 *Tortus non præcedentibus, indicijs si confiteatur homicidium & perseueret, an possit damnari.*

27 *Confessio in tormentis facta, non præiudicat, nisi sit perseueratum.*

28 *Confessio quæ dicatur facta metu tormentorũ.*

29 *Confessio facta à ducto ad pedẽ tormentorum, non ligatis manibus de retro, sed adhibitis minis de torquẽdo nisi confiteatur, an videtur facta metu tormentorum, vt dicamus illam non valere nisi fuerit perseueratum.*

30 *Confessio facta extra locum in quo homines torquentur, iudice dicẽte aut confitearis, aut ducam te ad torturam inferendo sibi metum, an videatur facta metu tormentorum.*

31 *Statuto ciuitatis dicente, quod quis non possit poni ad torturam, nisi in certis casibus potestas auidus honoris, fecit ponere reum in aliqua turri denegando ei cibum & potum usquequo confessus fuit, an talis confessio dicatur facta metu tormentorum.*

32 *Perseueratio in quo loco fieri debeat & qualiter.*

33 *Perseuerationis tempus quantum distare debet ab hora confessionis.*

34 *Quæstioni qui debeant interesse.*

35 *Iudex adeo modum excedens in tormẽtis quod tortus uel deficit, aut in membro debilitatus est an tenebitur, & quo iure tenebitur.*

36 *Indicium sufficiens ad torturam an sit, probato*

to maleficio per vnum testem de nisu.
37 *Milites nostri temporis, an torqueri possint.*
38 *Aduocati an torqueri valeant.*
39 *Infamatus contra quem fuit de crimine probatum per publicam uocem & famam ortã incontinẽti cõmisso crimine, in loco criminis & à personis fide dignis an poterit torqueri.*
40 *Infamatus post aliquod tempus publica voce & fama maleficij cõmissi, ita occulte quod non constabat de malefactore, qui alias est homo malæ conditionis & famæ, an possit torqueri.*
41 *Statuto dante liberum & generale arbitrium potestati inquirendi & puniendi maleficia &c. an poterit contra delatum de crimine, ad torturam procedere sine indicijs & nonnulla alia de arbitrio potestatis.*



TRACTATVRI plenius de quæstionibus & tormentis, videndum est quid sit quæstio, q̃ personæ possunt torqueri, qualiter debeat quæstio fieri, seu cum quo moderamine, quo ordine sunt homines torquendi, ex quibus causis & quæ oporteat præcedere quæstionem, & quis sit quæstionis effectus, denuo formabo circa materiã aliquas bonas quæstiones & vtiles. Et vt iudicibus immodice seuientibus quædam tẽperies adhibita videatur. Primo notanda
1 sunt quinque magistralia. †Primum antę omnia, quod omnis iudex q̃ de aliquo quęstionem habere intẽdit, ante omnia habere debet iuris & humanitatis consideratione hanc, scilicet vt non facile nec repente ad quęstionem prosiliat si aliqua alia via leuiori vel veriori potest obięcti criminis veritas inueniri quãtuncunque adsint indicia vel verisimilia arg. ff. de quæst. l. diuus. & l. ij. respon. & l. edictum. & C. eo. l. quoties.
2 †Secundum nota. quod non ex quolibet maleficio, nec ex qualibet causa, nec indifferenter de qualibet persona habenda est
3 quæstio, vt d. l. edictum. †Tertium not. ꝙ non quælibet indicia sufficiunt ad torturã habendam, tunc enim torquendus est reus cum suspectus est & indicia pręcesserunt verisimilia talia quod quasi sola torquendi cõfessi esse videatur, vt ff. eo. l. j. ij. responsio.
4 †Quartum no. quod in quęstione nõ est aliquis repetendus de iure nisi duo concurrant, & quod noua supersint indicia, & ꝙ tortus in fortitudine corporis animique durauerit. arg. ff. eo. l. vnius. §. j. licet de consuetudine multi assessores hoc non seruent, vt
5 infra subiiciam. eo. tit. §. quæro ꝙ. †Quintum no. quod iudices hoc temperamẽtum teneant vt tormenta non sumant de aliquo immensa nec quãta postulauerit accusator. sed prout moderatæ rationis temperamẽta desiderant, adeo quod tortus, sanus, seu saluus innocentię, seu supplicio conseruetur, vt ff. eo. l. de minore. §. tormenta. & l. quæstionis modum. alias tenetur iudex, vt ff. de iniu. l. apud labeonem. § quæstionis. ver. ibi
6 teneri eum &c. † Incipiamus à primo scilicet quid sit quæstio, & quidem quęstio est inquisitio quæ fit ad eruẽdam veritatem ꝑ tormenta & corporis dolorem, vt ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. adiicitur. ver sicu. quæstionẽ. & ff. ad Sil. l. j. §. quæstione.
7 †Quæ personę torqueantũ seu torqueri possunt, & certe torqueri possunt tã liberi quã serui libertini & statuliberi. vt ff. e. l. edi. & l. statuliberi. & l. diuus. & tã masculi q̃ fęminę nisi sint ꝑgnãtes, vt ff. de pę. l. ꝑgnantes. & tanq̃ contrariũ quidã dixerint, dic indubitanter liberos homines tã in seipsos q̃ in alios posse torqueri, vt ff. eo. l. ex libero. in prin. & l. vnius. §. testes. & C. ad l. Corn. de fal. l. & si q̃s decurio. & ff. de re mili. l. proditores. & C. e. l. milites. vbi indistincte loquitur & quo ad crimina, & quo ad personas cuiscunq; conditionis excepto ꝙ in dignitate posito torqueri permittit, & facit C. de infa. l. nullum. vbi de hoc no. Accur. & C. de asses. l. nullum. ad fi. quæ omnia iura loquuntur de quæstionibus habendis de libe
8 ris hominibus. †Hæc quæstio an testis pos-
b sit torqueri respondeo sic, si vacillet [b] & dicat se interfuisse illi negotio, & postea interrogatus dixit se nihil scire. Nam si dicat se non interfuisse & nihil scire non potest torqueri, quia dicta duo debent interuenire scilicet ꝙ vacillet & ꝙ interfuit facto. vt ff. eo. l. ex libero. in prin. & l. vnius. §. testes. & facit ad torturam habendam. C. de episco. & cle. l. præsbiter. & in authẽ. de testi. § sanci-
9 mus. †Excipiuntur quidam quos ius torqueri non sinit quidã videlicet propter ætatem, quia minores. xiiij. annis qui licet torqueri non possunt. torqueri tamen possunt ferula vel corrigio leuiter ad eruendam veritatem, vt ff. ad Silla l. i. §. impubes. & l. excipiuntur

cipiuntur.ff.eo.l.de minore.j.respō.& l. ex libero.§.de minore. Itē qui in ætate decrepita sunt non possunt torqueri. Et quæ sit illa ætas decrepita dicitur.ff. ad Silla.l.iij.§. agnoscitur. Item dignitate positi non torquentur vt eminētissimi milites,[c] & decuriones,[d] & filij & nepotes eorum vt nec in eis aliqua corporalis macula aspergatur, vt C.eod.l.milites.& l.diuo marco.& l.decuriones.& ff.de decu.l.fi. Solet in quibusdā criminibus dignitas non præbere excusationem nec minor ætas quin torqueatur, vt in crimine læsæ maistā.l. proditoribus. & quibusdam alijs, vt ff. eo.l.de minore.j.respon.& ex libero. §.j.& ff.de re mili.l.desertorem.§.is qui.& l.proditores. Itē decuriones & alio casu torquētur cum tēpore decurionatus quæritur de fide instru. ꝙ ante decurionatum cōfecerunt, vt C.ad le.Cornel de fal.l.si quis decurio.

10 † Qualiter autem sit quæstio habenda & cum quo moderamine dic ꝙ non est in immensum habenda nec in quantum postulauerit accusator, sed vt moderatę rationis tēperamēta desiderant, vt ff.eo.l.de minore.§.tormenta. Et super hoc nō potest certa doctrina dari sed iudex debet considerare cuius formidinis[e] & cuius debilitatis, vt cuius valetudinis & cuius ætatis sit qui torquendus est. vt secundum varietatem personarum & varietatem crimini seu alterius negotij qualitatem vtatur tormētis, quādoque à superioribus, quandoque à minoribus, ꝙ hæc sint cōsideranda probatur per iura. vt ff. de re mili.l. iij.§.fi.ff.ad Silla.l.si quis in graui.in princ. & §.subuenitur.& l.j.§ impubes. dic ergo sic iudex torqueat reū vt innocentiæ vel supplicio eum seruet incolumen. vt ff.e. quæstionis modus &c.

11 † Nunc videndum est, quo ordine sunt habenda tormenta, & certe si de pluribus sint habenda, sagax iudex considerabit à quo facilius veritas erui possit & ab illo quæstionem incipiat tanquam à timodiori & magis suspecto & à minori, & à magis debiliori & non à fortiori, vt ff. eo.l.j.§.j.& l.vnius.j. respon. Item si sunt torquendi pater & filius à filio, est incipiendum in conspectu partis, quia ꝑ hoc citius dicit pater. quia pater magis vteretur de filio, quam de seipso, vt ff. ꝙ met.cau.l.isti quidem.& inst.de noxa.§.veniens. Itē fœmina citius torquenda est quam masculus quia homo tanquam maioris constantiæ, tardius confitetur & mulier citius, quia momētaneū & instabile cor hēat, vt ff.de inoffic.testa.l.filia in orbitate.& ff. de iure fis.l. deferre in princ.& extra de verb.sign.l.forus.in fi.

12 † Ex quibus autē causis homines torqueantur, respondeo ciuili & criminali causa, & tūc cum veritas aliter reperiri nō potest, vt ff.eo.l.ex libro.& C. eo.l.quo. & vt not. Azo.in summa.eo.tit.§.torquendi. non tamen ex omni causa quilibet torquēdus est nec quælibet persona, vt ff.eo.l.edictum.vnde videtur quod de aliquo libero homine non posit haberi quæstio nisi in atrocioribus & grauioribus delictis & non pro leuibus vt dicit.d.l.edictum.& ita not. in scholis.d.Fede.de la schola, & dixit ꝙ l. diuus.loquitur in seruo &c.

13 † Quæ autem debent præcedre quæstionem, dic indicia sufficientia & verisimilia, nam à tormentis incipiendum non est, vt ff. eo.l.j.j. respon. nam sine indicijs & præsumptionibus quis torquendus non est, vt ff. eo.l. minor.§. in ea.& l.maritus.l.fi.& C.de fal.l.sicut ad fi. & C.de quæstio.l.pridem. & l. milites. Et certe est valde à rectoribus considerādum & ponderandum nunquid præcedant indicia sufficientia & verisimilia ad hoc vt habeatur ꝙ de aliquo cum talis appellatio vel restitutio subsequens prodesse non posit. Nam plærique cum torquentur perire solent.ff.de pęn.l.aut damna.§.j.& ꝙ indicia præcedere debeant proba.per dictas leges. vt C.eo. tit.cognitionaliter.

14 † Sed quæro quæ & qualia esse debeant ista indicia quæ debent præcedere vt quis posit torqueri. respondeo, nō possunt certo modo dici vel ostendi, nec de his potest dari certa doctrina, sed hoc committitur arbitrio iudicantis. arg.ff.de test.l.iij.in princ.ibi, tu magis scire potes &c. sicut dicimus de accusatione, & mora, vt ff.de diuer.& temp. præscript.l.de accessionibus.& ff.de vsu.l.mora.& generaliter omne ꝙ nō determinatur à iure.relinquitur arbitrio iudicantis, vt ff. de iure d.libe.l.j.possumus tamen in genere talem ponere doctrinā, ꝙ bonus iudex debet solicite instare ad indagandum indicia cōtra vellatū de crimine. Nam indicia sunt alijs probatio.proxi.& indicia dicuntur quasi à demonstrando, & demonstratiua veritatis & probationibus adminicula, vt C.de proba.l.

ba.l.instrumenta domestica.& l.fin.sunt enim indicia pars clare probatio.C.qui test.fac.pos. l.hac consul.§.deinde.ibi indicia &c. Nam indicium dicitur ab indicando, vnde indicia idē demonstratiua adminicula ad indagandam veritatem,vt C.de adult.l. qui adulterij.& ff.de præscri.ver.l.solent.debet itaque curiosus iudex indagare & inquirere cum quibus hominibus,& per quæ loca conseruabatur delatus de crimine quē torquere intendit, quia mala conuersatio, est male conuersationis f indicium, vt ff.de admini.tut.l.si plures.§.assidue. Nam ex mala conuersatione, etiam bonus efficitur vitiosus,vt ff. de ædi. edi.l.ediles.§.pedius.ibi aleator forte &c. ad idem dictum Phi. qualis est quisque talium consortio delectatur. Item consideret locum seu loca in quibus conuersabatur quia secundum locorum diuersitatem & veritatem, varia colligitur cōiectura, vt C. si man.ita fuc.alie.l.j.& ff.de pœ.l.aut facta.§. euenit.habet etiam considerare iudex,cuius vitæ fuerit quis antea, & cuius estimationis & famæ,& qualem vitā & habitum quis duxerit. Item qualitatem maleficij, quod dic,vt no.supra de præsumpt. & indicijs indubitatis. circa princ. Item debet inquirere bonus iudex si ille qui de crimine inculpatur,erat inimicus occisi vel offensus. Item si scienter recipit illū in sua domo qui fecit offensam. Item si dedit opē ne malefactor caperetur. Itē si aufugit de domo,vel de loco vbi maleficium fuerit cōmissum. Item si occasione dicti criminis fuerit captus ab aliquibus,vel detentus.Itē si inter prædictos fuerunt vel præcesserant aliqua verba iniuriosa. Item si potuit prohibere ne illud maleficium committeretur. Itē si sciebat malefactorem certo loco latere & de hoc interrogatus dixit se nihil scire. Itē si alias aliud maleficium commisit in persona dicti offensi vel in personā alterius. Itē si publica vox,& fama est, quod dictum maleficiū cōmiserit, vel committi fecerit,de quibus omnibus indicijs plene dixi & nota.supra de indicijs indubitatis. vnde quæ ibi dixi intelligantur repetita de vno
15 restat videre quis sit effectus qōnis. † Et quidem si quis confiteatur crimen de quo inculpatur vltro id est, absq; formidine tormētorū dixerunt quidā antiqui & quidā Moderni doctores eum non esse statim condemnandum, sed ꝙ debet iudex post dies & tempus iterū coram se facere adduci reū,& eū iterū interrogare de ipso maleficio , quia d xerunt ꝙ confessio facta in crimināli causa, statim non præiudicat, nec statim facit plenam probationē, vt expresse dicit l.C.de custo.& exhibē.re.l.ij.& ita eam l.intelligunt,si sit facta confessio formidine tormectorū,vel sine. Et intelligunt etiam ita l.ff.de quæst.l.j.§.diuus. & §.si quis vltro. & ita dixerunt locū esse perseuerationi. siue confessio sit extorta formidine tormentorū, siue sit facta sponte. Dicentes ꝙ in hoc est differentia inter cōfessionē in causa ciuili factam & factā in causa criminali.ar.insti.de pub.iud. in prin.vos tā dicatis cōtra & hæc est cōis opi. doctorum.nā cum quis confitetur crimen se cōmisisse statim carcerādus est,& illico absque alia aliqua perseueratione & confessione damnādus est, vt ff.de custo.reo.l.vlti.j.respon. & C.de pœ.l.cū reis. & ita intelligatur.ff.de cust. & exhi.reo.l.si confessus. Non ob.dictus.§.diuus.& §.si quis vltro.quia intelligantur in cōfessionibus habitis in tormentis. Itē nō ob.d.l. ij.C.de cust.& exhi.reis.quia intelligitur similiter in cōfessionibus factis in tormentis, vt patet in fi.vbi dicit,vt iudicibus immodice seuientibus &c.hæc est verior lectura & cōis opin. doct. Si autē confiteatur quis in tormentis,vel
g formidine tormentorū g tunc confessioni non statur,nec pro confesso habetur,vt d.§.diuus. & C.quorum appel. non recipiantur.l.ij.& est ratio,quia quæstio fragilis est res &c. vt ff.eo. l.j.§.quæstioni.& habet locum tunc.l.ij.C. de custo.& exhi.re.vt iudex faciat corā se criminosum venire, & quærat ab eo, vtrū velit in confessione sua perseuerare,an retractare, vel aliter dicere, & si perseuerauerit, tenet cōfessio.ar.d.§.si quis vltro. & d.l.ij.C.quorum app.non recipiantur &c. Nunc autē restat formare circa hunc tracta.multas breues & vtiles quæstiones.† Et primo quæro,quid erit. 16
Ecce aliquis subijcitur quæstionibus confitetur is contra alium nunquid statur dicto eius, respondeo,distingue, quia aut confitetur simpliciter in alios & non in se, nec in suos socios & tunc statur dicto suo cum alijs indicijs, vt iudex ex dicto torti, & alijs indicijs ad condēnationem procedere possit, vt C.de asses.l.nulli.ad fi.& ff.eod.l.edictum.& etiam l.j.§. qui quæstionem.ibi efficacissimas causas &cæt. Ad idem Tullius in topicis ibi, vbi dicitur.Nam in tormentis igne & verberibus fatigati quid dicunt. veritas ibi videtur dici,saluo si dixerūt de inimico, quia tunc eis facile credendum nō est, sed nec omnino fides detrahenda, sed causa cognita erit fides detrahenda, sed causa cognita erit fides adhibenda, vel non habenda, vt ff.eo l j.§.præ: rea... ff.de test l.ij in princip... Aut torquetur in se, & in alios. & nihil in se con-

26 & si persona vilior. † Item, quid si aliquis fecit iniur. alicui officiali, potestati, vel alicui de sua familia, vt notorium crimen in persona vel rebus. verbo vel facto, nunquid iudex illius curie poterit delinquentes punire? videtur quo, non esset iã aliquis iudex in re sua vel suorum vel in proprio facto, quod esse non debet, vt ff. ne quis in re sua l. vna. & ff. de iurisd. om. iudi. l. qui iuri præest. nec in re sua quis potest esse arbiter, vt ff. de arbi. l. pen. Solu. secundum do. Gui. dic, quod si pube. & noto. est facta offensa iudi. vel suis, vt quia facta fuit dũ ius reddebat, vel sedebat pro tribu. poterit delinquentes punire, nam hanc iniur. sine accusa. & iuris or. prætermisso potest punire iudex l xiij. dist. c. salonitane. & hanc iniur. iudex retractare vel remittere non potest, quia non est tam sibi facta quam communi, & toti populo ciuitatis, vniuersis enim redditur quod pro voto primatibus indulgetur, vt C. de aduo. diuer. iudi. l. restituende. & ff. de condi. & demonstra. l. municipibus. nam in præmisso casu non ipsi iudici vt priuato, sed vt iudici facta est iniuria, & nõ ipse vt in suo negotio, sed vt alius procedit & condemnat, vt argu. ff. de adoptio. l. si pater. §. qui duos. Et ad hoc est nouus canon Innoc. c. Romana extra de pẹn. lib. vj. Nam cui iurisdictio concessa est, id concessum sibi videtur sine quibus iurisdictio. explicari non potest, vt ff. de iurisdict. omn. iudic. l. ij. & extra de offic. & potesta. iudi. delega. c. j. & c. præterea. & c. suspicionis. Alijs vt do. Ioan. videtur procedendũ esse in hac quæstio. secundum formam l. ff. de offi. præsi. l. senatus. Quidam alij distinguunt sic, talis iudex est qui habet merum imperium, & tunc possit hoc facere, an vero si municipalis vel delegatus, & tunc non possit, vt ff. de iu. l. in omnibus. sed prima solutio magis placet.

27 † Quæritur hic an duplex iniurię videatur facta, scilicet iudici tanquam priuatæ personæ & in dignitate posito, vt duobus modis agatur de iniuria iudici facta? dixerũt quidã ꝙ non, quia nõ debet quis duplici pẹna puniri, vt ff. de offi. præsi. l. diuus. nec de eo. delicto sæpius quæritur, vt ff. nau. cau. sta. l. licet. §. fin. Tu dic, ꝙ cõmune vniuersitas potest agere pro sua iniuria, & iudex pro sua propria, vel priuata vt dicitur in filia & vxore vt institutio. de iniur. §. patitur. & præstat ad hanc solutio. argu. ff. de pu-
28 bli. l. licitatio. §. quod illicite. † Sed pone quod aliquis percussit & vulnerauit aliquem cum quadã forfice & intulit duo vulnera vno ictu, quẹritur an debeat puniri pro vno vulnere, an pro duobus, secundum formam statu. dicentis, ꝙ quilibet puniatur in lib. x. pro quolibet vul-
i nere. dic ꝙ puniatur pro vno vulnere,[i] tantũ, vt ff. arb. tur. cæ. l. si gemina. Sed videtur ꝙ pro pluribus puniatur, ẽt si constet ꝙ animum habuit vnum vulnus inferendi, vt quia cum ense, vel alijs armis percussit, nam debet quis puniri secundum effectum, non secundum affectũ. ff. vi bon. rap. l. prætor, §. si quis aduentu. & §. pe. & de fur l. qui saccũ. Item vna conceptione verborum, plures stipu. continentur. l. scire debemus. ff. de verb. obli. & vna nouatione, & sic conceptione, plures obli. tolluntur. ff. de noua. l. fina. licet videatur contra. l. si quod fur. ff. de fur. sed non obstat, quia licet dicatur, ꝙ non teneatur fur, teneor tamẽ in aliquali actione, sed tu potes dicere quòd si statu. imponatur pẹna pro percussione, ꝙ vna pẹna puniatur, quia vna percussio siue ictus, si aũt pro vulnere pluribus pẹnis puniatur, cum plura sint vulnera.
29 † Item pone contineri in statu. quod quicũque percusserit aliquem in via publica, magis puniatur pro vulnere, quàm si alibi percusserit. Ecce aliquis aliquem percussit in via priuata ꝑ quã iter vulgo fit, quid erit? dic ꝙ perinde puniatur, ac si in via publica percussisset, vt ff. de his qui deiec. vel eff. l. j. vbi, dummodo per ea &c. & ff. si men. fal. mo. dixe. l. fi. nam mentem non verba spectamus, vt ff. de alea. l. iij. §. cõdictio. Item pone ꝙ ego vidi ꝙ Titius percutiebat, vel vulnerabat, vel occidebat Seium, quẹritur nunquid ego tenear eum iuuare? videtur ꝙ
k sic,[k] alias aut sum puniendus, vt ff. de re iudi. l. culpa. & ff. de noxa l. in omnibus. & l. in delictis. in princi. Nam non tantum careo culpa, imo hoc maleficium videor fecisse, vt ff. de iniu. l. quod ergo. §. j. Sol. dic secundum canones ꝙ ego teneor me interponere verbis vel alio honesto modo, vt in c. neglıgere cum possis. ij. q. vij.

ij.q.vij.sed secundum lec. non nisi in ijs, quos habeo corrigere vt filios vel seruos per leges prædictas,& dic vt de hoc no.per Accur.super
30 d.l.culpa.ff.de re iudic. †Cum aliquis minor. xxv.annis delinquit,vt sciamus an possit puniri vel non, distingue, quia aut est pubes, aut impubes. Et si est impubes,aut est infans, vel proximus infantiæ,aut proximus pubertati,& dicitur minor.vij.annis,vt C.de iure delibe.l. si infanti. proximus infantiæ est à vij. annis vsque ad xj. cum dimidio masculus fœmina vero à vij.vsque ad ix. cum dimidio, vt instit. de inuti.stip.§.pupillus.& hi si delinquũt nullo modo puniuntur,vt ff.de fal.l. impuberẽ.& ff.ad l. Aquil.l.sed & si quocunque.§.fi.& ff.de rei ven.l.quod infans.& argumen.insti.de inuti.stip.§. sed quod diximus. Si autẽ est pubes vel proximus pubertati,vt in eo qui est maior x.annis cũ dimidio, qui dicitur proximus pubertati,vt ff.de re.iur.l.pupillus. tunc regulariter omne delictũ cadit in cũ puberẽ,qui dicitur doli capax,vt ff.de fur.l. impuberẽ. & d.§. pupillus.& d.§.sed & si infans. Et in hoc casu aut delinquit culpa, & tunc minor in nihilum punitur beneficio restitutionis in integ. vt C. si aduer.delic.l.j. Item in sene,qui si culpa delinquit punitur mitius,vt ff.de ter.amo.l.ij.aut delinquit per imprudẽtiam, & tunc nullo modo punitur,vt arg ff.de iur.om.iud.l.si quis §. doli.aut delinquit dolo pupillus vel pubertati proximus, & tunc si ciuiliter conueniatur, nullo modo punitur,vt ff.de mi.l. si ex causa. §.nunc videndum.ff.de reg. iur.l. fere. si autẽ criminaliter conueniatur, & tunc aut delictũ est tantum atrox, & non subuenitur illi, nisi quatenus miseratio ætatis produxerit iudicem ad mediocrem pœnam imponendam, vt ff.de mi.l.auxilium.§.in delictis.in prin.aut est atrocissimum, & tunc nullo modo ei subuenitur, vt d.§.in delictis.in ij.parte sui.Sed fallit in minore.xiiij. annis in crimine adulterij, vt ff. de adult.l.si minor sed de stupro bene tenetur, vt ff.eo.ti.l. stuprum. in fi. Item excusatur minor.xiiij.annis in crimine falsæ monetæ,vt C. de fal.mo.l.j.§.impubes. Sed ibi forte non erat doli capax,vel dic quod ibi falsum nõ fecerat, sed consenserat. Item excusatur in alijs casibus.C.de ijs qui notan. infa.l. penul. Item à delicto non petiti tutoris, vt C. si aduer. deli. l.fin.& alias.ff.de bon.lib.l. qui cum maior. in princ.Nec etiam impubes tenetur crimine sepulchri violati,vt ff.de sepul. viol.l. prætor.§. j. alias autem punitur, quia legitur quòd impunitas delicti propter ætatem, non datur, vt C. de pœn.l. impunitas. sed qualiter fiet prædictorum punitio? respondeo, leuiter. quia ætas eorum quicquid videt ignorat, vt ff. de iur.& fac.igno.l.fina.C.de fal. mo.l.j.in fin. & insti. de inuti.stipu.§.furiosus. vnde dic quòd impuberes quando alij decapitantur ipsi debent ferula cædi, vt ff. ad Sillan. l.j. Puberes autem iudicis arbitrio puniuntur, vt d.l.auxilium.§ fina.& ff. de termi. amo.l.ij. & facit ad prædicta. ff. ad Sillan. l. si quis in graui. §. clauos.& ff. ad leg.Cornel.de fal. impuberem. Et vide quod not.per Azo.de lega.l.Aquil.§. culpam autem. institu. de obliga. quæ ex quasi delict.nascun.§. fina ff.de furt. l. impuberem.

31 †Pone quòd plures homines commiserunt delictum, quæritur qui conueniantur & teneantur? ad quod dic, quia aut occiderunt tm̃, aut vulnerauerũt tm̃, aut vulnerauerũt & occiderunt. Primis duobus casibus omnes tenentur, & conueniuntur insolidum ad pœnam legalem, vel statuti, nec vnus soluendo liberat alium, vt ff.ad l. Aquiliam.l. ita vulneratus. & l.item mela.§. sed si plures. in tertio casu. Si maleficiũ commissum fuit in rixa, ictus vniuscuiusque contemplari oportet,vt dicta l. & ff. ad leg. Corn.de sicca.l.fin.vt mitius puniatur, qui percussit cum paruo telo leuiter,quàm ille qui percussit cum falcastro, & intulit mortale vulnus,& hoc nisi constaret istos habuisse animum occidendi, quia tunc puniuntur omnes ad mortem, vt dicam plenius infra. de ho.§.ponamus. Et circa hanc materiam distingue secundum do.Odofre.Cum plures tenentur,aut teneantur ad rem tantum, aut ad interesse tantum, aut pœnam tantum, aut ad rem & pœnam. Si ad rem tantum solut. vnius liberantur alij, vt ff. de eo per quem factum erit l. secunda.§.si plures. Si autem ad pœnam tantum,vtputa plures furati erunt rẽ aliquam,tunc restituta re remaneret actio furti ad pœnam,vt ff.de condi.fur.l.si pro fure.§. fin.tunc licet vnus soluat rem vel pœnam cæteri non liberantur à pœna, vt C. de condict. fur.l.1.& ff.de iurisd.omn.iud.l si quis id. ad fi. Si autem ad rem & pœnam, vt est in actione legis Aquiliæ, quæ crescit per inficiationem, tunc si vnus soluat duplum,in alio, quod est simplum cęteri liberantur, in alio vero quod est pœna cæteri non liberantur, vt patet per iura prędicta. In nomine domini amen. circa finem etiam præsentis tit.hic pono.q. quæ fuit de facto coram me Perusij tunc prędidente of-
32 ficio appellatione dicti communis. † Ecce ex forma statuti generalis pœna imponebatur

tur facietibus percussiones & assaltus. quidā cādr. magistri Nicolæ quendā aliū insultauit & vulnerauit, q. postq̄ fuerat accusatus citatus & requisitus occasione dicti maleficij, factus fuit clericus, q. nihilominus in quinque libris extitit cōdemnatus, à qua condēna. ad me extitit appellatū allegabat, ꝙ nō potuit condēnari ex eo, ꝙ tēpore cōdēnationis inueniebat̄ ꝙ erat clericus, modo quęritur quid iuris sit? & primo vr̄ ꝙ potuit & debuit cōdēnari de iure, quoniā iura dicūt, ꝙ si aliquis fuerit accusatus in ius, & postea miles vel alterius fori esse cœpit, ius reuocādi forū nō habet, quasi ab alio iā pręuētus, vt extra de fo. cōp. c. ꝓposui. & ff. de iurisd. om. iud. l. cū quędā puella. & per solā citationē perpetuat̄ iurisdictio tā ordinarij vt p̄dictis iuribus, q̄ delegati vt extra de officio. & potestate iudicis delega. c. gratū & c. relatū. & de offi. lega. c. si. per solā citationē pręuenit̄ iurisdictio, seu per solā cōuētionē, vt extra de appel. c. vt debitus & de rescri. c. p̄ter. & c. sanctę Crucis. Itē tēpus cōmissi delicti debet spectari & nō tēpus iudicij. Nā videmus ꝙ si aliquis cōmittat aliquod maleficiū, & tēpore facti maleficij vna lex vigeat, & tēpore cōtestationis & tempore sententiæ alia, debet iudex iudicare secundum legē, quę vigebat tēpore cōmissi delicti, & vt plene no. C. de legib. & cōstit. l. leg. & cōstit. & in corpo. auth. vt cum de appel. cog. in prin. Item videmus ꝙ si iniuria fiat alicui, & agat̄ iniuriarū ciuiliter debet fieri æstimatio, & referri nō ad id tēpus quo iudicatur Sed semper inspicitur tēpus commisisse iniurię, vt ff. de iniur. l. iniuriarū æstimatio. Item videmus quod post accusationem propositam & actionem secutam, nec actor nec reus possit variare, imo oportet eos vsque ad finem persistere. in accusante loquitur auth. vt C. quom. & qn̄ iud. auth. qui semel & in cor. auth. de liti. § omnē vero. In reo vero loquūtur leges pręallegatę. ff. de iudi. l. si quis postea. & l. vbi. & d. c. ꝓposuisti. & d. l. cū quædā. sic nō licuit forum mutare. Itē videtur casus. l. alia ratione. Nā iura dicunt, ꝙ si aliquis impetret literas à summo pontifice, & ille cōtra quē impetrētur, vt mādatū summi Pontifi. eludat antequā literæ ad iudices perueniat, vel postea prius q̄ citetur euacuādo mandatū summi Pontifi. de possessione de qua controuersia vertit̄ cōmutationē fecit, nihilominus tenetur ratione possessionis, q̄ nō erat tempore citationis penes se corā iudicibus delegatis à summo Pōtifi. respōde ergo multomagis post citationē commissam, vt extra de alie. iud. mu. cau. fac. c. ex quorundā post citationē factā p̄sumitur ꝙ accusatus si fiat clericus, ꝙ fiat causa euitādi iudiciū iudicis secularis & pœnæ imponēdæ, & præsumitur mala fide hoc facere, & de suo iure vacillare. ar. l. C. de acq. pos. l. nemo. ibi interpellationem vero. ff. de pe. habetur l. interuenit. §. petitā aūt fisco. & §. petitam aūt habetur. Itē quātūcūq; efficiatur clericus, non tn̄ ob hoc exuitur. ab obligationibus seu delictis à se cōmissis sed ex præcedentibus contractibus vel quasi, vel delictis vel quasi poterit cōueniri & puniri, vt in authen. apud quos oportet mona. cāni dicere. §. j. C. de epis. & cle. l. qsquis emersis. & l. ad similitudinē. vt ff. de cap. dim. l. iii. & § nemo. & l. tutelas. §. ii. in auth. de san. epis. §. ꝓuidere. i vlt char. & de mona. §. j. & §. si quis aūt semel. & ad fi. gl. q̄ incip. idē in aliis. Itē quia personalis actio vel obligatio semper personas quo vadunt prosequitur. ar. ff. de mu. & ho. l. rescripto. §. fi. & idem dicimus in delictis, vt insti. de noxa. § omnis. & si seruus deliquerit liber effectus tenetur, vt ff. de iniur. l. sed & si vnius. §. si iussu. & ff. de vsufr. l. Iulianus. §. si quis pars. & de contrahen. emp. l. fi. ff. de nego. gest. l. Pomponius in maiori gl. & ar. ff. de verb. obl. l. quicunq;. & de nouo ingredi religionem, vel fieri monachum nō est modus tollendę obligationis, vt insti. quib. mo. tol. obli. per totum. quid plura vr̄ etiā quod dicta causa non prosit collatio ordinis clericatus. Nam hoc factum est post crimen cōtractum quasi in fraudem, & ad euitādam pœnam criminis anteà se cōmissi. argu. C. de sacrosan. eccle. l. qui sub prætextu. & ff. de don. cau. mor. l. si qs. & est quasi expressum in auth. de mo. §. si vero & si quis. vbi ingressus monasterium, ꝓ pęna subeunda eximitur de monasterio, & in pristino statu traditur, & ad hoc optime facit. C. de his q ad eccl. confu. l. j. & ff. de re mil. l. qui mœtu non pos. l. j. & ij. C. de epi. & cle. l. officiales. & ff. de mu. & ho. l. cura. §. fi. Præterea decuriones nō sunt torquendi, vt C. de car. l. decu. & tn̄ si qs tabellio falsa efficit instrumēta, & postea decurio factus est, non propterea

rea excusatur propter superuenie͂te dignitate͂ quominus posit torqueri, vt C.de fal. l.si quis decurio.& nemo delictis exitur,q minuitur capite.vt ff. de capi.di.l.tute.§.1. hinc est quod si seruus delinquerit & ante co͂demnationem ad libertatem peruenit ꝙ inspicitur tempus qualis status fuerit eo te͂pore quo deliquit,vt ff.de pœn.l.i. Item in seruo delinque͂te si postea efficiatur liber, nihilomins tenetur,& noxa capitis sequitur,vt ff.de iniur.l.sed & si vnius.§.si iussu. & insti.de noxal.act.§.omnis.& ff.si ex noxa.cau.aga.l.ij.in prin. Item post munus sibi iniunctu͂ tale priuilegium sit adeptus, quod soleat à tutellis excusare sibi non prodest,vt ff.de excu.tu.l.tutor petitus.in prin. Item ad quid diem in sermone tenemus casus est,vt ff.de iudi.l.si quis pœna & de iuris.om.iud.cu͂ quidam. ad municip.l. incola. & extra de fo.compet.c. proposuisti. Nam sufficit quod iste ca͂drolus te͂pore co͂misi delicti erat de foro iudicis secularis, & si postea alterius fori sit effectus, vt ff.de re iudi.l.si cognatus.& ff.de bon.pos. secundum tab.l.j.§.sinaute͂. Prçterea iste qui deliquit à principio erat laicus,ergo qualis tunc erat eius conditio,est attendenda, quia cuiusq; rei potentissima pars principium est, vt ff.de ori.iur.l.j.& ff.de contrahen. empt. l.vlt.ff.de reg.iur.l. quod ab initio. & ff. de ser.expor.l.si mi.& de pœ.l.j.Non enim vitiatur nec variatur,licet ad eu͂ casum perueuerit,à quo incipere non potuit, vt in authen.vt lic.ma.& auiæ.§.quia vero.& insti. de leg.§.si qs debitori.Sic in proposito non vitietur cognitio secularis iudicis propter superuenientem clericatu͂. licet si ab initio fuisset clericus non potuisset cognoscere,& sic est confirmanda sn͂ia. Item si fuisset clericus an co͂missum delictu͂ non posset per iudicem appellationis exgrauari, cu͂ iudex ipse no͂ eum grauaret,nisi per acta primi iudicis ex forma statuti, & iuris. Econtra vr͂ quod non potuerit vel debuerit per secularem iudice͂ co͂demnari, Imprimis propter quoddam generale.Nam certu͂ est generaliter quod omnis res iudicatur secundu͂ prçsente͂ statum,vt ff.de ver.obl.l. co͂tinuus.§. cu͂ quis cum ergo tempore sn͂iæ no͂ erat secularis persona,sed clericus iam effectus,satis patenter concluditur quod non potuerit puniri à iudice seculari, & tanq̄ à no͂ suo iudice lata no͂ tenuit,vt C.si à no͂ compe iudi. per totu͂.Ite͂ alio generali. Na͂ vbicunq; res deducitur ad eum casum à quo no͂ potest &c.deductione illius casus impedit negotium.de quo co͂queritur,vt ff.de verb.obli. l.inter stipulantem.§.sacra͂.& ff. de ali.cib. leg.l.solenniter.cum si.Item si aliquis tutor accusatur de suspecto durante tutela, & si interim finiatur tutela,iudiciu͂ dissoluitur ia͂ inceptum,vt ff de suspe.tut l. post finitam. ita & hoc finito negotio omnino pe mutatione͂ alterius fori,finit primum iudicium, etia͂ si ia͂ esset ceptum? multo ergo fortius desinit habere initium, vbi iudicium nunq̄ fuerit cœptum,& intelligitur post lit contesta. vt in auth.de liti.§.si vero initiu͂ Præterea sicut superueniente satisdatione,alias sacerdotio,iudicium vel arbritium ia͂ inceptum finitur,vt ff. de arb.l. non distinguemus.§.satida.multofortius vbi per solam citationem est inceptum. Quid plura alio inco͂uincibili ostenditur arg.nam plautianu͂ senatus.locum habet de filiis, qui post diuortiu͂ nascunt,aliud sena.sub diuo Adriano factum de his,qui nascantur constante matrimonio quid si est dubium? certe ex vltimo agetur,vt ff.de lib. agno.l.iij.§. qui Flauianu͂.ita & hoc in dubio. Nam & si dubium esset quod no͂ est ex natura à iurisdictionis vlti.iudicis & fori deberet agnosci. Prætereа licet regulariter à muneribus publicis subeundis quis accusari no͂ posit, tn͂ satisdatione obueniente bene excusatur, vt ff.de va.l.præto.in princi. Quid plura videmus,quod si quis post delictum co͂missum seruus hostiu͂ factus sit, dicitur quod actio pro delicto competens extinguitur,vt ff. de fur.l.si quis in hostium.§.si post noxa͂. multofortius si transit in potestate episcopi. Ite͂ vides quod superuenie͂s dignitas secularis quelibbet liberat ab onere personali,& est casus duaru͂ legum.ff.de execu.tut.l.non solum.§.qui pup.& l.spadonem.§.sinautem. multofortius liberat cum accedit clericalis & sacerdotalis dignitas.quid plura casus videtur se esse duarum legum de excu. tut.l. isti vltimo.§.sunt & alij. vbi dicit ꝙ tutor mutando domicilium authoritate principis à tutela & foro eximitur.secundus.ff. de accu.l.hos acc.§.hoc beneficio. vbi dicitur ꝙ si aliquis post ratum commissum impetrata generali abolitione à principe efficiatur

legatus,

legatus, quod ẽt lite conteſtata non poterit ſuper ipſa accuſatione procedi, multofortius hic, vbi nulla citatio p̃ceſsit, vel ſi præceſsit non bannũ vel cõdẽnationẽ, antequã clericus fieret. Itẽ ſola citatio ſeu accuſatio non vr̃ ſufficiẽs ad impediendũ hominem clericari, niſi prius dãnetur. lxxxi. diſt. quicunque. & c. q̃ ſine examinatione. Si ergo nõ impeditur clericatus p̱p̱ delictũ cõmiſſum, ſequitur ꝙ nõ impedit clericorũ beneficia aſſequi, cũ poſitione vnius ſequatur poſitio alterius, nã poſito quod poſsit fieri clericus, ſequitur ꝙ eum ſequantur priuilegia clericorũ. Et ad hoc optime facit inſti. de hęred. inſtit. §. eſt aũt caſus. vbi dr̃, quod non põt ſeruus manumitti, ergo nec hæres inſtitui, q̃a ſi inſtitueretur, efficeretur liber vt dr̃. Item ſup prædicta probatur alio inconuincibili argumẽto nã nõ ꝙ fuit, licet ꝙ ſit, cõſiderari oportet, vt l. di. fere de terra. Hic ita licet fuerit laicus, tñ quia modo eſt clericus, nunquid poſsit puniri à iudice ſeculari? certe non video m. Quid plura? nõ põt plus ficta confeſsio, q̃ reſultare dicitur ex cõtumacia, quã operaretur vera ſed æquum eſt, ꝙ ẽt hæc fuiſſet cõfeſſus, nihil ſibi nocere multofortius nõ dẽt ſibi nocere, vbi nõ eſt vera cõfeſsio, ſed ficta, vt c. at ſi clerici. extra de iu. Nunc vero reſtat reſpõdere allegationibus partis aduerſæ primo non obſtant prædicta iura. l. ſi quis poſtea cũ quædã puella & d. c. ꝓpoſuiſti. q̃a ſi veritatem velimus intueri, iſta locũ habent, qñ addimus forũ foro, q̃a per talẽ cõditionẽ nõ dicimus forum primũ mutari? ſed ſecundum primo foro addere. ar. ff. de ſenatuſcõ. l. ſenato. & de cond. & demon l. falſa. & ff. ad munici. l. aſſump. § quod ſolet. Verũ quãdo principis ſeu ſummi põtificis ex certa ſcientia concedentis propter dignitatem ſecularẽ vel clericalẽ forũ ſeu domiciliũ mutuamus, vt in caſu p̃ſump. tunc ſequitur locũ ſecundũ domiciliũ vel forũ? primũ nõ cum primi fori nullæ reliquiæ remanſerunt, & ſic intelligũtur ſ̃m iuris ſubtilitatẽ. §. ſunt & alij. & § hoc beneficio & §. qui primipilũ. & ſic manifeſte cõcludit cõtra s̃. dictum cãdiolũ non potuiſſe ꝓcedi? p̃terea põt ad dicta iura ẽt alio mõ reſpõderi, nã oĩs actus primæ obligationis tranſit in ſecundũ, ita ſane vt nihil reliqui ſit quod virtute primæ agi poſsit, ſed virtute ſecundę arg. ff. de act. & obl. l. obligationũ fere. §. fi. & de ver. ob. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. & ff. de noua. l. cũ. n. & de tranſ. l. cum acqui. itaque hæc virtus caracteris impreſſa eſt tantæ virtutis, ꝙ cũ eximat omnino à iuriſdictione iudicis ſecularis, ita quod nil fori vel iuriſdictionis penes eum remanebit, ſed oĩa extinguuntur, & tranſeunt in iuriſdictione eccleſiaſtica, quinimo nedũ ſi reclamaret? vt fuit hic, vel ſi ſponte litigaret nõ valet vt ſupra probatũ eſt, ſed in legibus allegatis pro alia parte vtriuſque iudicis poterit eſſe iuriſdictio. Ad alias aũt leges & auth. vt cũ de appel. cog. facilis eſt reſponſio, quare tã primus iudex, quã appellationis erat competens iudex dãnati. Itẽ hic nõ tractat̃ ſcd̃m quas leges debeat puniri, ſed an debuerit et poterit puniri à iudice ſeculari. Itẽ põt reſpõderi, ꝙ ſpeciale eſt in cã appel. ad l. iniuriarũ æſtimatio. duplex eſt reſpõſio, Prima q̃a hic nõ agitur de tẽpore ęſtimationis iniuriæ, ſed vtrũ iudex ſecularis iuriſdictionẽ habeat in clericũ iã effectum. Secunda, q̃a idẽ iudex erat vtroq; t̃pe eiuſdẽ cõditionis homo, tã tẽpore cõmiſsi maleficij quã tempore quo fuit prolata ſñia, ad authen. q̃ ſemel. ſatis patet reſpõ. quia loquitur in accu. ad c. extra de ali. iu. ma. cau. fa. patet reſpõ. quia ibi delinquerunt permutando rẽ cauſa mutandi iudicis, vt duriorẽ cõſtituerent aduerſariũ in auth. ergo in illud edictũ tenetur ad intereſſe, & melius tenetur reſpõdere corã iudice delegato, q̃ alias erat cõpetens, ſed hic vbi omnino forũ mutat̃ nõ põt dici ꝙ teneatur corã nõ ſuo iudice reſpondere. i. iudice ſeculari. Ad aliud aũt quod alleg. q̃ quantuncunq; efficiat̃, clericus ab obligatione, & delicto nõ eximitur. duplex eſt reſponſio. Primo, q̃a licet nõ eximatur tñ dẽt corã ſuo iudice reſpõdere, vt s̃. ꝓbatũ eſt? & ita intelliguntur iura ad hoc alleg. Scd̃o, q̃a ſuperueniẽte ſacerdotio ſiue clericatu à muneribus ꝑſonalibus exuit̃, vt p̃ alle. l. prætor. in prin. ff. de mu. & ho. in fi. j. reſpõ. ibi, vel quid ſi facer. & ad l ſi quis. ff. de dona. cauſa mor. & ad . ff. de remiſ. l. qui me. & ſimiles, facilis eſt reſpon. quia in prædictis legibus probatũ erat plene, quia timore criminis & pœnæ inferendæ prædicta fecerat. Cæterũ qñ hoc non apparuerit vel eſt dubiũ, certum eſt ꝙ non p̃ſumitur, niſi probetur, vt ff. de proba. l. quoties. §. qui de

dolo.tum q̃a quilibet præsumit̃ bonus &c. ff.de re mili.l.non oẽs.§.à barbaris.tum q̃a eo tp̃e quo clericus fuit effectus, nõ erat de crimine cõuictus vel in facinore deprehensus.sc̃d̃m quas terminationes intelliguntur p̃dicta iura in cõtrariũ alle. & ita intelligit̃ lex illa post cõtrariũ &c. p̃terea ex delicto efficitur delinquẽs debitor à tp̃e latæ s̃niæ, vt l. defensionis facultas.C. de iu. fis.lib.x. Itẽ ad alle.ff de pœn.l.j.põt de facili respõderi,q̃a licet dicat ibi q̃ nõ prodeest sibi status priuatio,q̃a mutatur sc̃d̃m statũ in quo erat tp̃e maleficij cõmissi prodest tñ quantum ad hoc q̃ in illa pœna quæ erat sibi inferẽda imponeretur sibi à suo iudice.s.à iudi eccles.& nõ à iud.seculari,vt C. si à non cõpe.iud. p̃ totũ.so.d.Mar. de Fano. dispu. hanc q.& soluit, quod iudex secularis hanc cognitionẽ habeat & punitionẽ de d.maleficio non obstante, q̃d postea factus fuerit cleric⁹ p̃ iura alle. p̃ hac parte.d.vero Dy. de Musel.similiter hanc soluit quæstio. dicens distinguendo, q̃a aut certũ est, q̃ ille malefactor factus est clericus cã euitãdæ pœnæ imponẽdæ per iudicẽ secularẽ, & tunc dicebat, q̃d iudex secularis poterat cognoscere,& pœnã imponere.ar.l.C. de satis.l.q̃ sub prætextu.& de do.cau.mor.l.si aliquis. & in auth.de mona.§. si vero.& §. si q̃s. cũ ll. similibus supra allega. ad hunc arti. Aut certum est, q̃d iste nõ est factus clericus cã euitãdi.d.pœnã nec in fraudẽ: & tunc non poterit puniri,nec cõtra eum p̃cedi à iudice seculari.ar. legũ p̃ hac parte allegatarũ. & specialiter.ff.de accusa.l. hos accusare.§. omnibus.& l hoc ver.ff.de va.mu.l.pen.in prin.ff de excu.tut.l.idẽ.§ sunt & alij.& ff. de bo.eo.qui ante mor l.j.§.j. Aut dubitet̃ an sit factus clericus in fraudẽ & cã euitandæ pœnæ vel nõ sit clericus factus subdistingue. Qui aut fuerit i crimine deprehensus vel de crimine cõuictus p̃ testes vel suã cõfessionẽ, & tunc præsumã q̃ sit clericus factus in fraudẽ, & cã euitãdæ pœnæ,argu.l. allega. circa primũ membrum huius solutionis,& arg.ff.de pet.hære.l.itẽ veniunt.§. petitũ.ff.de iu.l.si q̃s postea.& de iurisd.omni.iud.l.cum q̃dã puella.& ff.ad mun.l.incola.& extra de fo. cõp.c. p̃posuisti. Aut nõ est deprehẽsus vel cõuictus, & tunc nõ vr̃, q̃d i fraudẽ sit factus clericus arg.ff. de bo. eo.q̃ mor.sibi cõ.l.j.§.j.& ad hãc solutionẽ & q̃õ.accedit aurea l.C.de fal.l.si q̃s decur.

33 † Quæstio talis fuit Perusij Pellolus filius Facoli clerici intrauit ordinẽ sancti Augustini & ibi fuit professus.postea exiuit ordinẽ, acccepit vxorẽ, portauit arma & vestes laicales, & more laico vixit, & percusserat quendã de quo fuerat cõdẽnatus in lib.v.a qua condẽnatione fuit ad me appellatum. q̃rit an s̃nia dẽat annillari rõne dictæ p̃fessionis & clericatus?ad hãc q.maxime alleg. fuit q̃dã glo.Inn.papæ quã posuit.extra de apost.c.j.ad probãdũ,q̃ ille Pellolus amiserat priuilegiũ clericatus.q̃ glo. talis est.Triplex est apostasia.s.p̃fidiæ, vt q̃ñ q̃s recedit à fide.ij.q.vij.nõ põt.Secunda inobediẽtiæ, vt q̃ñ q̃s trãsgreditur p̃ceptũ prælati tertia irregularitatis &c. & q̃ñ exiuit ordinem &c. nã tunc si se nõ emendat post admonitionẽ.caret priuilegio clericali,vt no. Innõ. Itẽ no.54.dist..q̃ nedũ illi,sed etiã Psalmista & lector semper gaudent priuilegio clericali,& vlterius non p̃nt viuere secula.nec fieri milites.xx.q̃õ.3.eos.Sed alij contradicunt,cũ q̃bus & nos sentimus, distinguẽtes si sumpserint aliquid ordinis pœnitus contrariũ,vt si accepit secundã vxorẽ,alias corruptã,vel fecit se militẽ & seua exercuit,priuat priuilegio cleri.vt xxxiiij. dis.q̃squis.Si vero nõ fecit aliquid pœnitus cõtrariũ ordini.s. ducẽdo vxorẽ virginẽ vel fieret miles dũmodo nõ exerceat sæua.põt viuere vt clericus,& priuile.cle.gaudere.32. dist.c.feria. Sed si velit viuere seculariter negotiãdo, tabernã tenendo, vel tõsurã dimittẽdo,tunc nullo gaudebit priuile.canonis. extra de cl. excõ.c.Ioã.& c.sed alij tñ dicunt, q̃ gaudebit priuile.c.si q̃s suadẽte.q̃d in fauorẽ ordinis nõ clericorũ,est introductũ, & iõ illi renunciare nõ põt.extra de fo.cõpe. c.si diligẽti.& hoc satis verũ credo anteq̃ moueat̃, sed postea nõ gaudebit si in omnibus laicaliter se hẽt.d.auth.c.eos.nõ ob.q̃a loquit̃ de constitutis in sacris ordinibus &c.Item allegabat, q̃ s̃nia esset confirmanda & pro hoc alle.glo.cuiusdã sapientis, positam extra de sen. excõ.c. cõtingit. cuiusq; gl.talis est casus.Criminosus clericus licet i crimine fuerit deprehẽsus quantuncunq; in negotiationibus se immisceat,semper gaudet priuilegio clericali,nisi monitus nõ destitit. Ad huius mere declarationem(q̃a decretales vario modo loquuntur) vr̃ esse taliter distin-

guen-

puendũ. Aut clericus est in habitu clericali puta in vestibus clericatui conueniẽtibus non virgatis & non in armis, & tunc gaudet priuilegio cle. donec depositus & incorrigibilis curiæ tradatur. extra de iudi. c cũ non ab homine. Aut inuenitur cum habitu seculari, puta in vestibus virgatis & armis alias clericis non cõueniẽtibus, & tunc subdistingue. Aut nõ portat tõsurã quo casu ab exercẽtibus iustitiã põt sine pœna puniri, vt extra de priui. c ex parte.io.3.& de apo.c.i.si qs vero nõ exercẽs iustitiã ipsum pcuteret, q alias eũ clericum noceret, excõmunicatus esset extra de sen. excõ.§.j.si vero nesciret, ignorãtia excusaret eum vt ibi, Aut inuenitur deferẽdo tõsurã in habitu,& tunc aut se immiscet enormitatibus, pseuerãdo in eis,& tunc sine pœna excõicationis posset puniri, vt extra de sen. excõ.c.cũ non ab homine.& c. pp̃edimus. & c. contingit. ẽt si quis sciret eũ esse clericũ, vt dr̃ in d.c. cũ nõ ab homine. aut nõ pseuerat in eis, qa semel cõmisit furtũ aut homicidiũ, & recessit, quo casu subdistingue. Aut erat monitus ter vt desistat, quo casu amittit priuilegium clericatus.ex toto. Aut non erat monitus? & tunc gaudet priuilegio clericali, vt extra de sent.excõ c. in audientia.& c contingit. Abb. Item vr̃ ꝙ d. Pellolus non possit gaudere priuilegio cleri. qm̃ in primordio.d.causæ dixerit se non esse clericũ, vnde quantuncunq; postea clericus appareat denegandũ est sibi propter suum mendacium beneficium,& licet tali beneficio pacto renunciari non possit nisi tm̃ mendaciũ admittat. quod pdicta facta renũciatio non excludit, sic patet in benefi. Mace. ꝙ filius perdit propter mendacium, licet ei renũciare non possit, vt C. ad mace l. & ff.eo.titu.l. nam & si. nã leges mẽdaces psequuntur, & sua beneficia eis denegãt,& auxilia, q̃ citra mendaciũ sibi cõcedũtur, vt ff. qđ cum eo. l. sed & si ex modico.§.j. & C. qui potio. in pign.hab.authen.itẽ posterior.& ff de fide. l.si dubitet.§.j.& ff. de nõ nu.pec. auth cõtra qui propriã.& sic non obstat quòd clericus non posset renunciare beneficio clericali, quia renunciatio eũ non priuat suo priuilegio, sed mẽdaciũ suum & delictum, vt dictum est oẽm enim hmõi honorẽ reatus & mendaciũ excludit, vt C. vbi sena. vel cla.l.j. sic & in clerico dr̃, vt extra de fo.cõpe.c si diligenti.in gl. sed si cõtra eos &c. nõ ob. qũo doceat se clericũ, qm̃ non potuit reuocare. d. suã cõfessionẽ. nisi allegato probabili errore, vt ff. de inter.act l.de ætate. §. Celsus. quid plura? ex eo ꝙ accepit vxorẽ laicali more apostatauit,& sæpius se immiscuit, perdidit priuilegiũ cleri. sic ꝙ põt sub seculari iudicio cõueniri pro criminalibus ab eo cõmissis, siue fuerit clericus simplex, siue religiosus, siue professus, vt extra de vi. & hon.cle.c.cleri.excõ.c clerici.lib vj.vel vt de appel.c.j.& ibi no.Inn.in vers.si vero nõ facit sed velit viuere seculariter &c. Nã de apostasia & irregularitate ibi dicit, & probatur hoc extra de priui. c.ex parte.iij. nec ob.extra de sen.excõ.c si vero. & c.ĩ audiẽtia.qa clerici nõ inferunt iniuriã alijs, sed ipsi ab alijs patiuntur,& econtra, & iõ mitius cũ eis agitur. constat.n. dictũ Pellolum bis alijs iniurias intulisse diuersis tẽporibus de quibus extitit condẽnatus.& binus actus in maleficijs inducit consuetudinem, vt C. de epis.aud.l.3.in fin. & qa qui semel fuit malus, semper p̃sumit malus, vt ff. de accus.l.si cui.§.ijsdẽ. Item non ob. auth. statuimus. qa intelligitur in clericis & alijs religiosis gaudentibus priuilegio cle. qbus hic Pel. nõ dẽt gaudere. Ecõtra allegatur ꝙ dictus Pello. gaudet piuilegio cleric. & ꝙ propterea non debent exgrauari. & in primis, qa clericus cuiuscunq; ordinis nõ debet posse coram seculari iudice cõueniri, vt extra de cõsue.c.ad audien.iam.& de fo. compe.c.si diligenti.ꝙ c.nullus cleri.& xj. q.j. c. inolita. &c.placuit.imo de iure ciuili iudex, q procedit contra clericum priuatur sua iurisdictione,& actor sua clausulã, vt C. de epi.& cle.auth.statuimus. nõ ob.ꝙ d. Pello. sit cõiugatus. qm̃ per iura antiqua & nouissima Titius coniugatus cum vna virgine omni gaudebit priuilegio clericali extra de cleri. cõ.c.j.excepto de collectis, vt ibi not.& eo. tit.cleri.lib.vj. Præterea q. nostra dubitationem non recipit, vt præmissum est dictus Pello.est professus,& sic per cõsequens non põt effici per aliquẽ actum de foro seculari, quia votum solẽnizatum fuit per ipsum, vnde sic annexus est, ꝙ amplius resilire non potest.extra q cleri.vel vo.c. rursus. xxvij. q.i.oẽs fœminæ.& xxiii. qõ.ii.c.eos.q semel in clerico trãslati fuerũt siue in monasterio deputati. Ad idẽ dic ꝙ quæ possent dici per aduersarium

aduersarium nõ obstat dicentem ꝙ dictus Pel. per actus suos perdidit priuilegiũ. quia professus nunq̃ põt priuilegium perdere, vt extra de regu. c. nec religiosus. & ibidem traditur modus, q̃ debet seruare in religiosis religionẽ deserentibus, & nunq̃ reperit ꝙ iudex secularis quãtuncũq; religiosus dimiserit religionẽ & ẽt apostatauerit, hẽt q̃c quam in eo facere. ad hoc facit extra de sta. mo. c. ad monasteriũ. in fi. in eo ꝙ firmat religiosum nõ posse aliquo modo fieri de fo. seculari. ad idẽ certus modus à iure est traditus, qualiter clerici efficiant de fo. seculari, q̃a primo deponit & degradat? & postea exuit vestibus clericalibus, & sic relinquit iudici seculari, vt extra de ver. sig. c. nouim⁹ & de pę. c. degradatio lib. vi. at in clerico p̃missõ præmissus modus seruatus non fuit, sic patet, ꝙ iudex secularis nihil potuit in p̃dictũ iurisdictionis exercere. Quid plura? ẽt dato ꝙ ẽt depositus & degradatus, tñ si viuere vult clericorũ gaudebit priuilegio fori. lxxxi. dist. c. dictum est nobis. præterea dato, ꝙ dictus clericus apostata fuerit & seuis se immiscuerit, tñ adhuc gaudebit priuilegio fori. nã ẽm rei veritatẽ ad hoc vt perdat priuilegiũ fori, nõ sufficit tm̃ ꝙ apostata, & seuis se immiscuerit, imo est necesse cũ p̃dictis, ꝙ se militẽ faciat, vel vxorẽ virginẽ vel corruptã ducat. & ita no. Inn. subtiliter extra de apo. c. j. ad idẽ no. Inn. extra de hære. c. excõica. vbi no. casus in q̃bus clericus perdit priuilegiũ fori, in quibus nõ est casus nostræ. q. preterea religiosus quo ad actus ciuiles ꝓ mortuo habet, vt C. de epis. & cle. l. Deo nobis. & in auth. de nup. §. distrahant. & de epis. & cle. auth. causa q̃ fit cũ monacho. & sic in iudicio esse non põt, sine cõsensu sui p̃lati. & coram suo iudice, vt no. in d. auth. causa. & ff. qui sa tisda. cog. l. quoties. Solu. ego Albe. de Gandi. prædictus cognitor. d. causæ in d. causa appella. habito secreto consilio cum plurimis peritissimis in iure cononico iudicaui bene iudicatũ per supra dictũ d. Capitaneum & male appel. per d. Pollo. per d. iura alle. pero hac parte, & per d. gl. dicti. d. Inno. & per doc. extra de priui. c. ex parte. lo iii. & ꝑ ea quæ ibi no.

34 †Et no. ꝙ tribus modis perdit quis priuilegium clericatus. Primo si facit cõtrarium ordini suo contrahendo bigamiam. s. ducẽdo post mortem primæ vxoris secundã. factus est bigamus. extra de biga. c. i. & c. nuper. & c. debitum. & iste bigamus cõtrahendo bigamiam ipso iure perdit omne priuilegiũ clericatus. extra de biga. c. alterationis. Scd̃o modo apostatãdo, & enormia cõmittendo, & hoc intellige q̃ñ habitu, & tonsura dimissis, nihil de clericatu ostẽdentes o, vt laici inter laicos cõuersatur & pliis & aggressuris & enomitatibus se laicorũ immiscerent? nã tales clerici offendẽtes & occidentes excõicationẽ letæ sñiæ nõ incurrũt. extra de sen. excõ. c. cũ nõ ab homine. & in gl. q̃ incipit, similiter. & c. perpẽdimus. & ibi in gl. quæ incipit, sed contra vr̃ &c & extra de aposta. c. i. & in glo. ibi posita. no. d. Inn. extra de aposta. c. i. in gl. q̃ incip. de sen. excom. & frater Ray. no. idẽ p̃ oĩa in sua summa. de sentẽ. excõ §. v. Tertio modo perdit, si clericus habitũ & tõsurã dimisit postquã à suo Episcopo tertio fuit cõitus, p vt ad ecclesiã reuertatur, si reuersus nõ fuerit. extra de sen. excõ. in audientia. ibi hmõi clerici si à p̃latis suis tertio cõmoniti militaria noluerint arma deponere, de priuilegio clericorũ subsidiũ aliquod habere non debent, vt eo. ti. c. cõtingit. lo ii. & facit extra de iu-

35 reiur. c. cũ nõ ab homine. †Q̃õ frequens & vtilis, quidã eo momẽto dedit alicui plures alapas, vel intulit plura vulnera, modo q̃riẽ an debeat punire ꝓ vna alapa vel vno vulnere an pro pluribus. Primo videtur ꝙ tm̃ de vno debeat puniri. vt ff. ad l. Aquil. l. illud. in fi. C. ad l. Iul. de vi pub. l. q̃m. & C. de mo. mul. l. eos. & ff. de iudi. l. pretor. & d. §. si in plures ff. de fur. l. inficiãdo. §. infans. & ff. si fa. fur. fec. dic. l. i. & l. se. de leg. i. l. cũ. q. & ff. de actio. emp. & vendi. l. non est. ff. pro soc l. cum duobus. §. si plures. & ff. de priua. deli. l. nõnunq̃. Econtra vr̃, vt ff. de priua. delic. l. nunq̃. Nam pro vna iniuria eo momento facta competunt plures actiones & pluribus, vt ff. de iniur. l. i. in fi. & l. seq. multomagis pro pluribus iniuriis eidem factis debent plures actiones cõpetere, & vbi cumulatur delictum & pœna. ff. de pœ. l. regulati. in fi. sol. secundum Dy. & alios cõmuniter docto. Dic ꝙ pro omnibus alapis & pro omnibus percussionibus debeat puniri, & ea imponi pœna iuris vel pena statuti. vt d. l. nonnunquã. & ff. de adulte. & l. si adulterum cum incestu. in prin. & C. de ser. fug. l. quicunq; & ff. de verb. obl. l. quod dicitur.

&

& quasi casus expressus est.ff.de termi.mo. l.agraria.vbi si quis plures terminos auulserit, punitur p quolibet termino .l. aureis. & facit.ff. ad Turpil.l. sena. circa prin. ver. hoc aũt verbũ. ibi vbi dicit sing. causis singulæ pœnę irrogent.& ff.de iniur. l.eũ qui. §.si nupta.Et ad iura in cõtrariũ allegata respondet idẽ d.Dyn.quia vbi ex vulneribus pluribus sequitur idem & vnus effectus.s. mors. tunc vna tñ pœna imponitur,s.mortis & nõ vulnerũ. Nã licet plura fuerint vulnera,tñ quia ad vnũ effectũ tendunt,s.mortis tantũ,ergo de morte punietur. & ita ĩtelligit.d.l.illud.ad fi. supra alleg.Sed si nõ sequatur effectus mortis, p omnibus q vulneribus punietur? & ita intelligitur.l.si adulteriũ.eo mõ.respondet ad d l.qm̃ multa similiter nec obstat.l.eos C.de mo.multa.q̃a illa loquitur in extraordinariis criminibus. Itẽ non ob. l.inficiendo.§.infans. vbi dicit, quod si quis vni rẽ surripuerit,& postea cõtractat, quod nõ punitur.nisi semel ex primo furto siue cõtractione? Rõ est in promptu, quia iteratis vicibus contractationis, non põt magis cõtractari furtũ nisi res medio tpe in domini peruenerit potestatẽ, & sic sufficit quod semel tãtũ dãnetur actione furti.& in hac opinione fuit Dyn. & do.

36 Odofred. † Item pone quod ego tibi dedi consilium, quod tu homicidium, furtũ vel aliud maleficium cõmitteres tu fecisti.quæritur nunquid ego puniar ex hoc?distingue vt habetur secundum d.Dy. quia aut alias nullo modo eras facturus, aut sic.Primo casu quando non eras alias facturus, teneor. ff.de iniur.l.non solũ.§.si mandato.& §. periculus.& §. at ille cuius. Si autem eras alias facturus,tunc aut præbui consilium,& non opẽ,aut opẽ & nõ cõsiliũ,aut opẽ & cõsiliũ. Primo casu teneor, q̃a nõ oportet laudãdo malitiã augeri.ff.de ser. cor.l.2.§. persuadere.C.de fur.l.si quis seruo. Si opẽ tantum sine consilio principali vel secundario non teneor.ff.de fur.l.in furti actione,§. recte.Si consilium & opẽ, teneor.ff. de verb.signi.l. sæpe.§.ita dubitandũ est.insti.de oblig.quæ ex deli.nascun.§.ope & cõsilio,& dic supra dicta l.sæpe.quod Lan. & veteres cõsiderauerunt significationem verborũ ex effectu agendi,& tñ non sunt contrarii? q̃a Lan.loquitur, quia probaui consiliũ sine ope ei, q alias nõ erat facturus, quo casu teneor furti.insti.de obliga. q̃ ex quasi deli.nascun.§. ope.Itẽ qñ præbui opẽ principaliter,consilium secundario, quo ẽt casu teneor fur.ff. de fur.l.si pignore.§. qui ferramenta.veteres vero intellexerunt cũ p̃bui opẽ sine cõsilio principali vel secundario, quo casu nullo mõ teneor,vt d.§ ope.Itẽ cũ præbui consiliũ sine ope ei. qui alias facturus erat secũdũ hoc expone, nisi factũ fuerit secutũ &c. vel nisi consiliũ præbuerit cũ ope,quia dubium est an sit opus p̃bere opem & cõsiliũ ad hoc vt habeat locum actio furti, & determinatũ est,q̃d non sufficit consilium, nisi fiat furtum, sed eo casu, quo consiliũ est mixtum cũ ope,teneor indistincte,siue erat alias facturus, siue non. Dy.

37 †Pone insuper q. quæ assessoribus, & rectoribus quotidie occurrit facto. Continetur statuto q̃d quicunq; fecit insultũ, puniatur in centũ libr. alio vero statu.continetur, quod quicunq; percusserit, in centũ lib. Ecce aliquis simul & semel insultauit aliquẽ,& eum percussit, de quo fuit accusatus & condẽnatus in cc. lib. pro insultu & percussione, à qua condẽnatione fuerit appellatum,quærit an dicta sententia debeat confirmari an infirmari in c.lib. Ad hoc ante omnia sciẽdum est. quod statuta ciuitatum iura ciuilia vocantur, vt ff. de iusti.& iur. l. omnes populi. & insti.de iure natu.§.ius autem.& §.si ius & §.naturalia.Item sciendum est,quod ex statuto ciuitatis oritur condictio ex lege,& sic statutum est stricti iuris, cum non inueniat inter actiones bonę fidei,vt insti.de actio.§. actionum. Nam viso ibi quæ sint bonæ fidei,sequitur quod oẽs aliæ sunt stricti iuris. Nam posito vno de contrariis,sequitur reliquum,vt ff.de tutel.in princip.& de his qui sunt sui vel alie.iur.& ff. eod.titu. in prin.& sic statuta sunt stricti iuris,& sic eorum verbis est inherendum, nec interpretationẽ recipiunt,vt ff.de nego gest.l.si pupil.in fin.& l.fi.& institu.de obliga. quæ ex qua.contractu.in fi.titu.Tertio est præmittendũ, quod iura iuribus concordare debemus, vt correctionem legum inquantũ possumus euitemus.arg.C.de inof.don.l.i.& de inoffi.do, l.vlti.& in authen.de exhi. & intro.§.fin.& in authen.qui.mo.na.effi.sui.§ tribus.& C. de no.codi.comp.§. quibus.& §.tollendis. Item debetis scire, quia de diuersis delictis tractant statuta, quia si diceres insultũ

eum actu & percussione esse verum delictũ iam vnum ex statuto esse superfluũ & inutile, & sic nil operaretur quod esse non debet. cũ similitudo siue superfluitas sit euitãtanda, vt supra dictũ est? & verba debẽt aliquid operari, vt ff. ad muni. l. j. & ff. de leg. j. l. si qñ. & ff. de vsu. l. si stipu. Dicas ergo, qđ insultus cũ actu dicatur assaltus, impetus cum aliquo actu nõ confirmato, vt q̃a voluit ꝑcutere, sed nõ potuit, quia fuit detentus vel quia cecidit, vel quia fortis erat is quẽ est agressus, & fugit, vel aliud quid simile accedit, quod nõ percussit. Sic. n. videmus supra puniri delicta cũ actu non consummato, vt C. de episco. & cle. l. si q̃s non dicam. & C. si quacunque præpo. l. vbi. & ff. de extra. crimi. l. ij. circa princ. & C. de his qui ad eccle. confug. l. fi. & potuit puniri delictũ cũ actu non consummato, cũ de similibus ad similia possumus ꝓcedere, vt ff. de lega. & se. con. l. non põt. cũ l. sequen. & cum sit prõptũ leges legibus cõcordare, vt C. de inof. don. l. vnica. & cũ similitudo sit vitanda. & cũ ꝑcussio sit aliud delictũ? & sic patet qđ de diuersis delictis tractãt statuta, & sic duę pœnæ debent imponi, & vna nõ tollit alterã, vt ff. de priua. deli. l. nonnunq̃. Videmus ẽt quod duo delicta cõmissa de eadẽ re & in eadẽ persona dicuntur plura, & pluribus pœnis puniuntur, quia quodlibet delictum subijt suã pœnã, vt C. de fur. & ser. cor. l. ad uersus. l. si quis seruo. & ff. ad l. Aquil. si seruus seruo. in princi. & vt dixi supra proxi. q. & sic est in crimine falsi. vbi imponitur pęna deportationis & ademptionis bonorũ. C. de fal. l. i. in fi. & facit. C. de episc. audien. l. nemo. Itẽ qui accepit pecuniã ad accusandum alias nõ accusandum, diuersis legibus punitur. s. lege Iul. repetundarũ, q̃ ponit pęnã extraordinariã. & actionẽ in factũ, quæ datur ad quadruplum. & l. Corne. de fal. vt ff. ad l. Cor. de fal. l. j. i. respon. & ff. ad l. Iul. repe. l. eadẽ. § i. & ff. de cal. l. i. § ii. Ecõtra debet dici bene appellatũ, & male iudicatum quo ad speciem. i. quo ad vnã pœnã pluribus rationibus, primo, quia vnum delictũ vr̃ esse in quæstione nostra. s. percussio, & sic de centũ vna tm̃ pœna dignũ, sed secus si verũ esset, qđ insultus factus eẽt interuallo. s. post vel ante vulnera. quia tunc duo sunt delicta, vt ff. ad l. Aquil. l. illud. in prin. §. si idẽ. & l. si vulnerato seruo. & l. huic scripturæ. §. si seruus. & in diuersus legi. inuenies vulnus & actionẽ vulneris vt diuersa delicta puniri, vt ff. ad l. Aquil. l qui occidit: & in seruus, ꝑterea lex Aql. in primo capite loquitur de occisione hominis vel quadrupedis nõ vulnere, tertio aũt capite tractatur de vulnere & nõ de occisione, vt ff. ad legem Aquil. l. secunda. in principio. & l. seruum. § tertio autem capite. & sic apparet aliud esse delictũ vulneris, aliud mortis. Sed simul contingat, ambo dicuntur tantum vnum delictum, scilicet mortis, quasi fuerit incontinẽti secutus, vt d. §. idẽ. in fin. Hoc idẽ ostẽdo alia rõne. lex dicit, ꝙ si vna manu verberasti seruum meũ, & cũ læsisti in corpore ꝙ ex isto delicto oritur actio iniuriarũ. & l. Aquil. sed vna tollit aliã, ĩ eo qđ concurrunt, vt ff. de act. & oblig. l. q seruũ. in prin. & l. plura delicta. & l. cũ ex vno. & sic in nostro casu cũ ambæ pœnæ sint æquales vna tollit aliã ꝑ exceptionẽ. nõ obst. ff. ad l. Aquil. l. sed & si q̃cunq;. §. i. & l. cum. n. ff. si cer. peta. l. certi condictio. q̃a ibi vterque vẽtabatur in eo qđ plus est in vna quã in alia & sic cõcordãt. Præterea nonne alias videmus, qđ plura delicta incontinenti facta in vno impetu, cõprehenduntur sub vno violentiæ nomine. C. ad l. Aquil. de vi publ. l. quoniã multa. ibi verbera, damna, vulnera, homicidia. & sic ibi habes, ꝙ plura delicta sub vno violentiæ nomine continentur. & sic cum vnum delictum dicatur, vna debet pœna imponi pro omnibus illis delictis cũ alias quod licet ex illis delictis separatim factum & cõmissum habet propriam & specialem pœnam. Et ad hoc idem facit, quod no. C. de actio. l. qui de crimine. in glo. quæ incipit, & iniuriam. & ad idem. ff. de iniur. l. is potest. §. si in plures. ibi dicitur, quod pro iniuriis mihi factis simul. & semel, non ago separatim pro qualibet iniuria, sed ago simul, sicut simul factæ fuerunt? & hoc ideo vt pœna imponatur per l. quoniã multa facinora. Nam alius non est effectus vel vtilitas illius. §. si in plures quia quælibet iniuria deberet pati suam pœnam, quare prohibet simul agi, vel quare vellet simul agi, certe q̃ est vtilitas vel lesio, nõ videmus. Ex ꝑdictis apparet vnũ fuisse delictum, s. percussionis, & sic statutum loquẽs de percussione habet locũ, & ꝑ illud in libr. centum dẽt cõdẽnari, nõ aũt habuit locũ statutũ de insultu:

fultu. Prætereà qui vi rapuerit tenetur duplici pœna, s. furti & rapinæ? Sed in eo qđ cócurrunt, vna tollit aliã. vt ff. vi bono. rap. l. i. ff. ar. fur. ce. l. i. Nec ob. qđ dixit statuta nõ debere esse superflua, qa nõ sunt superflua, sed intelligitur tm̃ vnum statutũ de insultu cum actu non cõsummato, aliud cum actu consummato. Nõ obstat qđ dixi, vnũ delictum pluribus pœnis posse puniri, qua aut ꝑ eadẽ lege, & tunc per excep. tollitur, & tunc est verũ, vt no. in falso, aut in diuersis legi. & tũc per exceptionem tollitur, vt d. l. qui seruum. & l. plura. quod vnũ delictũ intelligitur, & sic vna pœna dignum ꝑ d. l. illud. in fin ff. ad l. Aquil. Solu. d. Franc. Accursius. hãc q. disputauit & soluit ꝓ hac vlti. parte, & dixit bene appell. pro libr. c. & male iudicatũ. d. vero Gui. de Suz. soluẽdo dixit, quod si insultũ fecit, & eo animo vt ꝑcuteret, tunc tantũ de percussione fiat punitio nõ de insultu, qa vnũ delictum, est vt supra dictũ est ꝑ d. l. quoniã, si autem insultum facere proposuerim, & postea pro insultu crescente rixa etiam percussi, tunc dicit, quod debeam puniri & pro insultu & pro percussione, quia voluntas & propositum distinguunt maleficia. ff. de fur. l. q ea mẽte. Sed quid præsumemus in dubio si de animo & voluntate non constet? dic quod voluerit tantum percutere per d. l. quoniã.

38 † Pone quod ego duxi certos laboratores ĩ fundum Titii volẽs eum de possessione deiicere, accusantur laboratores quæritur an labora. puniantur & teneantur, dic qđ nõ vt ff. de iurisdi. om. iud. l. si qu. s. §. fi. & vt habes per Mar. de Fano. & no. Accur. ff. de re iudi. l. in rem. §. tignum. in gl. ord. & hoc nisi fuerint scientes & in dolo. Nã serui in delictis non tenentur domino suo obedire, vt C. ad l. Iul. de vi publ. l. seruos. & ff. de ser. ma. l. ii. de quo not. ff. ad l. Aqui. l. liber homo. in princi. sed si fuerunt ignorantes, nihilominus q eos duxit, tenetur. ff. de eo per quem fac. eit. l. j. §. j. & hoc ibi plene habes Odofre.

39 † Itẽ quæro an pari pœna puniãtur tã homines diuites quã pauperes, respõdeo aut tractatur de pœna pecuniaria, aut de pœna corporali? Primo casu magis puniuntur diuites. & iõ dicit lex, quod ꝓpter paupertatẽ debet pœna restringi & minui, vt videmus per potestates fieri tota die, vt not. C. de ser. fugi l. quicunq;. In secundo casu magis puniantur pauperes, vt C. de sum. trini. & fid. cath. l. nemo. & ff. de pœ. l. mitti. & ff. de fur. l. i Fallit secundũ. d. Odofre. in crimine falsi, vbi corporaliter magis punitur diues quã pauper, & maior quam minor, vt C. de episc. & cleri. l. presby. Item fallit in crimine desertæ militiæ, vt puta cũ miles lenociniũ cõmisit, vel cum maior se vẽdit ad pretiũ participãdum, vt ff. de pœ. l. quemadmodũ. Sed cõtra d. Odofr. vide qđ in crimine falsi magis punitur seruus quam liber, vt ff. de fal. l. j. §. fi.

40 † Itẽ pone, ꝙ aliquis percussit aliquẽ in cõfinibus plateæ, nũquid punietur ac si percussisset in platea, in qua ex forma statuti imponit̃ maior pœna. dic quod sic, vt C. de his qui ad eccle. confug. l. præsenti. §. i & ff. de lega. iii. l. ꝑdiis. & ff. de fun. instr. & instru. leg. l. Seie. §. penul.

41 † Itẽ pone quod quis fecit insultum contra me ad domum quam habeo conductã, q̃ritur nunquid vr̃ fecisse insultũ ad meã ꝓpriã domum, cum per statutũ maior imponatur pœna quã si ille insultus factus fuisset alibi? dic quod sic per l. aleator. l. i. §. domũ & institu. de iniur §. pe. & ff. de iniur. l. i.

42 † Prætereà pone contineri in statuto quod omnes pœnæ maleficiorum commissorum de nocte debeant duplicari? mõ quidam de sero malũ cõmisit, q̃ritur an pœna debeat duplicari? & primo vr̃ ꝙ non, tanquã maleficiũ de die fuisset cõmissum. arg. ff. de pœ. l. interpretatione. & C. qui bo. ce. pos. l. fi. & §. fi. & ff. de pact. l. ma. C. de fidei. l. cum interuenies C. de vsu & habi. l. cum antiqua ff. de regu. iur. l. semper. vbi dicitur, quod in dubiis humaniorẽ s̃niam sequi debemus.

Item facit. ff. de act. & obliga. l. Arrianus, & quia fauorabiliores &c. ff. de regu. l. fauorabiliores. & l. non debet. Item aliud est sero quam nox. si enim idem esset, cur diuersis nominibus vacarentur? vt ff. de codic. l. si idem. Item contra fiscum pronunciamus in dubiis, vt ff. de iur. fis. l. non puto. Item in statuto nihil est dictum de sero. ergo intelligitur esse omissum, vt ff. so. ma. l. si cum dotem. § i. & l. si vero & ff. de libe. & posthu. l. commodissime. §. si alter & casus. ff. de ver. obliga. l. qu. equid. E contra videtur, nã dominus diuisit diẽ à tenebris. apponendo diem luci & tenebras nocti. Item factũ mane & vespere dies vnus. Item alias dicitur, quando sol est super terram, dies est, à contrario

à contrario ergo sensu? si sol non est super terram, non est dies. Item attendenda est causa statuti vt alias. quæ sit longa consuetud. leg. prima, cum ergo dicant testes q sero erat & obscurum, debemus iudicare, q fuerit de nocte. Sol. do. Gui. dicit iudicandũ fore commissum de die rationibus pro prima parte allegatis.
43 † Itẽ pone continere in statu. quod magis puniatur qui insultũ fecerit ad domũ alicuius, quã si fecerit alibi cõtingit q aliquis fecerit insultũ ad port. cum domus alicuius quæritur an videatur fecisse ad domũ, vr q sic. quia appellatione domus & porticus continetur, vt ff. de lega. j. l. cætera. §. sed senatus. ff. de verb. sig. l. ædificia. & l. qui cõtinentibns. & ff. de leg. iij. l. Pedius. in fi. ff. de pign. l. credictores. §. fi. nã si aliquis faciat porticum, si tñ noceat vsui publico, non tenetur eum destruere, sed salariũ tm̃ præstare, ut C. de oper. pub. l. ędifi. & ff. ne q d in loco pub. l. i. § si quis. de ope. pu. l. si legatum. §. si tamẽ. Ecõtra videatur Nam porticus fit super solum publicũ merito contra legem quia omne solum debet esse liberum vsque ad cęlum, vt ff. de serui. l. fi. ff. q vi aut clam. l penul. §. fi. itẽ appellatione domus, dr domiciliũ. ff. de iniu. l. lex cor. §. fi. & ff. de adul. l. q domũ. & ff. de vẽ. inspi. l. j. §. fi. solu. vr quod appellatione domus contineatur porticus attenta consuetudine. quia magis ratione suadente, ne maleficia remaneant sine pœna, vt ff. de fideiusso. l. fr à reo. ff. ad. legẽ Aquil. l. ita vulneratus.
44 † Vltimo circa materiã, & tractatum huius tituli intendo formare duas. q. quæ tñ recidũt in idem, quæ tota de facto subsistũt. Prima quarũ talis est. Accusaui te qđ tu fecisti mihi insultum cum spata, cultello, vel alijs armis. Altera ẽ talis. Accusaui te, quod tu me pcussisti cũ quodã cultello, ita quod sanguis exiuit, sup quibus accusationibus ego produxi testes per quos ego probaui, quod tu mihi fecisti insultum, non tamẽ cum armis, vel q tu me percussisti cum cultello, non tamen q exit sanguis. Modo quæritur an debeas & possis cõdemnari de insulto simplici facto sine armis, & de facta percussione sine sanguine, cum per statutũ alia sit pœna in vno casu quam in alio. Et primo videtur q non possit cõdẽnatio sequi per statutũ, quia diuersæ sunt pęnæ statutæ in vno quam in alio per statutum. Itẽ quia diuersa sunt facta, & per legem diuersæ sunt pœnæ. Nã per insultum cum armis est pœna legis iul. de vi publi. l. tu. & l. ii. & institu. de publ. iud. §. item lex. Itẽ aliud est damnum cõmissum dolo, vt ff. si test. liber. esse iuss. fu. l. nam nec dicitur rapi, quod clã aufertur, vt ff. vi bono. rapt. l. ii. §. dãni quid. Itẽ si insultus & pcussio esset idẽ quod insultus cum armis & percussio cum sanguine? cur diuersis nominibus vocarentur, vt C. de conditio. l. si idem. Nã diuersorum separata & varia debet haberi ratio & censeri conditio, vt C. de dona. inter vir. & vxor. l. si maritus quondam. & ff. de cal. l. vlt. Itẽ quòd aliud sit maleficium cõmissum cũ armis aliud sine & aliud cum effusione sanguinis aliud sine. ex hoc declaratur maioris pœnæ impositio in vno quã in alio, vt argu. ff. de sepul. vio. l. iii. §. aduersus. & ff. đ iniur. l. itẽ apud labeonẽ. §. si curauerit. ibi, aut nõ in cetu &c. quod par dicatur esse delictũ, vbi par pœna imponitur no. C. qui accu. nõ possunt. l. item. ad hoc facit quod nõ vr quod possit recedi à verbis in accusatione traditis, vt ff. ad muni. l. cõstitutionibus. Nã secũdũ formã petitionis, formanda est sñia. ff de neg. gest. l. pac. ij. extra de simo. c. licet ptерea. dicit lex, mutata forma vr alia res. ff. ad exhi. l. iij. §. si qs rem. ff. cõmo. sed mihi vr. §. j. ff. de verb. sig. mulieris. sic erit in nostro casu. & sic dictũ testis nõ valet qñ deponitur super capite super quo nõ iurauit. ff. de peti. hære. l. si quis libertatẽ. Quid plura videtur casu legis qui tantum sepulchrum violat cum armis capite punitur. sine armis pœna metalli coercetur. ff. đ sepul. viol. l. iij. §. aduersus. cum ergo diuersæ pœnæ imponantur, diuersa censentur esse delicta. C. de episco. & cleri. l. si quemquã ibi quos per facinus &c. extra de simo. c. nõ satis. Præterea qualitas delicti mutat delictum, & facit vt aliud sit vnum, & aliud sit aliud, vt est videre in furibus manifestis. vt not. vt ff. de pœn. l. aut facta. §. qualitate. sic & in proposito, qualitas & modus insultus diuersificat vnum insultũ ab alio. pręterea si expuli de fundo, armis teneor leg. iul. de vi pub. si sine armis lege iul. de vi priua. ad l. Iul. de vi publi. in l. eadem. §. si personæ. ergo qđ me accusasti. de leg. iul. de vi publi. non probatur de armis, sed de simplici expulsione, nunquid teneor. certe nõ, secus

secus si solum accesasti me nec apparet qua lege nam tunc probato crimine, minor pœna sequenda est, vt ff. de pœn. l. præses. Præterea lex dicit, cum adiicitur vel detrahitur obligationi, vitiatur obligatio, vt ff. de iurisdiction. omniũ iudicũ. l. i. §. cũ adiicitur. sed in proposito, cũ sit detractũ formæ insultus vitiatur. quod actũ est, & aliud vr̃ esse probatum. Præterea qñ ponitur genus criminis, & certa forma sibi addatr̃, descendit ad speciẽ specificata? ita quod de genere est exempta, vt quod sub illa forma vel specie fiat nõ valet. argumen. ff. de sup. lega. l. legata. Ecce accuso te quod falsũ cõmisisti, scribẽdo falsum instrumentũ, modo probatur te falsum cõmisisse in alia specie simili, putat radẽdo instrumẽtũ, vtroq; enim modo falsum cõmittit. ff. de fals. l. prima. §. qui in rationib⁹, & l. Paulus. §. primo. attamẽ exinde non põt sequi condẽnatio, cũ diuersum sit vnũ crimen ab alio? ita in nostro casu insultus est genus cui certa forma fuit annexa, scilicet quod cũ armis est factus, nõ probata forma ipsi generi attributa, licet genus probetur, nõ sufficit. Præterea quoties delicto certa qualitas adscribitur. de ipsa qualitate cõstare debet, vt ff. vi bonorũ rapto. l. prætor. §. actio. vbi dr̃, ꝙ debet cõstare de dãno dato in turba, vt sequatur cõdẽnatio? & sic in casu nostro debet cõstare de armis & sanguine, ad hoc concordat ẽt quod dicitur. ff. ad l. Iulam de adulter. l. denunciasse. §. quid tamen. ibi, vbi dicit, neque enim crimen quod denunciauit &c. vbi crimen non fuit ea forma probatum, vt fuit obiectum, sicut in casu nostro contingit quæstionis prædictæ, stultus ergo fuit quod se artauit, quando necesse non habuit sic si vnum locum posuisset, & de alio probaretur, vt ff. de accusatio. l. libellorum. habet ergo locum probare necesse &c. debet ergo ille accusatus absolui. quia pœnæ sunt demoliẽdæ, vt ff. de pœnis. l. interpretatione. & quia in dubiis contra fiscum pronunciamus, vt ff. de iur. fis. l. non puto. patet ex prędictis duabus legibus. l. prætor. §. hæc actio. ff. vi bono. raptorum. & l. denunciasse. ff. de adulte. quæ videntur esse casus nostræ quęstionis. quod si maleficio sit certa forma adscripta, quod de ea constare debet sicut est in casu nostræ quæstionis &c. ratio, quia facta sunt reiterabilia. scilicet vterque insultus, scilicet cum armis & sine, & vtraque percussio cum sanguinis effusione. & si est adhuc. argumen. ff. si cui plusquã. per l. falci. l. quarta. §. quæsitum. & ff. rem pu. sal fo. l. nõ quasi. §. penulti. & ff. de verb. obbl l. si sic. Idẽ cũ in nostris casibus non constet de qualitate delicti. scilicet de armis & de effusione sanguinis, & potuit contingere hoc, qđ nõ est probatũ, & illud qđ est probatũ, concluditur absolutio. Ecõtra vr̃ posse dici, quod pœna possit imponi de eo quod constat probatũ. Primo quia accusatio vr̃ eẽ facta de duobus, scilicet de insultu & percussione tm̃, & de insultu cum armis & percussione cum sanguine, sicut dicimus de pręcepto arbitri, vt ff. de arbitris. l. Celsus. & facit ff. de calumniat. l. si ab eo. & C. de calũ. l. prima. quasi insultus sine armis, & percussio sine sanguine inuẽtũ pro testibus, videatur inuentum per modum inquisitionis, sicut de illo crimine poterat inquiri? nã tũc dicemus per d. l. Celsus. quod illud crimen probatum videatur venisse in dicta accusatione, & quod de illo possit pœna sequi, dũmodo super his insultu & percussione proba. sit data defensio illi accusato, quę dabet cuilibet super quolibet maleficio assignari, vt ff. de qõ. l. vnius. §. fi. ibi quocunque tpe postulãte reo &c. & C. de iur. fis. l. defensionis facultas. & C. de bon. vac. l. fin. ibi, data copia reclamãdo. qđ si factũ nõ fuerit, nõ subsistit condẽnatio, q̃ fuerit facta. argum. C. de leg. & consti. l. nõ dubiũ. nã defensio si data fuerit de insultu cum armis, non vr̃ super insultu simplici fore data. Præterea si testator legat ancillam cum liberis, debetur ancilla etiam si non sint liberi. ff. de legat. i. l. si ancilla. & l. si cui. Itẽ si legat seruum cum peculio, & etiam seruus non habet peculium, valet prædictum legatum, vt ff. de pecu. lega. l. iij. Item prætor cum dicit vẽtrem cum liberis in possessionẽ mittam, si non sint liberi, ventrem in possessionẽ mittit. ff. de ven. in possess. mit. l. vbicunque. §. fina. Si erit in nostro casu, vt si dicam cũ armis vel cũ sanguine de illo insultu vel percussione facta, & propterea hæc additio cũ armis est accessorium insultus deficiẽte accessorio, non propterea deficit principale, licet secus sit contra ff. de contrahen. empt. & vendi. l. si in emptione. in principio. Præterea quod additur in accusatione, videlicet

cet cum armis, vel cũ sanguine, posita sunt illa verba causa grauandi delictum. Nam delatio armorum aggrauat delictũ. ff. de se pul viola. l. tertia. §. aduersus. non ergo debet deficere ad quod agitur, licet hoc non doceatur, sicut si testator legatus addit causa ampliandi legatum, vt dicta l. sicuti. Præterea duo videntur esse in inquisitione, scilicet insultus factus, & cũ armis. argumẽt. ff. de arbitris. l Celsus. si ergo vnum probetur, sufficit. Præterea duo sunt excessus insultus, & armorum delatio, & non adstringit se ad omnia probanda, sed quod potuit tantum. extra de appella. c. significasti. Nã & si vendidisti mihi domum, & domus nõ erat tua sed publica. si habes ius in ea, scilicet vsum, licet non teneat venditio domus, tenet tñ venditio iuris, qđ habes. ff. de contrahen. vendi. l. qui tabernas, sic erit in nostro casu. Preterea põt dici, quod accusatio pdicta videatur continere vnũ tm̃ delictũ, scilicet insultũ et percussionẽ, quod illa verba cũ armis vel effusione sanguinis veniant ad terminationẽ insultus & percussionis, & nõ per se. qm̃ vno ictu non potuit, vtrunq; cõmitti cũ armis & sine cũ effusione sanguinis & sine, vt ff. de pecu. legat. l j. & ij. & sic hæc dictio, cum ponitur demõstratiue, non causa alicuius adiectamenti, quia tũc secus esset, vt ff. de fundo dotal. l. prima. vnde ex quo testes cõcordant de percussione vel insultu, qđ est principale & substãtiale, licet in qualitate discordẽt, vr̃ quod possit sequi cõdẽnatio de percussione vel insultu. argumen. eorũ q̃ notantur circa percussionẽ vel insultũ, vt ff. de testib. l. ob carmẽ. in fi. gl. q̃ incipit, vt supra, de probatio. &c. d. Dy. de mussel. circa præsentẽ qõnem in scolis legẽdo notauit argumen. allegãdo super d. l. ff. vi bono. rapto. l. prætor. §. hæc actio. quod non possit condemnatio sequi de percussione vel insultu vel per ipsum. §. & per ipsã l. de adulte ff. l. denunciasse §. quid tamen. Verum hæc ea. quæstio consulenda sibi do. Dy. fuit transmissa Bonon. dum ibi legeret per potestatem? & assess. Flo. ibi tunc temporis ego assidebam responsionis cuius talia verba fuerunt. Mihi Dyn. videtur, quod in eodem iudicio siue inchoatione nouę accusation s possint detrahi verba illa. scilicet cum armis, & illa verba. ita quod sanguis exiuit, ita quod in iudicio & consequenter in condemnatione remanebit insultus tantum & percussio tm̃ cũ cultello facta. argumen. l. ff. de noxa. l. in delictis. §. si detracta. Et ita vr̃ quod se habeat consuetudo terrarum cõiter in Lombardia & Tuscia. tñ cũ potestas Senarũ cõsilio cũ assess. cui eramus causa simili cõdemnasset, fuit dicta snĩa appellationis remedio reuocata per capita populi Senarũ consilio duorum assessorius per iura primo allegata. Quid ergo dicemus? rñdeo, dic rationibus pdictis allegatis pro hac parte, & etiam secundum opinion. d. Thomasij de Are. legum docto. à quo deliberato per eum consilio hoc audiui, quod absolutio fieri debeat, & nõn condemnatio per d. l. denunciasse. § quid tamẽ. argumẽt. ff. de iureiurando. l. si duo. §. si quis iniuriauerit. vbi dr̃, quod si q̃s iurauerit causa seu forma adiecta, nõ debet informiter vel separatim iuramentũ intellige, nec enim in crimine i quo dolus est vagari accusationẽ oportet. ff. de dolo. l. si ex dolo. §. in hac. & l. sequen. & per hoc non obstat dictus. § si detracta, licet lex illa sic disponat. vel dic & verius, iuxta consiliũ dict. Dy. quod condenatio sequatur & nõ absolutio. & sic se habet
v cõsuetudo vbicũq; fuit, & vidi.[v] Sed pone absolutionẽ fore secutã de insultu cũ armis vel percussione cũ sanguine s̃m opinionẽ multorũ, nũquid accusator poterit de simplici insultu & percussione accusationem producere & instituere respondeo sic, iuribus & rationibus allegatis pro prima parte quæstionis proximæ dictæ, & sic terminauit do. Thom. sed argumen. videtur fortissimum. quod non possit accusare, & ꝙ obstat exceptio rei iudicatæ. ff. de noxa. in delictis. §. si detracta. sed potest dici quod lex illa loquitur in ciuilibus. leges autem prædictæ loquuntur in criminalibus. Nam pœna ob maleficia solui magis ratio suadet, vt ff. de fideiusso. l. si à reo. §. fina. Item videtur quod obstet exceptio rei iudicatæ secundum opinionem illorum, qui dicunt vnum esse maleficium. & quod illa verba, cum armis vel effusione sanguinis, non veniant in accusatione per se, sed veniant per determinationem percussionis vel insultus, quia vno ictu non potuit vtrunque cõmitti &c. Solutio dic accusationem de nouo posse institui. & quod non obstet exceptio absolutionis factæ de insultu cum armis & percussione

cussione

cussione cũ sanguine, si vis inherere allegationibus & opinionibus & illorũ, qui dicunt absolutionẽ esse faciendã. Si autẽ vis inhibere alijs allegationibus & consilio & opinio. domi. Dyn. dicentis, condemnationẽ sequi de eo, quod est probatũ. dic exceptionẽ absolutionis & rei iudicatæ obstare, quod verum credo & hoc cõmuniter per assessores

45 seruatur. † Pone quod quatuor homines erant in quadam domo, vnus quorũ proiecit lapidẽ de illa domo, & quendam hominem vulnerauit vel interfecit, & nescitur quis eorum hoc fecerit, quæritur quid sit iudici faciendũ, videtur quod omnes teneantur. ff. de his qui deiece. vel effu. l. j. & propter incertitudinẽ. ff. de transac. l. controuersia. & ff. ad leg. Aquil. l. itẽ Mela. §. sed si plures. Contra videtur quod nullus? Nam cõstat quod tres non percusserunt, ergo non tenẽtur. arg. extra de his quæ fiunt à maio. parte capi. quæ sunt. C. de pœnis. l. scimus. melius est innocẽtẽ absoluere &c. ff. de pę. l. absentẽ. extra de simo. c. licet. C. de his q la. l. fi. ff. ad leg. Aquil. l. scientiam. §. causam deficit testis probatio & non ius. de testa. tute. l. duo sunt Titij. dic secũdum do. Gui. & alios sapiẽtes quosdam, quod si illi intrauerunt domum causa offendendi, quod tunc quilibet teneatur, licet vnus videatur fecisse hoc de mandato aliorum & voluntate. C. de sicca. l. nõ ideo minus. ff. de vi & vi arma. l. j. §. quoties. extra de homi. capi. sicut dignum. si vero non quod tunc omnes absoluuntur. extra de proba. c. ex literis. ff. de actio. & oblig. l. Arrianus. & arg. C. de proba. l. scientia omnes tamen iudices vt cæteri terreantur, & ne maleficia remaneant sine pęna, pecuniariter cõdemnent. Guil. Du

x ran.* Et dic de simili materia vt latius est not. infra, de homici. §. pone quæstionem.

46 † Pone etiam, quòd plures homines percusserunt, vel alias damnum vel maleficiũ cõmiserunt, quæritur quomodo & quando sint puniendi? circa hãc materiã distingue, aut dãnum dederunt inter semetipsos, aut contra alios. Si inter se, aut apparet quis primo prouocauit, aut non. Si apparet, aut ꝓuocans dedit damnum, aut prouocatus. Si prouocans, tenetur. Si prouocatus, non tenetur, vt ff. si quadru. paupe. fecis. dica. l. prima. §. cum arietes. ff. ad leg. Aquiliam. l. si ex plagis. §. tabernarius. Si autem nõ apparet quis primo prouocauit, neuter tenetur vt ff. ad leg. Aqui. l. scientiam. §. cum instrumenta. Si aũt plures dãt dãnũ contra alium, si habentur loco vnius, habet locum ff. ad l. Aquil. l illud. §. i. & si fa. fur fe. dic. l. i. Si vero non habentur loco vnius, sed plurium, si vulnerauerunt tantum, vel tantum occiderunt, habet locum d. l. illud. §. i. ff. ad leg. Aquil. Si aũt vulnerauerunt & occiderunt, tunc secus vt ff. ad l. Aquil. §. si alium. sed nunquid idem in l. Corne. de sicca respond. idem & non idem. Nã si consideres causas, quæ inducunt has actiones seu accusationes, non est disceptatio, nisi propter causas, quæ inducunt has actiones seu accusationes, nam l. Cornel. de siccar. tenetur qui dolum commisit. ff. ad legem Cornel. de siccariis. l. in lege, adeo vt lata culpa non æquiparetur dolo. Item l. Corne. de sicca. tenetur, qui gladium strinxit; licet non occiderit. ff. de siccar. l. i. non sic in l. Aqui. vnde ex his collige, quod si quis percutitur in rixa, ꝙ ictus cuiuslibet contemplari debet, secus qñ ex ꝓposito aliquis percutitur? & est ratio, quia ex proposito ita tenetur qui noluit occidere, sicut ille qui occidit? non sic in rixa, vnde vr̃, ꝙ qui in rixa aliquẽ occidit, quod non teneatur lege Corn. de sicc. nisi dolo fecerit, vt ff. de siccariis. l. penultima. & ideo cauti aduocati nitentur probare, ꝙ homicidia facta fuerint in rixa per iura & actiones præallega. verum hodie secundum leges municipales ciuitatum ita punitur qui in rixa percusserit, sicut qui ex

47 ꝓposito. Vber. de Bob. † Quæstio insuper talis est, Potestas Floren. ꝓcepit subdito, ꝙ seruaret ei ꝓcepta, vel quid simile sub pœna. x. lib. & dũ in cõtumacia ꝑsisteret, ꝓcepit eidem sub pœna xx. lib. deinde præcepit sub pœna xxx. modo q̃ritur nunquid potestas posit exigere oẽs pœnas ꝓdictas, & vr̃ ꝙ sic, quia in omnibus fuerit inobediens. ff. si quis ius dic. non obtem. l. i. & crescente contumacia &c. vt extra vt lit. non contesta. c. qm̃. in fi. & ff de pœn. l. relegati. Itẽ in correctione vnius personæ bene põt trina condẽnatio inferri si peccat, & contumacia hoc exigeret, vt C. de mo. mul. l. fin. & quia iteratione delicti iterat̃ pęna, vt C. de epis. aud. l. iii. & de ser fugi. l. quicunque: & in contumacia persistẽtibus seueros esse conuenit, vt ii. q. v. quanto, et quòd fuerint

rint præcepta tot fuerint inobediētiæ. arg. ff.de ver.obli.l.scire debemus. & l.quod dicitur.nec delictum minuit pœnam, vt ff.de priua.delic.l.nunquam.Econtra videtur, ꝙ vnum solum fuit delictum, s.inobedientia, licet plura præcepta incontinenti secuta.ar. ff.si fa.fur.fec.dic.l.j.in fi.& l.seq.& ff.famil. hercis.l.hæredes.§.de pluribus.vnde posito quod in plures pœnas inciderit, vel plures pœnę oriantur,altera tamē debet esse contentus,vt ff.de act.& obli. & l. qui seruum. in princ. & l.plura.l.cum ex vno. plures.n. pœnales actiones se inuicē impediunt, nisi quantum plus sit in vna q̃ in alia. ff.vi bon. rap.l.i.vuum enim factū reputatur, ꝙ fit in impetu vel cōtēptu,ff.de vi & vi arma. l.iii. §. cū igitur.ff.si cert.pet. l.lecta est.extra de elec.c.officii tui.& de testi.c.secundo quod autem delinquens pluries circa eandē rem non nisi semel puniat,probatur. ff.de furt. l.ei qui.& l.faciendo. §. infans . quia plures pœnæ nō sunt ab initio infligēdæ. extra de iudi.c.at si.§.si.item si quis pluries aliquem vno impetu vulnerauerit, tenetur tantum de vulnerato,& nō de occiso.ff.ad l. Aqui.l. illud.§.fi.Solu.dicūt quidā, ꝙ est quasi vnū delictū, cū fuerit tm̄ vna species delinquēdi sicuti vbi sunt diuersæ species , vt si primo rapuerit & postea interfecit. ff.de priuileg. delict.l.nonnunquam.vnde vno bāno,siue vna pœna dicunt esse puniendū, cū idē factū sit, vt supra. & ff.de popul.act.l.iiii.punietur aūt maiori banno siue pœna, quia quoties ex eodē facto in plures pœnas qs incidit, altera debemus esse contenti, licet habere possumus quatenus plus sit in vna pœna q̃ in altera,vt supra dictum est. Potestas enim maiorē pœnā cōminando vel exigendo,vr̄ recedere à minori . ff.manda. l.Stichus.ff.de hære.instit. l.si ita scriptum . & de pto.stipu.l.ideǭ; do.Gui.durā.no.hoc in speculo sui operis. † Pone ꝙ propter ho-

48 micidiū cōmissum per Ioan. lata est sententia, ꝙ ipse Ioannes debeat mori, quæritur qūo illa sniā debeat executioni mandari , & an exequēdo cōmittatur delictū seu peccatū. respon. ꝙ illa sententia est executioni mandanda per executores, qui carnifices vocantur xxiij.qō.v. non frustra. & c.cum homo.& talis carnifex truncādo caput vel membrum,non peccat. ea.q.miles. & c.nō est crudelis.& c.si homicidiū.quia non ipse sed lex occidit ea.q.cū homo.si tn̄ quis occiderit sponte aliquem. qui erat à iudice occidendus,peccat,& homicida est, ea q.cum ministe.& c.seq. & c.cum homo.sed nec iudex,qui iuste hominē ad mortē dānat, peccat,quis officia iuridico bono animo impleri possunt,qūo iudex,& qūo lex.ea.q.c.offi. & c.fi.cum pluribus aliis,nec scelus cōmittit ipse iudex, nec sanguinē effundit, vt ea. q. ipse iudex &c. si cum imo minister Dei est.ea.q.malos & Deus in hoc placatur . & eadem causa q.iiii. c.si quos igitur. Guil.duran.

49 † Sed quæro an sententia condemnatoria sit statim mandanda executioni in cā criminali ? Respondeo distinguendo , quia aut ab illa sententia potest appellari, vel in interum restitutio peti,aut non. Primo casu statim post elapsum decem dierum ij. q.j.sicut fine.C.de pœn.l. cū reus . & hoc nisi incontinenti exceptio legitima probāda obiiciatur.extra de testib.c.veniens.& c. cū igitur.infra,de restit.spol.c.literas.& nisi obiiciatur ꝙ iudex sententiam ex iracūdia tulerit,vt C.de pœnis.l.si vindicari: & cum sentētia capitalis est lata contra mulierem prægnantē,vt ff.de pœn.l.prægnantis. Itē differri solet sentētia in aliis omnibus,vt C. de bon.proscri.l.ij.& de custo.reo.l.ii.in secundo vero casu,qn̄ à sentētia appellari,vel in integrū restitui peti non pōt,pōt & debet incontinēti sententia executioni mādari, vt ii.q.vi.§.sinautem & c.cum speciali.§ porro.Guil.duran.

50 † Pone etiam ꝙ aliquis homo promisit alteri, & jurauit facere aliquod maleficium , & aliquod illicitum , quæritur nunquid ratione sacramenti & promissionis teneatur hoc facere , & si fecit nunquid excusetur à pœna Et vr̄ ꝙ nō, vt extra de elect.c.B.& C.& de reb.eccles. non alie.c.ii.& de reg.iur c.non est obligatoriū.in vj.& ff.de condi. instit. l.filius.& l. quidam, Econtra videtur. C.si aduers.ven. authen.sacramenta.C.de rei vx.act. l. vna. & extra de iniu.cap.licet.in vi. quibus legibus per sacramentum confirmatur, quod alias per legem prohibetur.ad quod dic,ꝙ aut istud,quod est prohibitum , est prohibitum propter turpitudinē facientis, tunc tale sacramentum præstitum nihil operatur per iura prædicta. Aut est prohibitum in fauorem iurantis, & tunc iuramentum est obligatorium, & confirmat rem de qua

qua agitur, vt in aliis legibus supra allega. Dyn Et dicit, quod dupliciter dr̃ male promissum. vno modo ? scilicet super mala vel turpi re, & illud non expedit obseruari ff. de pactis. l. iurisgentiũ. §. generaliter. & institu. de inu. stipula. §. veluti. & ff. de verb. obli. l. generaliter. & l. veluti. & l. stipulatio hoc modo cõcepta. & l. si plagii. & ff. de fideiuss. l. si à reo. §. qđ vulgo. Alio modo dr̃ male cõceptũ, id est male promissum, q̃a interueniẽte dolo, & tunc tene. Sed æquitate datur exceptio, vt in aliis legibus cõtrariis, iuramentum tñ confirmat, vt supra proxime est dictum, & dic de his vt infra proxi. q. Dy. Et quia maleficia variis ex causis, & diuersis modis, & à diuersis personis quotidie committuntur, ideo modo conuenit in ipsis maleficiis puniendis promptos nos esse, et multum intentos ad pertinaciter condemnandum, & ideo circa præsentem materiam &

§ 1 tractatum de pœnis est videre ? † quando interpretatio sit facienda in fauorem delinquentis, & quãdo nõ, & quid sit in hoc seruandũ. Et primo vr̃, quod interpretione legis pęna debeat restringi, & nõ ampliari. ff. de libe. & posth. l. cũ quidã. ff. de suspe. tuto. l. hæc. §. secundo. de poe. l. si præses. & l. pen. ff. de actio. & obli. l. Arrianus. de solu. l. stichũ. §. naturalis. extra de elec. c. statutũ. & de re. iu. c. odia & c. in pęnis. Ecõtra vr̃. ff. de his qui notan infa. l. j. §. exercitũ. Itẽ contra est ẽt, quia si percussero aliquẽ vel occidero, quod p̃sumitur, ꝙ dolo & malo aio hoc fecerim in dubio. C. de iniuriis. l. si nõ conuitij. & de siccariis. l. j. Itẽ si sit incertum, quis ex pluribus percusserit, præsumitur cõtra omnes & ampliatur odium, & restringitur fauor videlicet ꝙ omnes sunt puniendi ff. ad l. Aquiliam. l. item Mela. §. sed si plures. & not. infra proximo. §. & certam materiam &c. ad quæ ita dicendum est secundum quod dicit. & nota dominus Dyn. hic not. extra de regul. iur. c. odia. Quia aut ex vtraque parte. scilicet fauoris & odij. versatur ius publicum, aut priuatum, aut ex altera priuatum ex altera publicum. Primo & secundo casu ampliatur fauor, & restingitur odiũ quia cum iura sint hincinde paria, certum est in rẽ dubia fauorabilem causam potius assumi debere, quã odiosam vt præallegata lege cum quidam. & argumento. ff. de re. iu. l. quoties idem sermo. & lege quoties nihil. Tertio casu qñ ex vna pte versat ius publicũ ex altera priuatũ, semꝑ p̃fertur ius publicũ, siue verset ex parte odij, siue ex parte fauoris, & de isto tertio casu loquitur. l. ff. de his, qui no. infa. ij. §. exercitum. Ratio aũt est, qm̃ fauor publicus p̃ferri debet vtilitatibus priuatorũ, vt ff. de priuile. l. vtilitas. & in auth. de restitu. & ea quæ par. in xi. mense. § quãobrẽ collatio. iiii. sed hoc falsum esse vr̃ euidẽter. Certũ est enim ꝙ in maleficiis puniẽdis fauor publicus versatur, vt ff. de publ & vectiga. & con. l. licitatio. §. ꝙ illicite. & de fideiusso. l. si à reo. & ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus. tñ de iure cauetur, ꝙ interpretatione legũ pœnæ sunt potius moliendæ quã exasperãdæ, vt ff. de pœnis. l. si p̃ses. & l. interpretatione ad quod dicendũ est fauorẽ publicũ considerandũ, ne maleficia remaneant sine pœna. ex quo cõstat ipsa maleficia commissa, alias autem in re dubia, & cum sic certa qualitas criminis pęna restringitur. cum debeamus potius esse proni ad lenitatem, quam ad seueritatem vt ff. de pœnis. lege respiciendum. in principio. Eodẽ modo põt r̃nderi le. ff. de suspect. tuto. l. nec enim. §. secũdo quia nec ibi erat certa qualitas criminis. quare tutor esset remotus vt suspectus, ideo p̃sumitur in dubio minus fuisse delictũ, & ideo ad sñiam condemnatoriam sequitur minor pœna, cũ pœna moderanda sit secundum qualitatẽ delicti vt ff. de offi. p̃fec. vrba. l. i. §. cũ patronus ff. de patro. l. i. Dy. Vltimo ẽt circa præsentẽ materiã & tractatũ de pœnis, intendo summatim dicere & ponere de quibusdã pęnis. Primo in quibus casibus quis amittat manum Secũdo, in quibus pedem. Tertio, in quibus oculũ vel oculos. Quarto, in q̃bus nares. Quinto in q̃bus verberet. Sexto, in q̃bus tũdat. Septimo in q̃bus comburatur. Octauo, in q̃bus suspendatur. Nono & vltimo, in quibus casibus quis bulletur vel signũ inferat. Ad pœnã vero capitis nõ scribo aliud præter id quã quod scriptum est. q̃a illa pęna famosa est. post hoc ponam ca

§ 2 sus, in q̃bus quis punitur. † Et primo amittit quis manũ, si aliquis vulnerauerit aliũ infra pacẽ constitutũ quã coactus fecit. scilicet illam cum qua percussit, vt in vsibus feudo. de pace tenend. & eius violat. §. si q̃s alium Item si voluntate fecit pacem, sed negatis per pugnam conuictus est, & non per testes,

testes, vt eo tit. §. qui vero. Item si infra pacem alium vulnerauit, qui nō diffitetur, sed dicit se fecisse ad defensionē suæ vitæ, & ꝑ pugnam probare non poterit, vt eodē tit. §. si quis aliū. Itē tabellio si chartam suo nomine factam, quæ falsa dicitur, non poterit verā probabere, vt in Lōbar. qualiter quis se defendēdo. l. de chartis. & de eo qui chartam scripsit. l. j. idem in eo, qui chartā falsam fecerit licet non sit tabellio, postquam in iudicio producta est, quia punit in amissione manus in quibusdam ciuitatibus, sed per legem Niburiā pollex dexter aufertur, vt in lege Niburiam in c. lxix. Itē si aliquis conuictus fuerit de periurio amittit manū, vt in Lombar. de testi. l. ij. in fine & de periuriis. l. ij. & iij. Itē si res aliqua fuerit bannita, & in potestate iudicis peruenit, & alius veniat, qui dicat esse suam, si sua esse dr̄, iudex faciat ad eum peruenire, si tn̄ suam esse iurauerit, & si postea de falso conuictus, fuerit dextra manus ei amputetur, vt in Lōbard de his qui ad pala. l. cuius. in fine. Itē si descordauerit cum alio in testimonio, & conuictus fuerit per pugnam, vt in Lombar. de testib. l. si duo, §. si quis cum altero. Item si quis sine iussione principis aurum figurauerit, aut monetam confixerit, vt in Lombar. de eo qui falsa monet. l. j. & ij. Itē manū amittit si qus librum hæreticum habeat. & igni non tradat, vt in authen. de depositione §. vnde etiam interdicimus. Item amittit manū seruus qui sine iussu domini sui noua signa in silua alterius fecerit, vt in Lombard. de extra termi. antiqui. l. si quis propter. & l. si seruus. Item manum amittit, qui titulos prædiis alienis imposuit, vt in authē. de proconsule capu. §. titulus. Itē amittit manum tabellio, qui fecit chartam super venditione rei facta à muliere vendēte consentiente viro sine notitia parentum, vt in Lomb. qualiter muli. l. ij. Item amittat quis manum si crimen cōmiserit, quod membri abscisionem postulet, nec lex dicat debere eum mori, vt in authentica. vt nulli iudi. § vltimo. Itē exactores tributorum, qui illicite excutiunt, & suscepta non describūt, vel celant, puniuntur in amissionem manus, vt in authen. de manda. prin. §. coges autem. Item si quis alius percusserit vnde manum amiserit, pcutiens similiter amittat manum vt in lege Moi. in libro Exodi. c. xij. Præterea dominus ver. si rixati fuerint. Item manum amittat mulier, quæ apprehendit manu verecūdia virilia aduersantis vel iurgantis cum viro suo, vt in lege Moysi. lib. Deuterono. c. xiij. si fuerit inter vos homo. i ver. si habuerit inter se iurgiū. Item si quis dexirit falsum testimoniū cōtra aliquē super crimine, vnde manū amittat ipse testis falsus manum amittet, vt in l. Moysi in libro Deutoro. c. xj. si exierit. Le-

53 uites. in ver. cūque diligentissime. † Secundo amittat pedē seruus fugitiuus ꝙ deprehensus est transeundo ad hostes, vt C. de seruis fugitiuis, lege. iij. Itē qui aliū percusserit vnde pedē amittat, vt in lege Moysi in libro Exo i. capitulo decimosecūdo. dixit præterea dn̄s ad Moisen in versiculo si rixati fuerint. Item in eo qui falsum testimoniū dixerit cōtra aliquē in accusatione, vnde accusatus amittere debet pedem in lege Moisi. i lib. Deuteronom. c. xj. si exierit. Leuites. in versiculo cumque diligentissime.

54 † Oculi amissione punitur fur pro primo furto, vt in Lōbar. de fur. de latronibus lege si qs fur. lege si latro. Itē ponitur oculo, si reperiatur quis falsum dixisse testimoniū contra aliquē, vnde oculum amittere, vt in lege Moisi &c. vt supra. Item si oculum quis effuderit oculus ei eruatur, nisi sit dominus serui vel ancillæ, quia pro oculo debet dominus seruo vel ancillæ dare libertatem, vt in lege Moisi, in libro Exod. capitulo. xij. versiculo qui si rixati. & in versiculo si percusserit. & in libro Leuitici. capitulo decimosexto. versiculo qui irrogauit maculam. Nam suspenditur fur pro secundo furto, vt in Lombar. de furt. lege de latronibus. & lege si quis latro. Item in raptoribus, & in conspiratoribus, vt in Lombard. de argumento, in vico factis. lege de

55 conspiratoribus. † Verberatur generaliter quis vbi deliquit, & qui propter inopiam pœnam pecuniariam luere non potest, vt ff. de pœnis. lege prima. § vltimo. & de in ius vocandi. lege vltima, & de iurisdictione omnium iudicum. lege si quis §. in seruos. & in vsibus feudorum. de pace tenend. in er subditos ex lege hac edicta li. §. iudices vero. Item fur si furatus fuerit valens minus quinque solidis, vt in vsibus feudorum. de pace tenenda. §. si quis quinque solidos valens. Item si seruus qui

literas

literas imperiales despexerit nudū ad palus vapuletur, & capilli eius tundeantur vt in vsi.feu. & be.l.liber homo.in Lōbar. de eo q̄ literā depor. l.j. Itē verberant & tundūt mulieres p viros vicinales, q̄ super aliquas aggressionē fecerint, vt in Lombar. de agges.in vico factis.l.telarum.viles & abiectę cōditionis homines, vt C. de pa.gen. l.vlt. & de hære.& manich. l.quicūque.§.si vero
56 ignorātiæ.†Itē debet tūdi seruus.q ignem in sylua mittere ausus fuerit, vt in l.Lōbar. de dānis iniu.l.si tundi debet etiam fur in pdictis superioribus casibus. Decaluat fur p secundo furto, vt in Lombar.de fur.l.de
57 furibus. † Cōburitur aut qui sine iussione principis aurum figurauerit, aut monetam confixerit, vt C.de fal.mo.l.ii. l.fi. item hostis & transfuga ad hostes & renūciator cōsiliorū principis, vt ff.de pœ. l.si quis aliq d. §.i.& l.aut facta §.hostes.Item si quis facultatem depredationis barbaris in Romanos dederit, vel si quis alio modo factā dimiserit, vnius comburatur, vt C. de re mili.l.si quis à barbaris. Itē actor rerū priuatarum vel procurator Cæsaris si aliquē iniuria vexauerit viuus concrematur, vt C.vbi causæ fisca. vniuersi. Item à quibusdā cōcremabantur sacrilegi, vt C.ad l.Iul.pecu. l.vj.§.j.idē de seruo qui mulierem rapuerit, vt C. de rap.virg.l.vna.§.fi.Itē cōburatur seruus qui rem cum domina sua habuerit, vt C. de mul.quæ seruis propriis.l.i. Itē seruus q saluti domini sui insidiauerit, vt ff.de pœ.l. capitaliū.§.cū terminantur. Itē liber homo plebeius, vel humilis insidiās alterius mortē.l.j.§.nunquā. Itē Aruspex.vt C.de male.& ma.l.iii.Item cōburitur incendiarius, qui ob inimicitiam vel prædæ causa incenderit oppidū, aut si casam vel villā, vt ff.de pœn.l.capitalium. §.incendiarii. Item qui ædes vel aceruum frumenti iuxta domum positū scienter combusserit, vt ff.de incend. rui.l.ædes.item iudæus cū suis participibus delēdus est flamma, si aliquem iudęū ausus fuerit acceptare, qui ad Dei cultū respexerit, vt C.de iud.l.ii.item Patarini examinati à viris ecclesiasticis, si enim euidenter inuenti fuerint a fide catholica deuiare vsui in cōspectu populi cōburantur, vt extra de priuil. cre.l.incorruptibile.§.neminem etiā libri ipsorum.C.de hære. & ma quicūque. §.omnis.& l.dānato.& authenti.de posses-sio.l.antiqui serui.§.vii.etiā.item q vsurpauit vada fluētis nili, vt C.de nil.agg.l.vnic. Itē cōburitur, qui scilicet vxorem & filiam duxerit & matrē eius, vt in lege Moysi in libro Leuit.c.iiii. dixit quoq; Dn̄s ad Moysen.vers.sacerdotis filia. Itē cōburitur quicūq; contra pceptū Dn̄i de Anathema furatus fuerit in libro Iosue, cap.vj.fuit ergo do
58 minus cum Iosue. † Itē suspēditur qui furatus fuerit valens vltra quinque solidos, vt in vsib.feud.de pace tenen. §.si quis quinq; solidos.Itē famosi latrones furca suspendūtur versus eū locū, vbi furati fuerint, vt ff. de pœn l.capitaliā.§.famosos. Itē suspendebantur à quibusdam sacrilegis, vt ff.ad leg. Iul.pec.l.vi.§.i. Itē suspendunt trāsfugæ ad hostes.Itē renūciatores cōsiliorū principis. Itē author seditionis & tumultus, vt ff. de re milit. l.iii.§.is qui.ff.de pœn.l.si quis aliquid.§.i.& ii. Itē seruus Regis, qui mortem intulit alicui, suspenditur supra fossam illius, vt in Lombar. de culpis seruorum.l.i. & de homi.liber homo. l.si seruus Regis. Itē principes populi, qui adorāt Deos alienos suspenduntur cōtra solē in patibulis.& ita pōt dici q reges & principes hostium si deprehendantur, q debeant suspendi, vt in lege Moysi in lib.Deute.ca.xii. si exieris ad bellū cōtra hostes.in ver.qn̄ peccauerit homo.& in libro Iosuæ cap.octauo. dixit aūt dominus ad Iosue.versic.Iosuæ autem capitu decimo.qui audiuissent quinque præ-
59 cepta Iosuæ. dicens † signum alicui infertur.primo furti in fronte, si tn̄ in furto deprehensus fuerit, vt in Lombar. de furtis.l.
60 furti. §.omnibus. † Non sequitur punitio pro occiso in prælio.arg. ff.ad leg.Aquil. l. qua actione. §. si quis in colluctatione. in vsibus feud. de pac.tenen.§.postea vero.& §.si quis alium.& ff.de iniur. l.tertia. §.primo.Item nec pro occiso iussu Regis, vt in Lombard. de mor. con.l. prima. & argumento.ff.quod vi aut clam.l.prima. §.fina. & familiæ hærciscundæ l.quoniam autem. & ff.de euictionibus.l.si pignora nam necessitas officii excusat, vt ff.de his quibus vt indig.l.tutorem.primo respon.ff.de fur.l.si seruus communi.§.quod vero. & ff.rerum amotarum.l.similiter.§.primo.Item ne de autore rixæ occiso in rixa, vt in Lombard. de bonis liber.l.si quis ex leui causa.Mediola.lege & argumento.ff.si quad.pau.fe.di.l. j.§.cum

j.§.cum arietes.& ad l.Aquil.l.itaque si seruum.& l.scientiã.§.iij.C.qñ lic.vnic.si.iud. se vin.l.j. Item nec de eo qui occisus est ab eo,qui se defendebat,vt in prędictis legibus vt in Lombar.de aggressio.in vico fac. l.iii. in fin.& l.v.dic tñ latius vt supra, vt not. in rub.de defensio à reis facienda. Itẽ nec pro occiso à seruo defendente dominum suũ,vt ff.de iniur.l.sed &. si vnus.§.si iussu. in fine. Itẽ non sequitur punitio de occiso sine dolo,vt ff.ad leg.Corne.de siccar. l.in lege dicam de hoc latius vt dicitur in proxima rubric.de homicid. §. item pone quæstionem sępe contingentem.& §.quæstione.& subsequitur. Item excusatur qui se vindicãdo occidit canẽ cum virga vel spata, vel aliqđ aliud quod in canẽ euaserit, vt in Lombar. de damno.à iure. §. si quis se vindicando. Itẽ excusatur qui occidit canem damnum facientem in casa seu domo sua de die vel de nocte,vt prædicto titu.l.si quis alienum canem. Item non requiritur si damnũ datum sit intra decem pedes à facolario mensurandos ad pedem mediocris hominis, & nõ ad manus,vt in Lombard.de plag liberi hominis.l.iii. & de dam.iniur. l.ii. Item nõ punitur qui ignẽ fecerit, & transierit viam publicã vel riuum & damnum fecerit,vt in Lombard.de dam.iniu.l.iii. Itẽ nec is, qui facit eundo auferre aliquid propter necessitatem,vt prædicto c. l.x.de iurantibus. l.i. & in vsibus feudorum.de pact.l.quando.§. quicũque.& l.licitũ. cũ nemo in necessitatibus liberalis existat, vt ff.de adl men legã.l. rem legatam. & quod in necessitatibus fit, curandum non est,vt in authen.quib.mod. natu. j.rñ. & quia pater potest filiũ vẽdere necessitate famis, & iunior prædiũ vẽdere. C.patri.qui filios.l.j. & in Lombar de ,phi. ali.in l. si. Item non pnuitur qui damnum dat,si aliter periculum euitare non posset. arg.ff.ad l.Aquil.l.quemadmodum.§.item Labeo.& l.si quis fumo.§. i. & de incend. rui.naufr. l quo naufragio. §.quod ait prætor & de aqua pluuia arcen.l.j.§.de eo. Itẽ nec pro mortuo in fossato alicui,vt in Lombard.de dam.iniur.l.si quis fossatum. Item nec pro mortuo in puteo alicuius fit punitio,vt prædicto titu.l.si annalis. Itẽ nec pro ramboso vel demoniaco occiso punitur qs, nec pro alio occiso ab eisdem, nec à mente capto vel infante,vt in Lõbar.de dam.iniu. l.si peccatrix.& C.de patr.potesta.l.iii.ff.de offi.psid.l.diuus & ff.ad l.Corn. de siccar.l. infans. ff ad l.Pompeiam de parrici. l.pe.in fi.Item nec pro latrone publi. vel desertore militiæ occiso,vt ff.qñ li.vni.sine iud.se vin. l.vlt.itẽ nec pro transfuga ad hostes occiso. ff.ad l.Cor.de sicc.l.eiusdem. §.vlt. Itẽ nec pro occiso à fera ab alio concitata, dum & ipse staret super eã causa eum lucrandi, vt in Lombar.de venato. l.iii.aliud si non causa lucrandi, vt arg.ff.si quad.pau.fe.dic. l.i. &.§.generaliter. & ff. ad l.Aqui.l.itẽ Mela. §.itẽ & cũ eo Itẽ non fit punitio pro homine occiso inuento in curte aliena in nocte, qui non dat manus ad ligandum,vt in Lõbar.de eo qui potest in damnat. l. si noctis. & de curtis raptura.l. si seruus. Itẽ nec pro homine occiso fugiente & deprehenso,qui non dat manus ad ligãdum. Nec pro occiso à fugace, cum eum deprehendere volebat, vt in Lõbar.ff.de fur.l.si seruus aut lib. Itẽ non punitur, qui tres vuas tñ de vite acceperit aliena, vt C.eo.l.si quis supra.nã si ingressus fueris vineã proximi tui comede, nec aliquod tecum portes,& ẽt segetẽ frange,& mann mete, & non falce metas,vt in l.Moysi in Deuter.c.xxiii.versi.ingressus.& versi.si intraue. Itẽ mitius punitur si ꝑ vinum aut ebrietatem lapsus est.ff.de pœn.l. respiciendum.in fi.de custo. & exhib.reo.l. milites & de re mili.l.omne delictum.§.pe. Et propter consanguinitatem minor pœna imponitur,vt ff de recep.l.vlt. Item mitius occidit in tumultum,cũ tumultus aliter sedari non pót,vt ad l.Cor.de sicca.l.q cedẽ. Itẽ releuat quẽ à pœna noxa. & iustus dolor.C.ad l.Iul.de adul.l.Gracchus.ff.eo.tit. l.si adul.§.Imperator.Itẽ si per pacẽ faciẽdã interfecit,vt not.supra.eo.in princ.huius rubr. Itẽ non punitur interficiens,pugnãtẽ contra patriam suam. ar.ff.de reli.& sump. fune.l minime.itẽ nec pater nec vir mulieris qui interfecerit adulterum inuentum in domo viri,& ibi deprehenderit ff. ad l.Iuli. de adul.l patri datur.& l.marito. Item nec dominus punitur,qui interfecit seruũ, quẽ in facinore deprehendit,vt ff.de verb.sig.l. qui seruum.§.quid ergo.& §.si hęres.Nam sine causa nõ licet hoc domino,vt not ff.de his qui sunt sui vel alie.iur. Item parentes & magistri sine pœna habent modicã coercionem.vt C.de emendatio.propin. & l. de

pœn.

pœn.l.aut facta.§.j.eum sim.ꝙ forte intellige si filius vel discipulus hoc meruit.ar.ff. de pign.l.seruum.& pro & contra.ff.de verbo.obl.l.quidam sunt argumēto. Itē patronus in libertum habet modicam coertionē, vt ff.de iniur.l.prætor.§. præterea. & l non solum.§.quanquam. & §. leuis & de pœnis l.respiciēdum.§.furta Itē dominus in mercenarium.argumenti prædicti.§. furta. Itē creditori licet seruum obligatū pro suis maleficijs coercere, vel vinculis ligare. arg.ff. de pign.actio l.eleganter.§.fi.& de pignoti.l.seruū.Item quilibet magistratus in subditis modicam habet coertionē.ff. de iurisdi.om.iud.l.in magistratibus & de re iudi. l.non est.Itē argumento prędictorū potest dici, quod maritus habet modicam coertionem in vxorem, nam quia licet in casu eā occidi.vt supra potest eā verberibus afficere vt ff.de adulte.l si adulterium cū incestu.§.Imperator & l.nec in ea.nā sine causa nō licet eā verberibus afficere.Imo plus puniī quā si in aliā deliquisset, vt ff.de pę.l. capitaliū.§.omnia.& ꝙ possit eā castigare tēperare,taliter maxime cū vxor debet esse in officio mariti, vt ff.de ope.libe.l.sicut patronus.& maritus fungitur corpore vxoris, quæ obsequia præstare debet.C.qui pot. in pig. habe.l.assiduis.Item de fa. viri. est argumē.ff.de re mili.l.quicunque. & Par. ait mulier allig. est viro &c. vnde ad similitudinem vsufructuarij quæ debet impendia præstare, & qui potest coercere & cogere operarios,pōt vir coercere vxorē modice, & eā cogere operari.vt ar.ff.de vsufr.l.sicut impēdia.& l.idē q̄a & solu.mat.l.si cū dotē. §.sin autē.Itē nec puniī quis se defendēdo vel filiū vel vxorē vel fratrē,vel defendēdo qui secū esset in societate aliū occideret, vel si liber vel seruus hoc fecerit defendendo dominū suū, ꝙ dic vt not.supra defen.à reo fa.circa prin.Itē impune occidūtur aggressores in itinere & desertores militiæ & fures nocturni, ꝙ dic vt eo.ti.& §. supradictū est.Itē nō sequitur punitio in alijs casibus, in q̄bus impune ius quis dicere sibi pōt, vt in illo generali.Itē in l.Mo.cauetur ꝙ si fur fodiens vel frangēs domū alienā vulneratus vel mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis sed orto sole hoc fecerit.homicidiū perpetrauit, vt hæc verba legunī in lib.Exodi.& eo.etiā lib.contineī quod si rixati fuerint viri, & percusserit alter alterum lapide vel pugno, & ille mortuus non fuerit,percussor innocens erit dūmodo operas & impēsas in medicinis factas restituat. Gandinus.

ADDITIONES.

a ¶Licet. Adde an liceat vxorem in adulterio depræhensam occidere Alex.consi.lxxvi.ii.lib. B.

b Multis aliis. Adde quod vbi tria concurrunt. Primo quod quis non aggrediatur factū nō dolū. Secundo ꝙ delictū sequatur in personā eius contra quē aggressura fit præter propositū aggredientis. Tertio ꝙ delictum habeat aliquam probabilem excusationem. his concurrentibus nulla venit imponenda pœna. ita dicit Pau. de Cast.consil. cxcii.incipi.in causa carceratorum. Ber.

c Furatis. Adde Alex.consi.ciii.vbi ponit,an idem sit propter coadunationem gentium furtum factum sit.& an coadunator teneatur.

d Initio. Adde vt per Alexan.consi.xxiiii.ii.lib. & Pau.de Cast consi. cxciii. Ber.

e Non probat. Adde ꝙ hoc non est simpliciter verum, vt pulchre voluit Oldra.consi.cxcix. quem vide, quia faciet tibi honorem. Ber.

f Cremonæ. Adde Alex.consi. cxi.i.lib.& ibi vide quid si pœna non est apposita per statutum loci.delicti quæ pœna debeat imponi. Ber.

g Volēti. Adde tu assessor Alex.cōs.cxvi.vii.li. B.

h Quod non. Adde videndum Bal.consil.lxxxi. v.lib. Ber.

i Vno vulnere. Adde Bal.consi.clxvi.v.lib. Ang. consi.xcvi. Ber.

k Quod sic. Adde vt per Ro.consi. xvii. Ber.

l Plures. Adde vt per Alex.consi.xv.iii.lib. Pet. de Anch.consi.ccliii. Ber.

m Non video. Adde quod ita etiam consuluit Old. consil.iii.& dicit quod ita fuit pronunciatum in curia Aquensi.dicit tamen aliqui senserunt cōtrarium,cum aliquis fraude efficiatur clericus, & de fraude dicitur constare.cum est accusatus, vel in crimine deprehensus. Ber.

n Exiuit. Adde quod hic proprie dicitur apostata vt voluit Cald.consi.i.de apost. Ber.

o Ostendentes. Adde an portans habitum sub mantello & sic coopertum dicatur apostata. Oldrad. consil.iiii. Ber.

p Commonuus. Adde late per Composte. consil. xi. Alex.consi viii.i.lib. Ber.

q Pro omnibus. Adde vt per Ange.consi.xcvi.

r Consilium. Adde an quis teneatur,de consi. Bar. consi.lxv. Ang.consi.xxvii. Ber.

s Dic quod non. Adde vt pulchre per Alex.consi. xxxvi.iii.lib.

t Quod sic. Adde vt per Pau.de Cast.consil.xli.in primo impressis Ber.

u Et vidi. Adde videndum Bar.consi.cxvii.inci. accu.fuit instr. Ro.consi.clxvii. Alex cōs.lxxiii. Pet.de Anchar.consilio. ccccxl. Abba. consilio. xxxviii. Ber.

x Guil.duran. Adde quod opin. Gui.sequitur Bal. consil.lxxxi.v.lib. vide quod notabiliter consuluit Rom.consi.cccci. Ber.

De homicidiariis & eorum pœnis.
Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Homicida quis dicatur & lege Cornel. de sicar. teneatur.*
2 *Iudex ac executores illius cum nonnullis alijs excusantur à pœna l. Cor. de sicca.*
3 *Vulnerato à pluribus in rixa si moriatur, uniuscuiusque ictus erit contemplandus.*
4 *Homicida qua pœna puniatur, & qui excusantur à tali pœna.*
5 *Defensionis facultas non est deneganda ante impositionem pœnæ.*
6 *Homicidium fieri mandans, eo sequuto an puniatur tanquam homicida.*
7 *Auxilium et fauore præstantis occisoribus et de hoc conuicti quomodo puniri debeant.*
8 *Homicidio commisso, dum homicida aufugeret qui dederunt illi fauorem ne caperetur à sequentibus, quomodo puniatur.*
9 *Mandatario punito propter homicidium commissum, an iudex possit contra mandantem procedere & punire.*
10 *Themate superiori retento, quid erit si actum sit ad interesse & quid si ad pœnam, & quid si mandatarius sit absolutus.*
11 *Mandās homicidiū fieri data pecunia mandatario homicidio non sequuto, an puniatur.*
12 *Homicidio à pluribus cōmisso, quorū quilibet intulit vulnus, sed nescitur ex quo vulnere sit mortuus, an omnes teneantur ad mortem.*
13 *Pœnæ impositio quæ requirat, debere considerari.*
14 *Vniuersitas ciui. cast. uel uillæ, an possit committere maleficium, & ex illo an teneatur.*
15 *Vniuersitas ciui. castri, uel uillæ cōmittens homicidium uel aliud maleficium pro quo persona singularis corporaliter puniretur, quomodo erit punienda.*
16 *Vniuersitati ut supra delinquenti, quæ pœna imponatur.*
17 *Vniuersitas in causa capitali. ut supra an poterit per procuratorem respondere.*
18 *Homicidio commisso propter quod non potest sedari tumultus ortus nisi innocens condemnetur uel nocens absoluatur, quid fiet.*
19 *Homicidium uel aliud simile delictum committens non dolo sed culpa uel negligentia an sit puniendus, & quo iure, & qua pœna.*
20 *Dolus præsumitur abesse, nisi probetur, quomodo probetur dolus.*
21 *Maleficium casu commissum, an puniatur.*
22 *Ignorantia allegata per delinquentem in sua excusatione quid erit faciendum.*
23 *Vulnerato Titio non mortifore superuenit febris et mortuus est an percussor tenebitur de vulnerato uel de occiso.*
24 *Vulneratus non mortifere si moritur propter imperitiam medici, an percussor tenebitur de vulnerato uel occiso & si de aliquo vulnere dubitent, an sit mortale, et sequatur mors quid præsumetur.*
25 *Vulnerato aliquo quis elegit medicum, qui cōtempletur vulnera.*
26 *Vulnerato Titio pluribus vulneribus, medicus iuramēto dixit quod erat mortuus ex vulnere Seij et sic Seius fuit condemnatus an Titius poterit ꝑ alios medicos ꝓbare oppositū.*
27 *Vulnerato Titio si postea moriatur, an præsumatur mortuus ex illo uulnere, an ex alia cā.*
28 *Contra inferentē maleficium cum malo animo fecisse semper præsumi nisi contrariū probauerit. et quomodo probabit. & nu. seq.*


ODO restat, vt videamus de homicidiariis, & quā debeant pati pœnā, & quibusdam quæstionibus ad hunc
1 tractatum pertinentibus. † & certe ille dicitur homicida & tenetur leg. Corne. de siccar. qui hominem occidit, de quibus dic plene vt not. do. Azo. in summa eod. titu. circa princip. & vt locum habeat l. Cor. de siccar. necesse est dolum interuenire, nec in hoc casu lata culpa æquiparatur dolo, vt §. eodē. l. in lege. & l. diuus. & lex est quòd infans & furiosus nō punitur hac
2 lege. vt ff. eo. l. infans. † Ita excusatur iudex à pœna legis Cornel. Excusantur etiā executores & parentes, ex eo ꝙ ipsi carent dolo. Item est, cum occido desertorem militiæ vel publicum, vt C. quando lice. vni. se vin. sine iu. l. i. & iii. Si ergo occidam ad defensionem corporis mei, vel mearum rerū, vel ad opinionem meam obseruandam, vel occidam eum, qui mihi stuprum vel liberis meis volebat inferre, non teneor, vt ff. de iusti. & iur. l. vt vim. & C. vnde vi. l. i. ff. de siccariis. l. i. §. idem diuus. de qua materia dixi etiam supra de defensione à reis facienda. Item not. quòd is occidere videtur, qui causam mortis præbuit, vt ff. eo. tit. l. nihil. Item not.

not. quod si aliquis percusit aliquem in rixa, & occiderit, quamuis, vero percusit, tamē si non
a habuit animū occidēdi, alleuianda a est ei pœna. quia magis casu quā animo hominē occidit vt ff. eo. l. j §. diuus. & C. eo. titu. l. is qui. Si autem habuit animum occidendi tenetur, vt di-
3 ctis legibus constat. † Et propterea si in rixa homo fuerit vulneratus à pluribus, & ob hoc perierit, quod actus vniuscuiusq; istorū contēplari oportet, vt sciamus quis intulit vulnus, vel vulnera mortalia, vel quis percusit cū magno falcastro an paruo cultello vel bastone, vt
4 illi magis puniātur quā alij, vt eo. tit. l. si † Sed quæro aliquis cōmisit homicidiū quā pœnā patietur ipse. Respondeo quod altiores debeant de-
b portari b humiliores vero subijci bestijs, vt ff. ad l. Cor. de sicca. l. iij §. fi. Sed vnde hoc quod sic leniter ll. prædictæ puniunt homicidas, sicut hic dicitur, & nos videmus famosos latrones falsarios monetę, & adulteros occidi, vt ff. de pœ. l. capitaliū. §. famosos. & §. crassatores. & C. de adul. l. quamuis. & de falsis mone l. pe. Mar. de Fano dicit, quod homicidia plerunq; non sine causa fiunt, procedunt enim homicidia plerunque ex meritis occisorum sed prædicti sine causa delinquunt, & ideo fortius puniuntur. argu. ad hoc ff. de his qui sunt sui vel ali. iur. l. j. in fi. ff. de pig. act. l. eleganter. §. vlti. vel dic & verius, quod ille, qui alium occidit, debet mori, vt ff. eo. l. iij. ff. tolent. & C. de epi. audi. l. iij. ibi, homicida parricidaq; quod fecit, semper expectet, vt insti. de publi. iud. §. item l. Corn. vt etiam ibi no. per Accur. in gl. ordi. probatur etiam optime per aliam legem. ff. de adulte. l. si adulterium. §. Imperatores. & ante ibi, vlt. suppli. &c. nam & in vete. testamento si quis occiderit hominem industria ab altari meo euelles eum, vt moriatur, vt in lib. Exodi. c. si quis & lib. Leuiti lxxj. vbi dicitur, si quis occiderit hominē morte moriatur, si iniuria & si industria & si insidiauerit, à qua pęna mortis excusatur, qui sine dolo hominem occidit, quod dic vt no. infra eo. tit. §. item pone quęstionem. Item excusantur multi alii quod dic vt supra de de-
5 fensione reor. Et ideo † bene est notandum, quod ante pœnæ impositionem non est deneganda defensionis facultas alicui, vt ff. de quæstio. l. vnius. §. fi. ibi, quocunque tempore postulante reo defensionem denegari non oportet ad hoc est C. de iure fis. l. defensionis facultas. & C. de bo. vac. l. si ibi data copia reclamādi, quid plura? in sponte confesso defensio deneganda non est ad probandam innocentiam suā vt ff. de quæst. l. j. §. si quis vltro. Nam probationes & defensiones possunt fieri vsque ad sententiam. vt C. de re iudi. l. si quis ius. & de
6 proba. l. iudicio. Sed pone † quod aliquis mādauit & fieri fecit homicidium, nunquid ipse punietur tanquā & sicut homicida dic allegādo pro & contra plene vt no. supra rub. de trāsac. & pace. §. vlt. circa fi. & solue etiā, quod puniatur. & de hoc dic vt no. supra de pœ. §. itē no.
7 & dicit do. Odof. &c. Item pone † quod Titius & Sempronius commiserunt homicidiū. aliqui alij fuerunt accusati, quod dederunt & præstiterunt auxilium & fauorem ipsis occisoribus, & de hoc per testes legitimos fuerunt cōuicti. modo quæritur, quomodo isti dantes auxilium & fauorem debeant puniri? hæc qō fuit de facto missa Bononiæ consulenda consilio d. Dy. de Mus. & do. Boni. & cuidā alteri legum doctores. Super qua quæstione idem sapientes dixerunt, quod deberent puniri eadē pœna, qua deberent & debent homicidæ. iuxta illud, consentientes & faciētes pari pęna puniantur. arg. ff. ad l. Aquil. l. itē Mela §. is qui tenuit. & C. de episc. & cle. l. si quemquam. in fi. & quia in maleficijs voluntas spectatur, non exitus, vt ff. eo. tit. l. diuus, & ff. de fur. l. qui ea mente. Ex alia parte videbatur prædictos auxiliatores tam late non debere puniri, quia cōstat eos minus deliquisse, quam ipsum homicidam. nam ille homicida pro omnibus punitur, vt ff. ad l. Iul. de vi publi. l. quoniā multa facinora. Item lex vult, quod qn̄ in rixa factū est homicidium, quod ictus vniuscuiusque debeat contēplari, vt appareat ex cuius vulnere mors fuerit subsecuta, quasi alij, qui contulerint vulnera non mortalia, non puniantur in tantum. Nam inter criminis reos & participes fraudis multum interesse cōstituerunt iura. ff. de pub. l. si multi. Nam de ope. non tenetur quis. nisi crimine consummato. l. sæpe. in fi. ff. de verbo. sign. qood in tantum non puniatur, facit extra de homici. c. sicut dignū. Deinde post multas allegationes & altercationes fuerūt dicti doct. & sapientes in concordia, vt dicti auxiliantes puniātur, media pœna, qua dicti homicidæ debeant puniri vel ex forma iuris cōis, vel forma statuti & hoc dixerunt in dicta qōne & qualibet alia simili obseruari debere argu. l. ff. de fur. l. is qui opem. quæ lex dicit, quod ille qui dat opem furto manifesto, non tenetur pœna quadrupli, sicut fur, sed tenetur pœna dupli, quasi fur non manifestus. sic etiam dixerunt in casu nostræ quæstionis, qui dat opem homicidæ non debet puniri sicut homicidda & facit ad hanc solutionem extra de homi. vo:

vel casu c. sicut dignum, præterea inter reos, id est inter eos, qui soli delictum commiserunt, & participes fraudis, id est eos, qui in alijs deliquerūt multū interesse iura constituerūt, vt ff. de pub. l. si multi. Itē de ope. quis nō tenetur nisi crimine cōsummato, vt ff. de iniur. l. apud Labeonē. §. si curauerit. & ff. de fur. l. si quis vxori §. neque ver. & §. si quis de manu & de pęn. l. cogitati. quod quisque iuris l. j. in fin. per quæ iura ostenditur differentia inter facientem & opem dantem. sicut etiā de ista materia not. j. eo. ti. §. sed pone, quod ego &c. verum dixerūt doc. supra dicti bene esse not. quod si isti, qui opē dederunt homicide præstiterunt & dederunt causam mortis c seu causam dicti homicidij φ eo casu & ipsi auxiliantes tanquā homicidę tenētur & debent puniri, vt ff. eo. l. nihil
8 interest. †Item pone quæstionē nouiter sic motam. Ecce Titius commisit homicidiū, quo peccato cœpit aufugere, quē multitudo hoīum sequebaī, aliqui de dictis hoibus se obuiā fecerūt, & pstiterūt auxiliū, cōsiliū, & fauore dicto homicidæ ne capereī, ac eū vt euaderet sociauerunt. mō quæritur, qualiter isti auxiliantes teneantur & puniantur? ad quod dic, quod prędicti tenentur. de fauore & ope præstito ad ipsum homicidium, licet iam foret commissum. Nam oēs illi actus sunt de ope & fauore, & ad opem pertinent. Nam ex qualitate facti præcedentis & sequentis arguitur dolus, vt C. de rescin. ven. l. dolus iuxta dictū Senecæ. Nil prodest quo animo feceris, si quod fecisti, vitiosum est, facta enim cernuntur, animus autem non videtur. ad hoc facit. C. de episco. & cle. l. raptores. ibi, vbi dicit, & qui auxiliū præbuerit tempore inuasionis, & ibi, adhuc flagrante crimine &c. & C. de raptu virg. l. vni in prin. Item videtur hoc expressum. ff. ad Sillan. l. si quis in graui. §. si quisquā eorum. Et sic est dicendum, φ prædicti teneantur de consilio ope, & fauore homicidij, & φ puniantur arbitrio iudi. cū non sit certa pœna determinata vel dic media pœna homicidij, vt supra proxi. qō. notaui. & hanc quæstio. vidi de facto Florentię.
9 † Pone etiam aliam quæstionem de facto. Titius mandauit Seio, vt hominem deberet interficere. Ille secutus mandatum Titij, hominem interfecit, qui postea captus fuit, & tanquā homicida decapitatus secundum formam iuris vel statuti. modo eo Seio punito potestas ciuitatis volebat procedere contra dictum Titium mandātem. & eum punire, est in quæstione an possit. & primo videtur φ nō arg. l. ff. vi bon. rapt. l. j. §. quoties. ibi, dum dicit, & alterius nomine & c. l. j. ff. de vi & vi arma. Nam ibi per pœnam vni impositam alius liberatur. Præterea ex delicto eiusdem hominis non debet sæpius quæri vt l. licet. ff. nau. caupo. stabu. Nam ex mandato quod fecit, non puniretur nisi constaret Seium maleficium commisisse mandato eius. Nam nemo videtur animum necendi habere, nisi factū fuerit subsequutū. de verb. sig. l. sæpe. & arg. C. de rer. permu. l. ex placito. Nā si delictū sibi mandatū commisisset Seius, Seij factū robur dat, vt Titius teneatur ex mandato. ergo si de facto & homicidio qđ fecit Seius, ex processu quē fecit & potestas contra Titiū vellet inquirere, non posset. vnde quia de illo quærere, non pōt præallega. l. sed §. pe. igitur non puniet istū Titiū, præterea vbicunq; plures sunt culpabiles eiusdem delicti, & apparet ex cuius ictu perierit occisus ille solus punietur, & cęteri liberantur, vt C. de vi publi. l. qm̄ & melius. ff. ad l. Aquil. l. itē Mela §. si plures. & ff. de sicca. l. si in rixa vnde cum apparet de facto Seij illū hominē occisum fuisse, & plus iam eū ex dicto homicidio fore punitū, cōstat istū Titiū debere liberari, & non puniri. Econtra videtur ita φ sit obligentur mandans sicut mandatarius, quia vterq; puniendus est, vt C. de accusa. l. nō ideo. & l. seruos. §. j. C. de vi publi. l. quoniā pęna. ff. ad Turp. l. j. §. fi. & expresse. ff. ad Silla. l. si percussor. est expressum. ff. de de iniuri. l. non solū. §. proculus. & §. si mandato. præterea patet ff. de iure fis. l. ij. §. diuus. & l. nō tantū præterea quotiescuuq; eadē pœna debetur à pluribus, vnus si soluerit pœnā, alias non liberat. Nam alter alterū in pœnis non liberat, vt ff. de iurisdi. omn. iu. l. adeo. & ff. ad l. Aquil. l. itē Mela. §. si plures. Sol. & hęc ipsa veritas est φ ille Titius mandans puniatur tanquam homicida. Nam licet appareat de dolo occidentis, non tamen apparet de dolo mandātis, & ideo iste mādans punitur, cum lex Cor. puniat dolū tantū, & non culpā, vt ff. eo. ti. l. cū quidam. §. lege lex Cornel. & C. eodem titu. l. j quando autem non apparet ex cuius ictu perierit omnes pręsumuntur in dolo, & ideo omnes punientur, ergo cum apparet ambos esse in dolo ambo sunt puniendi, & quod simili pœna puniantur mandans & mandatarius, videtur expressum. ff. de iu. fisc. l. ij. §. diuus Pius. non ob. & d. l. licet. quoniā nō est adhuc quæsitum de dolo mandantis, & ita soluit d. Dy. non ob. d. §. quoties. vbi dicitur, φ per solutionem vnius alter liberatur, quia ibi agitur ad interesse, & ideo non est mirum, cū interesse esse desinat per præstationē vnius. Itē

non

non obst.l.qm multa. qa illud est verum, qn oēs attendebant ad votū vnius. & licet appareat de voto facientis homicidiū, non tñ apparet de dolo aliorū, & si appareat de culpa, quia forte fuerunt in rixa, & ideo illi nō puniuntur l.Cor.cū lex Corne.puniat tm dolū, & non culpā, vt in l.lege Cor.§. cū quidā ad l.Corn. de sicca.& C.de sicc.l. j.Si nō appareat cuius ictu perierit præsumuntur oēs in dolo, & ideo oēs puniūtur, vt ibi. Sic ergo cū appareat istū mandan ē esse in dolo, & parentē similiter, vel exequētem esse in dolo similiter ambo puniendi sunt. Præterea lex aperte facit, & quodāmodo vr esse casus expressus in l.& si certus sit percussor.ff.ad Silla.l.itē Mela.§. si plures. ff.ad l. Aquil.& de siccar.l.si in rixa. rñdet, ꝙ ibi erāt diuersa facta & distincta, sed hic vnū, qa occidere & mādare paria sunt quātum ad finē & effectū. † Sed pone actū e e
10 ad interesse cōtra mandantē.dic quod nō. ff.vi bo.rapto.l.ij.§.quoties. & de eo p quē factū erit l.j §.si plures.Sed si actū est ad pęnam, nō liberat mādans, vt supra dictū est. Sed pone quod dictus Seius extitit absolutus à maleficio, de quo inculpabatur, quid erit de mādante? Rñdeo distingue, qa aut est absolutus, quia nō reperiat illud maleficiū fore cōmissum, & tūc victoria vnius parit libertatē alterius.ff.de appel.l.si quis separatim.§.quod est rescriptū. Aut est absolutus, qa non repertus culpabilis.& tūc no. ff.de iureiur.l.duobus.§.à fideiuss.& §.si ei. & qa res inter alios acta &c.vt C. res inter alios acta.& ff.de re iudi.l.sæpe. & de exce.
11 l.Modestinus.Dy.† Sed pone, qđ ego dedit tibi pecuniā, vt aliquē occideres, & homicidiū non est secutū, nunquid ex hoc puniar, expressum est, quod ego nō puni. arg. ex hoc ff.de iniur.l.itē aput Labeonem.§.si sciuerit & de verb.sig.l.sæpe.ad finē vbi dr, qđ nemo vr habuisse animū occidendi, ex quo factū nō fuerit subsequutū.ff.de fur l.si quis vxori.§.neque verbo.& §.si qs de manu.ff. de pœ.l.cogitationis.& ff.quod quisq; iur.l.i.Sed argumēto est cōtra, quod ego puniar.ff.de calum.l. generaliter.i.rñ. cū pari pœna puniantur tā mandās quā suscipiens mādatū, vt ff.de iu. fis.l.ii.§.diuus.& ad hoc facit ff.de fur.l.si quis vxori.§. neq; verbo. ff.de extraordi.crim.l.j.C.de episc. & cle.l. si qs non dicā.C.si quacun.prę.pōt.l.i.& de his qui ad eccle.confu.l.præsent. faciunt q no.supra de transa.& pace. §.fi.Solutio dic ꝙ refert an aliquis intendat delinquere per aliū, quo casu non punitur, si maleficiū non fuerit sequutū per iura primo alleg.an intēdat delinquere p se ipsum, quia si procedat ad actū, punitur adhibita distinctione posita supra de pęn.circa prin. & ita intellige leges pro hac parte alleg.tñ nō putarē delinquere iudicē, sed bene agere si in casu proposito vel simili puniret extra ordinē crimine stellionatus nā vbicunq; dolus inest, nec pœna est determinata, extraordinaria imponit, vt ibidē dicit Tho. & vt no.supra de pœ.in illa distinctione, cogitat qs & agit & perficit vel dic ſm d.Dy. quia aut delictum est maximū, vt homicidiū. & tunc puniar ego homicida, vt l.iii.ff. de extraor.cri.& p iura pro hac parte alleg.aut non est maxi-
12 mū.& tūc nō, per alia iura.† Pone qōnem quam ego multoties vidi de facto contingere, plures homines interfecerunt aliū sic, ꝙ quilibet illorū hominū vulnerauit, tñ nesci tur ex cuius vulnere illo homo sit mortuus, qa pōt ille homo non habere nisi vnū vulnus mortale, modo qritur nunquid illi
d homines teneātur [d] l.Cor.de sicca.in amissione capitis ad mortē, vt ff.eo.l.iij.§.fi.& l. pe.insti.de pub. iudi.§.itē l.Cor certe fore oēs doc.dicunt simpliciter ꝙ sic.f. ꝙ oēs de occiso teneantur, vt ff.ad l. Aqui.l.ita vulneratus, ibi id que est cōsequens &c.& l.itē Mela.§.plures.& ff.de admi.tut.l.si plures ibi, cū singulor cōtumacia &c. Nam in dubiis nō debemus recedere à verbis ædicti, vt ff. de exerci.l.i.§.sed & is q nauē. & ff.de leg. iii.nō aliter.& ff.qui & a qui. ma.li.non fi.l. prospexit.& l.si priuatus & ita no Accur.ff. eo.l.fi.in gl.ordi.dicens, ꝙ si non appareat cuius ictu quis perierit, ꝙ omnes tenentur. Sed d.Albe.Papien.dicebat & dicunt Moder.doc.quod isti non danatur ad mortē.& hoc dicunt talibus rationibus. qa in maleficiis debent esse probationes luce clariores vt C.de proba.l.vlt.nec debemus vti mendicatis suffragiis, vt C.de accu.l.singulari. At istē non pōt pbare cuius ictu sit mortuus.ergo in dubio non damnabuntur, vt C.de pœn.l.qui sniam.ne vltra progrediatur pęna, quam reperiatur delictū, vt C.de pœ.l.sancimus & his rationibus, inspectis dicit lex.quod ictus vniuscuiusq; contempla-

tet, vt ff. ad l. Cor. de sicca. l. fi. vt quilibet secundum suum ictũ puniatur. Quid enim si vnus percussit de falcastro alius cũ paruo cultello, & nõ appareat quis eorũ percusserit, nec cuius, ictu perierit, nõ in tñ punieṫ, qui modicũ percussisset, quã qui intulisset vulnus mortale, certe sic ideo durũ & iniquũ esset, ꝙ oẽs damnarentur ad mortẽ in tali dubio. Nã impossibile est oẽs insimul occidisse. cũ ergo si deficiat vera probatio, scilicet quis eorũ occiderit, neuter de occiso ad mortẽ dẽt dãnari, vt ff. de test. tut. l. duo sunt Titij. & ff. ad l. Aquil. scientiã. §. cũ sua mente. nec obstat qđ vbi nõ constat cuius ictu q̃s petierit, qđ oẽs teneṅt, q̃a quilibet præsumitur occidisse, vt no. in d. glo. ordi. ꝙ quilibet debet mori q̃a rñdeo, nõ est verũ, quia nemo ex præsumptione dẽt dãnari & maxime in criminalibus, vt ff. de pę. l. absentẽ. nisi hoc cõtingat in duobus casibus, vt C. de adul. l. si adul. & in authen. vt licet ma. & auiæ. §. pen. Nã cũ nõ appareat cuius ictu perierit pœna est potius ei minuenda quã asperanda, vt ff. de pœ. l. interpretatione ꝙ gl. dicit, ꝙ oẽs teneṅt. subaudi ẜm qđ videbit iudici, non tñ dẽt mori. Itẽ nõ obstat l. itẽ Mela. §. si plures. & l. ita vulneratus. q̃a locũ habẽt q̃n ciuiliter agit ex lege Aquil. dãno dato ex seruo occiso, vbi ex p̃sumptione habita cõtra eos quilibet insolidũ & dãnũ emendandũ dãnabitur, sed aliter vbi criminaliter agiṫ, vt supradictũ est, q̃a nihil cõe habẽt criminalia iudicia cũ ciuilibus, vt ff. de pub. iud. l. j. in princ. & instit. eo. in prin. Et his itaq; rationibus cõstat pręd ictos ad mortẽ nõ debere dãnari. verũ q̃a cõstat eos deliquisse & q̃a maleficia nõ debent remanere impunita, vt ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus. & q̃a magna ratio &c. vt ff. de fideiussori. l. si à reo. debent prædicti puniri & dãnari aliter arbitrio iudicis, vt supra de facto fuit hęc q̃õ Parmæ, vbi p̃tas aliquẽ condẽnauit in mille lib. Imper. cõsil. o sapiẽtis. Itẽ hæc oĩa intelligas vera esse, quũ non cõstat istos percussores habuisse animũ occidendi, q̃a pone hæc vulnera facta fuisse in rixa. Nã si cõstaret eos tractasse, & percussisse, & occidendi animũ habuisse, tunc ex voluntate quã habuissent, & ex facto postea subsecuto, dicunt sapientes omnes ad mortẽ condemnandos, vt C. ad l. Cor. de sicca. l. is q̃ cũ telo. & ff. e. l. j. §. diuus. & ff. de fur. l. qui iniur. in princ. Sed nonne probaṫ eos habuisse animũ interficiendi eoipso, ꝙ interfecerũt, rñdeo illud verũ est, q̃n cõstat à quo mortuus fuisset, vel cuius ictu, vel si mortuus est ab vno solo tñ, ẜm quod diciṫ C. eo. l. j. sed in q̃õ. prædicta non cõstabant ista. vnde propter incertitudinẽ nõ probantur oẽs habuisse animũ occidendi, sed præsumitur, & ex pręsumptione regulariter nõ damnatur quis vt supra notatũ est. Et circa materiã & dilucidationẽ p̃sentis. q. notan-

13 dum ẜm d. Dy. † quod vbicunq; incertũ est delictũ. s. ꝙ delictũ. sit cõmissum, habet locũ regulariter canonica & ciuilis regula. quia sanctius est &c. ff. de pœ. l. absente. Itẽ vbi certũ est delictum, sed si delicti qualitas est incerta, tunc sequuntur quod est minimũ. ff. de pœ. l. si p̃ses. & de suspec. tut. l. hoc enim versi. quid igitur. sed vbi certũ est delictũ, & certa est delicti qualitas, & certus nõ est animus delinquentis, tunc nõ præsumimus minimũ. i. ꝙ nõ fuerit animus. quia facti atrocitas amouet interpretationẽ animi. C. de sicca. l. j. & de iniur. l. si nõ con uitia. & no. ff. de iniur. l. illud. Itẽ vbi certũ est delictũ, & certe est delicti qualitas, sed ignoraṫ per quẽ cõmissum sit, tunc certũ est neminem puniri, si nullus est in crimine deprehensus, vt d. l. absente. Sed si plures deprehensi dicantur in actu delinquendi, si ignoratur per quẽ eorũ puta quia vna sola percussione, tũc dic oẽs puniendos l. itẽ Mela. §. si plures. ff. ad l. Aqui. & no. C. ad l. Iul. de vi publ. l. q̃m ff. ad l. Corne. de sicca. l. fin. & ideo illa est ratio quia oẽs deprehendũtur in culpa quia oẽs fuerunt animo delinquẽdi. Itẽ quia ratio publica suadet maleficia puniri ff. de publ. l. licitatio. §. qđ illicite. & de fideius. l. si à reo. §. quod vulgo, & l. item vulneratus ad l. Aqui. & quia illi priuatã defensionẽ prætenduntur, & ideo publica est præferẽda. ff. ꝓ soc. l. actione. §. Labeo. & ĩ auth. de non alie. aut per. rer. eccles. §. quia vero. & erit cõdemnatio insolidũ faciẽda. l. si q̃s id. ff. de iur. om. iud. §. fi. l. adeo. & l. vnica. C. de cõdi. fur. & no. ꝙ ex pluralitate ꝑsonarũ delinquentiũ augeṫ pęna. ff. de iniu. l. si plures in prin. Sed ex pluralitate p̃sonarum in quarũ re delinquiṫ pęna delicti non augetur, vt d. l. si plures ar. fur. cęs de homi

14 cidio aut commisso dic vt supra. † Quæstio talis est & sępe de facto cõtingit. Commune

mune seu vniuersitas cuiusdam ciuitatis, ca-stri, vel villæ, seu curiæ commisit homicidium seu delictū, pro quo si aliqua singularis perso-na illud cōmisisset, deberet personaliter condē-nari, vel ędem, villā, vel castrū cōbussit, ex qui-bus qs singularis corporaliter coerceretur, vt ff. ad l. Cor. de sicca. l. iij. §. lege Corne. & ff. de incen. rui. nau. l. qui ædes. & ff. de pœ. l. capita-lium. §. nonnunquā. & §. qui ob inimicitias. modo quæritur an omnes de vniuersitate ha-beant necesse personaliter cōparere an per re-sponsalem. Itē quæritur, an oēs de vniuersita-
e te sint puniendi, & siue quæ pœna sit imponen-da. Et ante omnia est videndū, an vniuersitas possit delinquere. & dic φ sic. Nā vniuersitas & dolū & delictū ex animo prouenicns potest cōmittere, vt ff. de eo quod met. cau. l. metum. §. animaduertēdum, & ff. de dolo. l. si ex dolo. & videtur tunc vniuersitas delinquere, cum oēs delinquunt vt vniuersi. vt si ad sonum tu-bæ vel campanæ vel si fiat ad hoc consiliū, vt ff. ad munici. l. municipes. vel sequēdo vexilla vel eorū rectorē, Nā tunc videntur delinque-re vt vniuersit. & tenetur vniuersitas. Itē vni-uersitas & quolibet collegium potest possidc-re & vsucapere, vt ff. ad exhi. l. tigni. §. itē mu-nicipes. & ff. de acqui. pos. l. ij. & vsucapio pce-dit de solo animo, vt C. de præscript. xxx. vel xl. anno. l. male. ff. de acqui. rer. domi. l. acquiri-tur. ff. de vsuris. l. si sine. Itē & bonorum pos-sessionem petere potest, vt ff. de libe. vniuersi. l. vna. Expeditum est ergo, φ vniuersitas pōt & potuit maleficiū cōmittere, & ex maleficio,
2 f quod cōmisit tenetur. † Sed quæro qualiter punietur vniuersitas ciuitatis, castri, vel villę tale maleficiū cōmittentes, & certe ciues siue municipes videtur nō puniendi, sed excusan-di, qa iussu magistratus & suæ ciuitatis, villæ vel castri voluntate id fecerunt & est pro eis. ff. de aqua plu. arc. l. quanquā. & ff. de reg. iur. l. non videtur. §. qui iussit. & hæc ratione motus Federicus Imperator dicitur pepercisse amba-siatoribus Lombardiæ, qui missi erant contra eūm in Alemāniā pro discordia concitanda inter eum & filium eius Henricum, quia fuerant præcepto suorū potestatū & ciui. Itē & alia ratione videtur, non puniendi, quia qđ ciuitas debet singuli non debent, vt ff. quod cu-iusque vniuer. l. sicut. §. si quid ergo ciues non debent puniri ex eo quod ciuitas delinquit, de-lictum enim ab vniuersitate commissum nō videtur à singulis perpetratum. arg. ff. de quæ-stio. l. j. §. seruum municipium. & ff. de acquir. rer. domi. l. statuam & præallegat. l. sicut. §. si quid. Econtra videtur, φ singulariter sint pu-niendi, quia ciuitas siue municipiū nihil aliud est quam ipsi ciues qui delinquerunt, & φ ci-ues siue municip. sint puniendi, sic potest in-conuincibiliter argui, quia aut præmeditate omnes homicidium commiserunt, vel domū combusserunt, & tunc indistincte sunt omnes decapitandi, nec tūc ictus alicuius cōtemplatur. Nam etiā qui nullum dederunt ictum decapi-tandi sunt, vt ff. eo. l. j. in prin. ibi, cum cultel-lo ambulauit. & C. eo. l. is qui cum telo. & ex-pressus ff. de pœ. l. aut facta. §. euentus. & ff. de sicc. l. diuus aut non præmeditate, sed ad rumo-rē seu rixā, & tunc ictus cuiusque debet con-templari, & si appareat cuius ictu perierit, ille solus decapitabitur, alij aūt aliter punientur. arg. ff. eo. l. fi. si aūt non appareat cuius ictū, tūc omnes tenentur, vt ff. ad l. Aquil. l. itē Mela. §. sed & si seruū plures. nec dicat aliquis si deca-pitētur, sic punirētur singuli, φ esse nō debet, quia vt supra dixi, nihil aliud est ciuitas aut municipium, q̄ ipsi ciues aut municipes. Item vidimus φ condēnata vniuersitate si nil est in cōmuni, coguntur singuli ad collectionem vt iudicato satisfiat, vt ff. φ cuiusq; vni. not. l. j. §. quilibet. sicut & ibi no. & in pposito cū capita-lis debet esse sentētia, coguntur confere capita singuli. Nec mirum si arguo de ciuilibus ad criminales q̄ones. Nam ad hoc lex facit. ff. de cust. & exhi. re. l. ij. S. l. videtur pbabiliter pos-se dici, φ puniantur ipsi administratores, vt C. vnde vi. l. meminerint. in fin. & ff. de dol. l. si ex dolo. in prin. & §. j. vel, potest dici, φ sibi arat aliquis, qui cupiebat offendere, & fuerit initiator & autor, φ ille puniatur corporaliter licet alij pecuniariter puniātur. C. ad l. Iul. de vi publ. l. qm̄. iustū enim est eum teneri qui fuerit princeps & autor delicti. vt dicit l. quo-niam. & ff. φ vi aut clam. l. si ego tibi. & ff. de ser. corru. l. in hoc iudicio. & sic inspicitur ani-mus illius delinquentis, vel forte contemplabi-tur cuius ictu &c. vt d. l. si de sicca. vt ille cuius ictu perierit tātū decapitetur, cæteri aūt aliter puniātur. Si aūt nō appareat cuius ictu perierit videtur φ oēs teneantur, sed in dubio non de-bent oēs municipes decapitari. & hoc arguo pluribus rationibus. Primo. quia ppter deli-ctū ab vniuersitate cōmissum, nō debēt singu-li coerceri. arg. d. l. sicut. §. si quid. Secūda, quia iussus magistratus & cōis habuit aliquā accu-sationem & mitigationem inducere, vt ff. de aqua plu. arcen. l. quanquàm. Tertia ratio, quia quanquàm id φ fit per illos quibus respub. gu-bernati commissa est, fingatur p iura sciri. &

 fieri

fieri per omnes de ciuitate vel municipio, vt ff.ad municip.l.municipes.& ff.de re iudi.l. aliud.§.refert.& C.de aduo.diuer.in l. referē. tamē in rei veritate non oēs ordinant, nec omnes sciunt, nec omnes sunt culpabiles, esset igitur iniquum, si quis diceret omnes decapitandos, ꝙ sic imponeretur pęna insontibus, quod esse nō debet, quia nemo ignorās &c. vt ff.de actionib.& obligat.l.ex malefìcijs.§.j.& C.de his qui latr.l.j.in fi. non.n.debet deperire iustus, quod aggrauetur iniustus, vt ff.de libe.le.l.si is qui. Nec mirū si oēs de vniuersitate non decapitentur, quia quælibet vniuersitas, tam ciuitatis q̃ municipij respubli. appellatur, vt ff. de fur.l.sed & si imaginem.§.j.& ff.de pub.& vecti.l.sed & ij.§.j.& respu.minori æquiparari solet & iure minoris vti, vt ff.ex quibus cau. maio.respublica.& C.de iure reipub.l.rempu. lib.x.& minoribus succurri solet etiā in delictis.s.vt minor imponatur pœna quatenus miseratio ætatis &c. vt ff.de mino.l. auxiliū.§.in delictis.ff.ad Silla.la.j.§.si impubes ibi, ꝓpter ætatis miserationē parcitur in pœna capitis, & alia leuior imponitur sic & in proposito vniuersitatis parcitur in pęna capitis, & alia leuior

26 imponitur. † Sed quęro quæ pœna imponitur? respondeo arbitrio iudicantis, vbi certa pęna nō est determinata, vt de pœn.l.hodie.& l. sanctio.& ff.de effia.l.iij.§.quibus.& forte nulla imponetur, quia iudex relegabit eos ad certum tempus secundū opinio.d. Mar. de Fano, per l.de pœnis.l.absentem.in fi. vel melius secundum do.Guil.de Vber.de Bob.dic.ꝙ ciuitas seu castrum destruetur aratro, sicut facta fuit Chartago & Troia, vt ff.quib.mod.vsus fruct.amit.l.si vsusfruct.ciuitati.nā in princip. diruptis omnibus ædificijs ducetur aratrum circūquaque, & aratro sic ducto definit esset ciuitas, & per hunc modum dicitur ciuitas siue castrum decapitari sine morte, vt est expressum in d.l.si vsusfructu ciuitati ibi quasi mortis &c. Nam in constructione ciuitatis necessarium est aratrum, vt ff.de verb.sign.l.pupillus §.verbis.& sic in destructione. quia nil est tā naturale &c.vt dicit regula, in l.nihil. Nam & collegium ex causa dissoluitur & destruitur, vt ff.de col.illi.l.collegia. Item miles exautoratur ex causa vt ff. de his qui notam. infa.l.ij.

27 §.est enim honestas. † Sed nunquid in hac causa capitali poterit interuenire procurator ad defensionem vniuersitatis? videtur quòd nō, quia quemadmodum pro priuato non interuenit, vt ff.de procurat.l.seruum quoque. §.publice.de publ.iudi.l.accusatorem.§.ad crimen. ita & in causa capitali vniuersitatis, non poterit interuenire procurator, actor, vel syndicus, cū in omnibus corpus vniuersitatis vnius personę representet vicem, vt ff.de fide.l.mortuo.& probabilis & iuri conformis est argumentatio, sic est in defensoribus priuatorū, ergo idem in defensoribus ciuitatis, vel castri debet censeri, vt ff.quod cuiusque vniuer.nomi.l.j.ad fi. ibi, sicut in defensoribus priuatorum. Pręterea si minor defertur ex crimine capitali oportet eū personaliter adesse cū autoritate tutoris, vel curatoris.ita ꝙ necesse est eū ꝑsonaliter adesse vt C.qui accusa.non poss.l.ij. secundū verum intellectū, & intelligitur C. de autoritate præstato, l.clarū. Idē dicā in ciuitate vel castro, & est bona arg.cū respubli. & minor ęquiparentur, vt C.de iur.reipubli.l.rēpublicam.& ff.de fur. sed & si imaginē.§.j. Econtra videtur, ꝙ possit defendi per syndicum vel actorē, qui repręsentet vicē vniuersitatis, vt C. de contra. iu.l. vna.§.prouincias. videtur quippe personaliter oēs municipes respōdere, cū respondeāt ij. quibus respublica est cōmissa, vt ff.ad muni.l.municipes. vniuersis enim redditur, quod pro voto primatibus indulgetur, vt C. de aduoca. diuers.iudic.l.restituendæ.ij. respon.& ff. quòd cuiusq. vniuer.nomi.l.itē eorū.§. si decuriones. Sol.dic.ꝙ poterit defendi per actorē vel syndicum, per l. C.de re milita.l.vlt.§. vt autem.& §.ita.ibi, si vniuersitas &c. arguitur hanc solutionē verā esse. & alia inconuincibili ratione, quia circa crimina potius inspiciatur qualitas impositionis pœnę, quàm natura & origo criminis, vt ff.de pœnis.l.quod ad statum.& ff.de bon.liberto.l.qui cum maior.§.fina.& l.seq.& specialiter hæc consideratur, cum quæritur, an quis in crimine possit defendi per alium, vt ff. de publi.iudi.l.pen.§.ad crimen.in glo.ordina. vnde in proposito casu cum non habeant singuli de vniuersitate pœnam capitis sustinere vt supra dictum est, igitur singuli de vniuersitate non tenentur personaliter adesse, & sic accusata vniuersitas poterit per syndicum vel

28 actorem se defendere. † Sed pone, quòd aliquis fuit interfectus, cuius occasione magnus tumultus ortus est in terra illa, qui non potest aliter se dari, nisi innocens condemnetur, vel nocens absoluatur, quæritur quid sit faciendum? videtur quòd possit fieri condemnatio vel absolutio, licet non sit de iure. l. penulti.ff.de sicariis. dic contrarium, vt ff. eodem l.decurio.& dic quòd pœna est citius imponenda vel differenda propter tumulum & scandalum, & ita intelligo illam leg. per do.

Dyn.

b Dyn. †Item pone quæstioné sæpe contingenté de facto esse. Quidá cómisit homicidiú, non cú dolo, sed sua culpa vel negligétia, & eo modo possumus dicere de crimine falsi vel alio queritur an sit puniendus & quo iure, & qua pœna? & videtur ꝙ delicta nó ex animo & nó dolose commissa, nec dicantur delicta, nec veniát punienda, vt est videre in furto. ff. de fur. l. j. & ff. de ver. sign. l. sæpe. in fi. ibi. nisi consiliú malignú &c. ff. de acquir. hære. l. qui seruum. §. pe. ibi, qué nó callido animo. Item leg. Cor. de sicca. ét lata culpa non æquiparatur dolo, vt & C. eo. tit. l. j. ibi, vbi voluntas nocendi &c. vnde in maleficijs ipsa culpa non equipollet dolo, vt ff. eo. l. in lege Cor. Item falsum nó committitur sine dolo, vt C. de fal. l. nec exemplum. idé in adulterio vt nó cómittatur sine dolo, vt ff. de adul. l. pe. Ité in stupro, vt C. eo. l. eú qui. §. facit. ff. de adul. l. hec verba. & l. si cuius in prin. & §. miles. & §. mulier. Item in receptatore, vt ff. de incen. rui. naufra. l. quo naufragium. §. tamé. & propterea scriptum est, voluntas & propositum distinguunt maleficia, vt ff. de fur. l. qui iniuriæ. j. resp. maleficium enim ex affectu committentium estimamus, & intuemur animú potius quam euentum, vt d. l. qui iniuriæ. & eo. ti. de fur. l. verú. & ff. de iniur. l. iij. j. resp. & ff. eo. l. in lege Cornel. de sicca. ibi pro facto &c. & C. eo. l. is qui cum telo, & ff. eo. l. diuus. & l. diuus Adria. ibi, voluntas non exitus &c. delictum enim non studiose cómissum, vocabulo & effectu criminis caret, vt C. si aduer. delict. l. j. Nam ignorans non intelligitur delinquere. ff. de actio. & obli. l. ex maleficijs. Ité veniam etati dedimus, quia non malignitate, sed simplicitate peccauit, vt extra de transact. c. ij. ad fin. Item affectio tua nomen imponit operi tuo, & ideo minus peccauit Pharaon, q. a legis diuinæ notitiá nó habuit, vt de immu. eccle. c. non minus. & multum bene facit ad hanc materiam extra de cleri. coniug. c. apostolicæ.

20 Et †not. quod semper præsumitur abesse dolus, nisi probetur adesse. ff. de proba. l. quoties. §. qui dolo. & l. cum ita. §. species. de leg. ij. Sed quomodo probatur dolus adesse, dic ex coniecturis exépli causa, quando litis contestatione vel datione libelli, vel post denunciationem facta quis desinat possidere, quia tunc præsumitur dolus. C. de rei ven. l. si fundum. & not. ff. quib. cau. in poss. eatur. l. Fulcinius. §. quid sit latitare. & l. ij. facit etiam quod dolus ex perspicuis insidijs probatur, & hoc verum in contractibus, sed in delictis. sic, vt infra eo. tit. §. item videtur quod ignorantia. Dyn. Sol. Delictum ex animo & studiose commissum punitur ordinaria pena, si pro illo delicto certa pœna nó sit ibi determinata, tunc imponitur pœna consueta. f Si autem delictum non ex animo, sed negligentia vel culpa commissum est, impunitum esse non debet tale maleficium, sed mitius puniri debet. Nam qui hominem non ex animo occidit, remissa homicidij pœna alias minus punitur pro motu iudicis, & pro modo & qualitate ipsius culpæ, vt no. Accur. in gl. ordi. ff. eo. tit. in lege Cornel. ibi, dolus pro facto. & C. eo. tit. l. j. & expressius probatur hoc ff. eod. tit. l. j. §. sed si clam. & l. iij. §. alio sena. & ff. de pœn. l. si quis aliquid. §. abortionis. Item qui ædes ex animo combusserunt personaliter puniuntur. Sed qui negligentia vel culpa mitius coercentur, vt ff. de incen. ruin. nau. l. qui ædes. & ff. de term. mo. l. ij. ad fi. aliter enim dolo cómissa maleficia aliter culpa seu negligentia puniuntur, vt ff. de admi. rer. ad ciui. perti. l. impera. §. rescripserunt. & in talibus erit motus iudicis in pœna imponenda pro modo negligétiæ sine culpæ, vt ff. de custo. & exhib. re. l. milites. ad hoc die vt infra eo. tit. versi. q. etiam l. in fi. Quid plura adhuc est casus magis expressus quod dicta est ex animo non prouenientia sunt punienda, vt ff. de leg. l. greca. ibi, coercio voluntariorum & non voluntariorú, vnde ait Sene. in suis generalibus. Nil prodest quo animo feceris, si quod fecisti, vitiosum est, facta. n. cernuntur, animus non videtur. Preterea desidia seu negligentia cuiusque punienda g est, vt C. de offi. co. sac. lar. l. vna C. de offi. prefect. prætor l. iij. ff. de admi. rer. ad ciui. perti. l. magistratus. & d. l. milites. quid plura? damnú dare maleficiú est, vt insti. de obli. quæ ex quasi maleſi. nasc. in prin. & tñ damnum datum leuissima culpa venit in actione legis Aquil. vt ff. ad

21 l. Aquil. in l. si putator. Sed † quid dicemus nos de maleficio cómisso casu? dic quod nullo modo punitur, vt de pen. l. respiciendum. ad fi. verbi gratia, quando venando cómittitur vel ét non punitur qñ impetu cómittitur, propter furoré vel ebrietatem, vt ff. ad leg. Pompe. de parri. l. pen & de offi. præt. l. diuus. & d. l. respiciendum. §. fi. vel distingue secundum Ber. & ius cano. ꝙ si aliquis cómisit homicidium casu. Aut dabat operá rei licite, aut non. Primo casu. Si adhibuit diligentiá quá potuit, & occidit, in nullo punitur, vt extra de homic. c. ex literis. c. significasti. & c. dilectus. Si tamen scandalum graue esset, vel tanta laboraret infamia, ꝙ purgatio esset indulgétia, tunc purgatio indulgetur, d. c. ex literis. Si vero nó adhibuit diligentiam.

tiam quã debuit, imputatur & ob negligentiã, quæ culpæ adnumeratur in hoc, quia nõ promouetur ad ordines, nec vtetur ordine iam susceptо, vt eo.ti.c.ad audientiam. Si vero dabat operam rei illicitę, siue adhibuit diligentiã, siue nõ, semper ei imputatur, vt eo.ti.c.cõtinebatur & c.dilectus. & ff. de reg.iur.l.culpa. Si vero necessitate homicidiũ cõmisit, tunc aut necessitas illa fuit euitabilis, aut ineuitabilis. Primo casu imputatur ei, ita qđ ad superiores ordines non promouetur, sed in susceptis de misericordia toleratur, vt l.dist.c.de cle. & si fuerit ineuitabilis, siue omni dispensatione põt in ordine habito ministrare.l.de quia ne puta quia clericus habet gladiũ in manu ad sui defensionẽ. Titius surrexit in eũ ita ꝙ clericus nullo mõ potuit illũ euitare, vnde ille Titius mortuus est illo gladio, pręter propositum illius clerici, vt extra de homi.c.ij.& c.lator. ad superiores autẽ non

22 ascẽdit sine dispensatione. †Sed quid si delinquens in sua excusatione ignorantiã alle. quia dicat se errasse? respõdeo, aut pretendit ignorãtiã seu errorẽ facti, & tũc excusatur, vt ff.vi bo. rap.l.ij.§.si publicamus. & ff.de adul.l.miles.§. mulier. & ff. de abig.l.j.ad fin. & ff. de lib.cau.l. igitur.§.pe si aũt pretendat errorẽ seu ignorantiã iuris, tũc aut ciuilis, aut naturalis, vel quasi naturalis, si prætẽdat ignorãtiã iuris ciuilis seu errorem simul excusatur à pœna, sicut dixi in errore facti.ar.ff. de adul.l.si adulteriũ cũ incestu.§.j.& est ratio, quia ẽt in iure errãs nõ est in dolo, vt ff.de peti.hęred.l.sed & si in lege.§. scire aũt. & q.a in dãno error nõ nocet, vt ff.de iur.& fac.igno.l.error. & dic errorẽ iustis vel iniustis rõnibus motũ, secundũ Io. vt ff. de lib. cau.l.igitur.§.pen.& C. ad l.Fal.de plag.l. plagij. vbi not.de hoc. Si autẽ naturalis vel quasi, tũc nõ excusatur, vt C.de in ius voc.l.venia.& ff. de pœ.l.respiciẽdũ. vt no.de hoc itẽ videtur, ꝙ ignorãtia iuris excuset quẽ à pœna.ff.de decre.ab ord.fac.l.fi.l.si quis in graui.§.si qs ignorãs.ff.ad Silla.sed dicendũ est secundũ Dy. ꝙ in legibus, quæ requirũt verũ dolũ iuris ignorantia excusat, nã in aperiẽte tabulas testamẽti ante vindictã necem defuncti, requiritur verus dolus, vt ea.l. si quis.§.qđ ad cãm. & ideo iuris ignorãtia excusat à pœna d.§.si quis ignorãs.in illis vero legibus quę dolũ nõ exigunt, & ius per eas leges inductũ publice erat notũ vere vel interpretatiue, vt quia elapsi erãt duo menses post legem cõditã, vt in auth. vt factæ no.constit. tunc ignorantia iuris non excusat l.fi.§.licet.ff.de publica.sed vbi non esset notũ vere vel interpretatiue, tunc ignorãtia excusat l.fi.ff.de decre.ab ordi.facien. tamen cõtra prædictã solutionẽ est.ff.ad l.Cornel.de falsis.l.diuus Claudius. certũ est enim, ꝙ lex Cornelia dolũ requirit.l.nec exemplũ.C. de falsis. & tñ ignorans leg. Cornel. seueritate nõ excusatur, sed respondeři põt, quia aut lex requirit verũ dolum, aut est contenta dolo præsumpto ex qualitate facti. primo casu excusatur, vt d.§.si quis ignorans. Secundo casu non, vt in eo, qui fecit & sciuit vel scire debuit, ꝙ facere non debebat, vt C.de iniur.l.si non conuitij.& de sicca.l.j & de excep.do.l.j.& d.l.diuus Claudius ratio est, quia qui ignorãtiam iuris prætendit quod est publicum notũ, vnde videtur esse in lata culpa, quę æquiparatur præsumpto dolo, vt ff depo.si.l. quod Nerua. ideo iur. ignoran. non excus. Item oppo.contra prædicta. & videtur, quod iur.igno.non excuset, vt ff.de adult.l. si adulterium cum incestu.§. stuprum C. de in ius voc.l.qui veniam, sed dicendum est, aut prætendit ignorantiam iuris ciuilis, & tunc locum habent supra dicta, aut iuris naturalis, vt quia prætendit filius se ignorasse quod nõ debuit iniuriam facere patri, vel ꝙ non debet furtum vel maleficium committere & his similia iure naturali contraria & tunc ignorantia non toleratur etiam in damno euitando, vt d.§. stuprum, & quando præsumatur ignorantia & quando non distingue, quia aut allegat ignorantia facti, & tunc sumitur bona fides, quia in hoc casu præsumptio iuris allegata ignorantię non resistit, vt l.pen.C.de pręscrip.long. tẽpo. & in l.si cum.§.ex iniusta.ff. de fideicõmiss. liber.& l.hoc aũt.ff.de administra.tut.& de proba.l.veris. si autem allegatur ignorantia iuris tunc præsumitur mala fides. quia præsumptio iuris talis allegationi resistit.ff.pro empto.l.ij. §.si à pupillo.& §.si à furioso.& C.de leg.l.leges de iuris & facti ignor.l.cõstitutiones prin.

23 †Quæstio ẽt dubitabilis subsequitur in hunc modũ, quę plerũque de facto cõtingit. Quidã percussus fuit & vulneratus non mortifere. puta cũ cruma terra vel modico lapide vel ligno, propter qđ vulnus oẽs medici eũ dicebãt non moriturũ & ex illo vulnere verũ superuenit febris, quæ eũ inuasit & tenuit vsque ad mortẽ testimoniũ aut medici ꝙ ex illo vulnere mortuus nõ fuisset, nisi febris superuenisset. modo quęrit, an percussor teneat de vulnere tm̃, an ẽt de occiso, & certe vř qđ tm̃ de vulnere teneat. ff ad l.Aquil.l.q occidit.§. vlt.& l.huic scripturę §.fi.& l.ita vulneratus. pręterea iniuria cõsistit ex affectu faciẽtis tm̃, vt ff.de iniur.l.illud. & alias legitur quòd voluntas & propositum distin-

distinguũt maleficia, vt ff. de fur. l. qui iniuria. Item delictum nõ cõtrahitur, nisi voluntas nocendi interueniat, vt C. e. l. i. non autẽ est verisimile, ꝙ animum habeat occidẽdi qui calce vel gleba, vel modico ligno vel lapide percusserit, vt ff. eo. l. i. §. diuus. præterea dicit lex ꝙ si inferatur alicui modicum vulnus. ꝙ res ista non habet in se delictum, vt C. de pœnis. l. sancimus. & ff. de vulga. & pup. l. sub. l. ex facto. § Iulian. lõgius & melius hoc dicit. l. ff. de ædil. edict. l. i. §. proinde ad fi. ibi. vulnus nullum habet in se delictum, præterea credi debet medicis. qui de egritudine testificantur, vt C. de re militar. l. semel. lib. xii. & in authẽ. de non alien. re. ec. § quod autẽ præterea ex quo ex febre mortuus est non tenetur, qui percussit vel vulnerauit de occiso, sicut non tenetur de occiso. qui percussit & vulnerauit, si vulneratus ab alio interficiatur, quãtuncunq; ꝗ percussit primo mortifere vulnerasset. ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus. §. iii. & l. huic scripturæ. § fin. nec refert an febre an alio casu perierit quid plura, non debet posse crescere causa delicti ex proprio facto, vt ff. de re iudica. l. omnis habetur §. nunquã, cum igitur nõ fuerit mortifere vulneratus, licet ex postfacto ex accidenti mors fuerit subsequuta nõ debet propter hoc excrescere delictum vel pena, vt ob id vulnus de occiso teneatur. Nam & ibi in regula prædicta sic ponitur exẽplum per l. qui occidit. §. si vulneratus. ff. de ad l. Aquil. & in l. Mo. in veteri testa. in lib. Deuteronom. sunt hęc verba prosternentur peccatores. verberentur pro mẽsura peccati & plagarum. modo &c. nõ ob. ꝙ occasione vulneris seu percussionis febris superuenit, ex quibus mors est inde sequuta quia inter eum qui occidit, & mortis causam præbuit, est differentia, vt ff. ad l. Aqui. l. qua actione. §. Celsus & ita sentiũt domi. Vber. de Bob. & Host. Cremo. & seruant cõmuniter asses. Econtra videtur, ꝙ teneatur de occiso, quia occasione vulneris seu percussit febris superuenit ex qua mors subsecuta est. & qui occasionem damni dat. damnum dedisse videtur, vt ff. ad l. Aquil. l. qui occidit. §. in hac. & ff. vi bono. raptor. l. ante. §. pen. nec obst ꝙ ille nõ fuit mortaliter vulneratus, quia quandoq; quis ex leui vulnere moritur, de quo alius non morere tur vt ff. ad l. Aquil. l. qua actione. §. sed & si quis seruũ ægrotũ. nec obst. ꝙ leuiter fuerit percussus modico lapide vel ligno, quia occisum accipere debemus, siue gleba terrę, siue lapide, siue quocũq; alio modo, vt d. l. qua actione. §. i. itẽ est arg. ad hęc ꝙ alias dr̃ de muliere & minore, ꝗ incipit i iacturã occasione prioris actus, vt ff. de mino. l. iij. §. j. & C. ad velleia. l. si mulier ꝑfectæ ætatis qd plura? vr̃ l. expressa, ꝙ videat̃ eũ occidisse ex quo ita vulnerauit ꝙ occasione illius vulneris mors est subsecuta vt ff. de damno infec. l. dãnum. §. Sabini. & tũc occidisse eũ vr̃, cum vulnerauit, licet dudũ postea mors fuerit subsequta. vt ff. ad l. Aquil. l. ait lex. & l. huic scripturæ. §. fi. & C. e. ti. l. si vulnerato seruo. Itẽ nõ obst. ꝙ allegat̃ in cõtrariũ. s. ꝙ refert an q̃s occidat an mortis cãm pręstet, vt dicit l. qua actione. §. Celsus. ff. ad l. Aquiliã, quia verũ est ꝙ refert quantũ ad modũ agẽdi ciuiliter seu quantũ ad actionẽ. quia cõtra eũ qui occidit. agit̃ actio. l. Aqui. directa contra vero eũ, qui mortis cãm præbuit agitur actione in factũ vel vtili Aqui. qui. vt ibi no. in apparatu, licet quãtum ad effectũ sit idẽ, quia tantũ quis cõsequit̃ per actionẽ directã, quãtum ꝑ inutilẽ. & ecõtra, vt ff. de neg. gest. l. antepe. & ff. de seruo. cor. l. vt tãtum & no. ff. ad l. Aqui. l. itẽ Mela. §. si alis. dic ẽt ꝓ & cõtra, vt no. supra eo. §. itẽ pone. q. sępe. &c. Solu. distingue, aut habuit animum occidẽdi aut non ille ꝗ percussit & cõprehẽdimus animũ ex dictis & ex factis ꝓcedẽtibus inter eos, & ex sequẽtibus actibus, & ex qualitate percussionis seu ictus & ex qualitate, gladij seu rei cum qua percussit, vt ff. eo. l. §. eum qui. & l. j. §. diuus. & ar. ff. de leg. j. l. si seruus pluriũ. §. fi. Nam ex qualitate facti & cõditione personarũ capit̃ cõiectura vt ff. de don. inter vir. & vxo. l. vir. in primo casu cum habuit animum occidendi tenebitur de occiso, ita quod si ipse moriatur, vt ff. eod. l. j. §. diuus. & C. eod. l. is qui cum telo. & ff. de pęn. l. aut facta. & euentus, & argumen. prædictarum legum & rationum alleg. pro ista parte. In secundo vero casu quando non habuit animum occidẽdi tenet tantum de vulnerato. argu. legum & iurium pro hac parte alle. vel d. c. & verius, ꝙ semper tenetur de occiso, sed tamen mitigabitur pœna pro modo culpæ & condonis personarũ & ex qualitate delicti ex quo nõ habuit animum occidẽdi, vt dictis

dictis legibus & rōnibus & l.j.§.diuus. & l. j.§.cum quędam.ff.eod.tit.& ego semel vidi Mutinæ condemnatum quendam de homicidio non dolo,sed culpa commisso,in li. d.imperialiū vel in pedis amissione & alijs pluribus interfui condēnationibus, & hæc sic dicta intelligas secundū d. Vber. & alios
24 plures moder.docto.Sed quid,quidā † vulnerauit aliū non mortifere postea ille vulneratus mortuus est non rōne vulneris,sed ꝑpter malū & imperitum medicū quem habuit,quæritur nunquid vulnerator teneatur de occiso? Et certe dicendū est,ꝙ teneatur de vulnerato tātū.m arg.l.ff.ad l.Aquil. l.qui occidit.§.pen & ff.de ædil.edic.l.quid sit fugitiuus.§.mancipium.& sic scripsit do. Odof.sed pone,ꝙ aliquis est vulneratus,de quo vulnere medici dubitant,an sit mortale vel ne,postea ille vulneratus mortuus ē. allegatur ꝙ nō est mortuus ex vulnere, sed ex negligētia,quid præsumemus in hoc dubio,cum lex loquatur de tali negligentia.ff. ad l.Aquil.l.qui occidit.§.fi.& Canon.in c. exhibita.extra de homi. respōdeo quod ex vulnere præsumitur mortuus,nisi de negligentia fuerit probatū,vt dicitur in dolo.ff. de proba.l.quoties.§.qui dolū.& l.in exceptionibus. & ita est si non appareat, sed si appareat de negligentia vel mala custodia, tunc tantum tenetur de vulnerato non aūt de occiso,& ponitur exemplum de rustico, qui in capite vulneratus in estate,iuit ad laborandum cum bobus ad solē & iratus cū bobus & calefactus mortuus est. ita sentit d.Alber.Papiē.sed quomodo sciemus nos. an vulnus fuerit mortiferū,an nō.Item q̄s debet contēplari ictus cuiuscūq; vulnerati. respondeo nos debemus scire,& possumus per relationē & dictū medicorum, vt C.de re mili.l.semel.lib.xij.nam ad eum.qui habet peritiam rei,recurrendū est,vt in procemio ff.ad commune reipubli. sanctionē sic dicitur de agrimēsore,vt ff.si men.fal.modi dixe.l.j.j.respon.& ff.de acquirē.rer. dom. l.locū.§.si procur.& propter prædicta iura soluitur quæstio,quia si duo vel tres medici de chirurgia dicant & referant aliquem mortuū fore ex vulnere vel vulneribus, ꝙ magis credatur eis q̄ decē,vel viginti testibus nō medicis,qui deponāt,quod sit mortuus ex febre subueniente.
25 † Item pone aliquem fore vulneratum,iudex vult eligere medicū, qui videat & contēpletur vulnera. Amici vero vulnerati dicūt se velle medicū eligere.quid fiet? dic quod si amici vulnerantis & vulnerati sint in cōcordia, iudex non debet se intromittere, si sunt in discordia,tunc ipse iudex eligit medicū,argumē.eius quod dicitur de tutore.institut. de fideiuss.tut.§.sin auten.& ꝙ alias dicitur de pluribus hæredibus legatarijs, vt ff. de
26 leg.j.l.huiusmodi.§.j. † Item pone ꝙ aliquis fuit à pluribus vulneratus,& mortuus medicus,qui fuit adhibitus ad contēplandū vulnera,dicit sacramento sibi delato, ꝙ ille decesserit ex vulnere sibi illato à Titio, potestas vero cōdēnauit hunc Titiū tanquam homicidam ad mortē.alleg.& dicit iste Titius ꝙ nō ex suo vulnere,sed aliorū sit mortuus. Vnde petit ꝙ alij medici peritiores adhibeantur,qui dicant & cognoscant, cuius vulnere ille sit mortuus,& tunc medici peritiores adhibiti testificantur, ꝙ ille sit mortuus ex vulnere aliorū,an sentētia lata contra Titium valeat,an non? dic ꝙ nō argu.eius ꝙ dicitur latā sententiā propter falsos testes vel instrumenta nō tenere, vt C. si ex falsis instrumen. per totum.& ff.de re iud.d.l.diuus.& not.ꝙ in talibus nō debet adhiberi vnus medicus solus,sed plures debent adhiberi,& hoc cautius adhiberi duo, quia dicit lex relationi medicorū,& plurali nu.vt d.l.semel.C.de remi.& not.d. Odof.
27 † Vltimo quæro circa materiam istam de quęstione,quæ tota die de facto subsistit,pone ꝙ Titius est vulneratus,& postea moritur,modo quęritur an præsumatī mortuus ex illo vulnere,vel ex alia cā, hanc q̄ōnem fecit d. Godoffr. & dicit quod præsumitur mortuus ex vulnere. arg.ff. de ædil. edict. l.si non.& ff.ad l.Aquil. huic scripturę.§.j. & l. ita vulneratus. & l. ait lex. iij.respon. Item dicit intelligi si ille vulneratus incurrit infirmitatem ex causa vulneris, ex qua mortuus sit,vt extra de homici.c. presbyterum.vbi dicitur,ꝙ paucitas dierum inducit pręsumptionē homicidij,vt v.distinctio. baptizari.& xxxj.q.j.c.si qua mulier.& c.si
28 quis viuēte. † Istud aūt notabile nō omitto,quod ex quo constat aliquē alium vulnerasse vel occidisse,vel alias homicidiū commisisse,ꝙ semper contra eum ꝓsumitur,ꝙ dolo & malo animo hoc cōmiserit, vt C. eo.l.i.& C.de iniuriis,l.si non cōuitii. vnde ei incum-

eſt incumbit onus probandi, quod nō dolo hoc
29 fecerit. † Sed quomodo hoc poterit probare? reſpondeo probabit quod erat eius amicus vel filius. vel propinquus, vel quia volebat alium percutere, vel quia furore eum percuſsit, vel quia ludendo hoc fecit, vel quia leuiter eum percuſsit, vt ff. eodem l. diuus Adrianus. §. primo & l. ſequenti. & ff. ad leg. Aqui. l. ſcientiam. & not. Accurſius C. eodem l. prima. hæc autem probatio non excuſat ab omni pœna ſtatuti, per legem Corneliam de ſiccar. licet pro homicidio euitet pœnam homicidij, vt plene not. ſupra eodem titu. §. item pone quæſtionem ſepe contingentem &c. Gandi.

ADDITIONES.

a ¶ Alleuianda. Adde Pau. de Caſt. conſi. cxcvii. ſi cauſa incarceratorem. Alexan. conſi. cxxxvii i. ii. lib. Cepol. conſi. xxxiiii. & cclxxx. q. v.
b Deportari. Adde Cepol. conſi. lxxxv. Ber.
c Mortis. Adde vt per Cepol. conſi. i. & xxviii. & xxxiiii. Ber.
d Teneamur. Adde videndum Pet. de Ancha. conſil. ccxvii. cuius dicta cōmuniter ſequuntur doct. maxime Alex. conſi. xv. i. lib. Ber
e Puniendi. Adde an vniuerſitas poſsit delinquere & puniri, & qualiter debeat citari. Ange. conſil. clxv. & cxcvi. & no. q̄ minor pars vniuerſitatis delinquendo cum conſenſu conſilii, non facit, vt tota vniuerſitas teneatur, vt voluit Old. conſi. cccxv. nec ex delicto adminiſtratoris puniri poteſt vniuerſitas ſecundum eundem conſi. lxv. & licet vniuerſitas non poſsit puniri, niſi delictum fuerit factum communicato conſilio, tamen delictum habet tractum ſucceſsiuum, & poteſt vniuerſitas puniri abſque eo, q̄ cāpanæ ſonus interueniat, vt voluit Petr. de Anchara. conſi. clvi. & vide in materia Fran. de Arct. conſi. clxv. Ber.
f Conſueta. Adde Alex. conſi. lxv. iii. lib. Ber.
g Punienda. Adde videndum Abb. conſi. iiii. i. lib. Cepol. conſi. xxx. Alex. conſi. cxxxviii. Ber.
h Caſu. Adde vidēdum Bal. conſi. cxi. iii. lib. Pau. de Caſt. cōſi. cxciiii. Pe. de Ancha. conſi. ccliiii. B.
i Ignorātiam. Adde vt per Ro. cōſi. ccccvi. Ber.
k Non moriturum. Adde Cepol. conſi. lxii. Ber.
l Animum occidendi. Adde vt per Franc. Are. conſilio lxxx. Cepol. conſi. xli. & lxii. Raph. Cuma. conſi. cxxxxiii. Ber.
m Vulnerato tantum. Adde Cepo. conſi. xxviii. & conſi. lxii. ſupra allega. Ber.

De furibus & latronibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Furtum quid ſit:*
2 *Pœna quæ imponi debeat furibus.*
3 *Furtum & latrocinium quomodo differant.*
4 *Fur qui pro primo & ſecundo furto punitus eſt in amiſsione oculi & naſi, an pro tertio moritur.*
5 *Furtum commiſit Titius Regij ſecundo Mutinæ, tertio Parmæ de quibus nondum punitus eſt, an poteſtas Parmæ valeat facere ſuſpendere iſtum, qui alias non eſt de ſua iuriſdictione.*
6 *Fur manifeſtus, & uſurarius manifeſtus quis dicatur.*
7 *Adulter manifeſtus, & homicidium manifeſtē quis dicatur.*
8 *Mulierum trium teſtimonium, an ſufficiat ad condemnandum quem de robaria ſtratę.*
9 *Fur ponitur criminaliter tribus modis & tribus legibus.*
10 *Furtū an puniatur ſecundum legem communē aut Lombardam, aut legem Federicam.*
11 *Furti, an poſsit accuſari ille, qui inueniens boues in uinea ſua damnum ſibi dantes, illos domum ſuam conduxit, & contra uoluntatem domini tenet.*
12 *Retributio quādo poſsit habere locum in delictis, quæ nomine alterius committuntur.*
13 *Paulus in cuius domum frater eius, qui homicidium fecerat, ut abderetur, ſe contulit, an ut receptator puniendus ſit, uel quo modo & qua pœna & nu. 16.*
14 *Statuto dicente, qui receptauerit bannitum puniatur in centum, an ignorans teneatur.*
15 *Malefactores quos ꝓhibeamur ꝑ iura recipere.*
17 *Statuto dicente, quòd ſub certa pœna debeat aliquem bannitum pro certis criminibus receptare, quidam receptauit compatrem, & poſt duos dies manifeſtauit poteſtati, & pater banniti accuſat receptatorem, quid erit.*
18 *Cuſtodiæ ciuitatis deputatus ſi recedat, & poſtea eadem nocte ad cuſtodiam redeat, an punietur & ſoluitur etiam quæſtio immediatæ præcedens de bannito.*
19 *Iudex an ex officio poſsit facere inquiri, an ibi ſit latro cum rebus derobatis.*


VIA de furibus, & latronibus eſt dicendū, videamus primo quid ſit furtum. Secūdo, de pœna furti. Tertio de receptatoribus eorū. Eſt autem furtum
1 † fraudulēta cōtractatio rei alienæ mobilis corporalis, quæ ſit animo lucrandi inuito domino ſcilicet gratia rei vel vſufruct. vel poſſeſsionis

nis, quod furtum iure naturali est prohibitum admittere, vt ff. eo. l. j. §. fina. & insti. de obliga. quæ ex quasi delict. nascun. §. j. Nam & diuina testatur autoritas, quod tibi non vis fieri alijs ne feceris. Item est hoc vnum de præceptis Theologiæ, furtum non facies, vt in l. Moisi in
a veteri testamēto in lib. Exo. fraudulosa, a ideo dixi, quia si credit sibi licere non tenetur furti, vt insti. vi bon. rap. §. quantum. idem si credat facere domini voluntate, vt not. do. Azo in summa eod. tit. Contractatio ideo ponitur in diffinitione, quia sine ea non committitur, vt ff. eod. l. qui saccum. & l. si quis vxori. §. neque, & l. inficiando. & l. falsus. §. nihil. Quę contractio exigitur vera, significat omnem ablationē vel baiulationē. ff. eo. l. si quis vxori. §. si quis. Alienæ autem rei, ideo quia rei meæ non facio furtum, secus si alius habeat mecum rem communem, vt ff. eo. l. si socius. Item ideo dicitur alienæ, quia rei quæ nullius est, puta hæreditatis, furtum fieri non potest, vt ff. eo. l. hereditate. rei mobilis ponitur, quia in immobiliū fur-
b tum non fit, vt insti. de vsuca. §. quod autē. b Corporalis ideo dicitur, quia incoporalia contractari non possunt vel tradi vel possideri, vt ff. de acqui. rer. domi. l. seruus. §. incorporales. quæ fit inuito domino, ideo dicitur, quia si credat dominum permissurū non sit fur, vt ff. eo. l. inter. §. recte. animo lucrandi rē vel possessionem vel vsum, ideo ponitur, quia si aliquis habeat animum non lucrandi, sed libidinem exercendi non tenetur, vt ff. eo l. verum est. & l. insula. & l. sarcinator. §. qui insulam. Et dicitur furtum à furto, id est à nigro quod clā & obscure & plerumque de nocte fit, vt à ferendo, id est auferendo. ff. de vsur. l. j. de quibus omnibus per ordinem inspiciamus, dic plenius
2 vt not. d. Azo in summa circa prin. † Nunc videamus de pœna furibus imponenda, circa
c quod sciendum, quod si fur c non est famosus, & clam faciat furtum secundum iura Romana fustigatur, vt in auth. vt nulli iudi. §. penult. & quæ est signata. C. de ser. fug. auth. sed nouo iure. Si autem fur est famosus debet suspendi, vt ff. de pœ. l. capitalium. §. famosos. Si autem palam aliquis furatur, & est famosus fur, furca suspenditur, vt d. §. famosos. & sunt derobatores stratarum. Si autem palam delinquat derobando & non est famosus, & tunc aut semel tantum, tunc punitur leg. iul. de vi publ. vel priua. vt insti. de pub. iud. §. item lex. si autem sæpius. & tunc punitur furca, vt ff. de pœn. l. capitalium. §. crassatores. & hoc tene & serua de iure cōi vel humano. Tu dic, quod licet aliquis sit famosus fur, puta, quia pluries est furatus, non tamen sequitur, ꝙ sit famosus latro, ideo non debet suspendi, sed iterum fustigari, vt probat l. quicunque. C. de ser. fug. & lex quę loquitur de suspendendo, loquitur de latrone, non autem de fure, vt dixi in authē. sed nouo iure. C. de fur. lac. But. de iure Lomba. pro primo furto amittat fur oculum, secundo nasum, tertio vero suspenditur, ita ꝙ moriatur, & ita seruatur hodie per totā Lōbar. vt in Lōbar. de
3 furt. l. de latronibus. † Sed q̄ro quę sit differētia inter furtum & latrocinium? resp. secundum do. Odoff. ꝙ furtum est iudicium priuatū, & ideo ex eo non moritur. Itē furtū nō cōnumeratur inter casus fortuitos, latrocinium autem sic. ff. de fur. l. enim qui. ff. pro soc. l. cū duobus.
4 §. damna. † Sed pone impo̅ssi tā esse pœnā furi pro primo & secundo furto in amissione oculi & nasi secundū legē Lomb. nūquid pro tertio furto morietur? videtur ꝙ non, quia de duobus est punitus, ergo solo vno furto suspenderetur, & sic puniretur pro primo & secūdo. ꝙ esse nō debet. ff. de accu. l. senatus. & ff. nau. caup. stabu. l. licet. Sed videtur ꝙ debeat suspēdi, quia cum perseuerauerit in crimine, magis delinquit, & maior imponitur pœna. arg. C. ad l. Iul. de vi pub. l. seruos. in fi. C. de episco. aud. l. iij. ff. de pœ. l. capitaliū. §. solēt. Nā dicit Lōbar. pro tertio moriatur, non autem dicit pro primo vel secundo. & secundum vltimo allegata dicit do. Vber. de Bob. quod debeat mori.
5 † Sed iterum pone aliam quæstionē de facto sepissime contingentem. Aliquis Regij commisit vnum furtum, commisit Mutinæ secundum, tertium vero commisit Parmæ, de quibus omnibus furtis nondum punitus est, quęritur an potestas Parmæ possit istum furē qui alias non est de sua iurisdictione facere suspendi? & videtur quod non ex eo quod Parmę vnum solum furtum commisit, de quo tātum potestas Parmę habet iurisdictionem, ratione duplici delicti Parmæ commisit. Alia autem furta sunt commissa alibi, de quibus potestas Parmę habet nullam iurisdictionem. Reprobata autem opinio. Placentini, qui dicebat vbi te inuenero, ibi te iudicabo, quia eadē opinio locum habeat in vagabundis, sicut infra dicetur sub rubrica vbi, & quo loco puniantur delinquentes. Sed tamen potestates feroces
d sępe fures & latrones puniuntur d etiam de furtis & robarijs alibi per eos commissis, qui possunt adiuuari tali ratione, quia per talem consequentiam competat executio criminalis alibi commissi potestati & rectori, qui cognoscit

ſcit de furt.& alijs criminibus commiſsis in ſuo territorio. Nã ſæpe hoc cõtingit ꝙ qs nõ habet directo,habet ꝑ cõſequẽtiã,vt C. de iudi.l.quoties.ff.de confirma.tut.l.j.vnde tene quod de criminibus in ſua iuriſdictione commiſsis poteſtas puniat delinquẽtem,pro criminibus autem alibi commiſsis fiat trãſmiſsio,vt C.vbi de crimi.agi. opor. auth.qua in prouincia.ſecundum Vber.de Bob.Et hæc vera,ſunt quando agitur criminaliter de pœna imponenda furibus. Nam pro furto agitur & agi poteſt criminaliter, vt C.de fur.l.vlt.& ff.de priua. delict.l. vlt. C.de ſer.fugit.aut.ſed nouo iure.Item pro furto ciuiliter, pro furto non manifeſto ad duplum,& pro manifeſto ad quadruplum, & cõpetit etiam condictio furtiua pro re ipſa.quod dic plene vt nota.d.Azo in ſumma §.cõpetunt.& hoc de iure Romano. Item iure Lombard.ciuiliter agitur pro furto,vt infra dicetur.

6 †Solet quæri,quis eſt fur manifeſtus vel vſurarius manifeſtus, circa ꝙ dic,quod aliquando quæritur quis dicatur delinquens,ſeu peccator manifeſtus, vt fur vſurarius, vel alio modo reſpectu certi & limitati delicti,& tunc requiritur apprehenſio vel acclamatio cõtra ipſum in ipſo actu delinquẽdi,vel in ijs quę proxima ſunt delicto,vt l.fur manifeſtus.ff.de furtis.Aliquãdo quęritur vtrũ aliquis ſit peccator alicuius delicti in genere,& tunc non ſufficit,ꝙ faciat ſemel aut bis illud delictum vt ſit manifeſtus,ſed requiritur, ꝙ ſtet publice paratus ad illud delictũ faciendũ,vt facit meretrix in proſtibulo,vel vſurarius ad banchũ, vt l.palã.in prin.ff.de ritu nuptia.& ꝙ not. in c.vſurarũ.& c.quãquam. de vſur. lib.vj. Item ſi nõ facit ita palã, ſed quaſi, vt puta mutuat in camera ſua cuilibet volẽti,argu. d.l.palã.& l.iij.in prin ff. ad Maced. Quis autẽ ſit famoſus, dic vt in l. capitaliũ.§. famoſos.ff.de pœnis.

7 †Item ſcias,ꝙ ſi aliquis deprehenditur in camera , vbi eſt pulchra mulier,certe erit adulter manifeſtus.Ita debet intelligi.l. capite quinto.ff.de adult.idẽ ſi aliquis viſus aufugere cum gladio euaginato,& reperitur aliquis mortuus certe eſt homicidium manifeſtũ ſecũdũ Bar.in l.fur manifeſtus.ff.de fur.Iacob. Butr.

8 † Pone quæſtionem de facto.Accuſatur quis de robaria ſtrate,& quod ſi latro publicus & famoſus,& ſuper hac accuſatione teſtificantur tres mulieres de ſcientia & viſu. Modo quæritur nunquid ille debeat mori teſtificatione illarũ mulierũ? do.Iaco.de Lare. dicit ꝙ non,vt ff.de teſti.l.ex eo.extra de verbo.ſigni.c.forus.xxiij.q.v.c.mulierem. niſi in caſibus in quibus infames admittuntur, vt d.c.mulierem.Et eſt ratio,quia mulierũ vanũ & mutabile eſt cor.vt ff.de inofficio. teſtamẽ l.filia. Item ſi in ciuili teſtamento mulier nõ poteſt eſſe teſtis, multomagis in cauſa criminali vbi diligentius eſt agendũ, vt C.de fal.l.vbi & C.de proba.l.vlt. & C. de appella.l.addictos.

9 †Not. ergo fur punitur criminaliter tribus modis & tribus legibus. Primo ſecundũ iura cõmunia. quo caſu fur non moritur,ſed caſtigatur.ſ.quia fuſtigatur,vt d.authẽ.ſed nouo iure.niſi ſit publicus latro,id eſt conſuetus furari, qui debet mori,vt l. capitaliũ.§. famoſos.ff. de pœn. Item punitur ſecundo modo per legem Lõbar. pro primo furto ſecũdo & iij. vt ſupra dictum eſt,ſed ciuiliter iure. Lombar.punitur,quia ſi fuerit maſculus & liber & furtũ fuerit manifeſtũ rem reddet & pro culpa ſoluet ſol. xxx ſi furtũ fuerit vſq; ad ſol.decẽ,& ſi non poterit ſoluere,mori dẽt. Si aũt fuerit nõ manifeſtũ,tunc rẽ tantũ reddet.Si aũt fuerit ſeruus eodẽ mõ puniatur, excepto ꝙ pro culpa ſoluet tm̃. xl. ſoli. vt in Lõbar.de furt.& ſer.fugit.l.ii.iii.& iiii.Et hæc vera ſunt in maſculo. Si aũt fuerit fœmina liberta,tunc ꝑ manifeſto furto tantũ reddet rẽ, in alia vero culpa nõ dẽt requiri ꝑ eo ꝙ paſſa eſt iniuriã. cũ fuerit deprehẽſa in furto,vt in Lõbar.eo.tit l.ſi mulier. eodẽ mõ punietur pro non manifeſto, ex eo qđ dr in l.3.eiuſdẽ tit.Eodẽ ẽt mõ punietur furtũ ab ancilla factũ,vt eo.titu.l. ſi ancilla. Nã & ſcđm l. Moiſi. ſi qs bouẽ furatus fuerit,aut ouẽ,& occiderit, aut vẽdiderit, quinque boues ꝑ vno & quatuor oues ꝑ vna reſtituat, vt in veteri teſtamento in lib.Exod.punitur ẽt fuit criminaliter, per l. domini Federici Imperatoris, qa ſi qs aliquid quinq; ſolidos valens furatur, ſuſpenditur.de pac.tenen.§.ſi quid. in vſib. feud.

10 †Sed q̃ro ſ'm quas leges punieẽ furtũ, virũ ſecundũ legẽ,cõem, aut ſecundũ legẽ Lombard.aut ſecundũ legẽ domini Federici, reſpõdeo ſuper hac qõne eſt gl.ordina.i vſib. feudõ.de pace tenẽ.cõponenda &c.§. iniuria ſeu furtũ.in qua finaliter cõcluditur puniri

miri furtũ secundum iura allegata communia, & non secundũ legẽ Lombardorũ, vel dic vt in fi. illius glo. puniri secundum d. §. si quis quinq; solidos valens. quia ipsa lex & si per quam dura, seruãda est, sed hoc de consuetudine non seruatur, vt ibi no. nec ẽt seruatur de cõsuetudine, quasi per totã Italiam, quod puniatur furtum secũdum iura cõmunia, vt supra no. licet vltra cõia super pœna imponenda habent diuersa statuta.

11 †Pone qõnem de facto. Quidam boues meos dantes sibi damnum in vinea vel aliare condux t ad domum suam, vt eos cõtra meam detineat volũtatẽ, volo eum accusare de furto quæritur nunquid possim? vr̃ ꝙ sic. ff. de acqui. pos. l. iij. §. si rem. & ff. de fur. l. iiij. §. fi. Sed in cõtrariũ est veritas, qa furtum non fit sine dolo. ff e. l. j. §. j & l. si quis vxori. §. cum creditor. & ad l. Aquil. l. si qs. §. fi. vnde furtum à furando dr̃. insti. de obl. q̃ ex del §. j. Itẽ quia cõsuetudo est, ꝙ homines ducãt in domũ tales bestias, ꝙ dic, vt ẽt notaui supra de pœ. §. itẽ pone ꝙ ego inueni, nec peccat ẽt si fecit ea, q̃ sunt moris & consuetudinis. ff. de edil. edic. l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonẽ. & de admi. tut. l. scire. §. Lucius. & l. i. §. fi. de vẽ. inspi. ita sen

12 tit d. Mar. de Frã. †Sed pone quod aliquis meo nomine (vt dixi) fecit furtũ vel aliud maleficiũ, quod ego tñ habui ratum atq; firmum, q̃ritur nunquid ex hoc puniar? dr̃ quod sic, quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato æquiparatur, vt est videre in contractibus: ff. de acqui. pos. l. j §. ꝓcurator. & ff. de neg. gest. l. si ego. & l. iij. ff. de so. & l. ꝓcurator. §. fi. & h. d. in delictis, quæ possunt per aliũ cõmitti. extra de sen. excõ. c. pe. lib. vj & ff. de vi & vi arma. l. j. §. sed & si cum quis. & §. quoties. & §. deiecisse. & de regu. iur. l. hoc iure. §. deiecit. In aliis aũt delictis, quæ non possunt per aliũ explicari, vt adulterium & similia personæ coherentia, dicũt sapientes ratihabitionem nil operari. argu. C. de cadu. tol. l. j. ne aũt. Dyn. Sequitur videre de secunda parte rubri. scilicet de receptatoribus malefactorũ. sup qua vidẽdum est, quid sit malefactor, receptator, seu receptans, & quem malefactorẽ receptare prohibemur, & quæ sit pœna receptantis pro quorum notitia & responsione formo & facio tale qõnem, qnæ de facto cotingit Bononiæ me præsidẽte maleficiorum officio.

13 †Quidam nomine Franciscus, quẽdã mortifere vulnerauit, ita ꝙ incõtinẽti mortuus fuit, hic malefactor incõtinenti peracto illo maleficio scampauit, & se receptauit in domum quorũdam fratrũ suorũ, modo quæritur an illi fratres sint puniendi tanq̃ receptatores & receptantes hunc homicidam? Et primo vr̃ ꝙ non teneantur, nec debeant aliquam pęnam pati, qñ malefactorem receptare est refugium abscõdendi causa pręstare, vt ff. de ser. corru. l. j. §. quod aũt. ergo si causa abscondendi non fuit, sed tñ ille intrauit illam domũ, non videntur illi fratres receptasse, vel recepisse dictũ fratrem suum homicidam, & hoc etiam colligitur manifeste sic quod debeat itelligi receptatio in rubro & nigro C. de his q la. vel ali. cri. reos occul. per totũ. & maxime in l. j. vnde quia non probatur fratres receptasse homicidã, merito non tenẽtur ad pœnam aliquã. Nã solum intrare sine receptatione nõ sufficit. Item ad hoc vt quis intelligatur receptator malefactoris, est opus quod sciat tũc tẽporis cũ recepit eum ab illo maleficium esse factum, vt C. ad l. Fal. de plagia. l. si quis seruum. & de his qui latro. l. j. C. de ser. fugi. l. quicunque. § pe. & arg. C. de epi. aud. l. & si legibus. ad hoc accidit C. de agri. & cens. l. cum satis. §. fi. vbi dum tractatur de punien do receptantem distinguitur, si sciuerit vel ignorauerit ascriptitium esse alienum, qñ receptauerit. Item vr̃ & aliud fuisse necessarium s. ꝙ isti fratres fuerint à curia requisiti, vt illum homicidam repræsentarent, & contumaces fuerint in præsentando eũ, vt C. de his qui latro. l. ij. Sed his obstare vidẽtur hęc iura. C. de fal. mone. l. j. C. de hęre. l. quicũq;. ff. de extraor. cri. l. i. ad fi. vbi dicitur, ꝙ quis receptando præbuerit indistincte tenetur ff. de adul. quasq; adulter punit. l. qui domum. Respõdeo & dico, ꝙ hoc cõtingit in legibus ante dictis, quoniã coloni & procuratores recipiebant in his casibus malefactores ad ipsum crimẽ perpetrandũ puta ad fabricandum falsam monetã, & ad conuenticulam hæreticũ congregandam, vnde quia per hoc sunt participes scelerũ, & merito fuerũt participes pœnæ. ff. de ser. corru. l. pe. & ff. de fur. l. si quis. demum põt dici ꝙ isti fratres sint absoluẽdi, quasi sit casus legis. ff. de incẽ. rui. naufra. l. quo naufragium. §. nõ tñ. ibi. sed cũ additum est dolo

malo

malo &c.§.seq. & ff.ad Silla.l.si quis in graui.§.si qs.quibus legibus probatur, q sine dolo malo non dr quis receptare, & est iõ, quia ignorantia meretur excusationẽ vt d. ll.& ff.si qs testa.liber.esse iuss.fur.l pe.ad fi.
14 & ibi not. † Et faciunt hæc p statuto quo cauetur, q quicunq; receptauerit bannitũ soluat centũ, quia si ignorans qs receptauerit, q nõ teneatur pœna statuti, & faciat ad hoc C.de ser.fugi.l.quicunq;.& quia scientia & nõ ignorãtia obligat, vt C. de tabul.l. generali.& optime facit ad hoc C.de colonis Illiricanis.l.iij.C. de agricol. & censi. l. cũ satis.§.pen.de quo bannito recepto, dic vt plene nota supra de bãnitis p maleficio §.alia aũt qõ. Et posito quod cognoscamus homicidas & malos homines, nũquid claudemus eis hostia.Ipse.n. Christus Christianos peccatores recepit, sed tñ cum eis non participauit in scelere. Præterea frater fratrẽ capere & in fortiã cõis ducere nunquã tenet, vel ẽt accusare. C. vt nemo inui. &c. ff.excusa.tut.l.humanitatis. Nã affectio sãguinis operatur quod sit impunitũ inter cõiunctas personas, quod alias venit dãnandũ inter extraneos, vt ff.ad.l. iul.repetanda.l.i. ad fin.l.argum.C. de exhib.reis.l.vlti. Præterea si sciẽtes receptassẽt, tñ mitius ageret contra eos ratione sanguinis, vt ff. de receptato.l.secunda. Affectio.n.sanguinis, multum operatur, vt ff.de successo. edicti.l.j.§. largius.& ff.de suspect.tuto.l.j.§.si tutor.& C.de transactionib.l.fratris.C. de codicil.l. fi.de adulte.l.quãuis.de iurisdictio.omni.iudi.l.q iurisdict.c.si vero.lo primo, extra de sent.excõmunicatio. Itẽ alias propter parẽtum affectionem, si quis peccauit, venia dignus est, vt ff.de re milita.l. qui cum vno testiculo.§.fin.& ff.de libero homi. exhiben. l.3.§.si cum.Econtra, videtur q indistincte teneantur fratres supra dicti, vt tanquã receptatores puniri possint, non habito respectu si sciuerint vel ignorauerint e.argu tali. si enim seruus meus illiricanus ĩ domo vel agro Titij fuisse monstrabitur, tunc Titius tanquam receptator obnoxius tenebit sublata scientiæ vel ignorantiæ excusatione, vt expressũ est C.de col.Illirican.l.vna.Quid plura? casus est legis, delicta nõ ex animo veniunt punienda, vt ff.de legib. & senatus con.l.græca ibi delictorũ q sponte vel ignorantia &c.& ibi, voluntariorũ.&c.imo plus

est, quia in culpa est quilibet receptator, q ab initio non inquirit de cõditione illius quẽ recepit, vt ff.nau.cau. stab.l.fi.§. seruorum. Præterea est euidẽs rõ & vtilis afficere receptatores & reos criminis pœna pari, qa nõ minus delinquũt receptatores &c. vt ff. de incen.rui.naufr.l.quo naufragiũ.§.non tm. Et quia si tertius quis quo tendat vel recepter se nõ inueniat perpetrato delicto, abstinebit ab illicitis cõmittẽdis, vt C.de agri. & cẽsi.l.seruos.lib.xj.Et quia latrones absque receptatore diutius latere nõ possunt f
15 vt ff.de recep.l.j.† Restat videre quos malefactores per iura prohibeantur recipere. Et certe phibentur recipere incantatores, vt male.& ma.l.2.Itẽ hæreticos ad conuẽticulas vel celebrationes, & pſertim si eos recipiamus defendẽdo, vt C.de hær.& ma. l.iii.ad fi.& l. Arriani.& l. si quẽ in fi. Item existentes in fuga. Itẽ latrones & raptores. C.de his q latro.l.i.& l.ii.& C.de raptu virgi.l.i.vel qui bus est patria vel alia prouincia sententialiter interdicta, vel q, cũ sint hostes fugiũt. & hoc si diu abscõditi teneanť, vt sæpe fieri vidimus, vt ff. de pæ.l.methodorum.q lex pcedit ante penulti. Sed nulla lex est qua caueať, q homicida non possit domũ alicuius intrare, vel q ob hoc sit ille puniendus, q eum domũ permittit intrare. Nã video q cũ homicida cõtrahere possumus, & ab eo emere, & dona recipere, vt ff.de donat.l.post contractũ.& C.ad l. Flauiã de plagia. l.comparentẽ. Itẽ homicidæ post condẽnationẽ habitationẽ nostræ domus possumus locare, cũ talibus nõ sint interdicta ea, q iuris gentiũ sunt, sed ea, q sunt iuris ciuilis interdicta.vt ff. de pœ. l. quidã serui & locare & cõducere est iurisgentiũ, vt ff.de iusti.& iu. l.ex hoc iure. Nã & à malefactore post condẽnationẽ qs emit, nec aliquod periculũ subit, vt ff. de admi. tut.l. chirographi.§.fi.& d.l.cõparentẽ.& solutionem à debitoribus suis recipit, vt ff.de iure fis.l.aufertur.§. in reatu.& l. à reo. de solu. maxime.n.non cõuenit istis, vt fratrẽ suum caperẽt, & morti traderẽt, qm defensionem sanguinis necessitas suadet.ff. de re mili. l. milites agrum.§.pen. parcendũ est.n.& defendendũ est sanguinis affectione, vt ff. de re mili.l.q cum vno testiculo, §.fi. Sol.illud est regulariter, q quotiescunq; qs receptat aliquẽ sciẽter nocẽtem, id est q nocuerit, &

maleficium commiserit, quod ille receptator puniendus est eadē pœna, qua puniendus erat ille nocēs seu malefactor, vt dicit l. C. de his q lat. vel alios cri.oc. l.i. Nā dr̄, Eos q secū alieni criminis reos occultādo, enim eamve occultauerunt, par ipsos & reos pœna expectet, & latrones quisquis sciens susceperit, & sic ex pdicta lege est notandū, qd̄ æquale est delictū eius, q deliquit & qui receptauit, & iō similē exigit pœnā, vt ff. de recepta. l. j. ff. de incen. rui. naufra. l. iii. §. nō tm̄. & ff. de adul. l. castitati. ff. ad l. Iul de vi pub. l. crimē. & est arg. ff. de falsa mon. l. i. ff. ad l. Fal. de plagia. l. si qs seruū. Et intelligas illū malefactorē q sciēter malefactorē recepit, id est receptat in suo loco, vel alieno, pstando sibi cām abscōdendi eū, vt ff. de ser. corru. l. i. §. qd aūt. & dixi bn̄ scienter, nā si ignorāter recipiat & receptet. nō tenet, vt C. de his q latr. l. i. ibi, sciēs susceperit &c. cū legibus s. alleg. eo tit. §. itē ad hoc. Verū cū sit frater vel affinis (vt fuit in casu ppositæ qōnis) q fratrē suū receptauerit vel affinē, non est absoluendus, nec seuere aduersus eum exercēdū est, non. n. par est delictū istorum, & eorum q nihil ad se ptinētes latrones receperunt, vt ff. de recep. l. ii. sic est notādum p illā legē, qd aliquid concedit ratione sanguinis, qd aliter nō concederetur. ad qd̄ facit C. de codi. l. fin. & C. de adul. l. quāuis. ff. ad l. Iul repet. l. j. ff. de re milit. l. iiij. §. fi. & l. milites prohibent. in prin. ff. de iurisd. om. iudi. l. q iuri pest. puniētur ergo dicti fratres si sciēter & dolose receptauerint suum fratrē homicidā. Nā receptatio q nō dolo fit, venit non punienda, vt ff. de incen. rui. naufra. l. quo naufragium. §. non tantū.

16 † Sed qūo punietur & qua pœna? respondeo, cum per legē nō sit pœna determinata cōiter arbitrio iudicantis, vt ff. de pœn. l. hodie. & l. sanctio. & ff. de effracto. l. i. §. qui libet. & vt no. supra de pœ. & infra. verum pœna possit augeri &c. Quæstio insuper talis est, quam de facto habui Bonon̄. Statuto Bonon̄. cauetur, qd nullus debeat aliquē bānitum pro certis criminibus receptare i domo sub pœna cc. librarum, & destructio-

17 nis domus.† Quidam nomine Ioānes Becharius quendam suum compatrē receptauit in domo sua, qui bannitus erat p homicidio, & eum tenuit per duos dies, & p eo certas ambasiatas post conspirationem factam cum peregrino de galiciis eundē, pdidit potestati Bononiēsi, & mihi tunc maleficiorum iudici cōis Bonon̄. receptis libr. l. ex forma statuti. Pater vero dicti bannitū cōparuit instanter, & accusauit dictū Ioannem, & de receptatione probauit, modo qritur, an dictus Ioannes poterit effugere pœnam statuti imponendā receptatoribus bā-

18 nitorum. † Et eadem quæstio de illo, qui tenetur ad custodiā ciuitatis, loco cuius alius fuerat à capitaneo positus. de quo quærit, an euitet pœnam capitis ordinatam tali inobedienti, cum hoc sit, qd ipse ad cor rediēs illa nocte iuerit ad custodiam iā dictam. Et primo videtur, qd ille talis non potuerit pœnitere, ex quo semel in crimē incidit & pœnā meruit arg. C. ad l. Iul. maiesta. l. fi. ff. de arbi. l. si duo. §. semel. cū satis est qd tenuit, vel qd semel fuit criminosus. ff. de cau. ma. l. hæc aūt. j. respō. ibi, si aūt neget. tēpus enim quo eū receperit inspicit, & postea nō poterit variare. arg. ff. de solu. l. dispēsatorē. §. fi. semel q dā criminosus effectus nō solet pœnitentia desinere esse reus. ff. de fur. l. q ea mēte. ff. de ædil. edic. l. si qs sit §. i. video. n. qd ex leui offensa ad iugū seruitutis qs deducit. C. de lib. & eorū liber. l. ii. C. de primipi. l. i. lib. xij. & video qd de sola inurbanitate verborū qs punit. C. de obsequi. pa. pstan. l. manumissori. talis. n. incōstātia et variatio recusatur. ff. de pcura. l. in cāæ. & ff. de instit. l. sed & si pupillus. §. pen. qd qs. n. facit & nō pfecerit, cōsequēter debemus inspicere. ff. de leg. ii. l. statu liberū. §. fin. ff. de libe. lega. l. apud Offidiū. ff. solu. matr. l. seruus dotalis. solet. n. esse puerbium, euolat emissum semel irreuocabile verbū. xliii. distin. c. fi. sed si est irreuocabile qūo pōt retractari? vt de sñia iudicis dr̄, vt l. iudex postq. ff. de re iudica. & l. Paulus. C. sententiam rescin. non poss. l. i. nam si ille, qui ad edictum nō respondebat capite plectebatur, fortius hodie puniendus est, qui male respōdit vel cōtra legis fecit interdictum, quia peius est male respondere, sicut peius est male tradere, q non tradere. ff. de re milita l. qui cum vno. § qui post desertionem. sicut ille, q recusat, qd Imperator lege communi pcepit. argum. ff. de excusa. mu l. Nesennius. §. naturæ. nō enim debent crimina subleuari. C. de cohor. l. apparitor. lib. xii. vt sic alia possunt impune cōmitti. C. de officio diuersorum

rum iudi. l.ad spendidioris nec vltra debet ista trāsire.argu.C.de lucri aduoca.l.ij.lib. xij ff.d.legem Alquiliam. l.ita vulneratus. ad hoc illud generale q̄ penitentiæ non est locus.C.de transact. l.quamuis eum. ff. de statulibe l iij.§.Stichus. C. certū petatur.l. eo q̄.ff. ad senatusconsultū Trebellianū. l. namque.circa medium.Econtra videtur q̄ illud contradictorium verbum,& illud cōtradictorium factum est contēnendum. argumentum.C.si quis Imperat.maledixe.l. secunda. Lubricū enim linguæ non facille trahitur ad pœnam.ff. ad legē Iuliā maiestatis,lege famosi.nō enim qui dixerit, sed quid fecerit inquirimus. argumēto l. fina. C.de donationibus.de re milita.lege cū allegas. Nulla enim fuit illorū verborū, vel factis iniuria,cū nō venerit ad effectū.;ff.qđ quisque iuris.l prima.in fi.nam in simili casu hoc video,quod pęnam contumaciæ nō meretur,qui ad cor rediens obediuit. ff.de interroga.acti.l.pe.§.conductores.& cū satisfecerit,& vltra omni crimine se absoluit. C.de tuto.vel cura.vel vectig.condu. l.j.& de crimi.stellio.l.i.illud enim contradictorum verbū iracundiæ calore prolatū pœnā non meretur. §.de diuor.l.iij.nec vr̄ renūciasse pręcepto,qui incontinenti ab actione cessauit. arg.ff.de in ius vocā.l.quamuis.& l qui cū maior.de bo.liber. §. denunciasse. nēpe in criminibus regulariter nō prodest pęnitentia.C.de aposta.l.ij.& delicti veniā pęnitētibus damus.C.đ hære.& maniche. l.manicheos.nec omnino sunt indigni venia, qui crimen emendationi potius q̄ consuetudini deputarunt.C.de epi.aud.l.iij.in fi.nec vr̄ renūtiatio illa ore ꝓlata, q̄ frusculum con quieuit. arg.ff.de dona.inter vir.& vxo.l.cū hic status.§.diuortiū.plus si quidē valuit,q̄ fecit q̄ qđ se velle facere vel nolle ꝓdixit arg.C.plus valere qđ agi.l.emptione.factū enim plusquam dictū in delictis inspicitur.ff.de fur.l.si quis vxor.§.neq; verbo. & cogitatio nō facit alias criminosum. ff.de pœ.l cognitionis. primi enim motus non sunt in potestate nostra.c.homicidiū. de cōsecratio.d.ist.j.ꝓp q̄ non sunt etiā puniendi ex qua &c.ff.de reg.iur.l.quod calore.& certe,qui dixit se nolle seruare præceptū,potuit dicere posse velle.ff. ad senatusconsul.Turpil.l.filij.cum iuste penitētibus nō sit humanitas amputanda.C.de appel. l.si quis libellos.& facit totum illud brocardum penitentiæ locum esse.ff.qui bo.cedere poss.l.quem pœnitet.C.de epis.& cle.auth. interdicimus.Sol.d. Marti.de Fano.videtur in milite, qui dixit se nolle ire ad custodiā, & postea iuit, dicere non puniendū capite, tamen castigotione dignum, cū leue fuerit crimē,& vsq; ad satisfactionē damnorū & expensarum, quos fiscus, vel est passus, vel alius miles pro illa renuntiatione est merito cōdemnādus,arg.in auth. de mād. prin. §.quod si delinquentes. de excusa. tuto.l.si

19 acriter.de decurio.l.ij.lib.x. † Ad aliam quæstionem de bannito fuit iudicatū Bononiæ peritorum cōsilio,quod ille receptator debet puniri ex forma statuti iurati & præcisi,quia sicut litera sonabat, dicebat intelligi per iura interdicta pro hac parte allega.

20 † Item pone,quod quidam latro furatus est mihi res meas,dicitur quod res & latro, sunt in domo Titii,peto à iudice,q̄ ipse officio suo faciat inquiri & rimari in dicta domo,an hoc sit verū, modo q̄ritur, an iudex hoc facere posit de iure?& primo vr̄ quod posit per legē C.de ser.fugi.l. requirēdi.& quia ad officiū iudicis spectat inq̄rere veritatē,vt C.de edendo.l is apud quē. & q̄a cōuenit bono & graui præsidi &c. vt ff. de offi.p̄si.l.cōgruit.& eo.ti.l.iij. & q̄a reipub. interest, ne quis re sua male vtatur, vt insti tu.de his qui sunt sui vel alie.iur.circa finē. Et quia principis interest sui locupletes habere subiectos,vt ī auth.vt iudices sine quo quo suffra.§.cognitā.Econtra vr̄,q̄ non.ex eo,quia lex dicit,quod nemo cogitur indicare furē.ff.de ꝑscrip.verb.l solent.ff.de cō di.ob turp.cau.l.idem.§ si tibi.nec obst d.l. requirēdi.quia q̄ ibi dicitur de fugitiuo seruo,videtur speciale inductum esse, vt serui terreantur à fuga, vt eod.tit.l.si quis seruo. ergo non est illud trahendum ad consequētiam,vt ff.de legib.& senatusconsul.l.quod vero.Solu.dic,quod posit iudex ex officio suo inquirere de prædictis. nec ob. solent. & §.si tibi.quia iure actionis non compellitur quis indicare furem, sed officio iudicis. & quod no.infra de multis quæstionibus in maleficijs. §. pone quod aliquis fecit mihi furtum,peto à iudice vt compellat vicinos vt indicare debeant fures & furta,quęritur nunquid posit?dic vt infra in ti.qui incipit, Nunc est videndum.§.pone. Gandi.

ADDITIONES.

a Fraudulosa. Adde quid sit furtũ. Alex. cõsi. 125. Rom. consi. cxlii. & in quo differt furtum & damnum vide Alex. consi. clxv. & in quo differt furtum & rapina, vide per Roma. consi. cl. Ber.

b Corporalis. Adde Ro. consi. cl. Ber.

c Fur. Adde quę pœna sit imponenda pro primo furto. Alex. consi. cxxxv. Cepol. cõsi. xxvi. B.

d Puniuntur. Adde vidẽdum Fulg. consi. cl. & ibi vide an ex nouo territorio oriatur noua contractatio, de quo vide Bal. consi. clii. v. lib. Ber.

e Ignorauerit. Adde an stante statuto, quod receptãs incendiariũ puniatur pœna, non vendicat locum in receptante ignoranter, & ignorantia præsumitur, vt consuluit Rom. consi. cccclxxvii. Ber.

f Non possunt. Adde quòd receptans malefactorẽ conuictum puniatur, sed mitius, vt voluit Alexã. consi. cxliii. Ber.

De falsarijs. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Falsum quid sit.*

2 *Falsum quot modis committatur.*

3 *Falsi cognitio, an fiat ciuiliter et criminaliter.*

4 *Falsum instrumentũ faciens vel fieri faciens, quomodo differt ab vtente solum.*

5 *Falso vtens instrumento, si dicat se abstinere ab vsu, an instrumẽtum ex toto careat viribus & an faciens instrumentum falsum & eo vtens pari pœna puniatur.*

6 *Falso vtens instrumento in decennium tantum relegatur. Item vt pœnam falsi euitet quibus protestationibus vti debeat.*

7 *Instrumentum est simpliciter productum si super euidenti suspicione illius feratur sententia, an producens sit puniendus de falso vel quasi falso.*

8 *Instrumentum in se continet plura capitula quorum vnum tantum falsum est, an propter hoc censebitur falsum in totum.*

9 *Instrumento falso existente in ea parte, in qua non est vis aliqua, an punietur vtens tali instrumento.*

10 *Falsos testes producens, an pœna falsi puniatur.*

11 *Falsi pœna quare punitur falsum producẽs instrumentum non habita distinctione an sciuerit vel ignorauerit, cum secus in eo sit, qui producit testes.*

12 *Falsis testibus per tertium ignoranter productis, si illis postea publicatis, & sibi denũciatur, quod sunt falsi, nihilominus illis vtatur, an punietur de falso.*

13 *Statuto dicente qui produxerit falsos testes, puniatur personaliter, si Titius plures testes producat, inter quos scit vnum esse falsum, an sit puniendus.*

14 *Statuto dicente, qui fecerit falsum instrumentũ, puniatur in l libris, si notarius in actis curiæ radat aliquid, aut cãcellet vel falsum scribat an puniatur pœna statuti.*

15 *Tabellio vel iudex manifestans dicta testium ante aperturam, an teneantur pœna falsi. & quid de aliquibus alijs manifestantibus secreta.*

16 *Aduocatus allegans in causa falsum instrumẽtum vel falsos testes, an punietur de falso.*

17 *Probari quomodo poterit quòd in superiori casu allegauerit falsos testes, vel falsum instrumentum scienter vel ignoranter.*

18 *Sentẽtia lata ob allegationem falsæ legis, an irritabitur.*

19 *Falsitas sola instrumento vel testamento apposita, quin pendente accusatione instrumentũ executioni mandari, vel ex testamento hæreditas adiri possit, minime impedit*

20 *Notarius accusatur, quod composuerit falsum instrumentum, comparuit se excusando, & datis fideiussoribus aufugit, an habebitur pro confesso. & an fuga præiudicet creditori contra suum debitorem.*

21 *Falsi causatus, quod falsos testes produxerit cũ testibus ipsis, quorum defensio fuit eos iniuriatos parteque non citata deposuisse qua pœna puniendi veniant. Et quid de eo, qui falsum præter quam quòd articuli cõtineant deposuit.*

22 *Mensuram vel stateram non iustam tenens in domo, an puniri possit.*

23 *Accusatione instituta si per confessionẽ accusantis & testes constet falsam & calumniosam an accusator de falso punietur.*

24 *Nuncius comunis an de falso puniatur, si retulit se citasse quem non citauit, & quid si bona fide vtens instrumento dicatur à parte, quòd est falsum, & non desistat nisi prope finem causæ, an euitabit pœnam falsi.*

25 *Instrumentum quoddam reperitur falsum circa indictionem si alius quam notarius vtatur, an notarius & vtens siue producens teneatur pœna falsi.*

26 *Testis deponens super pluribus articulis, si super vno conuincatur dixisse falsum, an derogetur quo ad omnes articulos.*

27 *Instrumento producto coram iudice per quendam illiteratum dicentem se velle vti eo, si non*

nō sint in illo anni domini, & sit differentia signi tabellionis ad alia signa eiusdem tabellionis, an punietur producēs tāquā falsarius

28 *Notarius fecit mihi instrumentum, post tempus peto illud mihi datum forma publica, ille dicit se non recordari illud fecisse, an possim illud de falso accusare.*

29 *Dolus regulariter non præsumitur, & in quibus casibus dolus præsumitur.*

30 *Tabellio condemnatus de falso, quia falsum instrumētum confecerat, facta reseruatione artis suæ in sententia, an talis reseruatio ualeat.*

31 *Tabellio semel falsum commisit, postea multa alia instrumenta fecit, an illis credatur.*

32 *Tabellio scienter fecit instrumentum falsum, sed in illo deficit dies, an notatarius teneatur pœna falsi.*

33 *Stante statuto quod nullus faciat instrumentū venditionis bonorum, quā fecerit aliquis de de parte Lambertorum sub pœna lib. centū, si notarius faciat instrumentum super alienatione dictorum bonorum sed nō reperiebatur in registro, & sic erat inefficax ex forma statuti, an notarius incidat in pœnam.*



VNC vero est videndum de falsariis & falsitatibus, quid sit falsum. quādo committat̄. qualiter cognoscatur. q̄bus modis committatur. & quæ
1 sit falsi pœna.† Est aūt falsum mutatio veritatis, vt in auth.de institu.cau.prin.col.vj. & cōmittit̄ in crimē falsi dolo adhibito, & non aliter, vt C.ad l.Cor.de fal.nec exempl, cō m ittitur † aūt falsum multis modis, puta scriptura, vt siue scribat, siue deleat: Itē dicto vt in teste, & q̄ accipit pretiū, vt fe
a rat testimoniū, vel non ferat a, & q̄ falsis legibus vtitur in allegādo. Itē cōmittitur fal
b sum facto, vt in falsa moneta b, vel in partu supposito, vel in mensura. Itē committitur
c falsum vsu c vt in eo q̄ vtitur falsis instrumētis, vel si se gessit p̄ milite, vel falsis insignijs sit vsus. Itē falsum cōmittit, qui testamētum celauit, corrupit, vel deleuit, vel q̄ edictū corrupit, vel qui duobus rē insolidū vēdidit, & instrumenta apud se deposita ad
d uersario prodiderit d. Item & qui principi vel præsidi mentitur, vel per obreptionem aliquid obtinuerit, tenetur p̄ena falsi, quasi aūt falsum committit tutor vel curator vel alius, qui deposito officio rationē nō reddit, vel qn̄ aliquis sibi in testamēto ascribit. de q̄bus omnibus, & ēt qn̄ falsum cōmit-
3 tit̄.dic plene vt no.d.Azo i sum.eo.ti.† Cognoscitur aūt de falso criminaliter & ciuiliter, & sic criminaliter & p̄ accusationē, tūc accusatori & accusato incumbit p̄bat'o, vt C.ad l.Cor.de falsis.l.vbi. ciuiliter aūt cognoscit̄ per exceptionē & replicationem, & tunc leuior p̄cedit examinatio, vt C. ad l. Corn.de fal.l.fi. & si dixi instrumētū falsū ciuiliter vel criminaliter excipiēdo, vtrum possim postea accusare de falso vel nō. dixi supra qūo de maleficiis cognoscat̄ p̄ exceptionē. & q̄d velit primo agi ciuiliter vel criminaliter pōt, vt C.eo.l.damus. Est autē pœna falsi & quasi falsi in libero homine deportato, & bonorū publicatio. In seruo aūt est eius pœna vltimū suppliciū, vt ff.ad l.Corne.de fal.l.j.& instit. de publi.iudi §. itē lex Cor.ff.de pub.iudi.l.ii.§.fi.& datur vsq; ad xx.annos, vt C.e.l.q̄rela. Sed hodie quia nō imponitur alicui dicta pœna de cōsuetudine, & quia non vtimur deportationibus, satis dici pōt, q̄ p̄ena falsi debeat imponi s̄m formā statuti, & si de hoc non sit statutū, q̄ tunc imponatur consueta, qua si hoc arbitrio iudicis relinquatur ad hoc est aurea lex.ff.de extraordi. cri.l.saccularii.§. sunt q̄dā.C.de ædifi.priua.l.an in totū.& q̄ sit longa cōsuet.l.j.ff. de pœ.l.hodie. sed de iure Lōbar.si notarius fecerit falsā chartā, debet manū dextrā amittere, aut in Lombar.de eo q̄ falsam chartā scripsit, q̄ hodie seruatur, & ita sentiunt Iac. de Are. & mul
4 ti alij doc.† Not.tn̄ q̄ differētia est inter eū qui fecit, vel fieri facit falsum instr̄m, & eū, qui solūmodo falso in causis vtitur instr̄o. Nā primus vtēndo instrumento falso licet abstineat ab vsu dicti instr̄i, nō propterea pœnā falsi euitat. Alius aūt q̄ autor falsitatis nō fuit, abstinendo ab vsu pœna caret &
5 fraude, vt C.eo.l.falsos codicillos.† Et not. ēt q̄ si ille, q̄ in causis vtitur aliquo instr̄o dicat se abstinere ab vsu ipsius instr̄i, q̄ tūc instr̄m illud viribus caret ex toto, vt C. de fide instru.l.si aduersarius. Itē no. q̄ ille, q̄ fecit falsum instr̄m, & ille, qui falso vtit̄ instrumēto pari pœna puniuntur, vt C.eo.ti. l. falsos codicillos. & C. si reus vel accusa-
6 tor.fue.l.iii. † Item not. q̄ ille solūmodo, qui vtitur minus punit, quia ille solū in de-

sennium relegatur, vt ff. eo. ti. l. falsi. §. ordine. do. vero Guil. de Suz. & alij plerię doc. docent nos cũ aliquibus vtemur instr̃is tali ꝓtestatione vti. Ego Alb. vtor tali instr̃o in dicta cã, ꝙ dico & assero verũ & omni fraude carere. Verũ si quo tpe appareat falsum
6 in toto vel ĩ parte sua, dico & ꝓtestor e eo me abstinere & abstineo ab vsu ipsius ĩstr̃i, & ꝙ talis ꝓtestatio sit admittenda, & p eã euitet pœna falsi, ꝓbatur p l. C. de excep. l. si qdã. ff. de dol. l. elegãter. §. si ꝓcurator. & ff. de dã. infe. l. ptor ait. §. si cõtrouersia. et l. q vas. §. i. & l. si ꝓprietatis. §. placuit. & in auth. de testi. §. si vero. & ff. de po. l. si qs inficiatus. & ff. de peti. hære. l. si debitor. Qđ aũt qs posit se abstinere ab vsu instrumẽ-
7 rum patet, vt C. de fal. l. si quis. † Sed pone instr̃m simpliciter ꝓductũ est, & ꝓbat manifeste fore suspectũ non falsum, & lata est snĩa super euidẽti suspicione, q̃ritur nũquid producens sit de falso puniẽdus, vel quasi falso? dic ꝙ nõ, licet instr̃m careat viribus, nisi ꝓducens ei instr̃o fidẽ adhibeat. C. de
8 proba. l. iubemus. † Pone instr̃m esse tale, ꝙ multa mẽbra siue capitula in se cõtineat, in vno vero ipsoꝝ capitulorũ constat ipsum instr̃m esse falsum, in cæteris vero omnibus esse verũ, q̃ritur nunquid totũ instr̃m cẽseatur esse falsum? & primo vr̃ qđ nõ. Nã nõ cẽset oĩo falsum, quod iuuatur primordio veritatis, vt ff. de leg. ij. l. cũ filius. §. hæres meus. Itẽ qa nos debemus attẽdere ꝓualentiã, vt ff. de acquir. rer. domi. quicqd. in fi. ff. de stat. ho. l. hermafroditũ. Itẽ pœnę sunt molliendæ, non exasperandæ, vt ff. de pœ. l. interpretationem. & C. de lat. lib. tol. l. j. §. fin Econtra vr̃, quod tot sunt capitula, quot sunt snĩæ, tot sunt instr̃a, quot sunt capitula. C. de trãsa. l. si ex falsis. in fin. & ff. de verbo. ob. & l. scire debemus. in prin. & l. ꝙ pluribus. & ff. de mino. l. ẽt. §. i. ff. de euict. l. quod dr̃. in princ. Itẽ vnus testis totũ reddit testimoniũ suspectũ, vt ff. quemad. testa. aper. l. i. §. si quis ad diem. & C. de vete. iure enuc. l. ii. ad fin. secundũ q̃ vltimo d. Guid.
9 qõnem hãc soluit. † Sed quid si instr̃m constet esse falsum in ea parte, vbi non est vis aliqua, an vtens tali instr̃o puniatur pœna falsi. d. Guid. dicit ꝙ sic. arg. ff. ad l. Cor. de fal. l. si quis obrepserit. in prin. & ff. de arbi. l. cum pœna. & ff. si quis cau. l. si quis autẽ. §. j. & ff. de eden. l. ii. §. i. vel dic super qõne ista vt dicimus infra eo. titu. §. subiiciamus.
10 † Pone qđ aliquis ꝓduxit testes, quos constat fore falsos, mõ q̃ritur an producẽs puniatur, & teneatur pœna falsi. dic ꝙ sciens ꝓduxit illos falsos testes, ꝙ punietur pęna falsi. alias nõ, vt C. de falsis. l. nec exemplũ.
11 † Sed quare punietur ille, q falsum instr̃m producit, non habita differentia an sciuerit vel ignorauerit. d. l. si falsos. C. eod. & in eo qui produxit testes falsos est secus. Respõ. quod ille, qui instrumenta ꝓduxit, poterat deliberare super illis instr̃is, si fuerint vera vel non, sed secus est in ꝓducẽte testes, qui
12 ignorans fuit, quid ipsi dixerint. † Sed pone quod aliquis produxit falsos testes (ignorans tñ) publicatis testibus denunciatur sibi, ꝙ ipsi sunt falsi, ipse aũt nihilominus eorũ attestationibus vtitur in cã, nunquid punietur de falso. d. Gui. de Suza. dicit quod sic, quia certioratus dolo nõ caret. ff. de lib. homi. exhi. l. ii. §. is qui. & quia vtendo attestationibus post denũciatiõnẽ dolũ cõmittit. licet à principio fuerit ignorans. ar. ff. de pactis. l. iurisgẽtiũ. §. fine. & ff. de excep. do. l. ii. §. circa. & insti. de acqui. rer. domi. §. fin. & sufficit inter initia sibi fuisse denunciatũ.
13 ff. quod vi aut clã. l. iii. §. illud. † Itẽ statutũ est in ciuitate ꝙ quicunq; ꝓduxerit falsos testes, debeat puniri personaliter, mõ quidã in aliqua qõne ꝓduxit multos testes inter quos vnũ scienter falsum produxit, mõ an producens ꝑsonaliter puniri debeat? & vr̃ quod non, qa statutũ dicit, testes, & pluralis locutio duos testes saltẽ requirit, vt ff. de testi. l. vbi. & ff. de ver ob. l. iter stipulãtẽ. §. si idẽ. nã cũ statuta sint stricti iuris, intelligẽda sunt sicut litera sonat, vt plene scripsi š. de trans. l. & pace. §. vlti. ĩ magna qõ. nr̃a Econtra vr̃ per l. ff. vi bo. rap. l. 3. §. hoĩes. & §. qđ ait ptor & ff. đ neg. gest. l. 3. §. i. & alias dicit lex ꝙ q filiũ hẽt, nõ est sine liberis, vt ff. de verb. signi. l. nõ est sine liberis. ff. de cõdi. & demõ. l. & falsã. §. vltimo. & ff. de legatis iii. l. q cõcubinã. §. q Stichum. Sol. ꝑ sapiẽtes notatũ inuenio, quod sequat̃ punitio secundum formam dicti statuti, quia illa talis pluralitas, quicunque produxerit falsos testes, inspecto cõmuni vsu loquẽdi, in singularitate resoluitur, vt ff. de cõdi. & demõ. l. falsam. §. fi. & de orig. iur. l. ij. §. ex actis. & d. l. non est sine liberis. ff. de nego. gest. l. ait prætor. §. j. aurea lex est ad hanc solutionẽ.

§. vi

ff.vi bon.rapt.l.iij.§.dolo.ver.sed si.& §.ait
14 prætor. Dy. † Pone statutum esse in ciuitate, quod quicunq; fecerit falsum instrumentum soluat pro pœna libr.l.aut quod amputetur sibi manus, modo quidam notarius in actis curiæ cõmisit falsum, puta, quia fecit rasurã vel cãcellationẽ, vel scripsit falsa, quæritur an debeat puniri pœna statuti. Hæc quõ fuit de facto Paduæ, super qua dixit d.Iac. de La. quod notarius ille teneretur pœna falsi de iure cõi, vt ff.e.tit.l.i.§.quod i rõnibus.& l.qui testã .aliàs incip.Paulus. & l.instrumẽtorũ ad fi.ibi, deleuerit.sed de stricta ratione dixit, quod non tenetur pœna statuti, quia nõ cõstat instrm falsum fecisse, qui deleuit vel cãcellauit, tñ appellatione instrumentorũ cõtinentur acta, vt ff.de fid. instru.l.j.& de verbo sig.l.nocentes.§.instrumẽtorum. Sed cum hodie pœna legis Cor. de fal.non imponitur alicui quia deportationibus non vtimur, putat idẽ.d.Iac.& alii pleriq; prudẽtes rectores terrarũ bene facere, si pœnã ordinatã per statutum impõnãt, quare hoc eorũ arbitrio sit relictũ, ergo in hoc cõsuetudinẽ regionis inspiciãt. ad hoc aurea lex est ff.de extraord.cri. l.saccularii.§.sunt quidã.& C.de ædifi.priua.l. an in totũ.& quæ sit
15 lõga consue.l.j.†Sed quid si tabellio vel iudex ante aperturã testiũ manifestet, vel legi passus fuerit dicta testiũ, mõ quæritur, nunquid ille iudex vel notarius teneatur pœna falsi? dic quod sic per l.ff.eod.tit.l.i.§.is qui instrumenta & ea. l.in prin.ibi, inspiciendane &c.ff.de pœ.l.si quis aliquid.§.instrumẽtũ.& §.ii.ff.de extraordin.cri.l.saccularii.§. i.Itẽ dicit d.Iac. de La. in pcuratore vel aduocato reuelãtibus instrã, vel alia iura secreta suæ ptis parti aduersæ p iura pdicta. Idẽ dicit in quolibet reuelante secreta, consilia suæ ciuitatis, vel qui detegit priuata consilia sui potestatis vel præsidis vel alterius, cuius officio obsequitur. Idem in iudice, si manifestauerit vel reuelauerit sententiam, quam laturus erat ante pronunciationem. & facit ff.de fal.in princ.& ff.de offic.præsi. l.obseruandum.& arg.ff.de pœ. l.si quis aliquid §.transfugæ.ff.de re mili. l.omne delictũ.§.exportatores. Nã manifestare secreta est quædam species proditionis vt dicitur, & ita Paduæ contingit de facto, & consilio dicti d.Iac.& aliorũ peritorũ iur. condẽnatus fuit de falso quidã notarius, qui ante aperturam testium attestationes patefecerat eo
16 rundẽ. †Sed pone quod aduocatus allegat in cã falsum instrumẽtũ vel falsos testes, quæritur nũquid possit de falso puniri? distingue in hoc, an faciat sciẽs vel ignorãs. Primo casu si sciuerit põt puniri, secũdo vero casu, si ignorauerit nõ possit, vt arg.ff.e.tit.l.diuus
17 Pius.in fi.†Sed quõ probabit, vtrũ sciuerit an ignorauerit? R.ñ.ex coniecturis, vt ff.de ver.ob.continuus, inspicietur.n.qualitas psonæ, an talis sit, quæ careat omni suspicione, quia tũc psumitur p errorẽ allegasse, si vero sit psona suspecta, psumemus ex mala eius vita preterita contra eum, vt quia similia facere cõsueuit, & quod persona sit spectãda probatur.ff.de test.l.iij.ff.de re militari.l.non omnis.§.Barbarius.& C. si quis Imperatori
4 no. supra plene in ꝓœ. †Itē no. ꝙ nō est li citū alicui sibi facere ius, nec aliquē offende re, vt C. de iud. l. nullus. Fallit tñ in quibus- dā casibus. Primo q̄a licitū est hereticos bo nis spoliare, & bona eis auferre sua autorita te. vt xxxiii. q. vi. c. si. Sed nō puto q̄d sit lici tū priuato eū occidere, vt C. de iud. l. nullus & de sara. & pag. l. bona. nisi fiat ꝓ defen- sione fidei, vt d. c. Maximianus. vel pro sua defensione vel suarū rerū vel filiorū & si- miliū, vel supra no. itē licitū est aliū offende re, sed nō occidere. Nā licitū est cuilibet ꝑ- sonæ capere falsariū monetæ sua propria autoritate, & ipsum ad rectorē ducere ad puniendū, vt C. de de fal. mo. l. j. in prin. Itē desertorē militiæ latrones agrorū & depo- pulatores, veniarū vastatores capere, & iu- diciū ducere, q̄a si licet eos offendere, mul- tomagis capere, vt C. q̄ñ liceat se sine iud. vin. l. i ff. arbor. furi cæs. l. ii. Nā si licet q̄d est magis, & id q̄d est minus licere debet, vt ff. de reg. iur. l. cui licet. Itē licet capere male- ficium, vel veneficium, vel mathematicum sua autoritate, & ad iudicium ducere, vt C. de mathe. l. fi. non tñ licet aliter offendere Itē licet mihi mea autoritate possessionē meā ingredi, vt ff. quorum bono. l. i. extra de ord. cogni. c. ii. Itē q̄ñ pactū est factū in- ter partes, potest quis sua autoritate posses sionē capere, vt C. de pign. l. 3. ff. de contra hē. emp. l. si quis sub hac. Itē debitorē meū possum capere fugientē & ad iudicē duce- re. ff. q̄ in frau. creditor. l. ait ꝑtor. §. si debi- torē. Itē possum colonum meum non sol- uentē pensionem mea autoritate expelle- re. C. loca. l. iii. de iur. emphi. l. ii. extra loca. c. pen. & fi. Itē est in eo qui me possessione spoliauit vel deiecit, q̄a possum spoliare & deiicere ipsum. ff. de vi & vi ar. l. i. §. fi. & l. iii. §. cū ergo. idē est in eo qui aquęductū oc cupauit &c. ff. ad l. Aq. l. si quis summo. §. i. de incē. ru. naufr. l. qui aūt. §. ait ꝑtor. Idē in curiali aufugiente qui capi pōt, vt C. de decur. l. quidā. lib. x. facit l. i. si curialis &c. eo. lib. Idē in alio casu. ff. de pet. her. l. si q̄s post. §. sed si ipsi. Idē & iudęo citato nolēte cōparere ꝭm Io. C. de iudę. l. nullus. & ibi no. Itē licet tutori & curatori facere sibi ius in retinēdo, q̄d expēdit in bonis pupilli vel adulti, vt ff. de admi. & peric. tut. l. quoties. §. sicut C. qui tu. da. pos. l. creditorē. Itē pro cur. & negotiorū gest. rōne expensarū facta rum per ipsos in bonis dñi, vt ff. de procu. l. q̄ oīa. đ neg. ge. l. debitori. §. si ipsi. Itē q̄ñ nō pōt haberi copia iudicis. licet sibi facere ius. C. de decur. l. generali. Idē est in vēdito rē vini, cui licitū est effundere vinū post de nunciationē factā emptori vt accipiat si ve lit accipere, vt ff. de peric. & cōmo. rei ven. l. i. §. licet. & sic in istis casib. licet. Itē licitū est monasterio suū apostatā capere, vel mo nachū fugitiuū carcerare. extra đ aposta. c. a nobis. Itē aleatores pñt offendi occasio- ne iud. ff. de ale. vsu. l. j. §. itē notādū. & seq. & sic pōt sibi ius facere & aliū offendere, q̄ casus sunt speciales, regulariter cōtrarium est, vt C. de iud. l. nullus. de exhiben. reis. l.
5 neminē. ff. quod me. cau. l. extat. †Itē no. ꝙ si in vna ciuitate vel loco sunt plures hære tici, licitū est ibi ignem imponere & cōbu- rere eos sine pœna. vt no. xxiii. q. v. c. si au- dieritis. & aduerte diligēter superius alleg. ne fallaris. Sunt & alij casus in q̄bus licitū est offendere aliū iure permittente, vt no. infra de correcti. malorum. & est per totū.

ADDI-

ADDITIONSE.

a ¶ Vxoris. Adde Bal.in l.j. C.vnde vi.in versic. iij q & idem dic in concubina & amasia,propter amicitiam non leuem,quæ inter eos extat, vt ff. de verb.sig.l.inimicissimos. & ex domesticitate & quadam societate iunguntur .l. q ait. ff. de diuor.& l.si vxor.§.si minor.vers.concubinam.ff. de adulter. & adde idem in sponso & sponsa. ita Bal.in d.l.j.ver.qui ma.& adde idē etiam in consortibus,quia vnus poterit aliū defendere.ita not. Bar.in l.cum simus.C.de agric.& censi.lib.xj.

b Consanguinei. Adde glo. & hic Bartol.in l.lex Corne.in prin.ff.de iniur.& in l.vt vim.ff.de iusti.& iur.& Sal.in l.j.C.vnde vi gloria.in l.scien tiam.§.qui cum aliter. ff.ad l.aquil. & adde q ne dum possunt capere defensionē consanguinei, sed & amici vicinorum & peregrinorum. arg.eorum quæ dicit Bar.in l.de metalla. lib.xij.

c Socij. Intellige siue sit socius itineris,vt ff.de iniur.l.item apud.§.tenet. siue cohabitationis, vel vita.xxiij.q.iii.c.hac ratione, siue socius criminis.l.i.C.de rap.virg.& l.raptores. C. de episco. & cler.ita Bal.in d.l.i.vers.vi.

Quibus de causis quis posit ad mortē,vel in membro condemnari. Rub. 7

SVMMARIVM.

1 *Condemnari ad mortem personaliter in quibus causis quis posit.*

2 *Condemnatio in amißione membri in quibus casibus fiat.*



QVIA expedit, ne maleficia remaneāt impunita, vt ff.ad l.Aqui.l.ita vulneratus & vt delinquētes debita pęna puniantur.ad hoc vt alii temere ad delinquendū nō prosiliant. vt C. de

1 pœ.l.si operis. cū similibus. † Videamus in qbus casibus posit quis cōdēnari ad mortē personaliter.Et quidē homicidia,q dolo aliquē occidit, ad mortē dānatur, vt C.de epis.audiē.l.nemo.ff.de postu.l.pen. Item parricida,vt ff.de parricid.l.prima.instit.de pub.iud.§.item lex Pōpeia.de parrici.Item sacrilegus, qui diuina misteria turbat in ecclesia, vt C. de epi. & cle.l.si qs in hoc genus. de his q ad acclesi.cōfu.l.denunciati. Itē ille q attētat rapere sanctimonialē, vel eā cognosci carnaliter,vel cum ea de facto matrimoniū cōtrahit perueniendo ad actū &c.C.de epis.& cleric.l.si qs nō dicā repere.in auth.de sanct.epis.§.si qs rapuerit.col la.ix. Item raptores virginum & viduarū & sanctimonialium & ēt illi q dederunt eis auxilium & fauorē ex certa sciētia ad faciēdum raptum,vt C.de epis.audi. l.raptores. C.de rapt.vir.l.j.Itē hæretici si nolunt redire ad fidē prius moniti vt ad fidē catholicā reuertātur,vt no.xxiii.q.iiii.c.vult Deus & C.de hæreti.l.Ariani.itē publici & famosi latrones vel fures,vt ff.de pœ.l.capitaliū. § crassatores.§ famosos latrones. item & illi,q cōmittunt in l.Iul.maiest. qđ fit multis modis,vt ff.ad l.Iul.l.ii.& seq. C.eo.ti.l. fi. itē mathematici, aruspices,vt C. de veneficis.l.iii.& l.exceptio.item & illi,q ad dictos mathematicos accedunt,vt C.de mathe.l.nemo.itē plagiarius,q pueros & filios alienos furatur.C de plagi. l.qm. & l.fi. itē fabricātes falsā monetā.C.de fal.mo.l.pen. item & seditiosus q ciuitatem vel populū ciuitatis vel loci cōcitat ad rumorē,vt C.de sedi.l.j.& sequē. item q falsum libellum facit de altero ad infamiā & cōtra veritatem, vt C.de fa.li.l.i. itē ille,q cōburit domū vel bladū alicuius,ut ff.de incen.rui.nauf.l. qui ædes.item furatores puerorum & similes: Fallit in patre & aliis personis coniunctis.q alia leuiori pœna puniuntur,ut ff.de recep. l.i.& ii. item & illi,qui cum armis ædes alienas & villas pliarum fregerunt & spoliarūt vt ff.de vi publ.l.pen.de sicca l.si quis.item venefici, qui mala venena conficiunt, & mala venena vendunt, & mortifera medicamenta. item potest dici de ijs, qui vendūt carnes venenosas vel morboas & mortiferas scienter.ff.de pœ.l.capitalium.§.venenata.ff.de sicca.l.j.& ij.cū simi.item crassatores & incendiarij & fugiētes ad hostes & autores seditionis pupulo cōcitato. Et ille q dedit poculū amatori,secuta inde morte.ff.de pęnis.l.si qs.§.i & ii §.q abortionis causa. item & ille, q dedit gladium carcerato,quo rupit carcerē, & q carceratum deseruit & manus sibi intulit causa occidendi se,nisi fuerit ob impatientiā doloris vel infirmitatis,vt ff.de pœ.l.si qs aliquis.§.pe.& fi. item mulier,quæ manum sibi intulit, & partum eiecit,vt ff.de pœ.l.Cicero. Item explorator missus ad explorandum de hostibus &c.vt ff.de re mil.l.desertorem.§.is, qui ad hostes. item miles, qui in exercitu arma vendidit vel alienauit,vt d.l.desertorem.§.miles. Item qui falsat literas Papæ. extra de cri.fa.c.dura. & c.licet.& c.falsariorum.

riorum. & ibi not. Itē ille, qui in bello mādata iudicis potestatis vel capitanei nō seruat, ēt si bene gessit, vt d. l. desertorē. §. in bello. Itē & ille qui murū ciuitatis rumpit vel trāscendit, vt d. l. desertorē. §. nec non. & ff. de re mili. l. fi. Itē & ille, q seditionē militū concitauit, vt d. l. desertorē. §. q seditionē Itē & adulteri & sodomitæ. C. de adult. l. cū vir nubit in fœminā. & l. quāuis. in fi Itē nō solū homicidæ & latrones & similes, sed ēt illi, q fieri faciunt homicidia, & similia, vt de accusa. l. nō iō minus. Itē & ille, q rebaptizatus sit, cū sit species hæresis, vt C. ne sancta baptis. rei. l. ii. & ff. de pę. l. vlt. Itē & ille, q facit cōuenticulā & congregationem. cā faciendi seditionē in ecclesia vel ciuitate, vt C. de his, q ad eccle. confu. l. denū ciamus. Item ille, q adorat idola, stellas, vel planetas cęli vel cęlicolarū. Itē & ille, q ,p,pria authoritate extrahit de ecclesia illum, qui ad eum fugit, vel extrahere conat, q cōmittit in l. Iul. Maiesta. nisi esset homicida vel adulter vel raptor virginum. Nam istos licet extrahere, vt C. de his, qui ad ecclesi. confu. l. fidei. & l. fi. nisi esset extractor tributorum, vt in auth. de man. princ. §. neque autem homicidā. cum fi. Item q Deū blasphemat, punitur pœna capitali, vt in authen. vt non luxu. contra naturam. §. & qm colla. vj. Item & ille, qui suum præpositū vel capitaneum in bello non defendit vel deseruit, vt d. l. desertorē. §. fi. Item deportatus, qui aufugit de insula, vel damnatus ad bestias, qui aufugit. ff. de pœn. l. capitaliū. §. in exulibus. de re mili. l. qui est. §. j. & ii. itē & ille, qui in bello prius aufugit adstantibus aliis, vel qui secreta hostibus nunciat, vel qui commilitonem suum vulnerat, vt l. omne delictum. §. qui in acie. & seq. Item & ille, qui seipsum vulnerat, nisi fecerit ob tædiū vitæ, vel impatiētia doloris, vel morbi &c. vt d. l. omne. §. qui se. item proditores & transfugæ &c. vt ff. de re mil. l. proditores. Item & custos belli, qui aufugit. ff. de re mili. l. qui excubias. Item seruus, q militiam exercet. ff. de re mili. l. qui ab omni. Item qui manus intulit suo centurioni. Et idem potest dici de Potestate & Capitaneo. argu. à simili ff. de re mili. l. milites. §. irreuerens miles. Item & qui priuatum carcerem habet & exercet, & personas contra earum voluntatem in priuato tenet carcere siue in domo, siue ī vinea vel in agro. C. de priua. carce. l. j. Itē ille, q fregit carcerem & fugit, vt d. l. milites. §. eius. ff. de expila. l. i. & seq. itē turbator pacis capite puniat. ff. de re mili. l. fi. §. fi. itē ille, q receptat latrones scienter, & cū eis partit res robatas, & dat eis auxiliū & fauorē, vt l. i. & ii. nā agentes & cōsentientes &c. C. de epis. & cle. l. quaq. in fi. Et not. qd est quadruplex cōsensus, vt no. extra de offi. deleg. c. i. itē & ille, q cum inimicis tractat mortē amicorū C. de re mili. l. si quis à barbaris. C. vbi caus. fisca. l. vniuersis. itē & officialis, q prouētus publicos rei Romanæ subtrahit, & oēs illi, q dāt eis auxiliū & fauorem, vt insti. de pub. iud. §. lex Iul. pecul. & seq. itē seruus falsitatē cōmittens. ff. de falsis l. i. §. fi. itē seruus faciens violentiā. C. ad l. Iul. de vi pub. l. seruos itē mulier, q seruo se supponit. C. de muli. q se propr. seruis subiic. l. i. item iudæus q iudæū cōtra Christianū defendit, vel conatur eum trahere ad suam sectā. C. de iudic. l. ii. item si iudeus vel hæreticus emit mācipiū Christian. C. ne Christian. mancip. item qui ferrum vendunt, vel arma portant ad hostes, vt ff. de publi. l cotē ferro. & C. quæ res ven. non poss. l. i & ii. item & illi, qui furantur & derobantur victualia, quæ ducūtur ad exercitum, vt C. quæ res vendi non poss. l. j. Item & in alio casu, vt C. de rebus q ven. nō poss. l. i. Item & ille, q aliquem castrauit, vt ff. de sicc. l. lege. § fi. item lenę & lenones, vel mulieres q pp vestimenta vel alio mō & maxime virgines, cōiuges trahunt ad meretriciū, q à vltimo supplicio dānant, vt in auth. de lenonibus. §. pconizamus. collatio. iii. itē q dedit bibere vel comedere mulieri vel viro vt nō possit generare vel nasci partus. extra de homi. c. si aliquis. ff. de sicc. l. si mulierem. itē ille, q dat bibere vel comedere mulieri, pp qd faciat abortiuū, si partus erat animatus in vētre, alias extraordinarie punit. extra de homic. c. si qs ex literatū. ff. de pęnis. l. si qs aliquid. §. q abortionis. itē ille, qui spiritualia vēdit vel sanctorū reliquias, pęnā capitalē cum simonia cōmittit & incurrit, vt j. q. j. q studet. itē ille qui aggerē nili rūpit vel alterius fluminis. atg. à simili. C. de nili aggeribus nō rūpendis. l. j. q à iste talis cōburit. itē qui vtit veste religiosa in vituperiū religionis, punit capite, vt no. in auth. de sanc. epis. §. pen.

§.pen.col.ix. Itē & in alio casu ff. de publi. l.cotē.§.dn̄s. Itē iudex, qui captū p malitiā decipit, vt cōfiteatur cōtra veritatē aliquid contra se, per quod quis moriatur, & p qđ innocens occidatur, vt ff. ad l. Cor. de sicca. l.lege. Itē medicus, qui aliquē castrauit, vt d.l.lege.§.pen. de sicca. Itē in eo, qui se ferit vt d.l.§.fi. Idē potest dici de vastatoribus vineatum forte, vel de nocturnis populatoribus. C. vt liceat vnicuique se sine iud. vin.l.j.ff. arbo.furt.cæs.l.ii. Itē iudex qui falso cōdēnauit aliquē ad mortē. Item falsus testis, qui falsum testimoniū tulit, per quod aliquis condēnatur ad mortē. ff de sicc.l.j. extra de crim.fal. c. falcidicus testis &c. cū si. Itē ille qui aliquē conat extrahere de religione, vt C. de aposta.l.cū quis. Itē ille, qui imaginē saluatoris facit in humo, vt pedibus opprimatur, vt C. ne.li.signū salua. l.j. Item ille, qui armata manu vel corpora, vel ossa mortuorū extrahit de sepulchro. ff. de sep.viol.l.iii.§.aduer.l.fin. Itē & in casu. C. de infanti. expo. l.ii. & ff. de libe.agno.l. necare videtur, Itē sacrilegi, qui sacrilegiū cōmittunt ff. ad leg Iul.pec.l.sacrilegi pœna. & l.sacrilegi capite puniuntur. Itē & ille dānatur ad mortē, qui mala fecit sacrilegia vt ff. de sicc.l.eiusdē. nā & sic patet quod in
2 dictis casibus, & similibus, si qui reperiunt, condēnantur ad mortē. † Sunt quidā casus in quibus fit cōdēnatio in amissione membri, vt in seruo fugiente ad barbaros, vt C. de ser. fug. auth. sed nouo iure. Secundo in exactore tributorum falsum cōmittente in officio suo, qui manū ēt admittit ₰m Lombardos, vt in Lomb. de his qui falsum fecerunt instrm.l.j.& ij. Itē in falsario monetæ, qui similiter amittit manū secundū iura Lōbardorū, vt in Lōb. de his, qui mo.fal.l.j.& ii. Itē in eo, qui fecit instrm alienationis feudi, de prohi. feu.alie. l. Imperialē.§. scriba. Itē in eo, qui fregit pacē vulnerādo aliquē, qui manū similiter amittit, vt in vsib.feudo.de pac.tenē.l.j.§. si quis aliū. Item & in furto secundū iura Lōbardorū, qui mēbrū amittunt. Nā pro primo furto amittit oculū, pro secūdo nasum, pro tertio laqueo suspenditur. in Lōbar. de latronibus.l.si quis. quæ leges habēt solū locū in ꝓuincia Lombardiæ, & nō alibi, vt puto, vt ff. de iurisdic. omniū iudi.l.fin. C. de sum.trinit.l.cunctos populos. Et no. quod isti delinquentes puniuntur à rectoribus ꝓuinciarū & locorū quibus concessa est potestas puniēdi, & nō à priuatis ꝑsonis, vt no. supra in ꝓœmio. & supra de personis, q̄ possunt offendi in persona sine pœna, vn̄ nō prosequamur latius.

De publicis iudiciis. Rub. 6

SVMMARIVM.

1 *Publica delicta quæ sint.*
2 *Priuata delicta quæ sint, & quæ capitalia, & quæ non capitalia dicantur.*
3 *Condemnatus de publico crimine est infamis & à testimonio repellitur.*

1 DELICTORVM, † Alia dicuntur publica, quia cuilibet cōpetit accusatio. & sunt illa in l. Iul. maiestatis. l. Iul. de adulter. l. Iul. de siccariis. l. Iul. de vi public. l. Iul. de ambitu. l. Iul. repetund. lege Iul. de anno-
2 na. vt de pub.iudi.l.j.† Alia vero omnia regulariter dicunt priuata, & in priuato regulariter nullus pōt accusare, nisi sua intersit, vt ff. de priua.deli.l.fi.no. C. de fur.l.manifestissimi. Et quidē publicorū aliqua sunt capitalia, & dicuntur capitalia, pro quibus imponit pœna mortis aut exilij ꝑpetui, sed si sit ad tēpus, dr̄ relegatio. Alia vero non capitalia dicunt, vbi pęna pecuniaria imponit, vel aliqua modica corporis coertio, vt ff. de pub.iud.l.iii. si quis cau.l.iiii.§. rei capitalis. de pęn.l.ii. & l. capitalium. cū simil. Et primo videndū est de publicis crimini-
3 bus & earū pęna. † Nota tn̄ qđ condēnatus de publico crimine est infamis, & repellitur à testimonio, vt ff. de pub. iudi.l.infamem.ff. de testibus.l scio. & seq. & l. ob carmen. extra de testibus. c. testimonium. & de testi.cog.c. præterea.

Ad l. Iuliam maiestatis. Rub. 7

SVMMARIVM.

1 *Crimine lege Iulia maiesta. qui teneantur.*
2 *Infames serui, & omnes alij admittuntur ad accusandum & testificādum in crimine leg. Iul. maiesta.*
3 *Tormentis qui possint subijci in crimine l. Iul. maiesta. & qui sint illi qui hoc crimine teneantur.*

Pœna

4 *Pœna qua puniatur crimen lege Iul. maiest. & crimen hæresis. & quomodo puniantur filij annotatorum & uasallorum ecclesiæ & qui collegia illicita faciunt.*



1 LEGE Iulia maiesta. † tenetur, qui maiestatē publicā læserit. id est Imperatorem, siue impe rium & populum Romanum id est ille, qui de bello publico recessit & vi ctoriā hostibus dedit, & qui castrū aliquod tenuerit cōtra principis voluntatē aut suo capitaneo de nouo amisso ad hoc restituere noluerit vel deseruit exercitū principis populi Romani. Item & priuata persona q̄ gessit dolo malo magistratū, sciēs se non esse magistratū ff. eo. l. lex. Itē & ille tenet, qui dolo malo cum iure aliq d gesserit, vel fecerit contra rempublicā Romanorū. Itē & ille, cuius dolo est proditio facta de popu lo Romano, vel insidiatus fuit populo Romano, vel fecerit quominus hostes veniāt in potestate populi Romani. Itē ille, q procurauit vt amici fierēt inimici & hostes. Itē & ille, qui fecit vt aliqua ciuitas vel locus nō obtēmperet vel nō obediat populo Romano. Itē ille, qui fecit vt darētur obsides, vel pecunia vel iuramenta contra rempub. ff. eo. l. cuicūq;. Item ille, qui fecit aduersus securitatem populi Romani, vel cuius con silio & ope factum est contra populū Romanum. Item ille, qui fecit contra iussum principis vt obsides occidentur, vel hostes
a armati sint in vrbe Romana[a], vel q̄d magistratus vrbis occidant, vel q contra rēpublicā arma deferat, vel qui hostibus in dānum populi mitti literas, vel signa facit, vel seditionē solicitauit cōtra rempub. & similia facit, vt ff. eo. l. j. Itē & ille, qui proditionem facit de aliqua ciuitate vel prouincia hostibus populi Romani, vel eius consilio
2 factū, vt ff. eo. l. maiestatis. † In hoc crimine infames, serui omnes alii admittūtur ad ac cusandū & testificandū, vt ff. eo. l. famosi. & l. fi. & institu. de publ. iud. §. public. cū simi.
3 † Itē possunt tales subiici tormentis cuiuscunq; dignitatis. & tormentū debet fieri cū funibus siue cordis, vt C. eo. l. iij. & sequen. præsentibus indiciis, vt C. de qō. l. milites. vel præsumptio. & c. vt not. in tit. quæ debēt procedere tormentum & quæstiones. & ibi de indiciis & præsumptionibus. Item non solum ille, q fecit aduersus principem, sed qui fecit aduersus consules & senatores & consiliarios principis, qui sunt pars corpo-
4 ris eius. † Pœna autem est q non solū qui sic delinquunt puniūtur ad mortem pœna capitis, vt ff. eodē. l. iii. sed & filii eorum, qui bonis omnibus spoliantur sola vita eis reli cta, vt C. eo. l. fi. Idē videtur in crimine hæ
b resis, [b] vt C. de hære. auth gazaros. extra eo. ti. c. vrgente. Idē est filius annotatorum & vasallorum ecclesiæ. extra de præben. c. in quibusdam & est speciale. alias crimen patris non nocet filio, vt ff. de pœ. l. crimē. C. eo. l. infamis. Item tenetur ille, qui collegia illicita & societates prohibitas facit. ff. de collegiis illicit. l. i & ii. ff. ad leg. Iuliā ma iestatis. l. i. ibi cauę cæterum & c.

ADDITIONSE.

a ¶ Romana. adde quod ēt tenetur ille qui congregat gentē in ciuitatibus, quæ non recognoscunt superiorē de quo p Ang. in trac. maleficiorū & ibi Augu. Arimi. in versi. de hac tradito. & vide per Cep. in cons. vij. & ibi quod ille qui falsificat monetam incidit in hoc crimen in iiii. col.

b Hæresis iste infra in rubrica de hæreti. aliter distinguit referendo, Gofredus in summa de hæreti. sed tu vide. de veritate doctor. in d. c. vergentis. hic allega. Hiero. chu.

De adulterio, incestu, & sodomia. Rub. x

SVMMARIVM.

1 *Adulterium quid sit.*
2 *Adulterium committitur, si maritus cognoscat solutam.*
3 *Stuprum quid sit.*
4 *Accusando de adulterio quis primo, & quis deinceps admittatur, & quando poßit agi de adulterio.*
5 *Maritus quādo admittatur ad accusandum de adulterio.*
6 *Vxor quando poßit excipere contra maritum accusantem eam de adulterio.*
7 *Lenocinium quando dicatur, & quando excusetur mulier ab adulterio.*
8 *Vir quando non tenetur de adulterio.*
9 *Adulterij pœna quæ dicatur.*
10 *Sodomiæ quæ sit pœna.*
11 *Stupri quæ sit pœna.*
12 *Raptus quid sit, & quæ sit illius pœna.*
13 *Incestus quid sit & qua pœna puniatur.*
14 *Maritus accusans uxorem de adulterio & non probans, quæ pœna puniatur.*

ADVL-

1 ADVLTERIVM. † Est proprie ad alterius thorũ trãsitus. & cõiter cũ nupta, & ff. eo. l. inter liberos. § lex Iulia. † Et licet vir agat cum soluta, adulterium cõmittit, quia vxorem suã coinquinat. xxxii. q. ii. in coniugio. sicut econuerso, quando coniux cum soluto .i. non vxorato delinquit: Ipsa enim coinquinat virũ suum, quia vir & vxor nõ ad imparia iudicantur. extra de diuorti. c. gaudemus. §. quia vero. xxxii. q. i. c. si quis. † Stuprũ est illicita defloratio virginis. & dicitur illicita, nisi fiat à marito. q2 matrimoniũ est licitũ. & nulla alia, quãuis etiã in vidua possit stuprũ cõmitti, vt d. l. inter liberos. † Et no. ꝙ in accusatione adulterii primo admittitur maritus, & præfert patri adulteræ, vt ff. e. l. ii. §. si simul. nisi maritus colludat cum vxore. vt ff. eo. l. iii. Itẽ præfertur maritus omnibus extraneis ẽt ꝑuenientibus eum,[a] vt ff. eo. l. maritus. § si qñ. Item põt agi de adulterio, etiã si vxor nõ sit legitima. ff. eo. l. si vxor. Itẽ & spõsus agit ꝓ sua spõsa, vt d. l. si vxor. §. diuus. 26. q. ii. desponsatã. Nam adulterii esse debet & oportet. C. eo. l. quãuis. post maritũ & patrẽ admittũtur ꝓpinqui, vt d. l. quãuis, demũ aũt extranei, vt no. C. eo. l. iure mariti. & l. ob cõmissa. & ff. e. l. quinquenniũ. cũ si.

5 † Et no. ꝙ maritus admittitur, siue sit filiusfa. siue nõ. & inuito patre, vt ff. eo l. iii. §. filius & sit minor annis, dummodo sit adultus. vt ff. eo. l. si maritus. §. lex Iuli. & C. eo. l. propter. † Itẽ not. ꝙ mulier põt cõtra maritum excipere, ꝙ ipse adulterium similiter cõmisit, vt ff. eo. l. vxor. §. iudex. ff. so. mat. l. viro atq; vxori. extra eo. c. itelleximus. & c. tua. Itẽ ꝙ ipsam sibi reconciliauit. extra de couer. coniunga. c. gaudemus. ff. eodem. l. si vxor. Item ꝙ ipsam tradidit adulterandã. extra de eo qui cog. cõsan. vxoris suæ. c. discretionem. Item ꝙ ex causa lenociniũ fecerit. † Item dicitur lenocinium, qñ precium pro stupro recipitur, vel donatio vt adulterium tolleret. xxxii. q. ii. c. i. Itẽ no. ꝙ mulier excusatur, si violenter fuit cognita ab alio, quẽ credebat virũ suum. xxxiiii. q. iii. c. cũ in lectum. Item si credidit virũ suũ mortuum, & alii nubit. xxxiiii. q. ii. cum per bellicam. Item non tenetur de adulterio vel stupro qui meretricem vel cauponã cognouit carnaliter propter vtilitatem personæ & vitæ suæ. C. de adul. l. qui adulteriũ cõmisit[b] & l. si quaque. † Pœna adulterantis est mors. C. eo. l. quãuis. in fi. mulier autẽ recluditur in monasterio quam potest sibi maritus recõciliare intra bienniũ &c. vt C. eo. auth. sed hodie. in auth. vt nulli iu. §. manifesta. colla. ix. † Itẽ pœna sodomiæ. & idẽ scelus nefandũ cõmittẽ. est pęna gladii, siue mortis. C e. l. cũ vir nubit. † Pœna vero stupri diuersimode ponitur & punitur, vt hr̃ inf. d̃ pub. iu. §. sed eadẽ l. & dic vt ibi. † Raptus vero[c] est puellã rapere, & alibi deducere causa luxuriæ. Et est proprie in virgine vel vidua honestę vitæ, & sanctimoniali & similibus. Et isti tales rapto. capite puniuntur ad mortẽ, & non solũ raptores, sed ẽt illi qui opẽ sciẽter vel auxilium dederũt &c. vt insti. de pub. iud. §. sin autẽ. C. de epi. & cler. l. si quis nõ dicã rapere. de epis. aud. l. raptores. & de rapt. virgin. l. i. † Incestus vero cõmittitur cũ priuigna, nouerca, nuru, consanguinea, & simili coniuncta, vt institu. de nupt. §. affinitatis. & eadẽ pœna punitur, quã adulteriũ. ff. e. l. adulteriũ cũ incestu. † Et si maritus accusat vxorẽ de adulterio, & non probat, pũnitur in auth. vt liceat matri & auiæ. §. causas. & § quia vero. col. viii. & no. C. eo. l. quãuis. in fi. & eadem pœna punitur qua adulteriũ. ff. eo. l. si adulterium cũ incestu. & l. si maritus. & de ista materia plene no. Azo. in summa huius tit. vnde latius non prosequor.

(Left margin numbers: 2, 3, 4, 6, 7, 8; right column: 9, 10, 11, 12, 13, 14.)

ADDITIONES.

a ℭ Præuenientibus eum. adde ꝙ etiam præfertur patri præuenienti, dummodo ipse maritus non fuerit ngeligens, vt per glo. & Bal. in l. iii. §. fin. ff. de adult. & per Azo. in summa. C. eo. tit.

b Commisit. adde idem si concubinam tenebat. & vide per Pau. de Cast. in consi. cxxvi. incip. in Christi nomine hæc mulier. & in cõs. cxxix. incip. in Christi nomine reuocatur in dubium.

c Raptus. adde tu quod adulteriũ est grauius q̃ crimen raptus, vt in l. i. C. de rap. vir. & dicit Alex. in consi. lxii. i. volu. col. ii. versi. pro hoc. & vide eundẽ in consi. xxiiii. col. pen. versi. Et idem in ii. volum. ibi adulterium est grauius furto.

De homicidio, & qui dicantur homicidæ. Rubr. 15

SVMMARIVM.

1 *Homicidium quid dicatur.*

2 *Homicidÿ dr̃ reus qui hominem dolose occidit.*

Homici-

3 *Homicidij tenetur, qui cum telo dolose ambulauit &c.*
4 *Item quando homicidij teneatur iudex uel potestas, qui uenenum malum scienter facit quiue falsum testimonium contra aliquem tulit, uel tuli fecit, qui dat bibere aliquem mortiferum alicui & multis alijs casibus sequentibus.*
5 *Agentes & consentientes pari pœna puniuntur.*
6 *Homidij pœna quæ sit, & qui non teneatur de homicidio.*
7 *Homicidio commisso, an præsumatur dolus.*

1 VIDEAMVS in genere. † De homicidio, & dicitur homicidium hominis cedium, siue hominis occisio, & dicitur ab homine, & cado cadis &c. Pro homicida † tenetur qui hominem dolose occidit, qualitercunque occidat, siue gladio, siue veneno, siue manibus strāgulādo, vt ff. ad l. Aquil. l. quā actione. §. occisum. ff. ad Sil. l. j. §. occisorū. C. ad Maced. l. plus est, siue sit liber, siue seruus. ff. de sicc. l. j. §. qui hominē. siue sit infans occisus
2
3 siue maior. ff. de extraor. cri. l. diuus. † Item de homicidio tenetur, q̄ furtiue vel palam cū telo dolose ambulauit, & aliquē animo occidendi vulnerauerit, vel traxit gladium cōtra eum perueniēdo ad actū. & percutiēdo animo vulnerādi, & occidēdi, licet non occiderit, vt ff. de sicc. l. j. & C. eo. l. si is, qui cū telo. & l. si quis necādi. & d. l. j. §. Diuus. quia in talibus voluntas & actus pro facto reputantur. ff. eo. l. Diuus. ff. de pœn. aut fa-
4 cta. §. euentus. † Itē tenet̄ iudex vel potestas, qui operam dedit, vt aliquis accusatus vel inquisitus falso aliquid cōfiteretur per quod innocēs dānaretur postea ad mortē. ff. de sicca. l. j. in prin. vel per pecuniā receptā ad cōdēnādum aliquē ad mortē innocentē, vel ira motus condēnauit. ff. ad l. Iu. rep. l. lex. §. fi. Itē & ille tenetur, qui venenū scienter facit cā occidendi aliquē, vel dedit
a ad occidendum. [a] Item & qui falsum tulit testimoniū. vel tuli fecit cōtra aliquē ꝑ qđ quis cōdēnatur ad mortē cōtra ius. Itē iudex, qui ob pecuniā falsam tulit sententiā mortis contra aliquē. ff. eo. in princip. & §. ꝑterea. & l. eiusdē circa prin. & l. j. C. de ac cusa. & l. nō iō minus. cum sim. Itē & ille, qui dat aliquid mortiferū bibere vel comedere, vt puta venenū, mandragorā, vel serpentē, vel cicutā, vel q̄d simile. ff. eo. l. iii. §. alio. Itē ille, qui misit aliquē per aliquā viā vt occideretur dolose, sciens ibi esse homicidas vel inimicos suos. ff. eod. l. §. itē autor. Itē illi, qui fuit autor seditionis, vt d. §. itē autor. Itē & ille, qui castrauit hominē vel puerum cā libidinis faciendæ, vt d. l. eiusdē. §. qui hominē. Itē & ille, qui mulierē cogit, vt eijceret partum iā animatū & viuum. ff. de pę. l. Cicero. Item & mulier, q̄ partū eiecit animatū, vt ff. de sicc. l. si mulierē. & ff. de extraor. cri. l. Diuus. not. Itē & q̄ dat bibere vel comedere mulieri prægnanti, vt partū eijciat, vt ff. de pœn. l. si quis aliquid. §. abortiuū. Itē qui facit vt nec vir, nec mulier possit generare arg. ff. de sicc. l. si mulierē. extra de homic. c. si q̄s. Itē & q̄ facit, vt non possit mulier parere partū. extra de homi. c. si quis. Item iudex, vel potestas vel alius officialis, qui facit aliquē cōfiteri contra veritatē, propter q̄ innocens occidatur. ff. de sicca. l. j. & l iii. §. qui fal. Itē & ille, qui se castrari fecit, & ille, qui eū castrauit. ff. de sicc. l. iiii. §. fin. Itē & ille, qui fecit instr̄m ad hominē castrandū, vt ff. eo. l. hi quoq;. §. i. & l. seq. Item qui homicidium facit vel fieri facit. C. de accusa. l. non iō ff. ad Sil. l. si certus sit percussor. ff. de sicc. l. nihil. Item gn̄aliter quicunq; alium occidit vel occidi fecit spōte & dolo malo, vel aliquid dolose facit, ꝑpter quod aliquis moriat̄, de homicidio tenetur. Item consocii & participantes. qui scienter dederunt auxiliū & fauorē operādo in delicto. † Nā agentes & consentien- 5
b tes pari pęna [b] puniunt̄, & de homicidio tenentur. ff. eo. l. i. in prin. de parrici. l. verum. de adul. l. is cuius ope. nā hic desiderat̄ dolus, & nō sufficit culpa ff. de sicc. l. & lege. & facit. ff. eod. l. nihil & l. qui eo. licet de culpa puniat̄, sed nō ad mortē, qui culpa deliquit & occidit. ff. eo. l. j. §. sed si culpa. & l. iii. §. fi. & l. i. lege. Cor. §. si quis quod est notandū.
6 † Pęna autē homicidii est pęna capitis & mortis regulariter. iuxta illud, homicida, parricida quod fecit expectet. C. de episco. aud. l. iii. §. fi. de parri. & l. penult. §. qui aliis ꝑsonis. instit. de pub. iud. itē lex Iul. de sicc. & ibi no. iuxta illud. qui gladio ferit, gladio peribit. Fallit tamen in quibusdam personis, quæ committunt homicidium, & non

nõ tenentur de homicidio, nec puniuntur, vt est videre in infante,[c] & furioso, qui nõ puniuntur de homicidio, vt ff. eod. l. quo in fans vel furiosus. ff. de offic. præsid. l. Diuus. Itẽ in eo, qui cũ claua vel alia re homicidiũ cõmisit, nõ animo occidendi, vt ff. eo. l. j. §: sed si claua. Itẽ neque in marito, qui occidit mulierẽ deprehensam in adulterio. ff. eo. l. j. §. sed & quæcunque nõ punitur ad mortẽ, vt ff. de adulte. l. si adulteriũ. §. nã & Diuus. Itẽ in eo, qui occidit furẽ nocturnũ. ff. eo. l. furẽ. Itẽ in eo, qui occiditur in rixa, & nescitur cuius ictu perijt, vt ff. eo. l. fi. Item generaliter in omni alio casu, in quo q̃s potest aliũ occidere de iure ad sui defensionẽ, vel rerũ suarũ, vel filiorũ, vel parẽtũ, vel similiũ personarũ &c. vt plene supra de personis q̃ poss. offen. sine pœ. &c. nã isti nõ tenentur de homicidio, licet homicidium faciant. Itẽ & si casu fecit. vt C. de sicc. l. j. & l. eũ qui. ff. de pœ. l. respiciendũ. §. casu. Item maxima dementia, vt factũ à demẽtissimo vt ff. de pœ. l. aut facta. §. euentus Itẽ ebrietas[d] excusat ab homicidio. xv. q. ii. c. fane. & c. inebriarunt. §. insania. xv. q. j. si quis insaniæ. & si fiat ad defensionem suã, vel rerũ suarũ, vel filiorũ, & similium vt supradictũ est. Itẽ ætas excusat vt in impubere nõ doli capace, vt ff. de pœ. l. impunitas. Itẽ furor[e] vt ff. de offi. p̃sid. l. Diuus. Itẽ ẽt in similibus vt no. infra ti. de insultu & & defen. & not. de hoc Gof. in summa sua extra de pœn. in fi. Sunt aũt multæ personæ, q̃ non cõmittũt homicidiũ, & tñ dãnantur ad mortẽ, vt no. supra de personis, q̃ poss. ad mor. cõdẽnari.

7 † Sed nunquid in homicidio cõmisso præsumitur dolus? vide infra. in ti. l. n qõ. quid sit dolus & dolose factum. Respõ. non vr̃ nisi probetur. vt C. de dolo. l. dolũ. Econtra quod sic. Nã omne maleficiũ factũ, praue p̃sumitur actũ. C. de iniu. l. si nõ cõuicii. Itẽ alia ratione, quia oportet homicidã probare, ꝙ casu fecerit homicidiũ, si vult euitare pœnã, vnde contra ipsum p̃sumitur. C. de sicc. l. j. & l. eum q. quod verũ vr̃ de rigore iuris. Sed Azo. in summa. C. ad leg. Cor. de sicca. in fi. dicit ꝙ pœna homicidæ est ꝙ altiores deportantur humiliores bestiis subijciuntur, sed contra eum aperte est. ff. de parric. l. prima. §. qui alias personas. instituit de pub. iudi. §. item lex Cornel. de sicca. & quod ibi no.

ADDITIONES.

a Ad occidendum. Adde & intellige hic etiam si homicidium non sequatur, vt per Cep. conf. col. i. & ibi de pœna.

b Pari pœna. istud quomodo intelligatur vide plene per Cep. in consi. xxxii. col. iii. & per Alex. in consi. xv. in i. volu.

c Infante. Adde tamen ꝙ si est doli capax. infans cõmittit omne delictum præter carnis. l. auxiliũ. §. i. & ibi no. ff. de min. & sic punitur. quod etiam intellige, si sit talis infans proximus pubertati, vt dicit no. Ange. in l. impuberem. ff. de fur.

d Ebrietas. Adde Barto. in l. aut facta. in prin. ff. de poen. & vide eundem in l. respiciendum. §. delinquunt. eo. ti. vbi dicit, ꝙ ebrietas non excusat. de quo per Ro. in l. i. in princi. col. iiii. ff. de ver. ob. & vide do. Mar. Socin. in repet. c. ad audientiam de homic. & per Ang. Aretinum in tract. malef. in versi. scienter. col. viii. & adde quod etiam si dormiendo quis delinquit, quod excusatur de quo p Bar. in l. pen. ff. de parric. Pet. de Anch. & Io. de Imo. in cle. furiosus. extra de homici. & Bar. in l. v. m. ff. de iusti. & iure. & per Flo. in l. si seruus seruum. §. si fornicarius. ff. ad l. Aquil. & in locis supra allegatis.

e Furor. De hoc vide in locis supra proxi. alle. & adde quid de habente dilucida interualla, si delinquit an præsumatur delictum factum tempore furoris vel sanæ mentis. de quo doc. in repe. cle. i. de homic. & adde quod si quis delinquat tempore sanæ mentis, & in præsenti sit in furore. non potest puniri de tali delicto. ita Bald. singulariter quem vide in l. furiosum. C. qui testa. fac. pos. de quo vide latissime per Franc. Aretium in l. ex facto. col. v. circa medium ver. vtrum pro homicida. ff. de vul. & pup. quem omnino vide.

De insultu, percussione, defensione & qui excusantur à delicto. Rub. 12

SVMMARIVM

1 *Insultus quid sit.*

2 *Insultans alium sine armis, illum tamen non tãgens quomodo puniatur.*

3 *Insultus factus ab aliquo habente ensem ad latus, illo tamen non euaginato, si ordinatum sit, quod insultans cum armis puniatur in x. an puniatur in x.*

4 *Insultum faciens ad porticum domus alicuius, siue sit propria siue sit conducta, uel gratis concessa, stante ordine quod insultum faciẽs ad domum alicuius puniatur in c. quomodo puniatur.*

5 *Insultu à pluribus facto contra unum stante ordine, quod qui fecerit insultum puniatur in x. an quilibet insultantium condemnabitur in x.*

6 *Insultu facto ab uno contra plures, an pro uno insultu*

insultu uel pro pluribus teneatur, & an pro una pœna

7 Insultus factus contra Mar. & illo vulnerato, an fiet condemnatio de insultu per se, etiam de vulnere aut de vulnere tantum.

8 Vulneratus siue occidēs ad defensionem illū, qui cōtra eū irato animo, et ense euaginato ibat, an teneatur de vulnerato uel de occiso?

9 Defendere se aut ad sui defensionem aliquid facere & quando aliquis dicatur.

10 Defendere se cum armis quod liceat, quamuis insultans uelit se sine armis offendere.

11 Resistere quomodo possim quando in rebus mihi fit uis.

12 Vulnerato te à Mar. si ille incontinenti aufugiat, & tu prosequendo ipsum vulnerasti an puniaris.

13 Insultātibus se duobus adinuicē, quolibet eorū dicente alter incepit quis condemnabitur.

14 Vulnerato seu occiso in uia Mar qui erat malæ conditionis & famæ à Titio, qui erat bonæ cōditionis & famæ dum se defendit à Mar. tamen hoc probare non potest, nisi per suum iuramentum quid fiet.

15 Vulnus intulit Titius animo occidendi Sempronium an de homicidio punietur, licet non sequatur mors.

16 Vulnerato Titio, puta cum gladio, si pluribus diebus iacuit postea surgat, & huc atque illuc erat, deinde subito moriatur, an vulnerans erit puniendus de vulnere tantum uel de occiso.

17 Vulnerato in causa mortis, an debeat credi, si dicat q̄d talis eū uulnerauit seu insultauit.

18 Ludentibus pluribus unus alium percussit nunquid puniatur.

19 Vulnus intulit Titius existens in uia Caio existenti in domo proijciendo ensem in domum, si sit ordinatum, quod in duplo puniatur percutiens aliquem in domo sua, an pœna dupli punietur Titius.

20 Statuto dicente qui alium percusserit in facie, puniatur in centum lib. aliud dicit, qui percusserit in platea, condemnetur pœna dupli, aliud dicit omnes pœnæ duplicentur de nocte aliquis percussit alium in facie in platea & tempore noctis, an omnes pœnæ duplicabuntur an solum pœna librarum centum.

21 Percussit Titius quendam in uia priuata, per quā itur publice an stante ordinatione quod percutiens in uia publica puniatur pœna dupli Titius punietur pœna dupli.

22 Insultum fecit aliquis & vulnus intulit ex quo mors sequuta est, si stat ordinatio q̄d pro insultu puniatur in x. lib. pro vulnere in c. pro homicidio in mille, an iste punietur de singulis maleficijs & diuersis pœnis.

23 Vulnerauit Mar Ioan. qui sua culpa mortuus est, puta propter coitum uel imperitiam medicorū, an Mar. cōdemnabitur de homicidio.

24 Auxilium præstans, instigans & consilium dans, an puniatur. & uide plura exempla, siue casus.

25 Martinus à pluribus et insultatus et uulneratus dicitur accusatus Titius quod dictū Martinum vulnerauit an sit audiendus Titius, si alterum non ipse fecisse probare uelit.

26 Vulneratus fuit à pluribus Martinus & pluribus percussionibus dicitur quod ex vulnere Titij mortuus est, ille vult probare quod nō audietur, & si probauerit, quid erit.

27 Ensem concedens dolose furioso, cum quo se interfecit an punietur.

28 Vulnerauit quis Titium in platea, si ordinatum sit, quod si quis vulnerauit aliquem puniatur in x libr. & aliud statutum sit, quod si quis deliquerit in platea puniatur pœna dupli. an pœna amborum statutorum punietur delinquens.

29 Statuto dicente, si quis percusserit aliquem cum sanguinis effusione, pro percussione puniatur in x. lib. quidam unica percussione, puta cum forpice intulit plura vulnera, qualiter condemnabitur.

30 Vulnerauerunt in rixa plures unum pluribus vulneribus, ex quibus mortuus est et nescitur ex cuius vulnere, cum omnia vulnera non sint mortalia qualiter punietur isti, & quid cum constat cuius ictu.

31 Vulnerauit Mar. aliquem vulnere non letali, sed decessit imperitia medici quomodo condemnabitur Martinus.

32 Medici quomodo eliguntur, qui habeant ferre iudicium de vulnere.

33 Medici vnius iudicio an stetur uel plures requirantur.

34 Vulnerauit seipsum quidā quomodo punietur.

35 Percussit Martinus Titi. dum uellet percutere Caium, uel dum vellet percutere canem percussit pertranseuntem, & mortuus est, an puniendus sit Martinus.

36 Percussi Titium volentem, qua pœna puniar.

37 *Percussi aliquem non cognoscebã, an puniar.*
38 *Insultauit & occidit Titius inimicum, & antequam id faceret, dixit quibusdam associate me vsque ad talem locum, quod fecerunt ignorantes intentionem illius, & cum fuerunt prope locum, ille antecessit, homicidium commisit, capitur homicida cum socijs quid erit.*
39 *Statutum dicit, qui percusserit potestatem, puniatur pœna dupli percussus fuit illius miles, an eadem pœna delinquens punietur.*
40 *Vulnerauit Titius Mar. condemnatus fuit in lib. xxv communi; Marti. vult repetere expẽsas factas pro medicis à vulnerãte, an possit.*
41 *Iniuriarum an agere poterit Marti. contra vulnerantem in superiori casu.*
42 *Occisus fuit Titius à Caio de mandato Sempronij, an Caio petenti poterit potestas procedere contra Sempronium.*
43 *Statuto puniente percussorem in lib. x. homicidam ad mortem, Martis vulnerauit aliquẽ, postea quis percussit, & interfecit, qualiter isti puniantur.*
44 *Statutum punit percutientem in domo pœna dupli quidam percussit in ecclesia vel molẽdino, an dupli pœna punietur.*
45 *Equus currens super quo erat, sessor, quendam occidit quomodo puniatur sessor ille.*
46 *Pœna dua diuersa si imponãtur ex forma duorum statutorum pro percussione, nec apparet quod statutũ sit prius quæ pœna imponatur.*
47 *Pœna legis & statuti, an quis possit puniri pro percussione uel alio maleficio.*
48 *Delinquens regulariter pœna debita est puniendus fallit in casibus hic enumeratis.*


VIA sæpe fiunt insultus, de his videamus. Et primo quid sit insultus, & quid potest dici.
1 † Insultus a est contra aliũ
a impetuosus ingressus, vñ insultare, est ira & impetuoso animo alterum aggredi, vt nomẽ sit cõsequens rei. insti. de dona. §. est alius. vel insultare est in alterũ
2 irato animo irruere. Sed qd † si aliquis facit cõtra te insultũ irato animo, vt dictũ est, sine armis non tñ te tetigit, qualiter punit, puto iniuriarũ. ff. de iniur. l. apud Labeone. §. j. in fi. si aũt te tetigit, similiter iniuriarum tenet, & æstimabit iniuria an sit atrox, vel nõ, & pro qualitate & atrocitate iniuriæ fiet codenat o. insti. de iniur. §. atrox. & ff. eo. l. prætor. §. fi. & l. se. & de hoc no. infra in tit.
3 de iniur. † Sed quid si ordinatũ est, q si aliqs fecerit iusultũ cũ armis puniat in x. Quidam habẽs arma ad latus, puta ensem, fecit insultũ cõtra aliquẽ, nõ tñ ensem euaginando nunqd puniet de insultu cũ armis? dic q sic, vt notabiliter not. Bar. in l. idẽ est, & si qs armis. versi. qui armati. ff. de vi & vi ar. qđ est notãdũ. & semp mẽti tenendũ, vt ipse Bar. dicit. Itẽ tenet Albe. de Rosa. in q.
4 statuto. in ij. parte q. xxxvj. † Sed qd si ordinatũ est, q si aliquis fecerit insultũ ad domũ alicuius puniat in duplo vel in cẽtũ lib. Aliqs fecit insultũ sub porticu domus. Rñ. quod dẽt eadẽ pena puniri. appellatione. n.
b domus porticus b cõtinet. ff. de leg. j. l. cum hic senatus. de leg. iij. l. prædijs. §. pen. ad fi.
c Et intelligo siue sit propria, siue cõducta, c vel gratis cõcessa, vt insti. ff. de iniur. §. domũ. Itẽ domus appellatione ois forma ædificij continet. ff. de inc. nd. rui. naufra. l. qui
5 ædes. in fi. † Sed qd si ordinatũ est, q q fecit insultũ puniat in x lib. plures faciunt insultũ cõtra aliquẽ simul & semel nunquid qlibet condemnabit in x. lib. Rñ. sic, qa tot vident iniuriæ esse, quot sunt iniuriãtes, vel iniuriã facientes vt ff. de iniur. l. si plures. ff. ad leg. Aquil. l. item Mela. §. si plures. & l. ita
6 vulneratus. ff. ad l. Aquil. † Sed quid ecõtra vnus fecit insultũ contra plures simul & semel, an teneat p pluribus insultibus & delictis, an solũ pro vno & vna pœna. Rñ. dicunt quidã, quod pro pluribus, qa tot vidẽtur fore insultus & delicta, quot fuerũt personæ, contra quas est insultatus. arg. eius qđ dr̃ tot sunt cõdemnationes. quot res. ff. de dona. l. senatus. & tot dicuntur esse stipula. &c. ff. de verb. ob. l. fi. & l. scire. cũ si. facit qđ no. extra de crimne falsi c. j. Alii contra qđ pro vno insultu tm̃, & pro vna pena puniatur, qa vbi est vnus solus insultus nõ põt dici qđ sint plures. cũ vnitas nõ capiat diuisionẽ &c. & impossibile est quod vnũ sit duo, & quod est impossibile nõ capit arg. insti. de inuti. stip. §. impossibile. ff. de regu. iur. l. impossibilium. Itẽ licet quis sit datus tutor pluribus pupillis simul & semel, vna est tutela & nõ plures, quia numerus pupillorũ nõ facit plures tutelas, sic nec plures insultus. ff. de excu. tu. l. tria onera. & l. is. §. fi. Numerus. n. personarũ nõ debet attendi. vt ff. de pœ. l. maiorem. & l. rescripta. §. i. i. respõ.

& facit

& facit ff. ad l. Aquil. l. illud. §. fin. ff. ar. furtis cæs. l. si plures. ibi, at si eadem &c. dic vt ibi. Itē quia penæ sunt molliendæ &c. vt ff. de pœ. l. pe. Itē quia iudex inquantū minus pōt habet condemnare, vt no. ff. de præto. stip. l. fi. & ff de pœ. l. si pces in fi. seruando leges, vt in auth. de iudic. §. omnis aūt. Et verius vř, si procedatur per inquisitionē contra Martinū q insultauit & insultū fecit cōtra tales &c. Non tamē nego, quin possit q libet agere de per se, de iniuria sibi facta via ordinaria per accusationē. Nā tunc ꝓ quo libet q accusat punietur, arg. C de ser. fugi. l. quicunque. ibi pro vnoquoque. &c. ff. de termi. mo. l. ii. vbi pro singulis &c. de priua.
7 deli l. nōnunquā, cū si. † Sed nūquid si Martinus fecit insultū, & in ipso insultu etiā vulnerauit nunquid de insultu de per se, & ēt de vulnere punietur, aut de vulnere tantū? Respō. quod nō, cū hæc fuerint simul & se
d mel. d vnde cū vnū sine altero quasi esse nō potuerit de vulnere tm̄ quasi de maiori delicto debet puniri & nō de insultu per se. argu. de modo mul. l. fi. ibi, si id incontinenti &c. C. ad l. Iul. de vi publica, l. qm̄. secus si ex interuallo fecisse primo insultū, postea vul-
e nus. Nā tūc de vtroq; e teneret cū diuersa essent delicta, nec vnū tolleret ꝑ aliud, vt ff. ad l. Aquil. l. illud. §. si vero. & C. de accusa. l. q de crimine facit ff. de priua. delic. l. nōnunquā. cū si. & ibi ēt no. de maiori delicto dixi, q a maius ꝑfertur minori. arg. C. q accusa. non pos. l. i. C de ordi. iudi. l. i. cū simi.
8 † Sed quid si Titius cū gladio euaginato animo irato venit cōtra te stringendo gladiū, tu dubitas, ne te vulneret vel occidat cū gladio, tu cū tuo gladio ipsum percutis ad tui defensionē, & vulneras vel occidis. quæro
f an tu đ vulnerato vel occiso tenearis. f R ñ. nō. vt C. ad l. Cor. de sicca. l. is qui aggressorē. ff. ad l. Aqui. l. sed & si quemcunq; ferro. & est rō, q a nō licet aliquē insultare nec aggredi, & nō dēt qs expectare se prius per-
g cuti quā ipse percutiat g cū sufficiat terror armorū &c. vt ff. de vi & vi arm. l. iii. §. i. Itē quia cuilibet licitū est se defendere de iure ciuili, vt ff. de iust. & iur. l. vt vim. & de iure cano. extra de sen. excō. c. si vero de homi. c. significasti. etiā iure naturali. i. dist. ius naturale. Et quicquid ad suā defensionē quis facit iuste facere vř, vt d. l. vt vim. & d. l. is q aggressorē, & quod iuste fit nullam pœna
9 merer. C. de adul. l. Graccus. cū si. † Sed qñ dicat quis facere ad sui defensionē. Respō. qñ aliquis venit contra te irato animo cum gladio in manu volens te percutere vel occidere, qđ ius ꝑsumit si stringit gladiū. ff. de sicca. l. i. §. Diuus & vidēs hoc dubitas ne te vulneret vel occidat, percutis ipsum anteq̄ te percutiat vel vulneret, & vulneras ipsum vel occidis, non dēs expectare vt ipse prius te percutiat, cū sufficiat timor armorū. arg. ff. de vi & vi ar. l. iii. § q armati. & §. cū ig t. dūmodo semel ꝑcutiat tm̄. Sed tñ si te vellet iterū percutere, licitū est tibi repercutere ipsum, & nō aliter, vt puto, q a nō esset defensio, sed vindicta, sed tñ si tu ira vel timore ductus, & motus ne te percuteret vel occideret, potius quā te percutiat ex proposito vel dolo percutis illū, excedis modum in vulnerando nō teneris, vt extra de senten. excō. c. si vero. §. pe. & c perpendimus. ff. de reg. iur. l. qđ calore. Idē dico si post percussionē in te vel vulnus illatū, tu incōtinenti, ipsum vulneras anteq̄ vadas ad extraneos actus, vt d. §. cū igitur, quia videris facere ad tui defensionē. C. vñ vi. l. i. & maxime si ipse volebat te iterū percutere. ff. ad l. Aql. l. si ex plagis. §. tabernarius. & l. scientiā. §. sed si offendi. & est rō q a ille est in culpa volendo te offendere, & prouocādo te ad irā. Vnde si ipsum sua culpa offendis, sibi imputer, vt ff. de reg. iur. l. dānū. & l quod calore. arg. si qua. pau fe. di. l. i. §. si cū arietes & ii. q iii. c. si quis iratus. ff. de adul. l. ait lex. § fi. Et idē dico si fiat defensione personarū, q a licitū est defendere, vt filiorū, & parentū, & vxoris, & similiū, vt no. supra de personis q̄ possint offendere sine pœna. Et qđ dixi in-
h continēti, nō ex interuallo. h Facit ad hoc. C. de epis. & cle. l. raptores, ibi tēpore inuasionis &c. ibi. & ī flagrāti adhuc delicto &c. Nā si fieret ex internallo esset vindicta, & nō defensio. & hoc nō licet. vt ff. de iudic. l. nullus. Itē intelligo ꝑdicta vera esse, dum-
i modo fiant cū moderamine i defensionis, vt si ipse, q te insultat velit te offendere cū armis, & tu te defendis cū armis, & si sine ar-
10 mis, & tu sine armis. † Saluo qđ si ipse esset fortior te valde, & vellet te offendere sine armis, qđ tibi licet cum armis te defendere, & resistere, ꝑp inæqualitatē fortitudinis, vt no. C. vnde vi. l. i. Et prædicta vera sunt qñ fit contra personam contra quā debet

11 fieri defensio incontinenti. †Si aūt fieret in rebus, vt quia expellor per vim de possessione rei meæ, tunc nō solum licet mihi resistere & defendere incontinenti, sed ēt ex interuallo p me, & ēt conuocatis amicis, vt ff. de vi & vi arm. l. iij. §. j. & §. cū igit. ubi de hoc, & de ista materia no. extra de homic. c. si-
12 gnificasti. & xxiij. q. j. c. qđ militare. †Sed quid si Martinus te vulnerauit & incōtinēti aufugit, & i psequēdo & fugiēdo ipsum vulnerasti? Rñ. puniendus es. quia potius videris facere ad vindictā quā ad defensionē. quod nō licet. C. de iudæ. l. nullus. C. vnde vi. l. i. & hoc non. Goff. in sua summa.
4 †itē no. q nō solū qui dat pecuniā pro officio habēdo punit in dicta pœna vel in alia. s. in lib. x. auri, sed & ille, qui accepit pro cōferendo, & ista pęna applicatur cōi loci. vbi tale delictū cōmittitur. ff. de iur. fis. l. Lucius C. de assessor. l. nemo domesticus. itē punitur & ille, q literas impetrauit p officio habendo. l. i. itē no. q aureus qñq; sumit p libra. in it. de pœ. teme. liti. §. fi. itē no. q 72. aurei faciūt lib. C. d susce. & arca. l. quoties.

Ad l. Iuliam repetun. Rub. 23

SVMMARIVM.

1 *Lege Iulia repetundarum qui puniantur.*
2 *Pœna facientis contra leg. Iul. repe qua sit & quomodo*

quomodo punietur, qui pecuniam dedit, ut corrumperet officialem.

3 *Officialis qui iurauit, præsumitur bene, & legaliter suum officium exercere.*

4 *Officialis quando teneatur non solum pro se, sed et pro suis familiaribus, & quæ pœna augeri possit ut pœna unius sit metus multorũ.*

5 *Officiali aliquid dans, ut aliquid faciat pro eo quid fiet, & an etiam repetatur datũ ab hæredibus accipientis.*

6 *Officialis accipiens an possit puniri officio durante & an puniatur ciuiliter, & aliquando criminaliter.*

7 *Officiali an recipere aliquid liceat ultra salarium.*

8 *Actio ad repetendum quod datum est officiali, intra quod tempus competat.*

TENETVR lege Iulia repetun. 1 † officialis, qui accepit pecuniã ab aliquo, vt iudicet aliquid vel nõ iudicet, vel nõ decernat officiũ vel honorem alicui, vel decernat, vel vt quid aliud faciat, vel nõ faciat, vt ff.eo.l.lege. Itẽ & ille qui accepit pecuniã vt ipsam ponat ad aliquod officiũ, vel mittat ad aliquã regionẽ, vel ponat in aliqua societate & idẽ in similibus est dicendum, vt ff.eo.l.i. itẽ & ille, qui accepit pecuniã ad dicendũ vel nõ dicendũ testimoniũ cõtra aliquẽ, vel vt plus vel minus faciat q̃ facere debeat, vt ff.eo.l.iii.& l.seq itẽ qui accepit pecunia, vt nõ mittat militẽ vel custodẽ ad aliquẽ locũ vt nõ legat aliquẽ in cõsilio. vel vt accuset aliquẽ vel non accuset. vel similia faciat vel nũciet, rõ, quia officialis debet esse mũdus ab omni munere. ff.eo.l ea.§.i. C.e.l.iii. itẽ & ille, qui accepit pecuniã, vt det arbitrũ, vel iudicẽ certã personã, vel vt tali mõ iudicet cõtra aliquẽ, vel vt nõ præcipiat quod de iure præcipere debet, vel vt aliquẽ poneret ad torturã, vel in carcerem cõtra ius vel vt nõ ponat, vel vt aliquẽ condẽnet vel absoluat, vel vt faciat maiorẽ vel minorem ęstimationẽ bonorũ q̃ facere debeat, vel vt non designet bladũ quẽ designare debeat, vel vt non vadat ad exercitũ si ire debet, & idem in similibus est dicendũ, vt ff.eo l.Iulia. Item & ille, qui accepit pecuniam ab aliquo, vt det ei aliquod officium, quia non licet officiali accipere aliquid vltra suum salariũ. Et insuper in talibus delictis quilibet

2 potest accusare.† Pœna autẽ recipiẽtis est, vt condemnetur in quadruplũ ad eius restitutionẽ qđ accepit, illi q volebat adipisci honorẽ. C.eo.l.fi. Itẽ ille, qui dedit pecuniam corrumpendo officialẽ. C.eo.l. fi. vel punitur sm l.C.de pœna iud.qui male iud.l.in au-

3 then.ibi posita.† Nota q̄ officialis præsumitur bene & legaliter suũ officiũ exercere, qui iurauit, q̄a non præsumitur immemor salutis æternæ. C eo.l.fi. & optime fa-

4 cit extra de pręsum.c.ad audientiã.† Et no. q̄ officialis nõ solũ tenetur pro facto suo & delicto suo, sed etiã pro suis familiaribus, quos secũ tenet in officio, si ipsi aliquid extorserunt, vel abstulerunt, vel rapuerunt à subditis, ita qđ ad restitutionẽ quadrupli tenetur, cuius dimida datur lęso, alia fisco vel cõi illius loci vbi delinquit extorquẽdo, vt C.eo.l fi. & l.i. quæ pœna quandoq; põt augeri, vt vnius pęna sit metus multorũ. C.eodẽ.l.i. Sed si aliter delinquat officialis, puto officialẽ nõ teneri. C.de pœ.l.sancimus. cũ simi. Sed ipse dẽt ipsos punire, si ipsi delinquant, vt in auth de mand. prin. §. oportet. & in auth. de defenso. ciuita. §. à defensori-

5 bus. cũ simi †Si quis autẽ dederit alicui officiali aliquid, vt pro eo aliquid faciat, quia turpiter dedit, forte nõ repetit, sed fisco tanquã successori vitiorũ applicat, vt ff. de iur. fis.l. Lucius. Itẽ no. q̄ nõ solũ repetitur ab eo qui accepit, sed ẽt ab hæredibus suis. C.

6 eo.l.i.† Item no. q̄ ille talis accipiens põt puniri etiã durante officio. C.eo.l. iubemus §.fi. Itẽ no. quod officiales aliquando pęna corporali puniuntur, vt quãdo accipiunt pecuniã, vt nõ condemnent peccantẽ ad mortẽ, vel si ita mori innocentẽ interficiant. Nã tunc capite puniuntur, vel pęna deportationis, vt ff.eo.l.lex iulia §.fi. Et sic patet q̄ cõtra istos officiales põt agi dupliciter, ciuiliter ad quadruplum, criminaliter ad pęnam corporalem vt dictum est. facit ff. de assesso-

7 ri.l.iii.† item not. q̄ non licet officiali aliq̄d accipere vltra salarium suum, præterquam à consobrino vel propinquo, vt ff.eo.l.fi.& in auth. scriptũ exemplar. col.ii. de manda. princi. §. oportet. col.iii. in authen iurisiu-

8 ran. quod præstatur ab his. col.ii.† item no. q̄ competit actio ad repetendum quod datum est officiali intra annum à die depositi officii cõtra officialem vel hæredes, vt C. eod.l. datur. vbi de hoc plene.

Ad l. Iuliam de annona. Rub. 24

SVMMARIVM.

1 *Lege Iulia de annona qui teneantur.*
2 *Pœna legis Iuliæ de annona quæ sit.*
3 *Accusare qui possunt in casu huius legis quæ sit pœna utentium falsis mensuris.*
4 *Bladum uendere viliori pretio quã communiter uendatur, an aliquis cogi posit?*

1 SCIENDVM est †quod lex ista adinuenta est in odiũ illorum, q emunt bladum causa reuendendi & faciendi caristiã, & illorũ, q faciunt societatem. & cõiter bladũ emunt, & vendunt carius, & inde lucrũ faciunt, vt ff. eo. l. ii. Itẽ eadẽ tenentur l. q sciunt naues venire cũ blado, & faciunt differre aduentum suũ, vel capere nauẽ, vel nautã ad hoc vt nõ veniãt, vel bestias vel plaustra, vt pos
2 sint vẽdere blada cariora, vt d. l. ii. §. fi. †Pœna aũt istorum est, vt in viginti aureis condẽnentur, vt d. l. ii. Quandoque pœna ordinaria criminaliter puniuntur, vt q a in opus publicum damnantur, vel relegantur, & negotium interdicitur, vt ff. de extraordi. cri.
3 l. annona. †Itẽ no. ꝙ quilibet põt accusare istos tales, & serui & mulieres, vt ff. de accusationib. l. mulierẽ ff. de iud. l. incertis. Sed isti tales qui vtuntur falsis mẽsuris, de falso puniũtur. ff. de fals. l. hodie. §. j. de pœ. l. in dardanarios, vt supra de falsarotibus mẽ
4 surarũ & ponderum plene. † Sed nunquid põt quis cõpelli, vt vẽdat bladũ suum viliori pretio q̃ cõiter vendatur? Rñ. non, vt ff. eo. l. Iulia. §. itẽ rescripserunt. & est ratio, q a quilibet in re sua est moderator & arbiter. C. manda. l. in re mãdata C. de iure delib. l. neque emere. C. de iudi. l. nemo. Sed puto ꝙ si caristia esset magna, ꝙ posit per cõmune ordinari, ꝙ minori pretio conuenienti vendatur, ad hoc vt pauperes fame non pereant, cũ omnia sint cõicanda tpe necessitatis &c. facit in arg. C. de episc. audiẽ. l. i. & ibi per Cy. ff. de mune. & hon. l. fi. §. itẽ lex ff. de offi. præfe. vrb. l. i. §. cura carnis. Nam publica vtilitas præferenda est priuatæ. C. de cad. tol. l. i. § nec tam. extra de elec. c. bonæ. & publice interest ne personæ fame pereant, cũ melius sit inter homines conuersari, quàm hominum carere suffragiis.

De crimine hæresis. Rub. 25

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus quis dicatur.*
2 *Articuli fidei quot sunt, defendens uel sequens falsam opinionem contra fidem catholicam est hæreticus.*
3 *Hæresis quid sit.*
4 *Hæreticorum sectæ quot sunt.*
5 *Credentes erroribus hæreticis, an pro hæreticis habeantur.*
6 *Hæreticorum pœna quæ sit.*
7 *Relapsi quomodo puniantur.*
8 *Suspectus de hæresi & monitus si non se purgauerit intra annum quid fiet.*
9 *Credentes erroribus hæreticorum, receptatores eorum scienter defensores & fauentes eorum quomodo puniantur, & an credentes eorum erroribus habeantur pro hæreticis.*
10 *Filij hæreticorum quando & quõ puniantur.*
11 *Hæretico uolenti ad fidem reuerti quid fiet.*
12 *Relapsus si uoluerit reuerti quid fiet.*
13 *Papa, Imperator, & qualibet alia persona de hæresi punitur.*
14 *Hæreticos pro suis bonis spoliare an posint fideles sua authoritate*
15 *Hæreticorum loca an posint infideles sua authoritate comburere.*
16 *Magistratus & princeps an pœnam incurrant, si non expellunt hæreticos de suis terris.*
17 *Hæreticum an liceat propria authoritate interficere.*
18 *Hæreticos defendentes eis credentes & fauentes, an debeant admitti ad aliquod beneficiũ uel dignitatem et usque ad quam generationem Episcopi fieri posint.*
19 *Inquisitores & episcopi, an contra hæreticos brachium inuocent seculare, & an domini locorum teneantur illud præstare.*
20 *Inquisitores quid debent facere, quando procedunt contra hæreticos.*
21 *Ciuitas uel locus impediens ne hæretici uel eorum fautores capiantur, quomodo puniãtur.*
22 *Ciuitas uel domus in qua fuerit scienter acceptatus hæreticus an publicentur, & cui acquirantur.*

QVIA crimen heresis publicũ est vt C. eo. l. Manichæos. idcirco inter publica iudicia inseramus, &
1 videamus quis sit hæreticus. † Et quidem

1 quidē hæreticus dr̄ [a] multis modis. Primo q sacramenta ecclesiæ peruertit, iste talis simoniacus appellatur. j.q.j. eos q. per pecuniā. Etiā dr̄ hæreticus, in fide catholica dubius. extra eo. c. j. itē pōt dici hæreticus, qui pōt errantē in fide catholica ab errore reuocare, & nō reuocat. extra eod. c. ii. & i. q. i. c. qui alios. ii. q. vij. Negligere cū posfis. itē ille dr̄ hæreticus, qui se scindit ab vnitate ecclesiæ vt j. q. i. deniq;. itē pōt dici hæreticus excōicatus, vt iiii. q. j. c. quod aūt hi. itē & ille pōt dici hæreticus, qui nouā sectā facit cōtra fidē catholicā, vel talē iā factā sequitur & credit, vt xxiiii. q. i. hæc est fides
2 &c. † Et qm̄ principales articuli fidei sunt septē ſm Bart. secundū quē sunt septē dona Spiritus Sancti, quos qlibet Christianus scire tenet, s. clerici, explicite, laici implicite. Et sunt hi. Christi natiuitas, passio eius, descensus ad inferos, resurrectio à mortuis, ascensus in cœlū, ad patris dexterā sessio, & aduentus eius ad iudiciū. Sed aliter & melius articuli fidei sunt xii. pp xii. apostolos, q eadē hora simbolū fecerunt instinctu Spiritus sancti, vt patet in alio simbolo. Credo in Deum patrē &c. de hoc no. extra de sūma trinita. & fide catholi. c. firmiter credimus &c. Sed theologi dicunt qđ articuli fidei sunt xiiii. vt audiui. s. septē qui pertinēt ad diuinitatē. itē dr̄ hæreticus, qui falsā opinionē cōtra fidē catholicā defendit, vel se-
3 quitur, vt xxiiii. q. ii. hæreticus. Vnde † hæresis est peruersum dogma. xxiiii. q. iii. in-
4 ter hæresim. † Sectæ aūt hæreticorum sunt multæ & diuersæ, vt hr̄. xxiiii. q. iii. quidam aūt hæretici. C. eo. l. Arriani. & auth gazaros. Quæro oēs sectæ hereticorū cū sint excōmunicatæ & dānatæ, sunt euitādæ. extra
5 eo. c. ad abolendā. & c. excōicamus. † itē credentes eorū erroribus p hæreticis reputantur, vt d. c. excōicamus. §. j. & auth. gazaros.
6 & auth. credētes. C. eo. † Pœna aūt hæreticorū est multiplex. Prima quia omnis hæreticus excōicatur, vt d. c. ad abolendā. & c. excōmunicamus. itē punitur deportatione, & bonorū omnium publicatione. C. eo. l. Manichæos. & l. quicunq; in hoc. itē repellunt à dignitatibus, qa non sunt creādi ministri ecclesiæ, nec ad regimē ciuitatis admittunt, vt d. l. quicunq;. §. nullū C. de iudi. l. fi. item non possunt cōuenire in aliquo loco, vt suā hæresim doceāt, & locus ille publicat. C. e. l. q cūq;. §. nec quicquā. §. q d. & §. eos vero & d. c. ad abolendā. itē quia eis indicit publica pœnitentia per crucis impositionē, vt ex hoc etiā alii terreantur &c. extra de pœ. c. i. ij. q. j. si peccauerit. itē non possunt hæredes institui, nec in testamento eis aliquid relinqui, nec donari, vt d. c. excōmunicamus. §. credentes. & d l. Manichæos. & l. fi. itē repelluntur ab omni actu legitimo. vt extra eod. c. ad abolendā. in fi. & c. vergentis. licet lex eos admittat ad testimoniū, vt C. de testi. l. qm̄. in fi. sed cum sint infames ipso iure hodie repelluntur à testimonio, vt not. C. de summa trinit. & fide catholi. l. i. in gl. fin. & in auth. gazaros. itē si est clericus iste hæreticus, degradatur, vt d. c. excōicamus. & bona ipsius publicantur, & si perseuerauerit in hæresi, & nolit reuerti ad fidē tertio monitus, tunc degradari dēt & tradi curiæ seculari puniēdus, & condēnabitur ad mortem. C. eod. l. Arriani. & extra eo. c. ad abolendā. c. j. & ii. & c. excōmunicamus. sed de cōsuetudine cōburuntur, vt no. xxiiii. q. iiii. c. quoniam vult Deus. Et etiā seculares siue laici eadem pœna puniuntur, si reperiū tur hæretici, & nolunt ad fidem reuerti cito
7 vt d. c. Arriani. & c. excōmunicamus. † Relapsi aūt hæretici similiter per inquisitorē iudicio seculari puniuntur, vt dictum est in d. c. excommunicamus. el secundo. §. dāna-
8 ti. & c. ad abolendam. §. illos. † item si quis fuerit suspectus de hæresi, & monitus se nō purgauerit intra annum, excommunicatur & si perseuerauerit post annum, pro hæretico iudicatur & punitur, vt d. c. excommunicamus. §. i. & ii. de senten. excommunica. vt
9 fame. in fi. † item credentes eorum erroribus, & receptatores scienter, & eorum defensores & fautores excommunicanī, & si intra annum non satisfecerint mandatis ecclesiæ efficiuntur infames ita quod ad nullū publicū officium admittuntur, nec ad testimonium, nec possunt condere testamēta nec alteri succedere, nec hr̄ditare, nec aliū conuenire in iudicio, sed possunt ab alio cōueniri, & si fuerit iudex, sententia eius non valet, si aduocatus, eius patrocinium pstare non potest, si notarius, non potest facere instrumenta, & si fecerit, non valent, &c. vt d. c. excommunicamus. & C. eodem. auth. credentes. Et etiam credentes eorum erroribus pro hæreticis iudicātur, vt dicto c. excommu-

10 excõmunicamus. el secundo. itẽ† filii hæreticorum, qui nisi sint fideles, puniuntur in amissione saltẽ bonorũ paternorũ, sicut & in d.l.Iulia.maie: C.eo.auth.gazaros. & nõ restituuntur eis bona, nisi de gratia speciali & ex misericordia, vt extra eo. c.vergentis. Sed Gof.not. in suma huius tituli, dicit, ꝙ si filii sunt orthodoxi, id est fideles in fide catholica, ꝙ non priuantur bonis paternis in terris non suppositis ecclesiæ, cum leges præualeant illi decretali vergentis &c. & facit pro eod. C. eo.l. Manichæos. & l.cognouimus. iuxta illud, Nõ portabit filius iniquitatẽ patris &c. facit ff.de pœn.l.crimen.
11 & C.eo.l.sancimus. Sed† quid, si hæreticus vult reuerti ad fidẽ? Rñ., quod debet audiri & recipi, quia ecclesia non claudit gremiũ. redeuntibus &c. vt d.l.Manichæos. C.de sũma trinita.& fi.catho.l. inter claras. debent tamen in carcerẽ recludi ad agendã pœnitẽtiã. extra eo.c.excõicamus. el secundo.§.
12 si quis aũt. †Sed quid de relapsis, nunquid sint recipiendi & audiendi. vt dictũ est de aliis hæreticis? Respon. sic videtur, vt not. extra eo.c.ad abolendã.§.illos quoq;.& est ratio, quia Deus non vult mortẽ peccatoris &c. & quacunque hora cõuersus fuerit pec
13 cator ad me, nõ despiciã &c. †itẽ not. quod non solũ viles ꝑsonæ puniuntur, sed ẽt Papa & imperator, & quilibet alius puniuntur de hæresi, & ille est deponendus ab origine dignitate, potestate, & dominio, vt xl.dist. si Papa.xxiiii.q.j. qui cum pacem.& d.c.ad
14 abolendã.§.i.& ii.cum similibus.† Sed nũquid fideles & catholici pñt sua authoritate hæreticos suis bonis expoliare? b Rñ. sic vr̃ secundum Odof. extra eo. excõicamus
15 §.catholici. †Et not. ꝙ pñt loca cõburere, vbi hæretici degunt. xxiii.q.v. si audieritis. Sed tñ tutius est quod authoritate ecclesiæ vel iudicis aliquis eorum faciat. Et ꝙ possint hæretici spoliari, no.xxiii.quæst.vi.c.fi.
16 †Itẽ no. ꝙ potestates locorum & rectores quibuscunque fungantur officiis, tenentur expellere hæreticos de terris suæ iurisdictionis, alias priuãtur omni officio, & dignitate sua, & ẽt domini tẽporales, vt Reges, Duces, & Marchiones debent hoc facere, & si cõtra fecerint. vel opẽ scienter darẽt, priuari debent dominio suarum rerum, & loca ipsorum debent publicari, & omnibus con cepi recuperanda. Debẽt etiam isti tales excommunicari & interdici, vasallibus & fidelibus suis priuari, & omnibus suis bonis: extra eodem cap. excommunicamus. & c. ad abolendam.§.statuimus.& in fide catholica pro hæretico est habendus, vt dicto c.
17 excommunicamus.§.si quis vero.† Sed nũquid licet occidere hæreticũ sua propria authoritate? Rñ. non puto, vt dictum est supra.& C.eodem.l. Iudæis.& l.nullus.& de Sarrace.& Paga.l.Christianus. & nisi fieret pro defensione fidei Christianæ, vt nota. xxiij.quæstione.vj.capitu.fina. Sed rectores & iudices locorum, quibus data est potestas puniendi, possunt hæreticum condemnare & etiam occidere, vt dicto cap. excommunicamus. Idem dico, si sunt condemnati per ecclesiam vel inquisitorẽ hæreticorum, possunt tradi dictis rectoribus per inquisitores qui debeant eos occidere vel comburere, vt extra eodẽ.c.ad abolendam.§.laicus.et §.sequen.et c.pen.§ damnati, et C.eodem.l.Arriani.nisi vellent re-
18 dire ad fidem, vt supra dictum est† Itẽ no. ꝙ defendentes hæreticos et credentes eis, et fautores eorum non debent admitti ad aliquod beneficium, et officium, vel dignitatem ecclesiasticam, vnde non possunt fieri Episcopi etc. vsque ad secundam generationem. extra eodem capitu. fina. libro vi.
19 †Item inquisitores et Episcopi contra hæreticos, et eorum defensores possunt implorare auxilium brachii secularis, et tenentur domini locorum et rectores dare auxiliũ: extra de offi.delega.cap.j.extra eodem.ca-
20 pitu.vt officium. libro.vj.† Item not.quod inquisitores debent de consilio peritorum contra hæreticos ferre sententiam, vt extra eod.c.fina. libro.vi. et dare copiam processus inquisito.vt possit se defendere. d.c.
21 contra.cum similib. †Item no. ꝙ si ciuitas vel locus dederint impedimentum, vt hæretici vel eorum fautores nõ capiantur vel non puniantur, ꝙ debent priuari cõmercio et dignitate episcopali. extra eodem c. ad
22 abolendam.§. ciuitas.†item nota.quod ciuitas vel domus in qua fuerit acceptatus scienter ex certa scientia à domino ipsius, bona publicant, et ecclesiæ acquirunt, vt in auth.de interdi hære.in fi.col ix. Si aũt dominus fuerit ignorãs nõ publicant, vt C.de hære.l.qcunq;.§.vniuersis.et §.seq.et i aut. de ecclesiasti.tit.§. si qs in sua cum similib.

ADDI-

ADDITIONES.

a ¶Hæreticus dicitur. Quis dicatur hæreticus. ad. de tu. & vide per Cald. in ver. de hæret. consi. iiii. & v. & adde tu quod ad probandũ quẽ hæreticum, sufficiunt testes singulares per Anto. de But. in c. cum oporteat. de accus. vbi per Mod. & Alex. in consi. lxxii. in i. vol. col. iiii. ver. & Ant. de But. & in iiii. col. vers. quinimo, vide tamen per Caccialupum in repe. l. admonendi. ff. de iureiur.

b Expoliare. adde & intellige tu quod iudex secularis, licet bona hæretici sint confiscata, tamen illa non poterit apprehendere, nisi primo super crimine per iudicem ecclesiasticum fuerit declaratum. c. cum secundum. de hære. lib. vi. & dicit Cardi. in consi. suo cv. in iiii. col. in fi.

De Iudæis & in quibus grauantur: Rub. 26

SVMMARIVM.

1 *Iudæi antequam crucifixissent Christum multu gaudebant priuilegijs.*

2 *Iudæi in quibus grauantur, & an Christianus possit cum Sarracenis comedere.*



VIA Iudæi cõtemnũt trinitatẽ, & diuinã maiestatẽ, videamus in quibus grauãtur ipsi Iudæi. †Et antequã Iudæi crucifigerẽt dñm nostrũ Iesum Christũ nõ grauabant, sed multis gaudebant priuilegiis, vt C. eo. l. i. & per totũ. & appellabantur populus Dei, sed postea sua priuilegia pdiderũt, pp illud delictũ, vt e. ti. l. iussio. †Vñ grauãtur in multis. Primo qa nõ põt eis in testamẽto legari. C. eo. l i. Itẽ repelluntur ab officiis pub. & personalibus extra eo. c cũ sit. & c. ex spãli. & C. eo. l hac. Itẽ repelluntur à legitimis actibus a, cũ sint infames. ii. q. vii. alicui. Itẽ repellũtur à cõione Christianorũ & ipsorũ participatione, vt xxviii. q. i. in illo cõsortio. Itẽ repellunt ne habeãt Christiana mãcipia, nec Christianas vxores, vt extra eo. c. Iudæi & C. eo. l. nequissimũ. Itẽ nõ habeãt Christianas nutrices filiorũ suorũ pupillorũ, vel obstretrices. extra eo. c. Iudæi. & c. ad hoc. cõsuluit. C. eo. l. fi. Itẽ nõ possunt esse testes cõtra fideles, sed fideles sic cõtra Iudeos, extra de testibus, c. Iudæi. sed inter se possunt, vt C. de hæret. l. qui. Itẽ nõ capiũt ex testamẽto Christiani. C eo. l. i. & maxime ex testamẽto clerici. extra de hęreti. c. si qs Episcopus. Itẽ nõ debent esse medici Christianorũ infirmorũ, nec debet Christianus cũ ipsis comedere, nec balneari. xxviii. q. i. nullus. Sed cum Sarracenis manducare potest. xi. q. iii. ad mẽsam. ratio diuersitatis est, quia Iudæi magis cõtẽnunt scripturam diuinam, & fidem catholicam, & magis impugnãt, vt extra eodem. c. quam sit laudabile. Item non debent aliquid facere in contumeliam fidei Christianæ, alias puniũtur. C. eo. l. Iudæos. Item non debent apparere in publicum in die parasceuæ, id est lamẽtationis siue septimanæ sanctæ, ne illudant Christianos. extra eo. c. in nonnullis. §. in diebus. Item non debẽt aliquid facere in opprobriũ crucis vel crucifixi, alias puniuntur, vt d. c. in nonnullis. §. fi. & c. postulasti. & C. eo. l. Iudæos. Itẽ nõ debent tenere hostia vel fenestras apertas in diebus passionis domini ne illudant Christianos, alias puniũtur, vt eo. ti. c. quia super his. & c. nonnullis. §. penulti. Itẽ non debent emere mãcipia Christiana pro se, nec circũcidere, & si emerint reddere cõpelluntur, & ptium nõ redditur, & mancipia libera reddũtur. extra eo. c. multorum. & secundum leges decapitantur Iudæi, vt C. ne Iud mãci. Christia. l. i. Itẽ debent habere habitũ vestimentorum separatum ab habitu Christianorum. extra eo. c. in nonnullis. Itẽ non debent iniuriã facere Christianis nec eis p Christianos fieri, alias puniuntur. C. eo. l. nullus. Itẽ non debent ab aliquo in iudicio conueniri die sabbati. Itẽ potest iudæus esse iudex & arbiter secundum leges inter iudeos, vt C. eo l. iudæi. Item non potest esse potestas vel rector alicuius loci, vel similes dignitates habere inter Christianos. C. eo. l. hac. extra eo. c. cũ sit c. speciali. item non potest Christianus iudæã habere in vxorem. C. eod. l. ne quis. item non possunt cogi iudæi inuiti habere baptismum, sed suaderi &c. extra e. c. sicut. itẽ nullus debet iudæũ occidere vel offendere, vel bonis spoliare, vel tempore festiuitatis suę iniuriari, vel turbare, alias puniũtur, vt d. c. sicut. § i. & fi. item possunt agere contra Christianos corã iudicibus Christianis, & ab eis etiam conueniri non corã suis senioribus. C. eod. l. iudæi. & l. qui. item possunt emere, vendere, b contrahere, sicut & Christiani possunt, vt C. eo. l. nemo. itẽ non debent Christiani pro mercede aliqua se exponere seruitiis iudæorũ in domibus eorum, vt extra eo. ab omnibus. sed in agris seruire

seruire & laborare non prohibentur, vt eo dem ti.c.multorū. itē compelluntur iudæi soluere decimas prædiales. extra de deci.c. terris. itē si iudæi faciunt contra canonicas sanctiones, puniuntur realiter & personaliter. extra eo.c.in nonnullis.& c.& si in fi.de rap.c.in episcopatu. Bonifacius.

ADDITIONES.

a ¶ Legitimis. Adde tu ꝙ Iudæus non pōt esse testis per Christianū, C. de Iudæ. & deinde.& ii.q. ii.c.nullus. Alex. in cōsi. xxxv. col. fi. & in cons. lxx. col. fi. versi. & primo non obst. in i. vol. Et an ipsi Iudæi possint testari quando & vsurarii possunt manifeste non seruata forma.c. quanquam, de vsur. in vi. per Francis. Aret. in cons. clviii. vbi qđ sic. Et ita alias consuluit dominus Io. Ba. Caccia. lup. & Io. de Lig. prout refert do. Barth. Soci. in eius consi. incip. præsupponitur in facto, quod quidam Hebræus. Et adde quod Hebræus proprie non potest dici hæreticus, vt per Cal. in versi. de Iudæis, cosi. ii.

b Vendere. adde tu ꝙ etiam poterit præscribere &c. x. ann. gl. est sing. d. Ro. in. §. porto. xvi, q. iii. refert Cepo. consi. lxxv. & ibi ꝙ Iudæus pater poterit in iudicio capitali cām filii defendere.

De apostatis. Rubrica. 27

SVMMARIVM.

1 *Apostasia quid sit, & quotuplex sit.*
2 *Pœna apostasiæ secundum leges.*
3 *Pœna apostasiæ secundum canones.*
4 *Apostata irregularis cui acquirat.*
5 *Apostatæ suprascripti filij cuius sint.*
6 *Apostatæ uolenti redire ad monasterium, & nolenti redire, quid fiet.*



1 APOSTASIA dicitur temerarius† excessus, vnde dicitur apostat a retro status à bono proposito. Est aūt triplex [a] apostasia, scilicet perfidiæ, inobedientiæ & irregularitatis. Perfidiæ autē dicitur apostasia, quādo qs recedit à fide catholica, vt fuit Iulianus apostata, vt ii.q.vii.nō pōt item inobedientiæ, vt qn̄ quis sponte trāsgreditur pceptū, vt fuit Adam & Eua, vel qui sacris canonibus obedire contemnit, vt iii.q.ō.iii. alicui. extra de maiori.& obediē.l.si quis. item irregularitatis, vt in clerico, vel canonico, vel monaco, vel alio religioso, q suū ordinē derelinqt, vel tōsurā dereliqt. vel suū habitū abiecit, vel coronā, vel tōsurā dereliqt. xx. q.i.eos. ext.e.c.i. vel ad negotia secularia reuertit, vt extra de vit.& hone.cler.c.ex literis. vel vxorem de facto accipit, vt extra de cleri.cōiug.c.ex parte. vel religionis habitū dimittit, & aliū assumit. xx.q.iii.c.i.& ii.&
2 extra eo.c.i.& c.tuæ fraternitatis. † Pœna apostasiæ ꝟm leges est, ꝙ bona ipsius publicantur. Sed hodie vr̃, ꝙ bona sint monasterii, & non publicentur, vt in auth. ingressi monasteriū. C.de sacrosanc.eccle. nisi forte habeat filios vel cognatos, qbus deferat, vt in auth. si qua mulier. C.e.& C. de aposta. l.i.& l.apostatarū. itē repellunt a testimonio nec pn̄t facere testamenta, nec pn̄t capere legatū, nec hæreditat. ex testamēto. C. eo.l. hi qui.& l.seq. itē repelluntur de ciuitate sicut hæretici. C.de summa trinita. & fide catholic.l.ii C.e.l.fi. sed ꝟm iura canonica alia
3 pœna imponitur. † Nā si sit apostata perfidiæ, vt qa recedat à fide catholica, & tūc p hæretico habet, & punit vt hereticus. Quali aūt pena puniuntur hæretici no. supra đ hæretic. Si aūt est apostata inobediētie, tūc excōmunicatur & efficitur īfamis. iii. q.iii. si qs venerit & c.cū ecclesiasticis. Si vero irregularitatis vel religionis, vt pdixi, efficit infamis. ii.q.vii. alicui, & interim ad ordinē vel dignitatē non possunt promoueri, vt l.
4 dist.c.vlt. † itē quicquid acquirit suo monasterio acquirit, sicut seruus dn̄o. xviii.q.ii.c. Abbates. ff. de acquir. pos.l. seruus. itē à suo monasterio vel religione pōt capi & incarcerari. d.c. Abbates & extra eo.c. à nobis.
5 † Item filii, qui nascūtur ex ipsis sunt famuli monasterii, qa nascunē de matrimonio de facto cōtracto, vt lxxxi.di.quidā. xxxii. dist. eos. secus, si ex cōcubina vel simili. xv. q vlt. contra militē. C. de incest. nup. auth.
6 ex cōplexu. † Et no. ꝙ si apostatæ volunt redire ad religionem & habitum recipere & deferre, sunt recipiendi, & si monasterium nollet ipsos recipere, debet à superiore cōpelli, vt xxvii.q.i.c.& quia. cum similibus. Sed si apostata vel religiosus fugitiuus nollet ad religionem redire. debet suaderi, vt reuertatur, quod si facere recusauerit, capiatur, & in graui carcere recludatur, donec se conuerterit, vt extra eo c. à nobis.

ADDITIO.

a ¶ Est autem triplex. adde idem vt per Cal. in versicu. de aposta. consi. i. adde ꝙ proprie apostata dicitur. qui reliquit habitum, vt per doct. in c.i. de aposta, & per Arch. in c.i. de tempo. ordi. lib. vj.

De

De pœna blasphemantium Deum & sanctos, & de periurio. Rub. 26

SVMMARIVM.

1 *Blaspemans Deum qua pœna puniatur.*
2 *Blaspemans calore iracundiæ, uel simili modo quomodo puniatur.*
3 *Blaspemans beatam Virginem, aut alios sanctos quomodo puniatur.*
4 *Blaspemans si est clericus, quomodo puniatur de iure canonico.*
5 *Blaspemans Episcopum uel ei iniurians quomodo puniatur.*
6 *Blaspemans priuatã personam quo puniatur.*
7 *Blasphemans Papam quomodo puniatur.*
8 *Imperatori maledicens ex leuitate an puniet.*
9 *Imperatori maledicenti propter insaniam irrogandam quid fiet.*
10 *Iurans per Deum & deierans, quomodo puniatur de iure ciuili.*
11 *Iuramentum quid contineat & iuramentum impuberis liget.*
12 *Deierantis pœna quæ sit de iure canonico.*
13 *Deierans sponte an peccet mortaliter & quid sit periurium, & an accipiatur solidus pro aureo in iure.*
14 *Iuramentum quando faciendum sit.*
15 *Iurare per quæ liceat & si iuratum fuerit per quæ iurare non licet an seruari debeat.*
16 *Iudæi quomodo iurant.*
17 *Iurare quæ excusant, & in quolibet iuramento multa intelliguntur, licet non exprimant.*

SI QVIS dñm Deũ & saluato-
1 rẽ nostrũ † Iesum Christũ filiũ suũ vel spiritum sanctum, q̃ sunt vnum & idẽ blasphemauerit, a
2 vel iurauerit per caput vel per capillos Dei nostri, q̃ non licet secundum leges, est ad mortem puniendus. Et est ratio, quia p hoc fames, & tempestates, & terremotus adueniunt &c. vt in auth. vt non luxurien. cõtra natu. § & quoniã. col. vi. & hoc si sponte &
b voluntarie fecit. b † si vero fecerit calore ira
2 cundiæ, vel ebrietate, vel dementia, tunc leuius punitur, vt ii. q. iii. §. si quis. & §. notãdũ. scđm Gof. facit. de reg. iur. l. quod calo-
3 re. † Si aũt beatã Virginẽ Mariã aut alios sãctos blasphemauerit, cũ hic nõ sit expresse pœna, & delictũ sit graue, puto istos tales pœna extraordinaria puniendos, vt lingua, vt in eo puniantur, cum quo delinquũt. C. cõmu. de success. auth. oẽs peregrini. ad fin. inspecta qualitate psonarũ. vt ff. de extraor. crimi. l. i. & l. fin. l. pen. §. in Aegipto. ff. de
d iureiu. l. si duo. §. fi. Nã maleficia nõ debent esse impunita. ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus.
4 de iudi. l. si longius. † Sed de iure canon. si est clericus, punit à iudice ecclesiastico in hoc, q̃a pluribus diebus dñicis sine vestibus debet poni ante ianuã ecclesiarũ corrigia ligata ad gulã dũ missa cantatur, vt ab omnibus videa, & quod septẽ diebus in pane & aqua ieiunet. Si à iudice seculari, dẽt cõdemnari in xl. sol. si est diues, quia sic delinquit. si aũt nõ est diues, in xxx. vel xx. vel in v.
5 solidis, vt extra de maledi. c. ii. † Si vero Episcopũ blasphemauerit, & cõuitiũ ei fecerit, degradatur, & depositus datur curiæ seculari puniẽdus. xi. q. iii. si q̃s sacerdotiũ. & si pœna erit pecuniaria, dat Episcopo iniuriato
6 scđm Gof. † Itẽ si priuatã personã blasphemauerit, punit similiter inspecta qualitate & dignitate psonarũ. in auth. vt nõ luxu. cõtra natu. § & qm̃. colla. vi. extra de maledic. c. i. & ii. tenet et iniuriarũ actione, cũ verbis fiat iniuria, vt l. itẽ apud Labeonẽ. §. q̃ turpibus. & §. cõuitiũ. §. fi. ff. de iniu. facit ex
7 tra de extraor. crim. l. pe. § in Agypto. † Si vero Papã blasphemauerit, est deponẽdus & puniẽdus, put iudici videbit ita tñ vt pœna illius sit aliis in exẽplum. extra de male-
8 dic. c. i. † Si vero Imperatorẽ maledixerit, si factũ est ex leuitate non est curandũ, si pp insaniam vel furorem, est miseratione di-
9 gnũ. † Si vero pp insaniã vel propter iniuriã irrogãdã principi dẽt ad ipsum principem remitti puniendus, vt ex dictis ipsius facta pensari valeant &c. vt C. si quis Imp.
10 maledic. l. i. † Si autem quis iurauerit per Deum & deierauerit, secundum ius ciuile Deum habet vltorem. C. de iureiurando. l. ii. & nihilominus potest à iudice puniri corporaliter & fustigari, vt ff. de iur. iuran. l. si
c duo. § fin. Item quia efficitur infamis. c. C. de transac. l. si quis maior. vi. q. i. infames. & potest puniri crimine stellionatus ad pœnã extraordinariam exilii, vt ff. de crimi. stell.
11 l. fina. facit. ff. de infam. l. Lucius. Item not. q̃ iuramentum continet in se veritatem, iudicium, & iustitiam. extra de iureiurãdo. l. & si Christus. §. Iacobus quoq; & tale iuramentum tanquam licitum est seruãdum alias esset vinculum iniquitatis, quod esse non debet, vt extra de iureiuran. c. quemadmodum.

admodū. & intellige quando puberes iurāt vel maiores. Nā iuramentū impuberis nō ligat eū, nisi sic forte doli capax ff. de iureiu. l. qui iurasse. & de libera. cā. l. fi. †Itē no. 12 ꝙ pęna peierātis est bñficij amotio, siue priuatio de iure cano. extra eo. c. tuas. & c. cæterū. & quādoque depositio, vt xxv. distin. 13 c. Dominus. †itē no. ꝙ ille, q̃ spōte peierat mortaliter peccat. xxii. q. j. c. fi. Et dr̄ periuriū, falsa iuratio, vel trāsgressio iuramēti liciti, vel mendaciū iuramento firmatū, & de hoc no. Gof. in summa sua. de iureiu. & no. C. de nup. auth. qđ ei permittitur. in fin. Et scias ꝙ in iure ponitur solidus ꝓ aureo, vt instit. de pœ. teme. litigan. §. i. & in auth. vt 14 sena. l. nō solū. § j. colla. v. †itē no. ꝙ iuramentū non est indiscrete faciendū, sed solū cā necessitatis vel vtilitatis, vt d. c. & si Chri 15 stus. §. Iacob. quoq;. †itē no. ꝙ nō est licitū iurare per creaturas vel Deos falsos, sed tñ si iurat seruādū est ſm Gofre. xxii. q. i. Moueor duntamē sit licitū quod iuratur, quia multa fieri nō debent, q̃ tñ facta tenent &c. Sed tñ licitū est iurare per crucē Domini xxii. q. v. qui peierat. itē per euangelia xxii. q. i. si aliqua. itē per ordines Angelorū. j. q. vii. itē per salutē principis ff. de iureiu. l. qui per salutē. Itē per altare sanctū vel per reliquias sanctorū. xxii. q. j. habemus. aliter non licet Christianis iurare, vt extra de iureiu. c. & si Christus. & ibi nota. circa principi. 16 †Sed Iudæi iurāt ſcđm legē suā, vel secundū ꝑceptum Moysi. C. de Iudæ. l. si qs. vii. q. i. deniq;. j. q. i. qui studet. v. q. v. hoc aūt cū 17 simili b. †itē not. ꝙ difficultas & necessitas excusant quē à iuramento. extra eod. c. breui.[d] itē impossibilitas & alia plura, vt no. extra eo. c. quemadmodū. in gl. no. quod plerique &c. & no in c. petitio. in gl. & not. qđ licet &c. Nā in quolibet iuramento multa intelliguntur, licet nō exprimantur, vt not. supra circa finē prooemii huius quæstionis.

ADDITIONES.

a Blasphemauerit. Adde an maledicere dicatur blasphemare, vide Bar. in l. itē apud Labeonē. §. i. ff. de iniur. quem simpliciter refert & sequitur Io. de ana. in c. ii. de maled. & Ang. Are. in tra. malefi. in vers. verba iniuriosa. vbi inquantū verba referuntur ad Deū est idem. Et vide consiliū domini mei do. Bar. Soc. incip. præsupponitur in facto, ꝙ quidā Hæbreus, qui consuluit, ꝙ statutū puniens blasphemantem habet locū & cōprehendit maledicētem. quia idem est blasphemare & maledicere. al. leg. Bald. & Ang. in l. i. C. si quis Impera. maledic. & Sanctum Tho. ii. ii. q. xiiii. argu. j. & refert idē tenere do. Maria. Soci. eius genitorem in d. c. ii. de maledi.

b Fecit. adde tu quod quis quādo blasphemat, ex quo se oppugnat Deo incidit in hæresim. f. quat do scienter & appēsate hoc facit. Tho. titu. ii. q. xiii. argumen. j. Et Cal. in ti. de iudi. consi. ii.

c Infamis. adde Io. Cal. in ti. de iur. iur. cōs. v. Et adde quod qui non facit promissa iurata, cadit ab actione. d. l. si quis maior. & dicit Alex. in consi. lxxvi. col. iii. in v. volu.

d Cap. breui. adde gl. in d. c. breui. & Alex. in cōs. xcii in i. volu. col. v vers. ite posito. & adde ꝙ et iusta causa excusat a periurio, vt per eundē Alexand. in consi. cxxiiii. eo. volumine c. l. ii.

De pœna committentis sacrilegium. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegium quid sit, & quando committatur, & præses debet contra sacrilegos inquirere, & captos punire.*

2 *Sacrilegorum pœna quæ sit.*

1 SACRILEGIVM est quādo † quis aufert, vel furatur rem sacrā de loco sacro, vel de ecclesia, vel de monasterio. Et dicitur res sacra, corpus domini, reliquiæ sanctorū, vel libri diuini officii, & vestes sacræ siue sacratæ, diaconorum siue præpositorum, cum quibus diuina officia celebrantur. item pecunia sacra & religiosa, & res dedicata & relicta ad ecclesiam fabricādam, vel ad vestes sacras comparandas, vel paramenta altaris, vel sacra vasa, vt calices & turibula & similia, cum quibus diuina constituuntur misteria, vt ff. ad l. Iuliam pecul. l. lege. in princip. §. i & §. non sic. & l. Diuus. & C. de sacrosanc. ecclesi. l. sancimus. & ff. de furt. l. si nondū. & institu. de rerum diui. §. sacra. item si auferatur sacrum de non sacro, non committitur sacrilegium secundū ius ciuile, vt d. l. Diuus. sed committitur furtum vt ibi. Sed de iure canonico committitur sacrilegium, siue res sacra auferatur de loco sacro vel dedicata, siue non. xxvii. q. iiii. quisquis. quod forte in hoc casu præualet iuri ciuili. item dicitur locus sacer, qui consecratus est per pontificem. institu. de rerum diui. §. nullus, & §. seq. & in authen. vt in priua. domi. sacra myste. non fiant. colla. v. item committit quis sacrilegium, qui errat in fide catholica, siue in articulis fidei. item qui contēnit fidē catho-

catholicam, vt in auth. de manda. princ. §. si vero canonicũ. collatio. iij. & facit. C. de sacrosanct. eccles. l. placet. in fi. & l. iubemus. xvij. q. iij. §. qa autẽ. Itẽ cõmittit quasi sacrilegiũ, q dubitat an ille sit dignus quẽ princeps elegerit. Itẽ & ille qui in sua prouincia procurat vt officiũ habeat. Sed si spõte fuerit ei oblatũ euitat pœnã. C. de crimi. sacri. l. ij. & iiij. Itẽ debet præses prouinciæ solicite inquirere contra sacrilegos, & ipsos captos debita pœna punire. ff. ad l. Iul. pecul.
2 l. mandat. † Pœna aũt sacrilegorũ est, vt quandoq; dentur bestijs, quandoq; comburantur, quãdoq; ad furcas damnentur. Sed tñ est imponẽda pro qualitate personarũ, & pro ætate delinquentis, in minore. n. ætas miseratione indiget, vt ff. de mino. l. auxiliũ §. in delictis. Itẽ pro tpe, an fiat necessitate, vt extra de fur. c. si quis necessitate. Itẽ pro sexu mulierũ, pro rei qualitate, & simile. ff. ad l. Iul. pecu. l. sacrilegij pœna. Itẽ punitur pœna extraordinaria, & aliquando capitali vt ff. eo. l. sacrilegi capite &c.

De sortilegijs & mathematicis. Rub. 70

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegij qui sint.*
2 *Diuinandi species quot sint.*
3 *Geomantia an sint reprobata.*
4 *Iromantia, Aeromantia, & Piromantia, an sint illicita?*
5 *Nigromantia & alia quæ fiunt per incantationes spirituum, & inuocationem idolatriæ, an sint illicita?*
6 *Diuinatio quæ fit pro furtis inueniendis, uel alijs occultis sciendis an sit illicita?*
7 *Diuinationes quæ fiunt propter uitæ salutem, an sint illicitæ?*
8 *Pœna sacrilegorũ in illicitis, quæ sit secundũ l.*
9 *Sacrificia illicita facientes, adorantes idola, uel statuas illicitas, quomodo puniantur?*
10 *Cælicolæ an pro hæreti h antur et puniantur?*
11 *Sacrilegij siue clerici, quomodo puniantur, & an aliquando sors licita sit?*
12 *Sors in iure ciuili quando concedatur.*
13 *Mathematicus quis sit, & quomodo ipse et consulens punitur, & quomodo alias uocatur.*
14 *Magicu est prohibitum accedere ad domum alterius causa faciendi istam artem, alias q° punitur magicus & illum uocans.*
15 *Astrolo. q permittãtur diuinare et q° punit.*
16 *Magicam artem docens & addiscens qua pœna plectantur.*
17 *Magicis artibus inducentes animos mulierum ad libidinem quomodo puniantur*
18 *Ventos imbres ac tempestates facientes uenire quomodo puniantur.*
19 *Ventos ac tempestates prohibens an præmium recipiat?*
20 *Accusare permittitur cuilibet istos & etiam utentes nec dignitas aliquẽ à pœna excusat.*
21 *Occidere nõ licet propria authoritate suprascriptos sed bñ capere et ad iudicẽ ducere.*



VIDEAMVS quid sit sortilegus vel mathema. 1 † Et qdẽ dr̃ sortilegus à sorte. Nam sors est ars diuinandi & proprie in malam partẽ accipitur. Sortileg. sunt, qui sub noĩe fictę religionis per quasdã artes, quas appellãt sortes sanctorũ, vel apostolorum, scietiã diuinãdi profitent & dicũt. xxv. q. j.
2 c. j. † Species diuinãdi sunt multæ, q numerantur. xxv. q. iij. igitur. & v. q. v. Episcopi.
3 & c. nec mirũ. † Sed Geomantia, quæ fit in terra ẜm quosdã Theologos, nõ est dãnata cũ sit approbata, & de approbatis p sanctã eccle. Romanã, vñ nõ deliquit, qui in ea se
4 exercet. † Alia fit in aqua, & vocat idromãtia. Tertia fit in aere, & vocat aeromantia. Alia in igne, & vocatur Piromantia, & istę oẽs sunt illicitæ & reprobatæ, vt d. c. igit. &
5 xxv. q. v. nõ oportet. & c. aliquanti. † Itẽ & oẽs illæ sunt illicitæ, quæ fiunt per incantatores spirituũ, vt Nigromantia, & simi es,
6 vt p inuocationẽ idolatrię † Itẽ & illa, quæ fit pro furtis inueniendis, vel alijs occultis sciendis, vt extra eo. c. ex tuarũ. xxvj. q. ij. il
7 lud. & q. v. sortes. & §. peruenit. † Itẽ & illæ prohibitæ sunt, quæ fiunt pp huius vitæ sa
8 lutẽ, vt xxvj. q. ij. qui. & c. illud. † Est autem pęna sortilegorũ in istis illicitis ẜm leges pęna capitis. & libri ipsorũ debent cõburi, vt C. de hære. l. in hoc. § nemo in fin. & C. de
9 mathemat. l. nemo. † itẽ & illi qui faciunt illicita sacrificia, vel adorãt Idola, vel statuas illicitas capitali pœna puniunt, vt C. de Sa
10 cra. & Paga. l. ij. & l. nemo. † Cælicolæ, q cœlũ adorãt, vel planetas, p hæreticis hñr, vt C. de iudæ. & cælico. l. cælicolarũ. & p hæreticis puniunt. Quali aũt pęna puniuntur hæretici, & dãnantur, supra de hære. plene
11 no. † Scd̃m canones pęna clericorũ est, de-

positio,& laici istos cōsulētes excōicant, vt xxvj.q.v.si qs Eps,& presbyter.j.q.j. amoueantur & hoc qn̄ fit ex voluntate, nō ex necessitate, sed si ex necessitate fiat sors, li-
a cita [a] est, si fiat cū illo simbolo, id est cū illo Credo in vnū Deū &c. vel oratione dn̄ica, scilicet Pater noster &c. vel cū missa & similib⁹, vt xxvi.q.ij.no.ea q.c.nō licet.vt puta cū duo electi sunt paris bonitatis, & nō pōt alij gratificari pp scandalū euitandū, tunc pn̄t plures chartulæ haberi,& in vna scribatur electus, vel qd simile, vt Eps & ponatur super altari,& veniat, & det eā cui vult & ille habebitur electus, q habebit cartā illam scriptā,& præferatur alteri. Nā in talibus pp discordias sopiendas sors fieri pōt, sicut Mathias Apostolus fuit sorte electus, & intalibus nullus obligat, neq; in electis in
12 pastorē, vt extra eo.c.ecclesia nostra. † itē
b propter lites [b] derimendas sors in iure ciuili concedit, vt C. cōia de lega.l. si duobus. ff.de iudi.l.si cū ambo institu.de leg.§.euictionis.ff.de fideicōmiss.liber.l.gn̄aliter.§.si qs alienū.ff.fami.hercis.l.si q̄ sunt. In his.n. & similibus diuinatio vel sors nō est aliqd mali,& nō sequit inde pœna, qa tunc talis sors tollit dubitationē, & diuinā indicat vo
13 luntatē, vt xxvj.q.j.sors. † Mathematicus autē dr̄ à mathesis, quod est diuinatio, & proprie dr̄ mathematicus, qui vtitur arte Magica,& nō solū iste capite punit, sed etiā ille, qui talē cōsuluit super talibus exercendis. C.eo.l.nemo.& isti tales qn̄que vocant Augures,& qn̄que Aruspices, vt d.l.nemo:
14 † istis prohibitum est accedere ad domū alterius causa faciendi artē istā Magicā, alias cōburuntur,& ille, qui eū vocauit, deportatur,& ipsius bona publicant. C.eo.l.nullus
15 † itē no.quod permittitur Astrologo vera diuinare, nō falsa.ff.de iniur.l.itē apud Labeonē.§.si qs Astrologus.vel capite punit,
16 vt ibi no.. † itē quod ille, q doceat istā artē Magicā, aut Nigromantiā,& ille, qui addiscit, pœna capitali punitur, vt C.eo.l.ij.& l.
17 culpa. † itē & illi, qui arte Magica, vel per demonū inuocationē. vel coniurationē reflectunt animos mulierū ad libidinē, vel cū imaginibus, vel similibus, vel experimētis, maleficijs dantur bestijs feris lacerandi, vt tali crudeli morte moriantur, vt C.eodē.l.
18 multis.vel decapitantur. † Et simili pœna puniuntur illi, qui faciunt venire tempestates,& vētos,& imbres, q fructus, & vinde-
19 mias absorbent, vt C.eo.l.eorū. † Sed iste, q obuiat talibus,& ꝓhibet talia fieri, vel & tēpestates,& imbres,& venti veniant vt fructus ne vineæ nō lædant, iste nō pœna, sed præmio dignus erit, vt d.l.eorū.ſm Accur.
20 & in l.nullus &c. † itē no.ꝙ quilibet admittitur ad accusandū contra istos, ac si delinquerent in l.iul.maiesta. & conuicti grauiter puniunt, in culeo.n.id est in sacco de corio cū feris bestijs vel culeo ponunt, vt ita moriant. Et nō solū prædicti, sed ēt qui talibus artibus vtunt, nec vllus excusatur ꝑtextu
21 dignitatis quin puniat, vt C.eo.l.fi. † Et no.ꝙ nō licet alicui ꝓpria authorita. istos occidere, alias ꝑsumptio est cōtra istos, vel qđ faciunt ne idē suū facinus publicēt, vel sub hoc ꝑtextu de inimico suo vēdicēt,& si occiderit puniunt l.Cor.de sicca.ad mortē: Sed licitū est istos tales capere,& ducere ad iudiciū sine pęna, vt C.eo.l.fi. & facit C.de iudæ.l.nullus.& C.vbi sena. vel claris.l.j.& est arg.qđ nō licet offendere bānitū vel malefactorē captū, sed licitū est istos tales ī forma cōis ducere, nō tn̄ offendere, vt dictū est.

ADDITIONES.

a ¶Sors licita est.adde tu & vide Bal.in l.meminimus.C.qn̄ & quibus quar.pars.lib.x.vbi nunquā res dirimuntur sorte, nisi in casibus a iure permissis, alias continent peccatum. Et no. ꝙ in beneficialibus nō est locus sorti.ita singulariter Cardi. in c.licet.col.vlt.extra de proba. cōtrariū tn̄ vř velle in suo consi.xv. sed tu pro concordia vide Fely.in c.capitulum.col.fi.de rescrip.

b Lites. Adde tu & vide Bar. in l.ij §.ex his.& ibi doct.ff.de verb.oblig.& Alex.in l.huiusmodi.§.fi.ff.de lega.j.Et intellige quod dirimūtur forte lites quādo est dubium in iure.non autem quādo est dubiū in facto.ita dixit Ioan.Andr.in c. licet cām.de proba.qa actus est nullus per dubietatem facti l.duo sunt Titij.ff.de testa.tut. & q affirmat factum, debet illud probare.l.ei qui.ff.de proba.

De pœna violantis sepulchrum. Rub. 49

SVMMARIVM.

1 *Actio ciuilis competit contra uiolatores sepulchrorū, & quando locum habeat, & an publicetur domus ad quam portatum fuit aliquid detractum sepulchro.*

2 *Fisco inquantum puniatur, qui aliquid detrahit sepulchro et an talis committat sacrilegium & an iudex hoc negligens punire, puniatur.*

3 *Actio criminalis competit contra extrahentes corpora*

corpora uel ossa defunctorum à sepulturis et qua lege tenetur impediēs aliquem sepeliri, & an istud delictum irroget infamiā, & an sepulchrum reficere liceat sine pœna.

1 SCIENDUM † est quod cōtra violatores sepulchrorū duplex est remediū, scilicet ciuilis actio ad interesse, si agitur ciuiliter, & cōpetit dño sepulchri, & cognatis, vel hære dibus defuncti pro iniuria sibi facta in centum aureis, sed alii cuicunq; agere volenti centū aureorū. ff. eo. l iii. §. i. & ii. Nā ista actio est popularis, & competit cuilibet, sed prius illi cuius interest, vt d. l. iii. §. fi. Et hoc locū habet si statuta vel saxum amoueatur de sepulchro. ff. eo. l. iii. & l. sepulchra. & l. sequen. & datur actio in factū ad interesse, vt ff. eodem. l. pen. Et si allego q̄ detractū fuerit aliquid de sepulchro alicuius, & deportatum ad domum alicuius, talis domus pu
2 blicat̄ & fisco applicatur, vt C. eo. l. ii. † item punitur fisco in decē pōdus auri, qui sacra marmorea, vel columnas, vel aliā materiā extrahit de sepulchro &c. C. eo. l. q̄ sepulchra cōmittit etiā sacrilegiū, q̄ talia facit. C. eo. l. pergit. Et iudex, q̄ hoc punire neglexerit punitur in libris viginti auri, vt C. eo. l.
3 iii. † Et est alia actio criminalis cōtra ipsos qui corpora defunctorū, vel ossa extrahunt de sepulchris sine armis. Nā si sunt viles ꝑsonæ, vt C. de secun. nup. l. humilem. isti tales summo supplicio afficiūtur, honestiores autē in insulam deportantur, vel relegātur, vel in metallū damnantur, vt ff. eod. l. fina. Si vero manu armata faciūt capite puniunt̄ ff. eo. l iii. §. aduersus. & l. fi. itē tenetur l. iul. de vi, qui impediat aliquē sepeliri, vt ff. eo. l. sepulchri violati. item interrogat infamiā istud delictū, vt ff. eo. l. i. & de minor. inferē. l. i. in fin. Sed reficere licet sepulchrum sine pęna, vt ff. eo. l. ii. & l. sepulchra.

Deo gratias. Amen.

De pęna plagiarii. Rub. 72

SVMMARIVM.

1 *Plagium quid dicatur.*
2 *Plagij pœna in quibus locum habeat, & quando excusantur à plagio.*
3 *Plagij delictum dolum & scientiam desiderat & alio modo plagium dicitur.*
4 *Plagij accusatio an sit publica & quando quis, à plagio excusatur.*
5 *Pœna huius delicti quæ esset olim, et quæ nūc sit.*
6 *Capitalis pœna pluribus modis dicitur.*

1 PLAGIVM † autem dicitur à plagiario plagium cōmittēdo.
2 Habet † autē locū pęna plagij in illo, qui liberū hominē vel seruū alienū sciens vendidit, vel alio modo obligat, seu alienat, donādo vel in dotē dando, vt ff. ad l. Faui. de plagia. l. fauia. itē tenetur de plagio, qui aliquē ligatū hominē tenet, vel celat, vt C. eo. l. eū. itē seruo alieno suasit, vt à domino aufugeret. ff. eo. l. eū qui. & l. non statim. §. lege. itē & ille, qui liberum hominē sciens pro seruo emit, vt ff. eo. l. i. item habet locū in eo, qui seruū alienū scienter, vel quemlibet aliū hominē liberum capit vel seducit, furat̄ vel exportat de loco ad locū, vel de vna ciuitate ad aliā ciuitatē vel locū, vt C. eo. l. quoniā. Si autem crederet seruū alienū exportare vel vendere bona fide de voluntate domini, vel crederet seruū esse suum iustis rationibus motus vel filium suū esse, tūc nō tenetur, vt ff. eo. l. leges. si bona fide possidebat seruum vel filium. † Nā in hoc delicto desideratur
3 dolus & scientia, sicut etiā in Cor. de sicca. l. in lege. & in falso, vt ff. de fal. l. impuberē. §. si ei seruo. secundū Accur. itē dicitur alio modo plagiū, quia ille, qui furatur filiū alterius, & ducit d̄ loco ad locū, infert plagā cordibus parentum & dominorū, quādo fura
4 tur seruum illorū. † item no. q̄ illa accusatio est publica, & cōpetit cuilibet, vt C. e. l. plagiā. Excusatur autem quis. si seducit filium alienum, vel seruū, qui iusta opinione ductus credebat esse suum, vt C. eo. l. plag.
84 vel inquisitus est de quodã maleficio. Iste ad sui defensionem negat:& excipiendo dicit videns,quod non probatur cõtra eum, quod ipse est purus, liber,& extra omnem dolum & culpã, & quod est insons à dicto maleficio,& quod prætermisit committere maleficiũ in tali loco, & quod nõ potuisset cõmittere dictum maleficiũ, quin tales qui erant ibi præsentes in tali loco, vidissent,& probat,& probare vult, quod homo solus & sine ipso vulnerauit &c.vel quid simile ad suã innocentiã & defensionem nunquid est audiendus.R̃ñdeo & dico quod sic. q̃a iudex h̃ẽt inquirere veritatẽ,vt C. de eden. l.is apud quẽ.de iudi.iudices. Itẽ defensiones factas &c. C.de hæreti.l.quoniã.de iure fisc.l.deferre.cũ si.Sed si testes dicant,quod ipse est purus,& liber, & extra oẽm culpã & quod est insons à dicto maleficio, & q̃d prætermisit cõmittere dictũ maleficiũ &c. interrogati de causa scientiæ, respõderunt & dicunt se scire ex eo, quod cõtinue & sẽper fuerunt penes eum in tali loco, & viderunt eum continue, quod non potuisset se mouere vel delinquere, quid ipse vidisset. An tale testimonium sit sufficiẽs probatio, quia si multi sunt in domo vel loco, & conuersantur simul,& alius,qui non est in culpa accusatur,vel contra eum inquiritur, cũ

non possit aliter suã innocentiã purgare, cũ esset in loco tũc cõmissi delicti, nisi per formam prædictã, quia talis præsumptio, defensio, probatio admittitur cũ pœna suos debeat tenere autores, & nõ alios &c. vñ cum aliter nõ possit fieri, est admittẽda. argu ext. de testi. c. veniens. in fi. & c. dilectæ. Itẽ, quia negatiua hoc modo probari põt, vt ff. de pact. l. iurisgẽtiũ. §. quod fere. C. de probati. l. cũ precibus. extra fide instr. c. cũ Ioan. dummodo probetur per maiorẽ numerũ testium, quã probatũ sit contra eum,
e vel per tot dũmodo sint fide digniores.[e] argu. C. de bonorũ poss. ſm tabu. l. fi. Nã maior numerus præfertur minori, & maiores præferuntur aliis argu. ff. de iudi. l. per minorẽ. ff. de testib. l. ob carmen. §. si testes. extra de testi. c. in nostra. & supra de testi. ver. fi. Vel posito quod ista esset negatiua probatio, tñ est talis quod habet in se multiplicem ad firmitatẽ vel æquipolentẽ, & talis quod põt probari. arg. C. de codicil. l. nõ codicillos. in auth. de hære. & falci. §. si vero. & per iusiuran. &c. vbi de hoc no. & arg. ff. de inoffi. testamen. l. libellorum. ibi, nisi fedẽs &c. ff. de pact. l. circa. §. fi. Itẽ qđ illa negatiua habet adiectionem loci, vnde põt probari. C. de contrahen. & cõmit. stipul. l. optima. in fi. & hoc verius vr. itẽ hoc probato dẽt absolui, cũ legitimã fecerit defensionẽ, & suã innocentiã ostẽderit, vt C. de accu. l. neganda. ad fi. l. i. C. de adul. l. serui. ff. quæsti. l. i. §. si quis vltro. ibi, de innocentia
85 &c. cũ si. † Sed pone, quod per formã statutorũ possum offendere exbãnitũ cõis sine pœna, aliquis offendit exbãnitũ, ꝓceditur cõtra eũ ipse excipiendo dicit illum esse exbãnitũ, & sic potuisse offendi impune, & ꝙ nõ põt, nec debet de iure procedi cõtra ipsum ꝑ bannũ, q̃ritur an talis exceptio bãni sit admittẽda, quin qõ vlterius procedat & an impediat processum? Rñ. dicunt quidã ꝙ nõ quia certæ sunt exceptiones, quæ impediunt processum & lit. conte. sicut exceptiones rei iudic. transactio & simi. vt ff. de cõdi. indeb. l. elegãter. §. si qs. vbi de hoc extra de lit. cõtest. c. excep. li. vi. inter quas ista nõ enumeratĩ, vñ nõ vr impedire processum. Sed alii dicũt cõtra. & qđ est admittẽda, & impedit processum, cũ habeat naturã dilatoriæ exceptionis, vt C. de pcu.l. ita demũ. de proba. l. exceptionem. de excep. l. penul. §. fin. & istæ exceptiones regulariter impediunt lit. cõtest. & quãtũcunq; possint dici anomalæ. ista exceptio bãni ad instar exceptio, cõicat, q̃ cũ sit anomala, põt opponi & ante lit. cõt. & post, & ante sñiam & post qñq;, vt extra de excep. c. exceptione excõicatio. & c. pia de excep li. vi. Itẽ qa ꝑ talẽ exceptionẽ imponitur finis toti processui & futuræ sñiæ siue cõdẽnationi, & talẽ exbãnitũ subiicit oĩbus pœnis exbãnitorum, vt ff. ad Turp. l. i. §. calũniatoribus, ar. ff. de cap. dimi. l. amissione. §. i. & hoc vr verius.
86 † Sed nunquid [f] põt procurator cõstitui ad talẽ exceptionẽ opponendã, & per ipsum opponi ꝙ potuit impune offendi? Rñ. sic vr per l. denũciasse. §. si procuratore. ff. de adulte. de man. vind. l. ẽt. C. e. l. neq;. ff. de proc. l. seruũ quoq;. §. publice. & de hoc not. supra de procu. plene de hac materia.

ADDITIONES.

a Quod sit puniendus. adde quod hoc idẽ tenet Bar. in l. in laqueũ. ff. de acquir. rer. domi. & in l. iii. §. transfugas. ff. ad l. Cor. de fal. per Albe. de Ros. in materia statutorum q. xlv. per do. Nellũ in tract. bannito. in ii. parte secundi temporis. q. xxix.

b Districtu. hanc q. vide tu per Nel. de sancto Gemi. in tract. banni. in ii. par. ii. temp. q. xxix.

c Adde de hac q. & dic vt p Bar. in l. pe. ff. de adul. & in l. genero. ff. de his qui notã. infa. late per do. Nel. plene declarantem in tract. bãnnito. in i. par. tertii temporis q. ii. & in q. seq. ponit quid de offendente bannitum non legitime concellatum de banno. & concludit quod non punitur. alleg. Bal. in c. i. hic fini. lex Corra. & Ray. in l. non solum. ff. de dona. inter vir. & vxo.

d Placet. Cogita tu super hoc. quia est distinguendum, quod aut talis offendens fuit in culpa, aut non si fuit in culpa: vt puta, quia publice tenebatur illum esse clericum, & punitur pœna dupli, ꝑ ea quæ dicit do. Nel. in tract. bannito. in ii. parte secundi temporis. q. xxvi.

e Vide digniores. adde tu et vide de hoc plene per Fely. in c. in nostra. col. ii. ver. preferuntur etiam testes. extra de test. vbi late ponit qñ credatur testibus deponẽtibus super negatiua, dicas tñ ꝙ si pro accusato sunt duo testes, licet non sint digniores testibus contra accusatum, tamen cæteris paribus præferuntur testes pro accusato. gl. est in c. si clerici. lxxxii. distin. quod alleg. Abb. in c. cum P. Manconella, de accus. & dicit Abb. in c. bonæ. el i. de elect. Card. in cõsi. xxvii. & ex illa gl. ẽt habes ꝙ in criminalibus plus creditur negantibus q̃ affirmantibus. & ad hoc illã ponderat Ro. in l. i. & in l. in illa. ff. de ver. ob. vide Fel. d. c. cũ P. Manconella.

f Sed nunquid. adde & vide Imo. in l. pe. §. ad crimen. ff. de pu. li. iud. col. xix. & plene per d. Mana. Soci. in repet. c. veniens. de accusa. & aliquid per Nell. in tracta. banni. in ii. parte secundi temporis. q. xiiii.

De indiciis. Rub. 46

SVMMARIVM.

1 *Indicium quid sit.*
2 *Præsumit cōtra te de maleficio, si malefactor q vulnerauit aliū est in domo tua te sciēte etc*
3 *Item si procurasti eum fugere, & non permisisti eum capi.*
4 *Item si fuisti cum malefactore, uel si inculparis & propter hoc absentas te.*
5 *Itē si ille est repertus uel uisus postea exire domum cum gladio euaginato, & ibi repertus est homo vulneratus.*
6 *Item quādo iactauit se fecisse tale maleficium, licet extra iudicium.*
7 *Item si ante minati sunt sibi adinuicem, uel uerba dixerunt sibi iniuriosa:*
8 *Item si suasit alicui ut iret per certam uiā ubi sciebat esse latrones uel eius inimicum, qui postea eum offendit.*
9 *Item si culpatus alias offendit istum, uel offensus fuit ab eo.*
10 *Item quia qui semel malus &c & præterita indicant futura.*
11 *Occisus reperitur in domo quadam, de qua uisus est à pluribus exire Titium cum gladio euaginato, an poterit Titius condemnari.*
12 *Violentum iudiciū est qn̄ aliquis est uisus exire de domo habentem unum tantum aditum cum gladio sanguinolento stupefactus &c.*
13 *Item capitalis inimicitia, quòd uisus fuerit exire de tali loco cum gladio euaginato & sanguinolento &c.*
14 *Item iactantia quòd fecerat eum occidi &c.*
15 *Item si accusatus de adulterio dicat se consanguineo excusando, postea contrahat cū illa.*
16 *Item quando aliquis transegit super crimine.*
17 *Violenta talia indicia uel similia una cum fama, an sufficiant ad condemnandum & an ad tormenta.*
18 *Indicia uiolenta cum uno teste de uisu, an sufficiant ad condemnationem.*



IDEAMVS de indicijs, dicit
1 † aūt indiciū a signū & demon
a stratio alicuius maleficij cōmissi, vt ff. de præscri. verb. l. solent
a institu. de publi. iudi. §. fi. † Et no. q multis modis p̄sumit, & multis de causis cōtra aliquē q fuerit culpabilis de maleficio. Vno modo si aliquis vulnerat vel occidit aliū, & homicida est in domo tua te sciēte, cū nullā affinitatē, vel amicitiā ante maleficiū haberes, & ipsum defendis, p̄sumit. n. contra te, q fueris cōscius maleficij, maxime si vul
b neratus erat inimicus b tuus. arg. C. de his q latrones occult. l. j. ff. de recepta. l. j. & ff.
3 de incē. rui. nauf. l. ij. §. non tm̄. † Alio modo, si pcurasti, q iste fugeret vel euaderet, vel nō permisisti eū capi, & ad potestatē duci. arg. ff. de cri. pec. l. j. §. ii. de eo p quē fact.
4 erit l. i. in prin. † Itē si fuisti cū illo, q cōmisit maleficiū, vel si tu es inculpatus de maleficio, & pp hoc tu fugis & te absentas. arg. C. de asse. l. cōsiliarios. Nā fuga inducit suspicionē, vt C. de oī agro deser. l. locorū. ff. de suspe. tuto. l. impuberibus. §. propterea.
5 † Itē si ille postea inuenit, vel visus fuit exire domū cū gladio euaginato, & ille reperit homo vulneratus. ar. ext. de p̄sump. c. iii. in auth. vt liceat matri & auiæ. §. is quoq;. col.
6 viii. † Itē qn̄ iactauit se & dixit, q fecit tale maleficiū, licet extra iudiciū dixerit. ar. C. de
7 secun. nup. l. q adulteriū. circa fi. † Itē si an̄ murmurati sūt, siue minati se adinuicē, vel verba dixerint sibi iniuriosa. ar. ff. d bo. dānat. l. cū rō. C. de iniur. l. si nō couicii. de ędili. edict. l. si tu. §. ei q. q in maleficijs volun
8 tas multū operat. ff. ad l. Cor. l. diuus. † itē si suasit alicui dolose, vt iret p certū locū, vbi sciebat esse latrones, vel inimicū eius, q postea eū offendit, vt ff. ad l. Aqui l. q occidit. §. pe. ff. de sicca. l. iii. §. alio. ff. vi bo. rap. l. pe.
9 §. si cū. & l. sed & si qs. † Itē si culpatus alias offendit istū, vel offensus fuit. argu. C. de vi
10 pub. l. seruos. ibi, qbus &c. † itē qa ille q semel malus est, p̄sumit semper malus. ff. de accu. l. si cui. §. ijsdē. Nā pterita indicāt futura. ff. de re mil. l. nō oīs. §. à Barbatis. & l. seruorū. Sunt & alia plura indicia, q de facto pnt occurrere & accider, q bonus iudex habet cōiecturare, de qbus nō posset tradi ple
11 na doctrina. † Sed qd, qdā vulneratus fuit vel occisus, & hoc qs fecerit, n̄ plene cōstat. dr̄ tn̄, q Titius cōmisit dictū homicidiū, & pbat cōtra eū p testes, q viderunt eū exire
c de domo, vel vinea cū gladio euaginato, c & postea inuentus fuit homo vulneratus vel occisus, mō q̄rit, an hæc sufficiāt ad hoc vt possit cōdēnari. Rn̄. & vr̄ q sic, cū talia indicia sint veritati pxima arg. C. de pba. l. fi. itē licet qa singula p se nō sufficiunt, tn̄ oīa simul iuncta plenā pbationē facere vident. argu. ff. de app. l. si qs separatim. §. j. de excu. tu. l. ii. §. hoc ampli. iuxta illud. Et quę

non prosunt singula, multa iuuāt. facit ff. de re mili. l. desertorē. §. is q. & in auth. vt lic. matri & aui. §. illud. col. viij. Ecõtra vr̃ ꝙ nõ qa in casibus criminalibus debēt esse ꝓbationes luce meridiana clariores. C. de ꝓba. l. pen. de pœ. l. q sniam. de accu. l. singuli. cū fi. Itē fit indiciū ꝑ vnum testē, q deponit de visu. C. ad l. Iul. maiest. l. si qs. ſm Accur. & etiā fit semiplena ꝓbatio, vt ff. de dot. ple. l. Theopõpus, qa duo p'ene ꝓbāt. ff. de test. l. vbi ergo vnus semiplene, vt no. ff. de iureiu. l. admonēdi. Sed bene poterit talis iudex ꝑ talia indicia ad tormēta ꝓcedere. C. đ qõ. l. milites. & facere istū delinquētē cõfiteri, & postea ipsum cõdēnare ſm qualitatē de
12 licti. Sūt & alia indicia violēta & magna.[b]
b Primū qn̄ aliquis exit de domo q̄ nõ hēt nisi vnū aditū cū cultello sanguinolēto stupefactus, tepidus, & illic inuenit homo mortuus, vel vulneratus de recēti indiciū ē magnū, & tāta præsumptio siue ꝓbatio est cõtra istū talē exeuntē, ꝙ in casu illo ſm plures doct. põt puniri, dūmodo cõstet hoc per plures testes, cū sit etiā fama. ff. de test. l. vbi extra de præsum. c. illud. & de ꝓba. l. fi. Pal-
c liditas[c] enim indicat de maleficio cõmisso. arg. ff. de qõ. l. de minore. §. fi. Gladius sanguinolētus indicat de facinore perpetrato. Nā ex qualitate facti, capit cõiectura. ff. de do. inter vir. & vxo. l. vtrū. qđ verum puto.
13 † itē aliud indiciū violentū est. Pone ꝙ aliquis est occisus ĩ vinea, vel in cāpo, de quo maleficio inculpat. Mar. probat cõtra eū, ꝙ est capitalis inimicus occisi. Itē ꝙ fuit visus euaginare gladiū. itē ꝙ fuit visus solus exire de dicto loco, cū gladio euaginato sāguinolēto. itē qa publica fama est cõtra ipsum
14 quod cõmisit dictum maleficiū. † Itē aliud indiciū inculpat Titius ꝙ fecit occidi A. ꝓbatur cõtra eū ꝙ erat capitalis inimicus dicti A. itē probat contra eū ꝙ Titius erat ꝑ pe illum locū, vbi factū fuit dictum maleficiū. itē probat, ꝙ ipse receptauit dictū malefactorē in domo cõmisso dicto maleficio. itē quia dictus malefactor erat domesticus dicti Titii. itē probat, ꝙ ille Titius minatus fuit A. prædicto, & dixit, qđ ipsum faceret occidi, vel offendi, vel se iactauit, ꝙ fecit di
15 ctum maleficiū. † Itē est aliud indiciū. Quidam accusatus fuit de adulterio, ille se excusauit sub ꝑtextu consanguinitatis, & postea cõtraxit m̃rimonium cū ea, indicium & præsumptio est magna cõtra eum. C de
16 adul. l. qui. & ex hoc põt puniri. † Item est aliud indicium etiā in eo, q transegit super crimine, qui dicitur confiteri de ipso. ff. de iure fis l. causas. & l. eius. ff. de his qui notā.
17 infa. l. furti. §. pactus. † Sed nunquid per talia indicia violēnta vel similia, cū fama, poterit qs puniri & cõdemnari R n̄. sic, si rector habet arbitriū super maleficiis, tūc dicunt quidā doct. ꝙ possunt cõdemnari, qa talia indica cū fama bene sufficiunt. C. de proba l. fi cū fi. & qa arbitriū dēt aliqd operari, vt d. l. si qn̄. de leg. i. cū fi. Sed si non hēt arbitriū, tunc dicunt quidam, ꝙ etiā põt cõdemnari, nisi tantū in cõtrarium probetur, ꝙ deroget dictis indiciis, vt supra dictū est, & plura inducunt, vt C. de ꝓba. l. fi. C. qn̄ appel. nõ recip. l. obseruare cum fi. Alii contra, nisi adsit alia probatio, quia ex præsumptionibus, vel solis indiciis nemo est damnādus. ff. de pœ. l. absentē. C. de pœ. l. qui sententiā de accu. l. singuli. cum fi. & multi doct. hoc probāt, & in hoc concordant. Sed tn̄ per talia indicia bene põt iudex procede
18 re ad tormentum, vt dictum est. † Sed si habetur dictū vnius testis de veritate, qui viderit maleficiū cõmitti, & per alios testes constaret de talibus indiciis & etiam de fama, tunc dicunt quidam posse ad condemnationem procedi per iura prædicta. C. de ꝓba. l. fin. cum simi. ad hoc, ne maleficium sit impunitum vt ff. ad legem Aquiliam. l. ita vulneratus. quod verum puto.

ADDITIONES.

a ¶ Indicium. Vide hac diffinitione vltra ea, quæ ponit Ange. Aret. in tracta. malefic. in versi. famæ publica versi. nunc videamus per Moder. in tracta. de indi. & tortu.

* Et latissime per do. Gandin. in tractatu malefic. in rubri. de præsumptio. & indiciis indubitatis, quibus plerūq; ꝓcedit ad tormēta &c. Hie. Chu.

b Inimicus. adde tu & intellige; si erat inimicus capitalis, vel cum eo habere litem maioris partis bonorum. ita Bar. in l. iij. §. fi. ff. de adoptionibus.

c Euaginato. adde de hoc an quis possit condemnari ad mortem. in c. afferte. per Fely. late col. iij. & seq. de præsumpt. & adde Alex. in consi. xiiii. col. j. in iij. volu. & in dictis locis de aliis indiciis indubitatis. & in dicto tracta. de indi. & Ioan. de Imol. in l. fin. col. vj. ff. de hære. insti.

* d Vide late do. Gand. in tracta. malefi. in rub. de præsum. indu. & vide supra in apost. super verbo, indicium. Hiero. Cucha.

e Palliditas, Adde illud Ouid. O quam difficile est crimen non prodere vultu,

De rumore. Rub. 47

SVMMARIVM.

1 *Rumor quid sit.*

1 ESt autē † rumor [a] particularis
a clamor ex incerta authoritate & sola præsumptione ꝓueniēs, vt extra de eo qui cog. consan. vxo. suæ. c. super eo. de elec. c. cum causam. & hoc minus probat quàm fama. Nā fama est cōis viciniæ clamato vt dixi. Rumor vero est, cum pauci clamāt, & dicunt aliquid publice vt dixi, & probatur extra de regula c. veniens. circa princ.

ADDITIO.

a ¶Rumor. Adde Specula. in titu. de noto. §. quidem. versi. nunc de rumore. & Ioan. de Imol. in l. fina. col. i. ff. de hęred. institu.

* Et per Gand. in tract. malefi. in rub. de rumore occulto & manifesto &c. Hie. Chuca.

De præsumptionibus. Rub. 48

SVMMARIVM.

1 *Præsumptio quid sit.*

2 *Præsumptio insurgit ex persona ex loco, ex tempore, ex taciturnitate ex negligentia, ex familiaritate, ex obscuritate, ex qualitate viri, ex dilatione, ex frequentia, ex ætate.*

3 *Præsumptio temeraria quæ sit.*

4 *Præsumptio probabilis quæ sit, & an inducat purgationem & probationem in contrariū admittat, & an ad sententiandum moneatur iudex per hanc.*

5 *Iudex per istam præsumptionem cum uno teste de ueritate uel simili præsumptione quid faciet in ciuilibus, & quid in criminalibus.*

6 *Præsumptio uioléta ex quibus insurgat per multa exempla.*

7 *Præsumptio necessaria quæ sit, & an admittat probationem in contrarium, & ad quid inducat iudicem.*

8 *Præsumptio iuris & de iure quæ sit, & an admittat probationem in contrarium.*

9 *Præsumptio iuris tantum quæ sit, & an admittat probationem in contrarium.*

10 *Præsumptio temporis præcedentis quæ sit, et an recipiat probationem in contrarium.*

11 *Præsumptio hominis quæ sit, & an cōtra istam recipiatur probatio.*

12 *Præsumptio facti ꝓcedētis circa uētura q̄ sit.*

13 *Præsumptio facti subsequentis quæ sit.*

14 *Præsumptio de iure tantum quæ sit, & an probatio in contrarium recipiatur.*

SEQVITVR videre de præsumptionibus. † Præsumptio est argumentum ad credendum aliquod factum esse, surgens ex præsumptionibus alterius, videlicet cum adiacētia personarū, vt extra eo. c. literis. Vel ꝑsumptio est alicuius facti dubii, aliqñ plena aliqñ se
2 miplena ꝓbatio. † Ista. n. præsumptio insurgit ex multis causis. s. ex persona, vt extra eo. c. fi. quia quilibet præsumit idoneus, nisi contrarium probet, quilibet præsumit bonus & c. vt C. de inof. testa. l. omnino. itē ex loco insurgit præsumptio, vnde si quis inuētus est in lecto nudus cum nuda, aliqua ꝑsumit fornicatio, vt extra eo. c. tertio loco. Itē ex tp̄e insurgit præsumptio. Nā si mulier cohabitauit cū viro per annum & vltra & postea velit ꝓbare, quod violēter contraxit, non audit propter lapsum tp̄ris, q̄a præsumptio est contra eā, ꝙ ipsa contraxerat vt extra de spon. c. ad id q̄d per tuas. itē ex taciturnitate inducit præsumptio contra officialē fugientē. C. de assess. l. cōsiliarios. itē ex negligentia, Nā officialis de negligentia tenetur. C. de offi præfect. præto. l. si quos & qui olim fuit negligens, præsumit negligens in futurū extra eo. c. scribā. itē ex familiaritate. Nā qui familiaritatē habet cū inimico ꝑsumitur meus inimicus. extra de appel. c. repellat. Itē ex obscuritate, vnde si iudex fert sniam de nocte, præsumit nō rite lata. extra de offi. dele. c. cōsuluit. item ex qualitate viri extra de præben. c. nisi essent. item ex quantitate. extra de reb. eccle. non alie. c. cōsensus. & de simo. c. pares. Itē ex dilatione præsumptio inducitur qñ cōfertur beneficium coniuncto, nō idoneo. extra de præben. c. grauē. Item ex frequentatione. Nam si clericus frequētat monasteriū fœminarum sine rōnabili causa præsumitur malum facere, vt extra de vit. & honesta. cle. c. monasteria. itā ex ætate. Nā qui bonus fuit
a in iuuentute sua, præsumit bonus [a] in sene
3 ctute sua extra eo. c. cum in iuuētute. † Et no. quod præsumptionū alia est temeraria, alia probabilis, alia violēta, alia necessaria. Temeraria pręsumptio est illa, quę insurgit à malis hominibus, & à maliuolis, & ex cau-

sis vilibus, vtputa, quia viderũt aliquem senem loqui cũ aliqua muliere, statim præsumunt malũ, & dicũt de ea &c. cũ dubia sẽper in meliorẽ statũ, siue partẽ debeãt interpretari. extra de re iud. c. ii. xi. q. iii. c. absit. & ista talis p̃sumptio nõ est valida, nec à iure admittit, nec dẽt mouere animũ iudicãtis. ext. simo. c. licet Hely. vj. q. i. c. oues. cũ si.

4 †Probabilis p̃sumptio est seu dr̃, p̃sumptio iudicis, q̃ insurgit ex multis causis & suspicionibus. vt supra notaui, & dixi de indiciis fama super his p̃cedẽte à bonis & nõ à maleuolis, vt c. qualiter & qñ. el ii. & ista inducit purgationẽ. extra de purg. cano. c. si qs dẽt. & cõtra istã admittitur ꝓbatio in cõtrariũ, vt vij. q. i. in p̃sẽntiũ. extra de ieiun. sup hoc. Sed per istã talẽ p̃sumptionẽ nõ mouetur iudex ad sentenciãdũ, nisi ille deficeret in purgatione, vt dict. s iuribus. & extra de coha. cle. & muli. c. tua. Saluo qđ in notoriis nõ inducitur purgatio, nec ẽt admittitur, vt extra đ purg. can. c. pe. §. his igit. Sed iudex ꝓcedit ad cõdemnationẽ, vt dixi supra de notorio.

5 †No. tñ ꝙ licet iudex nõ debeat ꝓcedere ad cõdemnationẽ per istã talẽ p̃sumptionẽ, q̄a nõ plene probat, tñ si talis p̃sumptio interueniat cũ vno teste de veritate, vel cũ alia simili p̃sumptione, tũc ẽm Tãcredũ plene ꝓbat. extra de probat. cap. illud. C. ne de statu defunc. l. ij. vel saltẽ mouet iudicẽ ad tormentũ faciendũ in criminalibus. In ciuilibus vero ad deferẽdũ iusiurãdũ inducẽti talẽ p̃sumptionẽ, & ipso iurante dẽt pro ipso sñia ferri. C. de iureiu. l. in bonę fidei. C. vñ vi. l. si qñ. ff. de iureiur. l. admonẽdi extra de pręsump. c. illud. & c. sicut. de cõsuet. cũ si.

6 †Violẽta aũt præsumptio insurgit ex visibili ꝓbatione, & ista appellatur præsumptio iuris, qñ ius præsumit ita esse, vñ si instrm̃ debiti reperit cancellatum, ius p̃sumit debitorẽ liberatũ. ff. de ꝓba. l. chirographũ. ff. de pact. l. postq̃. & l. Labeo. cũ si. Itẽ ius præsumit. ꝙ quis non renuat personatũ & postea cõsequat vicariatum. extra eo. c. q̄a verisimile. Itẽ p̃sumit ius, ꝙ qs nõ trãseat de maiori dignitate ad dignitatẽ minorẽ, vt extra de cleri. nõ resi. c. i. Itẽ ius præsumit, ꝙ vir cognouerit vxorẽ quandiu cohabitauerit cũ ea. xxiiii. q. c. nec aliquo. Itẽ si qs inuẽtus fuerit solus cũ aliqua, vt nudus cũ nuda, vel per siluas & nemora vagãtes, vel adinuicẽ solus cũ sola in locis secretis pręsumitur fornicatio inter ipsos, vt supra no. & extra eo. c. literas. & c. tertio loco. Itẽ in accusato de leui crimine in pęnã relegationis, vel infra legitime citato & fugiente, vt supra dixi, nã ille talis põt cõdẽnari, q̄a præsumit cõtra eũ, ꝑ talẽ fugã. ff. de pœ. l. absentẽ. §. aduersus. ff. de bo. libert. l. libertinũ. C. vt oẽs tã ciuiles q̃ criminales. l. & cũ si. Item si qs denũciauerit quẽ habet tãq̃ suspectũ, ne cũ vxore loquatur, & illa cũ ipso loquat, p̃sumit cõtra eũ. de adult. auth. si qs ei. itẽ si qs accusatur de adulterio cõmisso cũ aliqua, ipse se defendit sub spe ꝓmissionis, & postea cũ alia cõtraxit matrimoniũ vr̃ cõfiteri de crimine, đ quo fuerat ante accusatus, & est p̃sumptio vera cõtra ipsum, vt C. đ adul. l. si qs adul. Itẽ si qs inuẽtus fuerit solus exire đ domo cũ gladio sanguinolento tepidus & stupefactus, & homines currunt & inueniunt illic hominẽ mortuũ siue vulneratũ, p̃sumptio est vera cõtra istũ, ꝙ ipse fecerit, & idẽ in similibus dicẽdũ est. Itẽ talis p̃sumptio mouet iudicẽ ad ꝓnunciãdũ & sententiãdũ, nisi doceatur cõtrariũ, vt in præmissis iuribus patet, & extra e. c. literas. Alii dicunt, ꝙ prædicta vera sunt in leuioribus delictis, sed in aliis grauioribus, nunq̃ præsumptiue põt aliqs cõdẽnari, vt in illis in q̄bus imponitur

b pœna mortis b vel vltra relegationẽ, vt ff. de pœ. l. absentẽ. q̄a in talibus probationes dẽnt eẽ meridiana luce clariores. C. de ꝓba. l. fi. C. de pœ. l. qui sñiam. cũ si.

7 †Necessaria p̃sumptio dr̃ illa q̃ appellatur iuris & đ iure, & hæc inducit p̃sumptionẽ tantam ꝙ nõ admittitur ꝓbatio in contrarium, & inducit iudicẽ ad sententiãdũ. verbi gratia, aliqs cõtraxit mr̃imoniũ ꝑ verba de futuro, & postea cognouit eã carnaliter, ius præsumit verũ matrimoniũ ĩtercessisse per cõsensum, vt extra de spons. c. is q̃ fidẽ. Itẽ in eo ꝙ cõtraxit matrimoniũ sub cõditione, & postea eã cognouit, præsumit ius purũ cõsensum interuenisse, vt extra de cõditio. appo. c. per tuas. Itẽ & in illa q̃ dicit se inuitã traditã viro suo, & consensit in carnalẽ copulã cũ eo. Nã postea nõ auditur, quia ius pręsumit verum consensum. extra de eo q̃ duxit in vxorẽ quã pol. ꝑ adul. c. significauit, & qui maio. acc. pos. c. insuper. vel si cohabitauit cũ viro per annũ & dimidiũ, quo non reclamauit, postea nõ audit ꝑ cõsensum

praesumptiuum

præſumptiuũ à iure, vt extra de ſpõſa.c. ad id quod & c. veniens. Itẽ & in ea q̃ dicit ſe inuitã intraſſe religionẽ, vt extra ne cle. vel mo.c.fi. Et idẽ in tutore cõficiente inuentarium. C. arbi.tut.l.fi. Et in Velleiano ſenatuſconſul.& ẽt in Maced.ſenatuſcon. C.ad Velleia.l.antiquę.& C.ad Maced.l.fi. Aliqñ admittitur ꝓbatio ĩ cõtrariũ, & ad iſtas præſumptiones, faciunt ea, q̃ notãtur ſupra in tit. de fama & de indiciis. & de iſta pſum ptione no. Goff. in ſum. de eodẽ. Sed alii aliter dicunt & deſcribũt ſic. Præſumptio alia eſt iuris & de iure & alia iuris tm̃, alia naturę, alia tpis prẹcedẽtis & ſubſequẽtis. † Prę

8 ſumptio iuris & de iure eſt, cũ lex fingit ꝓ vero, qđ falſum, vt in l. Cor. q̃ fingit hominẽ mortuũ tpe captiuitatis. C. de capti.& poſtli.reuer.l.i. cũ aliter poſtlimiũ quod fingit reuerſum captũ ſemꝑ in ciuitate fuiſſe poſt rediit, vt ff. de cap.& poſtli.reuer.l.neu ter. inſti.q.mod.ius pat.pote.ſol.§. ab hoſtibus. Et ſi qñ captus erat fecit teſtamẽtum ĩ captiuitate, & deceſsit, ſuccedit ei hæres inſtitutus in tali teſtamẽto ac ſi nunq̃ fuiſſet captus. ff. de teſta.l.lege Cor. Idẽ in muliere q̃ prẹſumitur ſtipulatã dotẽ, licet nõ fuerit. C. de rei vxo.actio.l.i.§.accidit. Idẽ ĩ tutore, q̃ fuit cõfeſſus ĩ inuentario ſe talia bona inueniſſe in hæreditate ſui pupilli. C. arbi.tute.l.fi. Idẽ & in filiofa.& muliere, q̃ cõfeſſa eſt aliquid inueniſſe per inuẽtariũ. C. ad Vell.l.antiquæ. C. ad Mace.l.fi. cũ ſi. Et in iſto nõ admittit ꝓbatio in cõtrariũ, vt in

9 dictis iuribus patet. † Alia eſt pſumptio iuris tm̃, cõtra quã admittit ꝓbatio in cõtrariũ, vt ĩ filiof. qui præſumittĩ poſsidere bona paterna, niſi cõtrariũ ꝓbetur. C. de ꝓba. l.ſiue poſsidetis. Idẽ & ĩ alio, q̃ donauit vnã rem, & alia fuit ſcripta in inſtro donationis ſed ꝓbat aliter fuiſſe, q̃ in inſtro cõtineatur C. de ꝓba.l.cũ precibus. C. plus valere qđ agit.l.i.& per totũ. Idẽ & in illo, q̃ dr̃ mecũ cõtraxiſſe in iſto loco, ſi probo ꝙ tpe cõtractũs erã alibi, debeo obtinere, vt C. de cõtrahen.& cõmit.ſtip.l.optimã. facit ad hoc. C. de fide inſtru.l.cõtractus. de do. cau. nõ nume.l.fin. Faciunt ad has prẹſumptiones oĩa iura q̃ præſumut oĩa ſolẽniter acta, niſi contrarium probetur. inſti. de fideiuſ. §. fi. ff. de verb.ob.l.ſciendum. cum ſi. Idẽ in Epiſcopo, qui præſumitur habere de bonis eccleſiæ quicquid habet. C. de epiſ. & cleri. auth.licentiam. extra de ſucce. ab inteſt.c. ij. vbi de hoc. Idẽ in muliere, quæ præſumitur habere de bonis mariti. ff. de don. inter vir.& vxo.l. Quintus Mutius. C e.l.ẽt. Itẽ in filiof. qui pſumit habere de bonis patris, C. de bo. q̃ libe.l.cũ oportet. §. vbi de hoc. Idẽ & in filio, qui præſumit deciſiſſe viua matre, q̃ in puerperio deciſit. C. de inoff.

10 teſtamen.l ſi mater. † Alia eſt præſumptio tpis præcedentis, vt in illo, qui fuit accuſatus de adul. ſed ratione cõſanguinitatis fuit abſolutus, & poſtea ipſe duxit in vxorẽ ipſam eandẽ, per hoc pſumitur adulterium cõmiſiſſe, & ſic debet puniri. C. de adul.l.ſi qui. nec admittitur probatio in cõtrarium. Idem, & in milite, qui aufugit ab hoſtibus. Nã ſi probauerit ſe fuiſſe captũ, reſtituendus erit ĩ ſuis bonis. Nã & modo præſumitur bonus. ff. đ re mi.l.nõ oĩs.§.à Barbaris. Idẽ eſt in illo, qui eſt aſſuetus calumniari. Nã & tũc prẹſumitur calumniari. ff. de ac-

11 cu.l.ſi cui.§ iiſdem. cum ſi. † Præſumptio hominis eſt, q̃ prẹſumitur contra aliquem ꝓp malã famã, vt ff. de qõ.l.de minore.& cõtra iſtũ bene admittitur ꝓbatio in cõtrariũ. extra de ſponſa.c.cũ in tua. quod metus cau l. q· eſt veriſimile. Præſumptio verę eſt, qñ exhæredo filium meũ. Nam contra me prẹſumitur, ꝙ iniuſte fecerim, niſi hęredes mei probẽt, ꝙ iuſte exhæredauerim eũ

12 C. de inof.teſta. auth. licet patri. † Alia eſt præſumptio facti præcedentis circa vẽtura vt eſt videre in illo, qui ſemel calumniatus eſt, quia præſumitur alias iterum calũniari.

13 ff. de accu.l.ſi is cui.§.iiſdem. † Alia eſt facti ſubſequentis circa prẹterita, vt in illo, q̃ eſt accuſatus đ adulterio, & ſub nomine cõſanguinitatis euaſit, & poſtea cũ ea cõtraxit matrimoniũ. C. de adul.l.ſi qs adulter.

14 † Alia de iure tm̃, vt ille, q̃ diu cohabitauit cũ vxore. Nã ius præſumit, ꝙ fuerit ab ipſo cognita. extra de ſponſa.c.ad id qđ. xxii. q.i.dixit dñs. cõtra hãc bene admittitur ꝓbatio in cõtrariũ. extra de prob.c. propoſuiſti. cũ ſi. & de hoc no. plenius extra de ſpõ. c.is qui fidẽ.& de his prẹſumptionibus no. ff. quod me.cau.l.nõ eſt veriſimile. C. de ꝓba.ſiue poſsidetis. Nã bonus & diſcretus iudex ex iſtis talibus pſumptionibus poterit multa colligere, & ſui animum informare ad recte pronunciãdũ & vidẽdũ & ꝓcedendũ, tã in cauſis criminalibus, q̃ in ciuilibus.

ADDI-

ADDITIONES.

a Bonus. Adde tex.in l.nõ omnis.§.a Barbaris.ff.de re mili.& ex pcedenti vita psumitur in pñti siue in bonũ,siue in malũ in eodẽ genere mali.l.sicut.ff.de accus.& in l.iij.§.sinautẽ.ff.de suspe.tuto.& dicit Bar in tract.præsumptionum.col.j.

b Mortis. Quando quis ex psumptionibus possit condẽnari ad mortẽ,per Alex.in consi.xv.col.iij.in j.vol.& Fely.in c.afferte.de præsumpt.

De quæstionibus & tormentis, & quæ personæ excusantur ab eis. Rub. 49

SVMMARIVM.

1 *Quæstio quid sit.*

2 *Quæ personæ possint torqueri.*

1 VIDENDVM est quid sit † q̃stio.[a] Quæstio autẽ est inquisitio, q̃ fit per torméta & corporis dolorẽ. Nuda igiẽ interrogatio vel leuis nõ pertinet ad hoc dictũ. ff. de iniu.l.itẽ apud Lebeo.§.q̃situ. †Quæ aũt [b] personæ possint torquæri? Rñ.ta liberi q̃ serui, & statuliberi, vt ff.co.l.edictum. ff.de pœnis.l.prægnantis.ff.e.l.ex libertis. & l.filiusfa.§.testes.ff.de fal.l sicut.& l. si qs.& d̃ re mili.l.proditores.C.eo.l. milites.vbi distincte loquiẽ quo ad crimina, & quo ad personas. Excipiuntur tñ in dignitate positi, q non torqueri debent. C.de infa.l.nullo, vbi de hoc C de assess.l.nullus, in fi.q̃ leges loquunẽ de qõnibus habẽdis. Et excipiuntur minores.xiii.annis. Nã illi etiã nõ debent torq̃ri, licet ferula possint cædi, vel terreri ad veritatẽ perhibẽdã, vt ff.eo.l.de minore & l.ex libero.§.de minore.& ff.ad Sil.l.i.§.impuberes. Itẽ excipiuntur homines decrepitæ ætatis, vt ff.eo.l.de minore.ad Sil.l.iiii.§.ignoscitur. Item decuriones & filii & eorum nepotes. C.eo.l.milites.& l. diuo Marco.l.decuriones ff.de decurio.l. fi. Fallit tñ in quibusdã criminibus, in quibus nec ætas, nec dignitas excusant glo.lest in l.inuiti.la ij.ff.de testa.vt in crimine læsæ maiesta. & prodictionis, & similib⁹ aliis; vt d.l.de minore.j.respõ.& l.libero.§.i.& ff.de fal.l.si quis & de re mili.l.d sertcrem.§.is qui & l.proditores. Item quando tractatur de fide instrumen.quæ qs ante decurionatum fecerit. C.de fal.l.si quis decurio. Nã excusatur decurio. Itẽ excusantur mulieres prægnantes, vt ff.de pœ.l.prægnantes.

ADDITIONES.

a Quæstio. De hac materia vide etiã late per Gandin.in tract.malefic.in rubr.de quæstio.& tormen. vbi de omnibus quæstionibus hic traditis per do. Vitalinum, & per Ang.in tract.malefi. in verbo, fama publica &c. Hiero.Chuca.

b Quæ autem. Vide omnia ista in tracta. Guido. de Suza, quem facit in hac materia quæstionum.

Qualiter sit fienda tortura. Rub. 50

SVMMARIVM.

1 *Tormenta qualiter habenda sint, & à quibus sit incipiendum.*

1 DICO † q tormenta nõ sunt in immensum habẽda, nec quanta postulat accusator, &c. vt ff. de quæst.l.de minore.§.tormẽta. Sed qa non põt tradi certa doctrina iudex debet considerare ætatẽ, fortitudinẽ, & debilitatem delinquentis, cũ qualitate criminis, & prout ei conuenire videbiẽ procedere poterit, vt ff.de re milita.l.iii § fi.ff.ad Silla.l.si quis in graui.in prin.& §.puberes. Itaq; inculpatũ innocentię vel supplicio eũ seruet incolumem. ff.de quæsti. l.quæstionis modum. Et habenda est quæstio hoc modo, quia si plures sunt torquendi à timidiori est incipiendum & à magis suspecto, vt ff.eo.l.i.§.i.& l.vnius. Itẽ si pater & filius sunt torquẽdi, incipiendũ est à filio in conspectu patris, vt pater timens de filio facilius confiteatur, qa de filio magis q̃ de seipso timet. ff.de quod met.cau.l.isti quidẽ.in stit.de noxali.§. sed veteres. Itme fœmina prius q̃ masculus dẽt torqueri, qa citius ipsa cõfiteẽ, cũ ipsa nõ sit tãtæ cõstãtiæ vt masculus. C de inoffic.test.l.filia.ff.de iur.fis.l. deferre, extra de verb.signi.c.forus.

De qbus causis quis possit torqueri. Rub. 51

SVMMARIVM.

1 *Torqueri an possit quis in ciuili & criminali causa.*

1 TORQVERI † quis põt in ciuili & criminali causa, vt veritas reperiaẽ, si aliter reperiri nõ potest, vt ff.e.l. Diuus.& l.ex libero.& C.e.l.in summa. §.torqueaẽ. sed non ex omni causa est torquẽdus, nec quælibet persona indifferenter, vt ff.eo.l.edictum.

Quæ

Quæ indicia debeant præcedere torturam. Rub. 52

SVMMARIVM.

1 *Indicia sufficientia debent præcedere torturam.*
2 *Indicia quæ & qualia debeant torturam præcedere.*
3 *Quæstionis absque formidine tormentorũ quis sit effectus.*
4 *Confessio in tormentis uel formidine tormentorum facta, an illi statur, & an debet naturæ conuenire, & debeat esse possibilis?*
5 *Tortus si confiteatur contra alium an stetur dicto suo, & an inculpati per talem præsumptionem poterunt torqueri.*
6 *Inculpato de delicto existente malæ famæ, an poterit torqueri in aliquo casu, qui non sit exceptuatus?*
7 *Accusato aliquo de furto legitimis indicijs præcedentibus, & torto, si confiteatur furtum, an possit iterum torqueri de alijs furtis de quibus non est accusatus?*
8 *Tortus aliquo præcedētibus indicijs de maleficio & nihil confiteatur, an poterit iterato torqueri sine alijs indicijs, & quid debet considerare iudex in quæstione adhibenda.*
9 *Reo adhuc non torto, si ipse dicat torqueatis, quid erit faciendum.*
10 *Iudice uolente aliquem torquere, si reus dicat antequam torqueatis me, detis mihi meas defensiones, quia reprobabo indicia contra me, quid erit faciendum?*
10 *Confessus crimen, si postea ante sententiam uelit reuocare confessionem dicens se errasse, an possit?*
12 *Tortus legitimis indicijs præcedentibus & confessus, si postea non perseueret, an prior confessio sibi præiudicet?*
13 *Tortus non præcedentibus legitimis indicijs, si confessus est & perseueret, an talis confessio & perseueratio sibi præiudicent, & quomodo tormentum fieri debeat.*



1 DICO quod † ante quæstionē habendā debēt pcedere indicia sufficiētia & verisimilia. Nã à tormentis nõ est incipiendũ, vt ff. eo. l.iii.j. respõ. Nã sine presumptionibus & indiciis nõ est quis torquēdus ff. e.l. vnius §.in ea.& l. maritus.& l.fi. C.de fal.l.sicut. Et est caute agēdum qa plerunq; in tormētis multi perire solēt, vt ff. de poe. l.aut dãna.§.j.& C. eo.l.
2 milites.& l.cũ cognitio. †Sed q̄ro q̄ & qualia indicia debēt pcedere? Rñ. vt no. supra de indic. Sed qa bene in omnibus casibus exprimi nõ pñt, iudex debet cõsiderare, si sint sufficiētia, vt dr. ff.đ testi l.iii ibi, tu magis scire potes &c. sicut etiã dr de mora, ꝙ omnino cõmittit iudicis arbitrio. ff. de iur. delib.l.j.§.ait ptor, facit.ff.de pę.l.hodie. Et debent esse indicia quasi vero proximiora. Nã indicia dicuntur quasi veritatis demõstratiua, & ,pbationũ adminicula. C.de ,pba.l.instrumenta.& l. fin. Sunt aũt indicia pars claræ ,pbationis, vt C. q. test. fa.pos.l. hac cõsultissima.§ deinde ibi, indicia &c.& insti.de pub. iudi.§.fi. Nã indiciũ ab indicãdo dr. ff.de adul.l.si adulterii. Itē iudex dēt q̄rere p quæ loca, & cũ qbus psonis cõuersat accusatus, vel inculpatus, qa mala conuersatio indiciũ indicat. ff.de administ. tut. l. si plures. §.assidue. ff.de ędili.edic. l. ediles.§.Pedius. vnde philosophus qualis quis est, tali delectatur cõuersatione. Itē ex locorũ cõuersatione colligit cõiectura, vt ff. de poe.l.aut facta.§.euenit.C.si manci. ita fue. alie.l.fin. Itē dēt inquirere, si erat inimicus offensi, qa facilius trahitur cõiectura, & psumptio, cũ inimicus malũ facere de inimico psumatur, vt ff.de his qb.vt indi.l.si inimicitiæ.& ff.de adi.leg.l.iii.§.fi. de his.qb. vt indi.l.j.§.pterea.& §.seq.cũ si. Itē dēt inquire cuius vitæ & cuius famæ sit accusatus. Nã mala de eo opi. multũ aggrauat, vt ff.eo.l. de minore.§. tormēta.& facit.ff. de re milita.l.desertorē.§.is qui ad hostē. & l. nõ oĩs.§. à Barbaris, Itē si fuit aliquo tempore minatus, ꝙ eũ offenderet? Nã erit indiciũ ꝙ ore protulit facto adimpleuerit, cũ ex dictis hoium facta pensemus. C. si quis Impe.male.l.j ff.de sup.leg.l.Labeo. Itē cõsiderandũ est, an sit talis psona, q̄ cõsueuit facere, quæ ore suo dicebat. ff.ad l.Iul.maiesta.l.famosi & an potuit facere &c. & an q. similia fecerit. Item si fuit in fuga, & se repræsentare recuset, vt in auth. de exiben. reis.§.si vero.col.v.de assesso. l. cõsiliarios. itē dēt iudex recipere testes morãtes in loco delicti, & de fama, & de voce hominum dicti l. ci. nam ista adiuuant ex pdictis offi. iudi. vt possit facilius ad tormēta ,pcedere, vt ff.de flumi.l.j.§. flumen. Et ex prædictis & etiam

& etiam aliis multis pōt iudex inquirere et formare cōſcientiā ſuā, vt poſsit procedere ad tormenta. † Sed q̄ro quis ſit quæſtionis effectus abſq; formidine tormentorū? Rn̄. quod ſi quis vltro & ſine tormētis cōfiteat̄ ſecundū quoſdā non pōt dānari, niſi perſe ſeueret & ſæpe interroget̄ p diuerſos dies, ſi velit perſeuerare, vel nō, & rō ſecundum eos, q͞a cōfeſsio, in criminali cā non ſtatim præiudicat, nec facit aliquā ꝓbationē, & ſic intelligit̄. ff. de q. l. j. §. Diuus. ibi, nec ſtatim haberi &c. & §. ſi q̄ s vltro. ſed in ciuilib. nō eſt perſeuerantiæ locus, nec opus, & eſt ratio diuerſitatis, quia in criminalibus ſolennius eſt ꝓceden. vt C. de fal. l. vnica. & C. de prob. l. ſciant. & de pœ. l. q̄ ſn̄iam. Et q͞a ēt criminalia iudicia nō habent ſimilitudinē cū ciuilibus, vt inſti. de pub. iudi. in princip. Tu dic a contra ſecūdū Azo. & hæc eſt cōis opi. q̄d ſi quis confiteatur ſpōte ſtatim eſt carcerādus, & ſine alia p̄ſumptione dānandus, vt C. de cuſt. reo. l. fi. C. de pœ. l. cū res. ff. de cuſt. reo. l. cōfeſſ. nec obſt. §. Diuus. & §. ſi quis vltro. quia ibi loquitur de cōfeſſionibus factis in tormētis. & ſic pōt intelligi. C. de cuſt. re. ſ̄m verū intellectū. Sed tutius puto, ſi iudex faciat eū perſeuerare in cōfeſsione ſua, vt no. ff. de cuſt. reo l. j. † Sed ſi cōfiteatur in tormētis vel formidine tormentorū, tunc non ſtat̄ dicto eius, nec dēt haberi ꝓ cōfeſſo, niſi poſtea ſpōte perſeueret, vt ff. eo. l. j. §. Diuus. & C. quo. appel. nō recip. l. ii. ff. eo. l. j. §. qm̄. eſt & rō, q͞a q̄ſtio eſt res fragra & periculoſa &c. & tunc hēt locū. C. de cuſ. & exhi. reo. l. ii. vt iudex facit criminoſum ad ſe venire, & q̄rat ſi velit in ſua cōfeſsione ꝑſeuerare vel nō, vel reuocare; & ſi ꝑſeuerauerit, cōfeſsio b tenet alias nō vt d. §. ſi q̄s vltro. & C. quo. app. nō reci. l. ii. & hæc oīa dēs facere ſcribi in actis alias ei nō credit̄, vt in c. qm̄ cōtra falsā. extra de ꝓba. itē dēt cōfeſsio cōuenire naturæ, alias nō credit̄. ff. de inter. act. l. cōfeſsionibus. §. j. itē dēt eſſe poſsibilis, alias ſi eſſet impoſsibilis nō nocet, arg. ff. q̄ ſen. ſine ap. reſcin. l. fi. de reg. iu. l. impoſsibiliū. † Sed q̄d de caſu occurrēti, quotidie, aliq̄s tortus eſt & cōfitet̄ contra aliū, nunquid ſtatur dicto ſuo, dic aut c torquetur ſimpliciter in alios, & nō in ſe, & tunc ſtatur eius dicto cū aliis indic. vt C. de aſſeſ. l. nullus. in fi. ff. eo. l. edictū. & l. j. §. q̄ quæſtionē. ibi, efficaciſsimas &c. vt Tullius dicit. Nā tormētis verberibuſq; fatigati, q̄ dicunt ipſa veritas v̄r dicere, ſaluo ſi dixerit de inimico, q͞a tūc nō eſt facile credendū, ſed nec oīno eſt fides adhibēda, vt ff. eo. l. j. §. p̄terea. & arg. ff. de teſti. l. iii. in prin. Si aūt torquetur in ſe, & alios, & ſi de ſe melius cōfiteat̄. hn̄t locū ſupra proxime dicta. Si de ſe. cōfiteatur & aliis, tunc nō ſtatur dicto ſuo de aliis, ſeu cōtra alios regulariter q͞a de ꝓprio crimine confitens nō dēt ſcrutari de cōſcietia alterius, & iſta eſt regula. ff. e. l. q̄ de ſe. C. de accu. l. ſi. Fallit tn̄ in caſibus, in q̄b. ei ſtatur, cū aliis indiciis. Primus in latronibus, & maxime iſaureorū. C. de fer. l. pe. ff. de cuſt. reo. l. Diuus. Secūdus eſt in falſa moneta. C. de fal. mo. l. j. ff. ad exhi. l. fi. Alius in ſeruo cōfeſſo in ſe d̄ nece ſui domini, q̄ interrogat̄ quo mandāte &c. ff. ad Sill. l. ſæpius. & l. ſi ꝑcuſſor. et l. q̄ de ſe. Alius in l. Aqui. ff. ad legē Aquil. l. ꝓinde. §. ſed & ſi ſeruus. & bn̄ dixi aliis p̄cedētibus indiciis. q͞a nō dēt interrogari de aliis. C. de qō. l. j. itē eius cōfeſsio nō erit plena ꝓbatio cōtra alios, ſed p̄ſumptio aliqua vt no. C. de acc. l. fi. Sed an ꝑ talē p̄ſumptionē potuerunt inculpati poni ad tormēta, v̄r ꝙ ſic, in dictis caſibus, i q̄bus cōfeſsio facit p̄ſum. in aliis vero nō. C. de acc. l. fi. & ff. de qō. l. hi q̄. † Sed q̄d ſi perſona inculpata de delicto ſit malæ famæ & cōditionis, nunq̄d poterit in aliis caſibus exceptis p̄dictis ſubiici qōnibus? Rn̄. nō de iure d niſi p̄cedāt indicia ſufficiētia, q͞a nō debuit interrogari, vt d. l. fi. C. de accu. & ſi cōtra factū fuerit, nō valebit iure ꝓhibēte, vt C. de legi. l. nō dubiū. Sed tn̄ iudices q̄dā de cōſuetudine cōtrariū faciunt, & ꝓ eis facit ff. eo. l. i. §. Diuus. † Sed q̄d, accuſat̄ aliquis de furto & indiciis legitimis p̄cedētibus torquetur & cōfitetur ſe illud furtū cōmiſiſſe; nunq̄d poterit iterū torqueri ꝓ aliis furtis, de quibus non eſt accuſatus, & de quibus nulla p̄cedant̄ indicia? Rn̄deo nō de iure. argu. ff. de qō. l. is qui. C. de acc. l. fin. C. qui legit. ꝑſo. ſtan. in iudi. non habent. l. momentaneæ. Et eſt ratio, quia ſuper aliis non procedunt indicia, & ſine indiciis nullus eſt torquendus, vt C. eo. l. milites. & C. de fal. l. ſicut. Sed de conſuetudine contrarium ſeruatur ꝑ multos aſſeſſores, & male vt puto. Sed ſi ꝓcederetur per inquiſitionē, tunc aliud forte eſſet, quia ad officiū iudi maleficia pertinet inquirere

inquirere & punire, vt ff. de offi. præs. l. congruit. & l. iii. & extra de offi. ordi. c. i. †Sed
8 quid præcedentibus indiciis de aliquo maleficio fuit quidā tortus, qđ esse potuit de iure. C. de qō. l. milites. & tñ nihil cōfessus fuit nūquid poterit iterato sine aliis indiciis nouis superuenientibus torqueri? Rñdeo nō vr̃. ff. de qō. l. vnius. § reus. & repeti. secus si aliud nouiter probaretur cōtra eū, vt ar. ff. de ver. sig. l. boues. § hoc sermone. & ff. pro soc. l. si socius pro filia. §. sed nec ꝓpriorū. Sed assessores vana gloria & salutis suæ immemores aliqñ seruant cōtrariū & ꝓ eis facit ī auth. vt iud. sine quoquo suff. § oportet. ibi īdicio torqueat &c. Itē bonus iudex debet consyderare in tormēto faciēdo cuius qualitatis & formidinis sit tormētādus & ita tunc tēperate torqueri dēt, vt corpus saluū reddatur supplicio & tormēto, vt nō lædatur multū, vt ff. de q. l. vnius. § reus. &
9 § seq. †Sed qđ reus nō est adhuc tortus, & dicit torqueatis, nūquid poterit per hoc torqueri. Rñ. nō nisi pcedētibus indiciis, vt dictū est, nec per hoc est dimittēdus, sed recipiendę sunt probationes cōtra eū, & si indicia reperiuntur sufficiētia, debet torqueri ꝟm criminis qualitatē & corporis fortitudinē. C. de qō. l. milites. & ff. eod. l. vnius. §. reus. & si confitebitur vel negauerit, scribatur, qa aliter nō creditur iudici, nisi quatenus cōstet legitimis documentis, vt extra de ꝓba. c. qm̄ cōtra falsam. Et si iudici videbitur reponatur in carcerē, & ibi demū alię ꝓbationes requirātur, & si nouæ superuenerint ꝓbationes vel indicia iterū torqueatur & fortius quā primo. ff. de qō l. repeti. l. vnius. Et si cōfitebitur, & postea perseuerauerit spōte dēt cōdēnari. vel si per testes cōuincatur, alias dēt absolui. C. de act. & obli. l. negātis. de edēd. l. q accusare. ff. de qō. l. ii.
10 § pterea. & d. l. vnius. †sed qđ dū iudex vellet pcedētibus indiciis ꝓcedere ad tormēta, dicit reus, dn̄e antequā torqueatis me assignetis mihi terminū ad defēsionē meā faciendā, qa paratus sum reprobare indicia & probationes cōtra me habitas, nunquid est audiēdus? Rñ. vr̃ quod non. C. vbi sen. vel claris. l. iii. & qa primo actor admittitur ad ꝓbandū, & reus postea ad excipiēdū. C. de ꝓba. l. excep. l. si quidē. Sed dic contra, quia prius auditur & ei terminus defensionis assignat̃, qa melius est añ tēpus occurrere &c. qa posset in tormēto deficere vel mēbro debilitari, & nō esset in culpa, vt ff. de pœ. l. aut dāna. §. i. Itē quia cōfessio & cōdēnato datur defensio & retractatur sñia, si de innocētia cōstiterit, vt ff. eo. l. i. §. si quis vltro. multo magis isto casu. qa melius est ante tēpus occurrere &c. facit. ff. de in li iurā. l. cū furti. Itē qa defensionis facultas nō est denegāda. C. de iur. fis. l. defēsionis. Imo cōcedenda qñcunq; reo postulāte. ff. eo. l. vnius. §. cognitorū. C. e. l. si qs. & hoc verū ē, si petat reus dilationē sibi dari & assignari, vt d. § cognitorū. Sed si nō petat nō dēt iudex assignari, vt C. de dila. l. i. C. vt intra cer. tēp. cri. qō termi. l. ii. quod intelligo ad ꝓbandū ꝓbatā famā vel indicia & similia sed fundata ꝓbatione accusatoris vel iudicis, tunc antequā feratur sñia debet iudex dilationē assignare ad oēm defensionē C. de proba. l. excep. ff. ad l. Aquil. l. inde Neratius. §. si. de mil l. desertorē. §. si à die vt possit se excusare Quia monitio dēt pcedere vindictā, vt extra de sent. excō. c. sacra. & ibi
11 no. †Sed pone qđ aliquis fuit cōfessus [e] de
e crimine, postea ante sñiam dicit quod errauit in sua cōfessione, & vult reuocare errorē suū, nunqđ pōt? Rñ. dicunt quidā doct. aut errauit ī facto, & tūc pōt vsq; ad sñiam quia nō vr̃ cōfiteri, qui errat ff. de cōfes. l. ii. ff e. l. i. §. si qs vltro. aut in iure, & tūc secus. & maxime si potuerit cōsulere peritiores. C. de iur. & fac. igno. l. errorē no. Alii indistincte dicūt errorē nō nocere. ar. ff. de iur. om. iu. l. si per errorē. de acq. rer. do. l. si ꝓcur. C. de cōfes. l. errore. de reg. iu. l. si librarius, & est ratio, quia error nō pīudicat veritati. C. de err. aduo. l. i. & q errat nō fatet̃. ff. de cōfess. l. nō fatetur. & hoc verius puto,
12 dūmō cōstet đ errore añ sñiam latā. †Sed quid aliquis fuit tortus legitime indiciis pcedentibus & cōfessus, & postea examinatus negat, & nō perseuerat in sua cōfessione, an prior cōfessio aliquid operetur & sibi pīudicet? Respon. non. [f] quia nō vr̃ confiteri,
f si terrore tormētorū cōfessus est, nisi perseueret sponte postea, vt ff. de custod. reo. l. si vero. sed contra. ff. eod. l. i. § Diuus. & C. de
13 custod. reo. l. ii. † Sed quid aliquis tortus est nō præcedentibus indiciis legitimis vel probationibus, & confessus est, nunquid talis confessio valet & præiudicat? Rñd. non. etiā si perseueret in ipsa confessione, vt ff. eod.

co.l.Diuus.§.ex quibus.& est rō, quia non debet à tormentis incipere iudex, nisi pcedāt indicia vel probationes &c.C. de qō.l. milites, vnde si aliter factū est, nō valet tanquā factū cōtra legē. C.de legib.l.nō dubiū Itē no. quod tormētū dēt fieri cū fune, nec reperitur.l.cautū, quod aliter fieri possit.C. ad l.iul.maie.l.nullus.vñ si iudex aliter facit forte peccat, licet ſm Tullium possit fieri alio modo, vt no.ff.de qō.l. edictum.

ADDITIONES.

a ¶ Tu dic. Adde tu & vide de hoc per Angel. in tracta.maleficio.& ibi addi.in ver.comparuerunt dicti inquisiti & confitentur totum.& in tractat. de indic.& tortu.in char.antepe.

b Confessio. Quando confessio facta post torturā teneat, vide per Alexan.in consil. xlviij.in fi.in iiij.libro.

c Dic aut. Vide Moder. Neapoli.in tracta.de syndica.in ver.tortura.§. an stetur dicto torti. vltra ea, quæ ponuntur per Ang.in tracta.maleficio. in verbo, fama publica.colum.xj.versi. quæro an ꝑ recepta.ibi, addentes.& in col.xl.versi.x. supremam impreſsionem.

d Respond.non de iure. Vide Bar.& ibi addita in l.repet.ff.de quæsti.& adde quod hanc opi. tenet Gandi.in tract.malefic.in rubri.de quæstioni. & Guid.de Suzar.in suo tracta.tormentorum. vide Abb.in c.j.de confess.& Rayn.in c.quoniam.extra de testi. & Ludouic.Roman.in l. & si certus ff.ad Sillanianum.

e Fuit confess. De hac qō.qñ cōfessio possit reuocari per Alex.in consi.xliii.col.ii.in j.vol.consi. xlvij.col.v.in ver.ii.respon. & consil.xc.col.ij. ver.hoc probo.& in iij.vol.consi.cxij.col.iij. & in v.col.ver.præterea.& in consi..cxix.

f Respondeo.non. Adde Petr. de Anch. in consi. cxxii.incip.visa inquisitione.alleg. Bal.ita consuluisse.& vide Bald.in l.nouissime. ff. quod fal. tuto.auto.

De perseueratione post tormentum & de ipsius pœna. Rub. 53

SVMMARIVM.

1 *Perseueratio in tormentis quæ dicatur et an præiudicet.*

2 *Tormenti appellatione quid veniat.*

3 *Tormenti appellatione quid intelligatur.*

4 *Iudice dicēte extra locum torturæ, aut dicas veritatem, aut te ducam ad torturam, si reus confiteatur, an dicetur confeßio facta metu tormentorum.*

5 *Perseueratio quæ fit post tormentum, in quo loco fieri debeat.*

1 SEQVITVR † videre de perseueratione post tormentū, & de ea, quę fit in tormentis. Nā dicitur fieri perseueratio in tormentis, qñ fit ipso existente in ipso tormento suspenso, vel si ligatus stat ad pedē tormenti siue voluculæ & confitetur, & tunc talis cōfessio dr̄ facta metu tormētorum, & nō piudicat, nisi postea iterum, & iterum confiteatur, vel perseueret sponte. & nō coacte, vt no.de cu.re.l.i.ff.& est ratio, qa lex ęquiparat confessionē factā in tormētis, vel me

2 tu tormētorū, vt ibi no. † Itē quia tormēti appellatione oīs mala mansio cōtinetur, vt ff.de iniur.l.itē apud Labeonē.§.adiicitur. in ver.fi.qōnis.nō tñ leuis territio habenda est pro tormento, facit arg.ff.de vi & vi ar. l.idē est.§.qui armati.ibi, terror armorū.&

3 C.quod met.cau.l.metū. † Itē intelligo tor

a mentum a nō solum si torqueatur sed ēt si spoliatur nudus & ponitur ad frigus, vel si denegat sibi alimēta, vt ipse confiteatur, vel ponatur ad fumū, vel piiciatur de aqua frigida super eū tpe frigoris, vel i naribus, vel detur sibi flāgeta, vt sæpissime fit, vel quid simile molestū fiat.ar.d.l. itē apud Labeo-

4 nē.§.adiicitur cum si.† Sed qd si iudex ducit istum tormentatū ex interuallo extra locum torturæ, & dicat ei, aut dicas veritatē aut ducā te ad locum torturæ, & te ponā ad tormentū, & ipse tali terrore ductus cōfitetur, an videatur cōfessus terrore tormētorum. Respon.non, quia leuis territio &c. vt d.l.itē apud Labeonē.§.quæstionis, arg. C.quod met.cau.l.metum.i.respō ff.ex qbus cau.maio.l.iii.in fi.Itē quia factum extra locū torturæ delusoriū vr̄.argu.ff.si cui

5 plusquā.per l.fal.l.hæc aūt satisdatio. † Et not. ꝙ perseueratio q̄ fit post tormentum, dēt fieri in loco, vbi ius redditur.arg. ff. de iusti.& iur.l.pen.ff. de iudi.l si locus.vel in alio loco publico & honesto.ff.de inter.act. l.voluit.& l.seq.& C.de cust.reorū.l.iii.ibi, publico testimonio.& debet scribi sic.

ADDITIO.

a ¶ Tormentum. Vide alia genera tormentorum in tract.de indi.& tortu.per nouiss. Senen.

FORMA.

SVMMARIVM.

1 *Perseueratio facta post tormenta, quomodo scribi debeat.*

Confes-

2 *Confessioni seu perseuerationi an adhiberi debeant testes, & an pluries debeat perseuerare reus.*

3 *Perseueratio quantum temporis interuallum habere debeat à tormentis.*

4 *Reo mortuo, aut membro debilitato in tormentis, an teneatur iudex?*

5 *Reo mortuo, ut supra, uidetur quod iudex non teneatur.*

6 *Unum indicium an sufficiat ad torturam, & an unus testis.*

7 *Fama sola probata an sufficiat ad torquendum quem, & an iuncta cum dicto unius testis uel alijs indicijs sufficiat.*

1 TALIS cõstitutus corã tali iudice† ad bãchũ maleficiorũ lecta & vulgarizata dicta accusa vel inquisitione per ordinẽ de verbo ad verbũ, & ẽt lecta & vulgarizata ei cõfessione sua. Interrogatus à dicto iudice si dicit & confitet, vt cõfessus fuit, vt supr. in sua confessione, vt per ordinẽ continetur, q respõdit, quod sic, debet scribi in actis, alias non creditur iudici, vt in c. qm̃ contra falsã.
2 extra de proba. † Sed nunquid confessioni testes sunt adhibendi? Respõdeo non videt necesse, cũ actis sine testibus sit credendũ. ar. C. de dona. l. in don. Sed tutius est, quod adhibeantur saltẽ duo, vt ff. de testi. l. vbi. Et no. quod pluries dẽt perseuerare, vt not.
3 C. de custo. reo. l. j. † Sed quantũ tẽpus dẽt trãsire inter tormentũ & perseuerationẽ? & respondeo & vĩ modicũ argumentũ C. de custo. reor. l. ii. ibi, sed post modicũ &c Sed cõmitto iudicis arbitrio, vt argu. ff. de iur. deliberand. l. j. §. j. Et puto quod melius est, ꝙ fiat diuersis diebus q̃ vno die, & in loco iudicii ad banchũ, & non ad locũ tormenti. Et licet sit tutius & minus suspectũ, quod testes adhibeantur confessioni & perseuerat, vt dictum est, tñ bene stabitur actis factis corã iudice per notariũ in secreto & sine testibus. extra de testibus c. in omni. & hoc not. Azo. in summa. C. eo. §. sed & habetur. & ita de cõsuetudine generali obseruatur q̃ vicem legis obtinet. ff. de legib. l. de quibus. § inueterata. l. cũ de consuetudine,
4 & C. eo. l. cõsuetudinis. † Sed quid si tormentatus moriatur in tormento, vel ratione tormenti, vel mẽbro debilitetur an teneat potestas de homicidio vel iudex? Respondeo sic videtur, quia dẽt sic moderate procedere, vt supplicio saluus fiat. ff. de qõ. l. vnius. §. quæstionis modus. ff. de iniuriis. l. itẽ apud Labeonem. §. qõ. ibi, teneri &c. argum. ff. ad l. Aquiliam. l. sed & si quandocunque. §. magistratui magna seuitia culpæ annumeratur. ff. de sicca. l. i. cum simili.
5 † Econtra quod non [a], dummodo præcedant legitima indicia vel præsumptio violenta &c. C. de quæstionib. l. milites. Nam quod facit ipse causa & zelo iustitiæ causa veritatis eruendæ iuste facit, cum ad ipsum spectat hoc facere. C. de eden. l. ipse. & l. sequẽ item facit exequẽdo officium suũ &c. ff. de verb. significatio. l. sæpe in fi. & sic legitime facit, vnde pœnam non meretur. C. de adult. l. Gracchus. & iure executio non habet iniuriam. ff. de sicca. l. in lege. ff. de publi. l. licitatio. §. ꝙ illicite. ff. vi bonorum raptor. l. ii. §. si publicanus. de fur. l. qui ea mẽ te. Et hoc verius videtur postquam non cõstat quod dolose egerit. quia præsumitur ꝙ rite fecerit officium suum quod iurauit. extra de præsump. c. ad audientiam. itẽ quia præsumitur, quod nemo sit immemor salutis æternæ &c. Quidam alii contradicunt & dicunt quod tenetur, & est puniendus. argumen. ff. de furt l. tutor. & ff. de iniur. l. itẽ apud Labeonem. §. quæstion & in hac opinione fuit Guilel. † Sed an [b] sufficit vnum
6 indicium, vt possit quis tormentis supponi? Respondeo non, sed plura indicia exigũtur vt C. de quæst. l. milites. vbi loquitur in plurali numero indiciis plene, & licet non sufficiat vnum indicium, nisi sit violentum, tamen sufficit dictum vnius testis de visu concludentis, qui non repellatur à testimonio. C. ad leg. Iul maiest. l. si quis alicui. & Azo
7 in summa. C. de quæstioni. l. indiciũ. † Sed an sola fama ꝓbata sufficit, vt possit ad tormentum procedi? Respondeo non, quia fama per se sola non probat, sed coadiuuat alia indicia præcedentia, vel præsumptiones, vt ff. de test. l. iii. §. eiusdem. vbi de hoc. Si autem præcederet dictum vnius testis, cum fama postea subsequente, quæ facit semiplenam probationem, vel indicium violentum, tunc potest ad tormentum ꝓcedi. facit. ff. de do. præleg l. Theopompus. vel si præcederent alia indicia cum fama, tunc similiter posset iudex bene ad tormentũ procedere, vt plene no. supra de indiciis. & supra. in titulo de fama.

ADDI-

ADDITIONES.

a Econtra quod non. De hoc per Ang. in tracta. maleficio. ſecundum primam impreſsionem. in verbo fama publica. col. xxxviii. & ibi Augu. in additio. & ultra eum vide Mod. Neapo. in trac. ſyndic. in ver. tortura. §. an ſi officialis.

b Sed an. Adde tu quod hoc totum relinquitur arbitrio iudicis, ut plene per Ange. in tracta. maleficior. col. v. uerſi. quæro an unum indicium, & ibi vide in addi.

De confeſsione & contra eos quid ſit fiendum. Rub. 54

SVMMARIVM.

1 *Confeſsionis effectus quid ſit, & ea habita quid ſit faciendum.*

2 *Sententia lata uigore confeſsionis quomodo impugnetur.*

3 *Confeſsio quando non ualet & impugnari poteſt ſi fuit facta metu mortis, qui cadere poteſt in conſtantem uirum.*

4 *Item ſi facta per errorem & probatur error.*

5 *Item facta per tormentum non præcedentibus indicijs, licèt poſtea perſeueret.*

6 *Item quando fit coram iudice incompetente.*

7 *Itē ſi fiat extra iudiciū, & extra locum iudicij.*

8 *Item ſi fit contra naturam, uel ſit impoſsibilis.*


9 *Item ſi ſit incerta & de delicto incerto.*

10 *Confeſsio facta abſente accuſatore an ualeat?*

11 *Confeſsio facta à procuratore tutore, curatore, uel ſimilibus an præiudicet?*

12 *Confeſsio facta in ſecreto coram iudice & notario ſcribente, an ualeat quando iudex procedit per uiam inquiſitionis.*

13 *Confeſsio facta in cauſa ciuili, an ſufficiat in criminali, ſi producatur.*



VIA plerunque accuſati vel inquiſiti cõfitentur delictum ab eis cõmiſſum, videndū eſt
1 de effectu cõfeſsionis. † Et ſi quidē confitetur ſponte delictū à ſe cõmiſſum, cõis eſt opi. quod eſt ſtatim carcerandus, & ſine alia probatione vel præſumptione dānandus ff. de pœ. l. cū reis de cuſto. reo. l. ſi cõfeſſus Si vero confitetur per vim tormentorū p̄cedentibus legitimis indiciis vel pſumptionibus &c. & ſpōte perſeueret, ſimiliter eſt dānandus, extra de confeſſ. c. inſuper de deli. c. per inquiſitionem. ff. de q. l. j. §. Diuus. & §. ſi quis ultro cū ſi. Et intelligo dānandū p. ſententiam, quæ ferenda eſt, non aūt ipſo iure, q. ſententia eſt neceſſaria. ff. de cuſto. reor. l. ſi q̄s reus, de q̄ō. l. j. §. fi. C. de pœn. l. ante ſnīam. ii. q. j. & nos
2 in quenquā. † Sed iſta talis ſententia pōt impugnari, vt nō p̄iudicet pluribus de cauſis. Et primo rōne pupillaris ætatis, doli nō capacis, q. ipſo iure nō p̄iudicat ſibi cõfeſsio. xxii. q. v. paruuli. & eſt rō, quia in eo nō eſt intellectus, vt ff. de furt. l. impuberē. idē eſt ēt in furioſo & mente capto & ſimi. vt ff. ad Silla. l. quod infans. de pœ. aut facta. §. euentus & ſeq. Et idē in eis, qui offendunt aliquē, qui pōt offendi ſine pœna, vt no. ſupra de perſo. q̄ poſſ. offend. ſine pęna. itē nō p̄iudicat confeſsio illorū, q. excuſantur à delicto, qui aūt ſint illi no. de hom. ad fi. & infra. de pœn. & condem. ad fi. ſimiliter no. Si
a vero cõfitens [a] eſt doli capax vel pubes, licet ſit minor. xxv. annis præiudicat ſibi ſua confeſsio & punitur, vt d. l. impuberē. & C. de pœ. l. impunitas nec reſtituitur, ſi ex animo delinquit. C. ſi aduer. del. l. j. tñ iudex pōt inſpecta qualitate perſonæ & delicti minorare & mitigare pœnā, vt l. auxiliū. §. in delictis ff. de mino. l. aut facta. ff. de pœnis. Sed in delicto carnis vel luxuriæ impubes non punitur, quia hoc tale crimen non ca-
3 dit in eū, ff. de adul. l. minor † itē impugnatē cõfeſsio alia rōne, & non pręiudicat, nec valet ſi facta eſt metu mortis, qui cadere pōt in conſtantem hominem. extra quod metus cau. c. j. vel metu tormentorū & ſui corporis cruciatū, ēt p̄cedentibus indiciis, niſi poſtea ſponte perſeueret, vt dictū eſt. ff. de q̄ō. l. j. no. xxxi. q̄ō. i. Lotharias. vel ſi p fraudē exorta ſit cõfeſsio, vel per vim. vt xxv.
4 q. vj. c. j. & C. quod met. cau. l. j. † itē qñ facta eſt per errorem, & probatur error ante ſententiam. extra de confeſſ. c. fin. ff. eod. l. non fatetur. C. de iur. & fac. ignoran. l. er-
5 ror. j. q. iiii. c. notandum. vbi de hoc. † item quando fit per tormentū non p̄cedentibus indiciis, licet poſtea ſponte perſeueret. ff. de
6 quæſtioni. l. Diuus §. ex quibus. itē quando
b fit corā non ſuo iudice. [b] extra de iudiciis. c. at ſi clerici. de conſuetud. c. ad noſtram
7 de appellatio. vt debitus. † itē ſi fit extra iudiciū & extra locū iudicii, quia omnis actus iudicialis dēt fieri coram iudice & in loco iudicii, alias non valet, vt c. quoniā contra falſam. extra de probationib. ibi, loca deſignando & c. ff. de iuſti. & iure. l. pen. cum ſi.
8 item ſi ſit cõtra naturā, vel eſt impoſsibilis,

lis, vt puta, cõfiteri me hodie occidisse hominẽ in loco longinquo, quia impossibile est me illic, & hic fuisse ar. C de contrah. stipulatio.l.optimã.vel confiteor me deuirginasse puellã, quæ virgo est, & reperit esse virgo, vel me hominẽ occidisse, qui viuit, & hoc constat.arg.ff.ad l.Aqui.l.inde Ne-
9 ratius. §.fi.& xxij.q.ij.c.cum ergo. † item nõ valet si sit incerta & de delicto incerto vt arg.vj.qõ.iij.graue.& arg. ff de confess. l.certum.ff.de rei vendi.l.Pomponius.in fi.
10 † Sed nunquid valet si fiat absente accusato tuo, qui est aduersarius tuus, vt C.eo.l.cer
11 tum.§.pen.& extra eodẽ cap.fi. † Sed nunquid confessio facta per procuratorem, vel tutorem, vel similes valeat & præiudicet? Respondeo si est talis causa criminalis, in qua possit procurator adesse, quod est in omni casu, nisi vbi imponit pœna corporalis &c.vt ff.de publ.iud i.l.penult. §.ad crimen.& ff.de procurato. l.seruum quoque. §.publice no.tunc confessio præiudicat & valet, nisi probetur contra confessionẽ, vt ff eo.l.certũ.§.sed an ipsos &c. & extra de confess.c.fi.de appel.cum causam, alias secus, quia si non potest adesse in tali casu à iure prohibente, nec eius confessio præiudicat. Nam quod fit lege prohibente nõ valet.C.de legib.l.non dubium. & si non tenet principale, ergo nec accessorium, vt in regula iuris.cum principalis facit arg.C.si
12 à non competente iudice.l.j & fina.† Si vero super maleficio proceditur ex officio iudicis per inquisitionẽ, quod esse potest.ff. de off.præsi.l.congruit.extra de officio ordinarij.c.j.tunc sufficit, si confessio in secreto fuit coram iudice & notario, qui scribat, quia iudex tunc fungitur loco accusatoris, vnde valet si scriptura reperiatur, alias secus, q̃a nõ creditur iudici, nisi quatenus cõstet ex actis, vt in c quoniã contra falsam. extra de proba.cum simi.facit. C.de testib.
13 l.nullũ.† Sed nunquid confessio facta in cã ciuili sufficit in causa criminali, si producatur corã iudice, vt possit condemnari confessus. Respond.sic videtur.arg.C. de arbi. l.pe.§.fi.C.de edẽ.l.ij.quia acta facta in vna cã bene valent in alia.C.de lib.cau.l. iubemus. Econtra quod nõ, quia in criminalib[9] lucidiores exiguntur probationes quàm in ciuilibus, q̃a vbi maius est periculũ, ibi cautius &c.facit.C.de probatio.l.sciant.de pę. l. qui sententiam.de adult.l.denunciasse.§. fina.& humanius hoc videtur.

ADDITIONES.

a ¶ Si vero confitens, adde & dic plene vt per Ange.in tract.malefi.in versi.comparent & totũ cõfitetur.col.v.versi.nec non.& ibi Ange.in addi.& vltra adde Paridem Neap.in tracta.de syndic.in versicu. tortura.§.officialis. posuit vero an confessio adulti.

b Non suo iudice. adde idem sit super inepta accusatione; vt per Ange.in tracta.diuer.col.ij.versi. quero an confessus.

De pœnis condemnationis, & bannis & eorum formis. Rub. 55

SVMMARIVM.

1 *Bannum quid sit.*
2 *Pœna quid sit.*
3 *Pœna multorum exigit considerationem quando imponenda uenit.*
4 *Pœna in pecunia consistente, quantitas imponetur quam lex ponit.*
5 *Pœna existente corporalis, quomodo sit imponẽda & quæ sit legitima causa augendi pœnã & quæ minuendi.*
6 *Iudex diligẽter considerabit ne grauiorem pœnam imponat quàm iuris sit.*
7 *Liber homo non potest perpetuis carceribus dãnari, & plus punientur serui quàm liberi.*
8 *Puniri non potest quis in facie.*
9 *Absens non potest pœna corporali uel ultra relegationem damnari*
10 *Condẽnari nullus debet, nisi liquidis probationibus conuincatur.*
11 *Cõdemnari aut absolui quis non debet ad clamorem populi.*
12 *Pœna corpalis & pecuniaria, an possint remitti?*
13 *Puniri an quis possit peculiariter in causis criminalibus ratione contumaciæ suæ inobedientiæ.*
14 *Punitur in expensis quis ratione contumaciæ.*
15 *Ordinarius & delegatus an imponant pœnã pecuniariam.*
16 *Arbiter an mulctam imponere possit, & quomodo differt pœna à mulcta, & an à pœna personali appelletur sicut à mulcta?*
17 *Pœna siue corporalis siue pœcuniaria cui sit imponenda.*
18 *Excusatur quis à pœna multis modis ut hic.*
19 *Iudex circa pœnæ impositionem quid debet indagare & examinare.*

20 Incipiens rixam magis punitur quàm alius.
21 Incertitudine existente per quem sit commissum delictũ quid erit faciendũ, et quid si certũ sit delictũ. et qualitas incertã, et si certũ sit delictũ, et qualitas, sed incertum quæ uis delinquentis, & si certũ sit delictum, et qualitas delicti, sed delinquens incertus.
22 Iudex an poßit præcipere suas cõdẽnationes solui usq; ad talem terminum sub pœna aliqua.
23 Banno existente, quod nullus intret talẽ locum uel quid simile sub pœna decem si aliquis contrafaciat an statim sine alio haberi debet pro condemnato, et quõ fiet ad hoc quod aliquis statim habeatur pro condemnato.
24 Processu ordinarie facto, & sñia lata propter absentiã, quõ scribetur sñia condẽnatoria?
25 Scribi quomodo debeat in principio quaterni sñiarum condemnationis uel absolutionis.
26 Sententiæ an sit ferenda per os potestatis, uel capitanei, uel iudicis.

TRACTANDVM est de pęnis
& banno. Primo videndũ est
quid sit bannũ & quid pœna.
1 † Et quid est bannũ? potest di
ci mandatum iudi. sub pœna pecuniaria fa
2 ctum vel missum, vt xvj.q.j.statuimus. † Pę
na autẽ delictorũ est debita castigatio, quæ
à lege imponitur, vel pœna est delicti com
petẽs & iusta coercio, vel est pro delicto de
bita castigatio. quæ à lege imponitur, vel à
legis ministro, vt à iudice qui est minister le
3 gis. ff. de arbit. l. celsus. † Et no. quod in pœ-
nis imponẽdis multa sunt consyderanda. s.
causa delinquentis, persona delinquentis &
in qua delinquitur, tẽpus, locus, qualitas de
licti quantitas, euentus, ætas delinquentis,
dignitas. nobilitas, sexus, sciẽtia, & cõditio,
vt colligitur. ff. de pę. l. aut facta. & l. quidã.
& ĩ l. seruorũ. §. fi. & extra de homi. c. sicut.
C. de vi pub. l. seruos. extra de off. de leg. c.
4 sane. ff. de incen. rui. naufrag. l. Pedius. † itẽ
no. q pœnarũ alia cõsistit in pecunia, & tũc
est imponenda illa quantitas, quæ est ex-
pressa à iure vel lege, vt est videre in cõmit
tente stuprum, vt insti. de pub. iud. §. sed ea
dẽ. l. & in raptore, vt insti. vi bono. rap. §. j.
ff. eo. l. j. & ij. & in similib. delinquẽtibus, vt
dixi supra in singulis titulis huius summæ.
5 † Alia est pœna corporalis ad illos qui ha
bẽt gladij ptãtem spectans, vt præsides. Du
ces & similes dños prouinciarũ, vt ff. de of.
præ. l. illicitas. §. qui vniuersas. & l. cõgruit.
& idem in similibus dico, vt nota. supra de
personis q poss. offen. sine pœna. in prin. &
ista talis pęna imponenda ꝫm qualitatẽ de
lict. vt no. supra per singulos titu. & specia-
les rubri. & hoc verũ est, qñ pœna est ter-
minata & certa à lege, qa pœnæ impositio
est in legis ptãte, & nõ in arbitrio iudicis,
vt ff. ad Turpil. l. j. §. si autẽ. & ista pœna li
mitata à lege nõ põt augeri nec diminui à
iudice, sine magna & legitima cã, & si con-
trafacit, grauiter punit, vt C. de vi pub. l. ser
uos. §. fi. Causa ltĩma est audiẽdi, qñ multi
delinquunt. qa multis grassantibus & delin
quentibus opus est exemplo maioris pęnę,
vt alij terreant, vt ff. de pę. l. aut facta. §. sed
C. ad l. Iul. repetun. l. j. Causa. n. diminuẽdi
est, qñ qs nõ dolose nec ex proposito, sed
casu vel luxuria delinquit vt ff. eo. l. absen-
tem. §. fi. & l. respicien. § delinquentibus. ff.
de his, qui no. infa. l. qd ergo. §. pęna gra-
uior. vbi de hoc no. Si autẽ pœna nõ est or
dinata nec limitata à lege, tũc pęna extraor
dinaria est imponenda iudicis arbitrio pro
qualitate delicti & personę delinquentis, vt
6 dixi de coerectione maleficiorũ. † itẽ not.
quod iudex diligẽter dẽt inspicere, ne gra-
uiorẽ pœnã imponat quã iura volunt, nisi
qñ multi delinquunt in eodẽ modo delin-
di. Nã tunc multi grassantibus &c. vt supra
dixi. Itẽ debet semper iudex cũ tempera-
mento benignitatis pœnã imponere quam
debet de iure inferre, & nõ cũ seueritate, vt
ff. eo. l. respicien. §. furta. Sed pater vel auus
dẽt filios corrigere vel nepotes. C. de emen
7 datio. propin. l. ij. † itẽ nota. quod liber ho-
mo nõ põt perpetuis vinculis damnari. C.
eo. l. incredibile. itẽ plus puniunt serui quã
8 liberi vt ff. eo. l. capitaliũ. §. fi. cũ simi. † Itẽ
no. quod non põt in facie aliquis puniri, qa
ad figurã cęlestis imaginis est figurata. C.
9 eo. l. si quis in metallo. † itẽ non põt aliquis
absens pœna corporali vel alia vltra relega
10 tionem damnari, vt ff. eo. l. absentẽ † Item
no. quod nullus est condẽnandus nisi luci-
dis probationibus conuincatur, vt C. de ꝓ
ba. l. sciant. Nã per præsumptiones nõ põt
aliquis damnari. Sed melius est nocentem
absoluere in dubio quàm innocentem con
demnare, vt d. l. absentẽ. & fauorabiliores
debent esse iudices in dubio ad soluendum
quã ad condemnandum, vt ff. de actio. &
oblig.

11 oblig.l.Arrianus.† Itē non debet iudex ad clamorē populi aliquē absoluere vel condemnare vt ff.eo.l.mandatur.qa vanæ voces populi nō sunt audiēdæ, vt C.eo.l.decu
12 rionū filij. † Itē no.quod pœna corporalis nō pōt remitti sed pecuniaria sic. C.de pę. l.pœnā. si rite lata sit pœna vel sñia. facit. ff.de verb. signi.l.si qua.& C. de mō mulc. l.fi.§.fi. Sed quia feci speciales titu.vt supra patet in hac summa specificando qualiter in delicto quolibet aliquis puniatur, nō fui ad præsens latius prosecutus hanc materiā
13 de pœnis. † Itē in causis ciuilibus ratione contumaciæ & inobedientiæ quis punitur qñque pecuniariter, vt C.de modo mul.l. eos.ff.si quis ius dicē.nō obtē.l.j.& ij.& p
14 totū.† Itē punitur in expens.vt C.de iudi. l.sancimus.ff.de iudic.l.eū quē temere. ex-
15 tra de pœ.c.calumniā.† Item no.quod nō solum ordinatius imponit pœnā pecuniariam,vt extra eo.c. dilectus.& ff. si quis ius dicent.non obtempera.l.j.sed quilibet delegatus,vt ff. de iudi.l.ij §.fi.C.de dispor.l.ij.
16 † Item arbiter etiam mulctam imponere potest. Nā pœna proprie est in persona & etiam in pecunia, qñ est certa à iure inducta,mulcta autē est pœna pecuniaria, quæ à iudice irrogatur, vnde à pœna personali nō appellatur,sed à mulcta sic.ẜm Goff.ff.
17 de verb.sig. l.si qua pœna.† Itē no. qđ siue sit pęna corporali siue pecuniaria est imponenda soli delinquenti & nō alij.C.eo.l. sancimus.& ēt agenti & cōsentienti & mādanti & similib. Nā agentes & cōsentientes &c.C.de episc.& cle.l.si quenquam. C. de accus.l.nō ideo minus.C.de his, qui latro. occu.l.j.& ij.cū si.Fallit in crimine lęsæ ma
18 iest.& hæresis,vbi ēt filij puniuntur.† item no.quod qui excusat à pœna ratione ętatis vt infans. Itē ratione furoris, vt furiosi, vt ff.ad Silla.l.quod infans.ite rōne violentiæ absolutę,extra quod met.cau.c.sacris.l.distin.c.ponderet.itē ratione iustæ ignorantiæ.xxxiij.q.j.per publicā. & c.in locū. itē rōne magnæ necessitatis, vt famis itē ratione diuinæ reuelationis,vt extra de diuor.c. gaudemus.itē propter iustā cām.ff. qui satisd.cog.l.fi.extra de pigno.c. significante : itē ratione ebrietatis,vt xv.q.sane.& c inebriauerit.itē insania excusat.xv.q.ij.insani.
19 & huius similia.† in summa no. circa pœnæ impositionē,quod iudex debet examinare,& indagare subtiliter, qua mente malefactor cōmisit maleficiū,& si inuenit illud fecisse errore vel casū nō punit à iure,vt ff. ad Turp.l.calūniantis.de fal.l.j.§.Diuus.ff. de sicca.l.i.de abig.l.i.in fi.de adul.l. miles. §.mulier.qa ignorantia excusat quē qñq; à delicto,vt ff.loca.l.si quis ignorās.§.si qs cū si.itē casus excusat à delicto & idē i aliis casibus quis excusatur, vt supra no. itē dēt considerare causam & finē maleficii cōmissi,vt est videre in illo, q causa libidinis fregit hostiū domus, & alius intrauit & furatus fuit. Nā fractor domus nō tenet ꝑ illo furto,qa non fregit animo furādi &c. ff.de fur.l.verū,qa in maleficiis potius spectatur volūtas,quā exitus de iure cōi, vt ff.de verbo.sig.l.Diuus.de iniur.l.iii §.fi.Itē quia delictum non studiose cōmissum nō pōt dici delictū.vt d.l Diuus. C. si aduer.delict.l.i. Nam iudex debet potius præsumere malū cōtra illū,qui gladio malitiose aliquē percutit,quā contra illū, qui gladio non apto ad maleficiū ita de facili cōmittendū, vel contra eū,qui cū ligno vel alia re malitiose delinquit, vt ff.de siccar.l.i.§.Diuus. Ibi, sed claua &c.ff.de re mili.l. omne delictū. §. si quis.itē vulneris magnitudo inspiciēda est, vt ff.de iniur.l.vulneris magnitudo.itē & in qua parte corporis, vt in facie vel alio loco vt insti.de iniur.§.atrox. itē cuius vitæ vel conditionis sit percussor vel delinquens, &
20 cuius famę sit &c.ff.de cō.l.de minore.†itē quia incœptor rixæ magis punit, quā alius cū ipse fuerit,qui prębuit causam totius maleficii,vt ff.đ ser.corru.l.hoc iudicio.§.i.C. ad l.Iul.de vi publi.l qm.ibi, maleficiorum causā præbuit.Nā ista & alia similia debet bonus iudex considerare.facit extra de ele
21 ctio.c.ad apostolicæ.† itē no.quod si est incertū delictū esse cōmissum ꝑ aliquē, quod nullus est puniendus,sed soli Deo relinquit qui omnia nouit &c.Si vero est certū delictum esse commissum,sed est incerta qualitas delicti vt quia cōstat aliquē esse vulneratū cū sanguinis effusione, sed nescit vtrū cū gladio vel manibus vacuis,tūc debemus præsumere quod minimū est,videlicet percussionē esse factā potius manibus vacuis, quia minor pœna in dubio est imponēda, vt ff.de pœ.l.ꝑsens.&l pe.& l.enim.§ quid ergo.Sed vbi est delictū, & qualitas delicti certa,sed tñ incertū est quæ vis delinquentis,

tis, tūc præsumitur animus delinquēdi quē habuit. q̄a facti atrocitas inducit p̄sumptionē contra delinquentē, dūmodo sit p̄sona habilis & potēs ad dilinquēdū, vt ff. de sic. l. i. & ēt q̄a oē maleficiū praue p̄sumittitur actū, vt i l. si nō cōuicii. C. de iniu. C. de pę. l. impunitas. Itē vbi est certū delictū & certa qualitas delicti, sed persona q̄ delinquit est incerta, vt qñ plures in rixa delinquunt nec scitur quis fuerit, tunc oēs saltē Aqui. l. puniūtur ad dānū, vt ff. ad l. Aqui. l. itē Mella. §. si plures. sed nō puniunt̄ Cor. đ sic q̄a s̄m illā l. ictus cuiusq; cōsiderādus est &c. vt ff. ad l. Corn. de sic. l. fi. & in dubio debemus magis absoluere, q̄ condēnare, vt ff. e. l. absentē. & de act. & ob. l. Arrianus. vel q̄ libet cōdēnabit̄ pœna extraordinaria, p̄ut iudici videbit̄ inspecta qualitate delicti & qualitate personarū delinquentiū, vt ff. e. l. aut facta. ff. de extraor. cri. l. i. cum si. vt ma
22 leficiū, nō remaneat impunitū. † Sed nunquid iudex pōt pręcipere suas cōdēnationes solui vsq; ad talē terminū sub pœna tertii vel quarti vel pluris? R̄ñ. qđ sic puto. ar. ff. de vsur. l. fellā. & l. caius Stichus. ff. si cer. pe. l. lecta. & est rō, quia pōt suā iurisdictionē defendere pœnali iudicio. ff. si q̄s ius di-
23 cē. nō obtē. l. i. † Sed pone ptās vel iudex fecit poni tale bannū vel tale p̄ceptū, publice fieri facit quod nulla persona intret talē locum. vel aliquid aliud faciat in tali loco sub certa pœna & bāno x. li. venit aliquis & cōtra fecit, an ipso facto debet haberi pro condemnato sine inquisitione vel cōdemnatione? R̄ñ. non sed opus est quod fiat in bāno vel pręcepto sic. Cōdemno quicunq; intrauerit talē locū vel tale quid fecerit, tūc cōtrafaciens ipso facto est cōdemnatus, & nō indiget quod de nouo fiat inquisitio vel cōdemnatio. Sic ēt est in excōmunicato. extra de eo qui fur. or. su. c. i. de iure patro. c. relatum. no. de simo. c. sicut. đ sagitta. c. i. vbi de hoc. Sed poterūt cōtrafactores de facto cōpelli ad dictā pœnā siue bānū per iura prędicta cum similibus, nec poterūt appellare quia in talibus exactio est quædā executio, & ab executione nō appellatur. C. quomo.
24 & qñ iud. l. per executio. † Itē no. q̄ si per viā ordinariā, vt per accusationem fuerit p̄cessum, sed propter cōtumaciā ferat sniam tunc sic potest scribi sententia condemnatoria, in principio quaterni, sic scribetur.

IN NOMINE DONINI Amen.
25 † Istæ sunt cōdemnationes & snię cōdēnationis, vel istę sunt sniæ absolutionis, vel absolutiones factæ p̄ nobilē virū dn̄m M. potestatē vel capitaneum ciuitatis Mātuę de omnibus & singulis infrascriptis personis p̄ singulis infrascriptis delictis, & excessib⁹
26 p̄ut inferius per singula cōtinetur. † Et est notādum, quod snīa est ferenda per os ipsius ptātis vel capitanei vel iudicis &c. & aliter lata nō valet. C. de sent. ex peri. reci. l. i. & ii. & fi. ff. de arbi. l. diē. i prin. & l nō distingue. § qđ si hęc. nisi p̄sona sit illustris. Nā pōt per aliū ferre sniam, vt in aūth. vt ab illustri. §. sancimus. coi la. v. Sed de cōsuetudine Italiæ notarius legit, & potestas vel iudex postea dicit, & ita cōdēno & sic pronūcio & absoluo & bene valet, & ita obseruatur, q̄a bene est lata p̄ os ipsius iudicis.

Alia forma condemnationis.

27 *Forma condēnationis reo existente cōtumace.*

NOS M. PRAEDICTVS potestas
27 infrascriptas † cōdēnationes damus & p̄ferimus in hunc modū M. filius Ioannis de ferris denūciatus accusatus đ Petro filio A. in eo & super eo quod dictū M. de anno & mense tali fecit insultū cōtra ipsum Petrū irato aīo & malo modo cū vno cultello feritorio de ferro in ciuitate Mantuæ in quarterio maiori ī vicinia sancti Geruasii in via publica ante domū magistri fratris medici & ipsū Petrū percussit & vlnerauit cū ipso cultello in facie, ex cuius p̄cussione sāguis exiuit, quē citari & moneri fecimus, vt ad terminū iā elapsum corā nobis, & nostra curia cōpareret ad defendēdū & excusandū à dicta accu. & ab aliis de q̄bus accusatus fuit q̄ ñ cōparuit, sed potius mādatū nostrū habuit in cōtēptū, vñ ipsum habuimus pro cōfesso, p̄p eius contumaciā & inobediētiā, vt hæc & alia in actis nostræ curiæ plenius cōtinentur s̄m formā statutorū omni via & modo q̄bus melius possumus in his scriptis in c. lib. denar. dādis & soluen. cōi Mātuæ sentētialiter cōdēnamus. Si vero est facta probatio plena cōtra accusatum, sic potest & debet scribi condemnatio.

Alia forma condemnationis.

28 *Forma condemnationis quando reus cōparuit.*

NOS

NOS M. Potestas prædictus &c. M. de-
28 nunciatus & accusatus corã † nobis & no
stra curia in eo & pro eo super. Quẽ M. ci-
tari & requiri fecimus ꝑ nunciũ cõis ex par
te nr̃a & nr̃æ curiæ, vt corã nobis & nr̃a cu
ria cõpareret ad certũ terminũ ad se defen
deudũ &c. & cõparuit, & nullã legitimã ex-
cusationẽ fecit, quia nobis cõstat dictũ M.
loco & tempore suprascriptis cõmisisse di
ctum maleficium vt hæc & alia &c. Idcirco
prædictum M. pro percusione facta in fa-
cie in lib. c. & pro percusione facta i manu
lib. xxv. dañ. & soluen. &c. & ita &c.

Alia forma cõdemnationis capitalis quãdo reus est in fortiam potestatis.

29 *Forma condemnationis ad mortem reo existẽte in fortijs.*

NOS M. Potestas prædictum M. &c. in
29 nostra præsentia † constitutũ † &c. córam
nobis &c. A. B. de tali parte in eo de eo &
pro eo ꝙ percussit C. filiũ dicti B. in ciuita
te Mantuæ &c cũ vno ense. &c. vna percus
sione i capite, ex qua percussione mortuus
fuit est &c. cui M. in nostri fortia cõstituto
terminum adsignari fecimus ad sui defeñ.
&c. Quia nobis legitime per ipsius M. spon
tancam confessioné constat ipsum &c. vel
per legitimũ numerum testiũ cõstat &c. vt
hoc & alia in actis curiæ nostræ &c. de cõsi-
l o iudicũ &c. secundum formam statutorũ
& omni modo &c. Quod ad locũ solitũ in-
iustitiæ ducatur, & ei caput amputetur, ita
quod moriatur, & anima eius &c. & ita &c.

Forma condemnationis qñ est processum ad denunciam alicuius, puta consulis.

30 *Forma condemnationis quando aliquis fuit denunciatus.*

MARTINVS denunciatus fuit à Ioã
30 ne in eo de eo † & ꝓ eo quod de anno &c.
insultum fecit cõtra B. in palatio &c. quem
citari fecimus ad terminum iám elapsum,
vt coram nobis &c. Idcirco ipsum M. in li.
x. &c. dañ. &c & ita &c.

Si autem fuerit processum per inquisitionem & ex officio, tunc sic scribatur.

31 *Forma condemnationis quando processum fuit per inquisitionem.*

MARTINVS contra quem processi-
31 mus † ꝑ inquisitionẽ ex officio nr̃o in eo
&c. ꝙ ad aures &c. fama publica &c. qđ de
anno &c. animo furandi &c furatus fuit
duos boues valore lib. xx. de stabulo &c. cõ
mittẽdo &c. quẽ citari fecimus, vt corã no
bis &c. & ipso nõ cõparẽte assignatus fuit ei
terminus ad se defendẽdũ &c. & nullã defen
sioné fecit &c. vel cõtra quẽ fuit plene ꝓba
tũ &c. pu hæc & alia &c. Idcirco dictũ M.
in lib. c cõi &c. q ad refectionẽ dictorũ bo-
nũ dicto tali &c. intra. x. dies &c. & ita &c.

Alia forma quãdo processum est ex officio contra famosum latronem &c.

32 *Forma condemnationis, quando processum est per inquisitionem contra famosum latronẽ.*

32 NOS M. potestas &c. † M inquisitũ per
noc &c. In eo &c qđ ad aures &c. M. est pu
blicus & famosus latro & multas robarias
& furta cõmisit i loco tali &c de anno &c.
Quẽ in nr̃a fortia detinemus, examinatus
super inquisitione &c. ad banch. &c. Rñden
do dixit & sponte cõfessus fuit se derobasse
vnã mulierẽ de vna gunella panni rubei &
& de vno correxino valoris &c in tali loco
&c. Itẽ de stabnlo talis duos boues &c. Itẽ
quãplura alia latrocinia robarias & furta in
alijs pluribus locis fecisse, cui terminus &c.
Idcirco ipsum tanq̃ publicũ & famosũ la-
tronẽ & derobatorẽ stratarũ debere i furca
laqueo suspẽdi, ita qđ moriať de cõsilio no
strorũ iudicũ &c. ꝭm formã statuto. &c. &
oĩ mõ &c. in his scriptis. &c. Et no. qđ sñia
cõdẽnatoria vel absolutoria semꝑ ẽ formã
da ꝭm formã accusę vel inquisitionis vel de-
nunciationis vt ext. de acc. c. qualiter. & qñ
§. ad corrigẽdũ. & de simo. licet heli. § nã iu
sta. ff cõi diui. l vt fundus. cũ si. Itẽ no ꝙ iu-
dex dẽt prius veritatẽ inquirere, & postea
ꝭm veritatẽ formare suam inquisitionẽ, &
sic nõ poterit errare vel peccare, vt no. s. de
inquisi. Item no quod in fine cõdemnatio-
nis debet scribi lata & data &c.

Quot modis super maleficijs procedatur. Rub. 56

SVMMARIVM.

1 *Proceditur super maleficijs per accusationem, denunciationem, inquisitionem, exceptionem & extraordinarie in notorijs.*



VERA dictum est ordinate de maleficijs & pœnis ipsorum. † Modo restat videre quot modis super maleficijs procedat. Et quidem
1
a pluribus modis proceditur a videlicet per accusationē per denunciationē, per inquisitionem, per exceptionē & extraordinarie ī notorijs, vt probat. C. ad l. Cor. de fal. l. cū suppositi de accu. l. ea quidem. de aboli. l. ii. extra de accusa. c. inquisitionis. & c. super his. Extraordinarie in notorijs procedit, vt ext. de accus. c. euidentia. & c. qualiter & qñ. §. ad cogēdos. ff. de extraor. cri. l. j. & extra de iureiu. c. ad nostrā. de cohabi. cle. & muli. c. si. ij. q. j. c. scelus. & c. de manifesta. cū simili.

ADDITIO.

a *Proceditur.* Tu vide latius per d. Henri. Bohic in c. super his extra de accusa. in prin. Hie. Chu.

Quid sit accusatio. Rub. 57

2 *Accusatio & accusare quid.*



1 QVID sit accusatio videamus † igit, & certe accusatio nihil aliud est quàm contra aliquem alicuius criminis delatio.
2 a Sic accusare nil aliud est quàm per libellū aliquē reū alicuius criminis deferre, vt C. q accu. nō pos. l. nō ignorat. & l. cū rōnibus. ff. de accusa. l. libellorū. ibi, reū deferre, cū sim. Formatur aūt libellus accu. vel accusati hoc modo. videlicet.

Forma libelli accusationis de insultu. 58

3 *Forma libelli accusationis de insultu.*

3 CORAM vobis † dño tali &c. Ego Ioā. filius &c. habitator &c. accuso talē quē dico qđ sub anno dñi currēte &c. idē talis insultauit me, & insultū fecit iniuriose, malo mō & illicito, irato animo cōtra me cū vno cultello ferreo, vel cū vna spata, vel lācea ī tali loco, cui coheret &c. & me percussit & vulnerauit cū dicto cultello in facie cū sanguinis effusione, vñ peto per vos cōtra dictū M. accusatū procedi super dicto maleficio & ipsum puniri & cōdemnari secundum formā iuris & statutorum &c. & omni alio modo &c.

Forma accusationis vel denunciationis de insultu. 59

4 *Forma libelli accusationis vel denunciationis de insultu.*

4 CORAM vobis &c. † M. filius &c. suo sacramento dicit, denunciat, & accusat A. filiū. &c. habitātis &c. quē dicit de anno &c. & mense cū animo irato insultasse in tali loco &c. cui coheret &c. & ipsum percussisse & vulnerasse cū vno spōtono in manu sinistra cū sanguine &c. Quare petit &c. per vos cōtra ipsum procedi & ipsum cōdemnari secundū formā iuris &c. et omni modo etc.

Forma accusationis contra adulterum. 60

5 *Forma accusationis contra adulterum.*

5 CORAM vobis &c. † Suo iurō dicit, denūciat, et accusat. B. de tali loco. M. de tali parte, filiū talis habitatorē etc quē dicit cōmisisse adulteriū cū do. A. vxore sua cognoscēdo eā carnaliter turpi et illicito mō ī domo sua posita ī tali loco etc. cui coheret etc. vñ petit per vos eū puniri et cōdemnari secundum formā iuris et statutorū etc. et omni modo etc. Et prædicta ferunt de tali anno etc.

Forma accusationis contra furem. 61

6 *Forma accusationis contra furem.*
7 *Libellus siue accu denunciatio, seu inquisitio quæ dabeant continere.*

6 CORAM vobis etc. † M. suo iurō dicit denunciat, et accusat B. de tali loco filiū talis, quē dicit de anno præsenti et tali mense noctis tēpe furtiue et malo modo intrasse domū suā in stabulo equorum posito in tali loco et de ipsa domo extraxisse furasse et cōtractasse vnū suū equū brunum stellatū in frōte etc. et tales alias res videlicet vnū mātellū de pāno viridi foderatū etc. et vnā gunellam ab hoīe etc. vñ petit etc. † Et not. quod in
7
b omni libello b siue accusa, siue denūciatione, siue inquisitione dēt apponi anni dñi, dies, et mensis, indictio, qualitas delicti, vbi maleficiū fuit cōmissum, et nomē et pronomē et agnomē accusātis et accusati, vt plebe cōstet de personis cū primo sit de persona quærendū. ff. de iu. codi. l. quidā referūt. ff. de accu. l. libellorū. arg. C. de testi. l. si qs in noīe. Et nomē rectoris loci et villæ iudicis, vt cōstet corā quo fuerit actū. extra de offi. deleg. c. corā delicto. et quę qualitas delicti. ff. de iudi. l. si locus. et l. libellorū. cū si. aliter de iure nō valet, vt in auth. vt præpo. nomen Imper. col. v. et extra de proba. c. qm cōtra falsā. itē et locus, vbi fit processus debet apponi in processu et in actis scribi,

alias

alias non valet processus, vt d.c.quoniā cō tra falsam.et ff.de iustit.et iure.l. pen. et in auth. vt prępona.nomen imper.§ fi.tamen iam de facto obtinui propter defectū loci iudicij qui non erat in actis scriptus. Vnde debet notarius maleficiorū scribere in actis suis sic et tali modo. videlicet.

Forma productionis accusæ.

8 *Forma productionis accusæ & quid iurat accusator, & scribi debet.*
9 *Lis contestari debet super libello siue accusa, et de calumnia iurari.*
10 *Substantialia iudicij & accusæ.*
11 *Actus iudiciarius an debeat fieri præsente aduersario, & scribi per notarium coram iudi.*
12 *Libellus siue accusa, aut alia scriptura iudicialis uel instrumētū potest cōcipi in prima uel tertia persona, anni domini, mēsis & dies dati libelli scribi debent, nō autē dies cōmissi delicti, sed dies contractus & an accusaus debeat se subscribere ad pœnam talionis?*

8 ANNO DOMINI † MCCCXL. indictio.etc.Die.x. mēsis Augusti porrecta fuit ista accusa per Ioā.corā tali iudice maleficiorum pro tribunali sedente in palatio cōis Mantuæ ad banchū maleficiorū ad ius reddēdum.Et debet accusator iurare accusam suā esse verā & nō calūniosam. & hoc dēt scribi in actis per notariū, vt infra dicā.

9 †Itē no. qđ super libello siue accusa debet lis cōtest.& de calūnia iurari,& alia substantialia obseruari, sicut obseruatur in causis ciuilibus,vt in auth.offerat. C.de lit.cōte. & l i.ff.ad Turp l.in senatus §.q post.alias nō valet snia de iure.C.de sen.ex peri.rec. l.ii.Sed cōsuetudine tāta solēnitas nō obseruaē,sed tn̄ de iure est seruanda,qa nō quid fiat, sed quid fiendū est inspici dēt.vt ff. de of.pſi.l.sed licet.imo accusator cum porrigit accusam iurat dictā accusam esse verā & nō calumniosam,& hoc sacrm̄ dēt præstari post lit.cōtest.cū sit iuramentū calumnię, vt C.de iur.calū.l.ii.§ fi.extra eo. c.cū

10 accusam. † Substantialia aūt iudicii sunt ista.s.citatio, libelli oblatio,litis cōtestatio, iuramēti calūniæ protestatio,depositio testiū scripta in actis, & testimoniorū ipsorū publicatio,& qđ snia scribatur,& qđ à iudice sedēte pro tribunali publicetur. Et si quid de pdictis dimittatur vel ppostereτur nō valet rōne substātialis ordinis nō seruati, vt no. C.de sen.& interlo.om.iud.l. prolatā.& extra de proba. c. qm̄ cōtra falsam. Substātialia aūt accusę sunt ista, scilicet annus, mēsis, indictio.locus cōmissi delicti, &

11 qualitas delicti, vt supra dixi. †Itē no.φ oīs actus iudiciarius dēt fieri pſente aduer-

c sario,[c] alias nō valet, vt ff. de re iudic. l. de vnoquoq;.đ cōfes.l certū.§.si qs abnte.dēt ēt scribi in actis siue in libro tabellionis coram iudice videlicet citationes dilationes, exceptiones protestationes, & oīa q̄ in iu-

12 dicio fiūt, vt d.c.qm̄ cōtra falsam.†Itē no. φ nō refert vtrū libellus sit siue accusa vel alia scriptura iudicialis, vel instrm̄ cōcipiaē in prima persona vel in tertia ꝑsona, vt in formis accusationū posuit. vt probatur extra de conuer coniu.c. fi. §. verum de iure

d pat.c.quod autē.in fi. Sed anni [d] domini mensis, indictio.locus & dies dati libelli debent vt dixi, scribi, dies autem cōmissi delicti non, vt d.l.libellorum cū fi.sed dies celebrati contractus debet apponi in instrumento. C.de cōtrahen.& commit. stipula. l.optimam. alias valeret &c. Item not.

e φ ille, qui accusat debet se inscribere [e] ad tallionis pœnam, si non probauerit suam accusam, & scibatur sic. videlicet.

13 *Forma inscriptionis ad pœnam talionis.*
14 *Accusator & accusatus an in grauibus delictis debeant carcerari.*
15 *Accusator an satisdet de prosequēdo accusationem et an punietur si non fuerit prosequutus.*
16 *Accusater quomodo debeat suam accusationem probare,*
17 *Accusare in publicis delictis quis possit, et an denuncians teneatur probare.*
18 *Loci fines an debeant in accusa poni.*
19 *Accusa vel denunciatio non continens annū nec mensem neque indictionem, an valebit si tamen ista sint in principio quaterni.*
20 *Forma accusæ eorum qui alieno nomine accusant, puta tutores &c.*

CONSTITVTVS M. coram dño

13 P.iudice † maleficiorū cōis Mantuę ꝓ tribunali sedetē ad banchū maleficiorū ad ius redden.in palatio dicti cōis vt moris est se inscripsit ad pœnā talionis si non probauerit accusā, quā substitutus esset dictus Ioā. si probaret dictam accusam cōtra eū factā

anno dñi &c. presentibus tunc testibus &c. Ratio est, quia debet puniri quia q nõ ꝓbat. calũniari vr. & est puniendus, vt C. de aduo. diuer. iu. l. i. de calũ. l. fallaciter. extra de procu. c. tuæ. de calũ. c. cõtra. Et si nõ sub scripserit se ad pœnã talionis, nõ minus est
14 peniẽdus, vt no. C. de fid. instr. l. i. † Et debent in grauibus delictis accusator & accusatus carcerari. ff. de custo. re. l. Diuus pius. & l. de custodia. & C. eo. l. i. cũ accusator debeat puniri eadẽ pœna, si nõ probauerit. vt supra dictũ est qua accusatus. Vnde si accusat⁹ est carcerãdus, ita & accusator, ad hoc vt possit puniri si nõ ꝓbauerit, per iura pdicta, sed hoc non seruat de consuetudine.
15 † Itẽ accusator dẽt satisdare de prosequendo accusam sicut fit in ciuili vt C. de epi. & cle. auth. generaliter. de lit. cõte. auth. sed libellum. & si nõ fuit prosequutus, incidit in Turpi. senatusconsf. & ea pœna punit, vt dixi supra de seuetuscon. Turpil. & no. extra q accusa. nõ pos. cõtra crimẽ. sed nõ pstat
16 ista satisdatio de cõsuetudine. † Itẽ no. qd accusator dẽt accusationẽ suã plene probare, vt C. de proba. l. sciãt. de pe. l. q snia laturus est, vel saltẽ simpliciter & per vnũ testẽ fide dignũ vel violenta indicia &c. vt supra no. & C. de edẽ. l. qui acc. C. ad l. Iul. maie. l. si quis. & dixi latius supra de test. & iudi.
17 & supra de proba. † Itẽ no. qđ in públicis iudiciis. qlibet põt accusare, q nõ ꝓhibet. Quę aũt sunt publica hr. ff. de pub. iud. l. i. Et qui prohibẽtur accusare no. supra de his qui accu. nõ pos. ff. de priua. deli. l. fi. C. de fur. l. manifestissimi. Et idẽ vr in denunciãte q probare debet, cũ loco accusatoris habeat, vt ff. ad Turpil. ab accusatione §. viato
18 res. † Itẽ no. vt supra dixi qđ locus dẽt apponi in accusa. Sed nunquid fines loci debeant designari? R. ñde non vr. quia in illa lege libellorũ. ff. de accu. non dicit qđ fines designẽtur, sed q locus apponatur in accusa, & sic debet sufficere, si locus solus apponatur. Sed tutius est q fines loci designent & saltẽ duo, vt ff. de censi. l. forma. & d. l. li-
19 bellorum. ibi in domo illius &c. † Sed qđ si non cõtinetur in accusa vel denunciatione nec annus, nec mensis, nec indictio, &c. sed cõtinẽtur in prin. quaterni, vt quotidie fit. R ñ qđ de rigore iuris nõ valeat, quia in illa libellorũ. dicit, qđ pdicta debet apponi in dicto libello siue accusa, non aũt in prin. quaterni, sed forte tolerari põt per l. si quis ex argẽtariis. ff. de edeu. sed põt dici q ista loquitur rõnibus cõibus, non aũt in accusis seu denũciatio. vel accusationib. Sed tñ de cõsuetudine ita seruat, q in prin. quaterni
20 ponunt anni dñi, & indictio. † Sed qd de his, q noie alieno accusant, vt est curator, ꝓcurator, & syndic⁹. R ñ. tutor põt suo nõe & ad vtilitatẽ pupilli sui accusare, & maxime si ẽ ĩfãs vel pupillus hoc mõ videlicet.

CORAM vobis d. T. potestate &c. Ego tutor Alberti. f. q. Io. iuro nomine & ad vtilitatem dicti pupilli mei & iuramento meo denuncio & accuso M. quem dico. de anno præsenti & mẽse percussisse pupillũ meum cũ manib⁹ ĩ capite iniuriose & irato aĩo & malo in ciuitate Mantuæ in cõtrata &c. in via publica &c. Cui coheret &c vnde puto ipsũ M. Accusatum puniri & condẽnari secũdũ formam iuris &c. & omni modo &c.

Alia forma accusæ pro damno dato. 63

21 *Forma accusa tutoris in damno dato.*
22 *Tutor an possit uel debeat accusare suo nomine, & ad utilitatem pupilli.*
23 *Adultus quomodo debet accusare.*

21 CORAM vobis &c. † I. filius talis de tali loco tutor &c. suo nomine proprio & ad vtilitatẽ ipsius pupilli suo iuramento denũciat, & accusat duos boues M. fil. i talis quos dicit dãnũ dedisse in quodã cãpo ipsius pupilli seminato frumẽto posito in territorio &c. cui coheret &c. corrodẽdo & pascẽdo bladũ dicti cãpi & dãnũ dãdo in eo qđ dã-
22 nũ fecit æstimatio sõ. x. vnde petit &c. † Et qđ tutor possit vel debeat suo noie & ad vtilitatẽ pupilli sui accusare no. C. de his q. vt ind. l. Polla. C. q ac. nõ po. l. ii. ff. de his q.
23 vt ind. l. curatorẽ. † In curatore aũt dico, q adultus debet accusare suo noie cũ cõsensu tñ psentia, & autoritate sui curatoris, vt no. ff. de accu. l. i. §. fi. & C. de auth. præstan. l. clarum. cũ si. Et si ipse adultus vult accusare, sic formari debet accusatio.

Forma accusationis quam facit adultus. 64

24 *Forma accusationis quã facit adultus, & quãdo constitutio procuratoris ad accusandum siue denunciandum teneat.*

24 CORAM vobis &c. † A. filius quondã talis minor xxv. annis & maior xiii. cũ cõsensu

sensu, præsentia, & authoritate & parabola B. ibidē pſentis & cōsentiētis cūr dicti A. cū iuramēto denunciat & accusat talē &c. quē dicit de anno &c. tale q d fecisse &c. vñ petit &c. In procuratore aūt dicēdū, ꝙ si est cōstitutus ad accusandū & denunciādū. qd esse pōt, vt extra de ꝓcur. c. tuæ. de accu. c. veniens. vbi de hoc no. Aut causa ad quā cō stitutus est, est talis, ex qua de iure pōt imponi pęna corporalis, vel alia vltra relegationē, tūc talis ꝓcurator nō est admittēdus ad talē accusam, nec in agēdo siue accusando, nec in defendēdo, vt ff. de pub. iud. l. pe. §. crimē. nisi ad excipiēdū vel allegādū causas absentię; vel ad similia faciēdū, vt no. solēne supra de ꝓcu. & defen. & dic vt ibi. Si vero est pecuniaria, ex qua debeat cōsequi condēnatio pecuniaria vel alia intra relegationem, tunc procurator est admittendus. Et debet sic formari accusa videlicet.

Forma accusæ porrectæ per procuratorem. 65

25 *Formo accusæ porrectæ per procuratorem.*

26 *Procurator constitus ad denunciandum, siue ad causas criminales, an debeat habere speciale mandatum, & an sindicus sit indistincte audiendus?*

25 CORAM vobis &c. † Talis procurator vel ꝓcuratorio noīe P. suo iuramēto denūciat & accusat M filiū talis, quē dicit de anno &c. tale quid fecisse &c. vnde petit &c.

26 † No. tñ, ꝙ talis ꝓcurator cōstitutus ad denunciādū siue ad causas crimi. debet habere speciale mandatū, vt ff. de ꝓcur. l. non solū. §. fi. aliter repellitur, & ēt si fuerit cōstitutus nō admittit, nisi in certis casibus, vt no. extra de accu. c. veniēs. dixi supra de ꝓcu. §. i summa. Syndicus vero vniuersitatis vel collegii vī indistincte audiēdū, cū vniuersitas & collegiū possit constituere syndicum etiam ed causas criminales, vt no. supra de procu. § sed vniuersitas. Et per talē Syndicum sic est formanda accusa. videlicet.

Forma accusæ porrectæ per Syndicum. 66

27 *Forma accusæ porrectæ per Syndicum.*

28 *Accusa quando porrigitur, quid scribere debeat notarius.*

29 *Libello eodem sine eadem accusatione an possit agi ciuiliter & criminaliter, & quando.*

30 *Accusari plures una accusa an possint, & qñ.*

31 *Accusare an possim unum de diuersis delictis in una accusa, & quomodo.*

32 *Accusato aliquo ut supra si accusator in probatione unius delicti deficiat, an admittatur ad alia, & an pro eodem delicto possit quis simul diuersis legibus accusari.*

8 examinare, & sic nō peccabit. † Itē testes debent esse bonæ cōditionis & famæ, inimici, nō cohabitātes cum inimicis, & tales qui nō repellātur à testimonio, vt extra de accu. c. cū oporteat. de testi. c. i. & c. testimonium. ff. de testi. l. scio. & l. ob carmen. cum si. & dicetur infra plene de test. Sed mali assessores & proterui & ignorantes iuris, vt vilipendentes Deū & iustitiā nō obseruant prædicta, & tales nō possunt dici iudices, si nō habēt in se iustitiā, & si eā nō obseruāt. extra de ver. signi. c. forus. §. iudex. imo isti tales non sunt iudices, sed potius canes nūcupati merentur. Formari autē potest inquisitio multis modis secundum quod qualitas delicti reqrit, & ad instructionē rudiū assessorum aliquas formas deferre intēdo in hunc modum videlicet.

Formā inquisitionis contra insultantem de percussione. 72

9 *Forma inquisitionis contra insultantem de percussione.*

9 IN † NOMINE Domini, &c. hæc est inquisitio quę fit & fieri intenditur per nobilem virū d. A. potestatē &c. cōtra L. filiū talis, de tali loco, in eo, & de eo, & super eo q̃ ad aures &c. Fama publica &c. peruenit q̃ tali anno, mense, & loco &c. insultauit & insultum fecit prædictus L. cōtra talē &c. & ipsum percussit & vulnerauit cū vno cultello feritorio in facie ex cuius percussione & vulnere sanguis exiuit, super qbus omnibus & generaliter super aliis omnibus cohærentibus dependentibus & connexis, dñs ptās inquirere intēdit & dictū L. repertum culpabilē de p̄dictis vel aliquo p̄dictorum punire & cōdemnare ſm formam iuris &c. omni modo &c. Formata fuit dicta inquisitio p dictū dominum potestatē sedentem pro tribunali &c. die tali &c.

Alia forma inquisitionis contra insultantem &c. 73

10 *Forma inquisitionis contra insultantem & occidentem.*

10 IN † NOMINE Domini, &c. Hæc est quædā inquisitio quæ fit &c. & fieri intenditur per talē potestatem & eius curiā &c. cōtra talem &c. in eo & de eo, & super eo, q̃ dictus talis insultauit & insultū fecit contra talem animo irato, & malo modo, & ordine, & ipsum percussit & vulnerauit cum vno spontono in corpore ipsius, ex qua percussione & vulnere dictus talis mortuus est. Et p̄dicta fuerūt in tali loco &c. cui cohæret &c. Formata fuit dicta īquisitio &c.

Alia forma contra illum qui intrat domum alicuius. 74

11 *Forma inquisitionis contra illum qui per vim intrat domum alicuius & illum interfecit.*

11 IN † NOMINE Domini, &c. Hæc est quædā inquisitio quæ fit &c. per talē potestatem &c. contra talem &c. in eo &c. q̃ p̄dictus talis noctis tpe per vim vel manu armata cū armis offendibilibus, vel defensibilibus, scilicet pāzeria, tabulatio, siue rutella, cultello, & spata, & lancea intrauit domum talis, & ipsum percussit, & vulnerauit in capite, pectore, pluribus percussionibus, & vulnerib⁹, ex qbus sanguis exiuit, & mortuus est ex dictis p̄cussionibus & vulnere. Et prædicta fuerunt &c. super quibus &c.

Alia forma eiusdem materiæ. 75

12 *Forma inquisitionis contra illum qui alienam domum per vim intrans uxorem alienam carnaliter per vim cognouit.*

12 IN † NOMINE Domini, &c. Hæc est quædam inquisitio quæ fit &c. per talē potestatem &c. contra & aduersus talem in eo &c. q̃ dictus talis noctis tempore per vim intrauit domum habitationis talis & ib. inuenit talem eius vxorem, & ipsam p vim proiecit in terram, & violenter & carnaliter eam cognouit, committēdo adulterium cum ea contra eius voluntatē, & prædicta fuerunt in tali loco &c. tali anno &c. super quibus omnibus &c. forma fuit.

Alia

Alia forma contra robatores. 76

13 Forma inquisitionis contra robatores.
14 Iudex debet formare inquisitionem secundum ueritatem, & non aliter, & quæ alia sunt considerand a, & quid faciant de consuetudine assessores.
15 Iudex an debeat dare copiam totius processus inquisito, antequam cogat illum respondere.
16 Inquisitione formata non præcedente fama uel clamore an ualebit processus & sententia.
17 Iudice inquirente ex officio non ad instantiam alicuius, publicatis attestationibus, poterit alios testes recipere ad inquirendam ueritatem.

13 IN † NOMINE Domini, &c. Hæc est quædã inquisitio q̃ fit &c. contra talẽ & talẽ publicos latrones & famosos, & stratarũ robatores & assasinos publice & palã, & per vim homines & personas ĩ strata publica sepius derobare, & spoliare assuetos, in eo &c. q̃ pdicti & quilibet ipsorũ de anno &c. in tali strata publica &c insultauerunt, derobauerunt, & spoliauerũt, talẽ de vno equo stellato in frõte, & de vno mãtello blãcho &c. & de qbusdã aliis rebus quas secũ habebat, & ẽt derobauerũt talẽ d̃ vna sua gunella blaueta, & de talibus rebus, super quibus oĩbus &c. & pdicta fuerunt de
14 ãno &c. formata fuit &c. † Et no. q̃ iudex dẽt formare suã inquisitionẽ ſm veritatẽ & non aliter, alias falsum cõmittit & peccat mortaliter, q̃ inquisitio ẽ formãda ſm qualitatẽ delicti, vt ff de iniur. l. prætor. & qualitatẽ rerum & signa, vt ff. de fur. l. actio. §. verum. ff. de accu. l. libellorũ. extra de accus. qualiter & qñ. & c. qm̃ cõtra falsam. de pb. Itẽ antequã formet inquisitionem, debet pcedere fama vel clamor &c. vt supra dixi. Et de hoc debet prius cõstare per testes fide dignos, & tales qui nõ repellantur à testimonio, vt supra no. quorum dicta debet iudex facere redigi in suis actis. extra de accusã. c. inquisitionis. §. q̃suiuisti. ibi. ad hoc &c. & c. cũ oporteat. ibi discretioni vestræ. & c. inquisitio. n. si. & ij. q. i. Deus omnipotens. ibi descendam inquit &c. quia nõ creditur ei nisi quatenus constet legitimis documẽtis. vt d. c. qm̃ contra falsam. sed. de cõsuetudine etiam a mia nõ probata proceditur ad inquisitionem multoties per assessores. Itẽ debet apponere locum vbi processus fit in palatio cõis, vt dixi alias nõ valet de iure, vt in auth. vt præpo. no. Impera col. v. & d. c. qm̃ cõtra falsam. ff. de iu. & iur. l. pe. cum
15 fi. & alia debent apponi, vt no. supra de accu. §. seq. † Itẽ no. q̃ iudex debet dare copiã inquisitionis illi contra quẽ inquiritur, & nomina & dicta testium, & copiã totius pocessus, & anteq̃ cõpellat ipsum inquisitioni rñdere. cũ adhuc possit suas exceptiones & suã facere defensionẽ & pponere, vt extra de accu. c. qualiter & qñ ii. §. debet igit. Nam qñcunq; reo petente dẽt dare vt possit se defendere, vt ff. de q. l. vnius. §. cogniturũ. nã defensionis facultas nõ est denegãda &c. C. de iur fisc. l. defensionis. lib. x. Itẽ qa melius est ante tẽpus occurrere, q̃ post vulneratã causam remediũ q̃rere. Sed mali assessores iure à iustitia ignari cõtra Deũ & iustitiã cõtemnentes hoc non seruant.
16 † Sed pone q̃ iudex formauit inquisitionẽ non pcedente fama vel clamore &c. vt dixi supra, & procedit, nunquid valet processus & sñia? R̃n non de iure. extra de accu. c. inquisitio. ibi ad quod respondemus &c. & est ratio, quia nõ seruatur iuris ordo, vñ non valet. facit extra de rescript. c. cũ dilecta. §. deide. & c. exhibita. §. i. & fi. C. de sen. l. plat ã. itẽ & modus est seruandus, & forma alitet nõ valet quod fit. ff. ad munici. l. cõsti. ff. mã. l. diligenter. extra de resti. spo. c. pisanis. vbi de hoc. C. de procu l. ad vnam.
17 † Item no. q̃ si iudex procedit per inquisitionem ex officio suo, & nõ ad instantiam alicuius, q̃ publicatis testibus siue attestationibus testium receptorum poterit alios testes recipere ad inquirendam veritatem, vt extra de testib. c. cum clamor. secus si ad instantiam alicuius præcessisset, quia tũc timet de subornatione, vt arg. ff. de acc. l. alii.

Alia forma de insultu & percussione. 77

18 Forma inquisitionis de insultu & uulneribus.
19 Inqsitio cõtinebit cõmisso dicto maleficio uel alio in dicto loco uel alio &c. & inquisitionis informatio siue probatio, an debeat fieri secundum formam inquisitionis.

18 IN † NOMINE Domini, Amẽ. Hæc est quædam inquisitio quæ fit &c per d. potestatẽ &c. cõtra & aduersus talẽ in eo &c. q̃ prædictus talis insultauit & insultum fecit

cit contra talem irato animo & illicito modo in tali loco, & ipsum percussit & vulnerauit cum vno cultello de ferro & malitiose in pectore, & alibi in pluribus partibus corporis, ex quibus percussionibus sanguis exiuit super quibus omnibus &c.& prædi-
19 cta fuerunt de anno &c formata &c. † Et no. ꝙ in inquisitione dr̃ cõmisso dicto maleficio, vel alio in dicto loco vel alio &c. & debet fieri informatio ẜm formã inquisitionis, & si aliter fieret, nõ valet de iure. ff. cõi duid l.vt fundus. extra de accu.c. qualiter. sed tñ si ista verba apponantur, qa debent aliqd operari ẽt si ꝓbatio nõ est facta ẜm formã inquisitionis, ꝙ nõ minus dẽt qs cõdẽnari, ẜm quod ꝓbatũ est. facit. ff de leg. j l.si qñ. Itẽ verba generaliter ꝓlata &c. quod nõ puto, qa inquisitio debet esse certa, & in se cõtinere certũ. de iniur.l.ptor.in princ. ff. vi bo.rap.l.ptor.§. docere. Itẽ iura volunt ꝙ sñia feratur ẜm formã inquisitionis vel petitionis, nõ aũt prout facta fuerit probatio, vt dictũ est, vt extra de acc.c.qualiter & qñ.ii §.pe. quod esse non poterit, nisi secũdũ formã inquisitionis vel petitionis facta probatio, vt dictũ est, & sic vr̃ ꝙ dicta verba generalia non sufficiant ad condẽnationem fiendã. Alii dicunt ꝙ inquisitio generalis valet ẽt si dicat cõtra quãlibet psonam repertã culpabilẽ de tali maleficio &c. arg. C. cõi diuid.l.ad officiũ, quia verbũ generaliter &c. ff. si mensor fal. mo. dixer.l.i.§ generaliter. xxiii.q.iiij. & hoc quia crimine vndecunq; claruerint sunt punienda &c cũ similibus. Fit etiam generalis inquisitio cõtra officiales per sindicatores ad hoc deputatos hoc modo vel simili &c.

Forma inquisitionis contra officiales in syndicatu. 7 ⁋

20 *Forma inquisitionis contra officiales in syndicatu.*

21 *Inquisitio generalis contra officialem an debet contineri istam clausulam, quòd officialis deliquit in suo officio.*

22 *Officialis, an teneatur de negligentia dolo, & an poßit duplici officio fungi.*

23 *Et an condemnatus appellet.*

24 *Et an fugiens de loco habetur pro confesso, & an poßit per procuratorem respondere, & per quot dies stare debet ad syndicatum.*

25 *Officialis si non respondeat per se uel per procuratorem idoneum, an stabitur iuramento petẽtis ad fidem plenam si non habeat aliã probationem.*

26 *Officialis repertus inutilis, propter quas causas poterit amoueri.*

27 *Officialis tenetur dolo & imperitia et an imperitia assessoris imputetur assessori.*

28 *Officialis quomodo puniatur ꝓ subtractis, & an poßit accusari quãdoque durante officio.*

20 IN † NOMINE Dñi amen. Hęc est quædã inquisitio q̃ fit & fieri intenditur ꝑ do. A. syndicatorẽ generalẽ &c. deputatum ad syndicadũ oẽs & singulos officiales &c. pro sex mensibus ꝓxime pteritis ad inquirendum de eo & super eo, ꝙ dictus B. officialis &c. tpe sui officii habuit & recepit de pecuniis vel aliis rebus dicti cõis vltra salariũ sibi deputatũ, & ẽt sup eo ꝙ habuit vel extorsit aliquid malo modo vel illicito cõtra formã iure statutorũ &c. ab aliqua persona cõi collegio vel vniuersitate &c. & ẽt sup eo ꝙ dictus olim officialis fuit negligẽs in dicto suo officio excẽdo de aliquo, qd ꝑ suũ officiũ facere debuit ẜm formã &c. Et ẽt super eo ꝙ cõmisit dolum vel fraudẽ, ac culpam in dicto suo officio, & ẽt qa dãnificauit dictũ cõe vel aliã singularẽ psonã &c. & ẽt sup eo ꝙ ipse itulit aliquod grauamẽ vel iniuriã alicui personæ &c. indebite &c. & ẽt se absentauit à dicto suo officio &c. & ẽt qa omisit aliqua facere de his q̃ facere debuit &c. & ẽt quia multa fecit cõtra formã statutorũ &c. Super qbus oib. illicite cõmissis, & ꝑpetratis ꝑ eũ vel ptermissis dolo negligentia vel culpa sua. Et super aliis oibus cohærentibus, depẽdẽtib. & cõnexis ac prorsus extraneis, q̃ fecit vel ptermisit, inquirere intẽdit & ipsum repertũ culpabilem, de prædictis vel aliquo prædictorũ debita pœna punire & condẽnare secundũ formam iuris &c. & omni alio modo &c & ipsum non repertum culpabilem absolue-
21 re &c. formata fuit &c. † Et not. ꝙ in ista tali generali inquisitione secũdum quosdã non debet poni assertiue ꝙ officialis deliquerit in suo officio, propterea quia ius p̃sumit pro ipso ꝙ bene gesserit officiũ suũ quod iurauit, vt extra de præsumpt.c.illud & c.audientiam. Nã nemo præsumitur immemor salutis ęternæ. C. ad l. Iul. repetũd.
22 l.fi.cum simi. † Item no. & officialis tenetur de negligentia. C. de off. præfect. prætor. l.fi

si quis.de diuer.off.apparitores. libr.xii.ff. de off.psid l.diuus.Et no.ꝙ non pót qs duplici officio fungi,vt no.C. de iudi.l.ij.itē tenetur de dolo & culpa.ff. de magist. con.l.j.
23 ff.quod quisq; iur l.ii.† Itē no. ꝙ si officialis cōdēnetur,non pōt appellare.C.quo.ap-
24 pellari.nō recip.l.nulli.† Itē no.ꝙ officialis aufugiat de loco, ꝙ habetur ꝓ confesso de his de quibus accusatur vel inquiritur cōtra eū.C.de assess.l.cōsiliarios de dignitat. l.iudices.lib.xij.Itē pōt respōdere per procuratorē,vt C. vt oēs causæ tā ciui. q̃ crimina. l. j.§ si. Et dēt stare ad syndicatū ꝑ quinqua-
25 ginta dies,vt d.l.cōsiliarios.patet. † Itē not. ꝙ si nō steterit per se vel ꝑ procuratorē idoneū qui pro ipso respondeat,& eum defendat, ꝙ stabitur sacramēto petentis ab eo ad plenā fidē,si nō est alia probatio,vt in auth. de colla.§.pen.§ si quis aūt.colla.ix.Facit in
26 auth.de man.prin.§. oportet.col.iii.†itē no. ꝙ si officialis reperiat inutilis ad officium exercendū,vel ꝑꝑ infirmitatē lungā,vel propter negligentiā vel imperitiā,vel aliā similem cām,quod debet remoueri, & alius idoneus loco ipsius subrogari. arg.C. de off.pfect.præto.l.si quis facit.ff. de suspect.tutor.
27 l.in locum. † Item not. ꝙ officialis tenetur de dolo & imperitia,vñ si quid in dolo facit punitur,& si imperite facit, tenetur ad damnum & interesse, vt ff. quod quisque iuris.l. hoc edicto.instit.de oblig. quæ ex quasi delict.nascun.in prin.facit instit.ad legē Aqui. §.imperitia. sed tamen imperitia non debet assessori imputari, sed potestati vel capitaneo cū quo assessor ille moratur, vt d.l.edi-
28 cto.&C. de asses.l.j.†Itē no.ꝙ si ipse aliqd subtraxit ab aliquo, ꝙ tenet ad restitutionē in quadruplū,vt duplū hēat cōe siue fiscus, & aliud duplū ille à quo extraxit.C.de asses. l.cōsiliarios.ad l Iul.repet.l.i. vel punit aliter.C.de pœ.iud.qui male iud.l.i. & in auth. ibi posita. itē qñq; pōt ēt durāte suo officio accusari,vt no.supra de his q acc. nō pos.circa fin. Sunt ēt qdā simplices q formant inquisitiones suꝑ relatu hoc modo, videlicet.

Forma inquisitionis super relatu.

29 *Forma inquisitionis super relatu.quomodo fiat & quomodo sit facienda.*
30 *Inquisitionis processu pendente, si compareat, extraneus quod uelit accusa.an sit puniendus.*
31 *Accusatus an sit citandus ad uidendum iurare testes,quos iudex ex officio vult examinare super inquisitione.*
32 *Inquisitione cœpta per iudicem super aliquo maleficio.si iudex moriatur,aut suum finiat officium, an successor super dicta inquisitione procedet, & an dabit nouam dilatio.*
33 *Inquisitione facta super homicidio, si inquisitus sit contumax & tanquam confessus condemnetur.an sententia ualebit.*
34 *Bona absentis quando publicantur.*
35 *Iudex quomodo debet esse cautus circa officiū maleficiorum ne decipiatur.*
36 *Iudex quomodo debet accedere ad locum mortui,& eum uidere &c.*
37 *Iudex debet credere dicto medicorum.*
38 *Vulnerans animo occidendi aliter punitur secundum ius commune, aliter punitur secundum leges municipales, & generalem cōsuetudinem morte non sequuta.*
39 *Iudex intendens examinare testes contra inquisitum uel accusatum,an debeat facere citare eum ut uideat iurare testes.*
40 *Procedi de nouo an possit super eo super quo prius fuit processum & lapsū est biēniū, infra qd debuit processus fieri & snīa ferri.*
41 *Linguam sibi abscindens timore tormentis dū procederetur cōtra eū dēprehēsū ī adulterio uel alio maleficio,an habebitur pro cōfesso.*
42 *Delinquens in Ecclesia, an grauiori pœna puniatur,quam alibi delinquens.*
43 *Ludendo si unius ex socijs alium impellat qui cadens sibi frangat caput uel brachium,an impellens puniatur.*
44 *Faber faciens gladium ad uendendum,quo aliquis postea mortuus est, an debeat puniri.*
45 *Familia potestatis inquirente contra portantes arma,si inueniatur cultellus ad pedes plurium,uel sub bancho ubi sedebant, an quilibet sit condemnandus.*
46 *Confitens quòd in isto loco commisit unum delictum,& alijs locis alia delicta,an hic poterit de omnibus puniri & quando.*
47 *Denunciato Pe.& Anto.si lite habita pro contest.per responsionem istorum ad inquisitionem.an si ille qui denunciauit vult eos accusare,audiatur.*
48 *Capere malefactorē si eum nouit,& illū ducere in fortiā communis,an quilibet teneatur.*
49 *Inquisitio si fiat cōtra Martinum quod vulnerauit Ioann. & Marti. dedit, si deiussere super*

super vulnere de quo inquirebatur de præsentando eum, vel soluendo c. lib. pro condemnatione si qua fieret occasione dicti vulneris.

50 *Fideiubente Titio pro Marti de præsentando eũ pro aliquo maleficio, si dictus Mar. aliud maleficiũ cõmittat propter quòd exbanniatur, an potestate requirente Titium quòd præsentet Martin. teneatur illud præsentare.*

51 *Iudice inquirente contra aliquem ille comparet & negat se fecisse maleficium de quo inquiritur, probatur per testes quòd illud commiserit certum, ille comparet & dicit, feci ad meam defensionem, quod offero me probaturum, an sit audiendus.*

52 *Delicto commisso per Senensem in ciuitate Lucana, ex quo iure communi imponitur pœna pecuniaria, & lege Municipali abscisionis manus quo iure puniatur.*

53 *Delicto commisso si biennium labatur, & fiat lex noua quã iurauit seruare potestas nouus, an condemnabitur delinquens secundum legem antiquam vel nouam, siue maior sit siue minor pœna.*

54 *Potestate habente arbitrium super criminibus, quidam ciuis commisit delictum extra iurisdictionem illius & in forensem, an potestas possit contra istum delinquentem inquirere & debita pœna punire.*

55 *Forensi delinquente extra iurisdictionem Patauinam, puta Taruisij in forensem vel ciuem an potestas Patauij poterit illum punire si reperiatur Patauij.*

56 *Forensi delinquente, ut supra an erit locus remissioni.*

57 *Fideiubens de præsentando aliquem citatum pro aliquo delicto, si nõ præsentat illum monitus à iudice qualiter debet puniri.*

58 *Iudice faciẽte plura præcepta unum post aliud de præsentando, an de omnibus sit condemnandus, vel de uno.*

59 *Præceptum factum alicui alleganti coram iudice de iure suo, ab ipso iudice ne loqueretur in pœnam lib. x. & ille nihilominus loquatur allegando, nunquid tenebitur, ita quòd possit condemnari.*

60 *Delicto commisso in confinio duarum ciuitatũ vel castrorum habentium iurisdictionem, an uterque rector inquirere & punire poterit, & an erit locus præuentioni.*

61 *Delicto commisso ut supra si per unum rectorem fuit inquisitum, et reus absolutus, an rector alterius ciuitatis poterit de dicto maleficio inquirere & punire.*

62 *Inquisitione facta contra Titium de aliquo maleficio, ac eo contumace si condemnetur ut si venerit in fortiam communis decapitetur, an eo perueniente in fortiam communis debebit decapitari.*

63 *Inquisitio delicti usque quod tempus fieri põt.*

64 *Vulnerans aliquem de familia potestatis uel capitanei, an possit inquiri & puniri per potestatem uel capitaneum.*

65 *Potestate habente arbitrium super criminibus suo tempore commissis, si quidam suo tempore sit mortifere vulneratus, & postea tempore sequentis potestatis decedat, cui non erat datum arbitrium, an secundus potestas poterit procedere super homicidio ex tali arbitrio.*

29 HAEC † EST quædã inquisitio quæ fit per &c. cõtra & aduersus talẽ, pro eo in eo & super eo q̃ dictũ & relatũ fuit dicto dño potestati & suæ curiæ, sic & sic &c. dico q̃ ista est mala forma, & modus insufficiens inquirendi tribus rõnibus principaliter. Prima q̃a prius debet constare de relatione in acti. quia non creditur iudici nisi appareat, vt no. extra de pba. c. q̃m cõtra falsam. Secunda, quia iste nõ de modis est traditis à iure pcedẽdi, vt no. supra de accus. in prin. Tertia, quia snia debet formari & pronunciari secũdum formã inquisitionis. ff. cõi diuid. l. vt fundus. extra de acc. c. qualiter ij. §. pe. de simo. c. licet Heli. & sic snia formabitur super relatu alterius, & sic sup incerto, q̃ esse non debet, q̃a snia debet esse certa, vt institu. de act. §. curare. vñ talis modus mihi nõ placet saluo semper consilio saniori, alias nisi vbi psona esset deputata ad deferẽdũ maleficiũ vel portantes arma, vel ludẽtes ad azardũ, vel similia p formã statutorũ ve ordinamentũ, nã tũc valet relatio.

30 † Sed pone q̃ iudex pcessit p inquisitionẽ pẽdente adhuc pcessu, cõparet alter extraneus q̃ vult accusare. nunquid est audiendus? R. n. sic vr, rõ est, quia ordinariũ auxiliũ pfert extraordinario, vt ff. de mino. l. auxiliũ. & l. in cãæ. ff. de eden. l. quædã. ad munic. l. j. de adul. l. si maritus. §. fi. vnde si mõ cõpareat ante litis cõtestationẽ per rñsionẽ inquisiti, secus si post, quia de qua re cognouit iudex &c. ff. de iudic. l. de qua re.

Ali j

Alij dicunt q debet audiri vsque ad aperturã testium.arg.C.de tem.appel.l.iij. in fi. Sed alij dicunt q qñq; ante sententiã.arg.ff.de adult. l.si maritus.§.fin.de ædili.edict.l.bouê.§.si sub conditione.extra de accus.c. de his. cũ simi.& hoc approbat Dyn. facit d.l. in causæ. & ff. de
31 libera.causa.l.vno.§.plane. †Sed nũquid iste accusatus debet citari ad videndũ iurare testes quos ex officio suo intendit examinare super dicta inquisitione? respon.sic de iure, vt C. de testib.l.si qñ.& in authen.ibi posita.alias dicta testium non valent.extra de testi.c.ij.sed igna-
32 ri assessores hoc non obseruant. †Sed quid processit iudex per inquisitionem super aliquo maleficio, & decessit nondum finito processu, vel recessit suo finito officio, nunquid successor poterit super dicta inquisitione procedere? Respondeo sic,vt ff.de iudi.l.mortuo.de inoff.testamen.l.possemus.§.si quis.& sine noua inquisitione debet tamen nouus iudex nouam
33 dare dilationẽ.ff.de iudi.l.edictum †Sed quid iudex processit super inquisitione super homicidio vel alio delicto capitali, ille inquisitus citatus non cõparuit, & sic propter suam contumaciam habitus est pro confesso,fuit condemnatus,nunquid valeat talis sententia? Respõd. non,vt ff.de pœn.l.absentem. & dic vt ibi. Et prædicta vera sunt quando imponitur pœna capitalis,vel alia vltra relega. In alijs vero delictis in quibus imponitur pœna pecuniaria, vel alia intra relegationem, bene potest ferri
34 in absentes,vt d.l.absentem.§.j. & seq. †Not. tamen q bona absentis vsque ad annum non publicantur, post annũ vero secus.ff. de req. reis.l.j.§.præsides. & §. sed Papinianus. & l.
35 omnes.cum simi. †Item not.q iudex debet esse cautus circa officium maleficiorum,ad hoc ne decapiatur,quia inuenta veritate delicti cõmissi debet formare inquisitionẽ suam secundum veritatem,vt alibi supra dixi, & ponere in parte corporis fuerint vulnera illata, vel in capite, vel in pectore, vel alio loco, ad hoc vt aperte constare possit, vtrum vulneratus sit mortuus ex vulnere vel non, nam tunc scire potest,vtrum de homicidio, an de vulnere tãtum debeat vulnerantem condemnare, & sic
36 non peccat in sua sententia. †Item debet accedere ad locum mortui, & videre eum, & facere scribi qualiter vulneratus mortuus est, & habere medicos paratos & peritos qui eum medicauerunt,vel alios,& facere vt videant illum mortuũ,& vulnera,& delato eis iuramento interrogare si ille est mortuus ex dictis vulneribus,vel ipsorum occasione vel non, & ista omnia faciat scribi in actis suis, & si dixerint illum esse mortuum ex dictis vulneribus, vel eorum occasione,tunc condemnare debet vulnerantem de homicidio quantuncunque est condemnandus de iure.ff.de sicca.l. nihil. alias de vulneribus tantum,& sic per viam istã non
37 peccabit,& iustam dabit sententiam.† Debet etiam credere dicto medicorum, vt extra de homic.c.significasti. C.de re milita.l.semel.sed iudices imperiti hoc non obseruant nec curãt, & male agunt & de facili peccare possunt, & iniustam ferre sententiam, quod facere nõ debent,iuxta illud. Recte iudicate filij hominũ, & diligite iustitiam vos qui iudicatis terram.
38 †Item not. secundum ius commune legis Corne.de sicca.qui vulnerat animo occidendi aliquem, quamuis non occidat punitur, vt ff. de sicear.l.j.§.diuus. Sed secundum iura municipalia, & secundum consuetudinem generalem secus est,quia licet quis aliquem vulneret animo occidendi, sed non occidit, non punitur de homicidio,sed de vulnere tantũ, vnde intelligas ea que notantur in hac summula, vbi tractatur de vulnere & percussione secundum dictam consuetudinem,vt quãuis percutiat & vulneret animo occidendi, non punietur,nisi de vulnere vel percussione, nisi inde sequeretur homicidium, vt dictum est. Item not. q si ipse iudex testes intendat examinare, debet facere citare illum accusatum vel inquisitum,contra quem testes debent examinari,vt intersit ad videndum iurare testes. C. de test. l.si quando.& authen.ibi posita. alias non valet testimonium.extra de testi.cap.ij. sed ignari assessores quandoque hoc non obseruant, vt dixi supra proxime. Sed pone q processum est contra aliquem de aliquo maleficio, & lapsum est bienniũ intra quod debuit processus fieri,& sententia ferri, nunquid poterit de nouo super eodem procedi? Rñd.sic, quia sola causa instantiæ perijt propter lapsum dicti temporis. C.de iudi.l.properandum. §.fi. & vt
39 intra cert.tempus cri.q.termi.l.ij. †Sed pone q procedatur contra aliquem deprehensum in adulterio, vel alio maleficio, & ipse timore tormenti furtiue abscidit sibi linguam, an debeat haberi pro confesso? Rñ.dicunt quidam q sic postquàm fuit deprehensus in crimine,alias secus.ff.de his qui mor. sibi consci. l.j.& l.qui rei.§.fin.sicut contingit in carcerato qui fregit carceres.ff.de custo.reor.l. in eos. ff.de ritu nupt.l.palam.§ quæ in adulterio cũ
40 simi. † Sed quid, si quis deliquit in ecclesia, nunquid est grauiori pœna condemnandus quàm

quàm si alibi deliquisset? Respon. sic, vt C. de sac. san. eccles. l. si quis in hoc genus. de his qui ad eccle. confu. l. denunciamus. Nam loco & tempore fit iniuria atrocior. ff. de iniur. l. prætor. §. fi. & l. seq.
41 †Sed pone ꝙ plures ludebant & solatiabantur, & ludendo & currendo vnus impulit alium, & ille cecidit & fregit sibi caput vel brachiũ, vel cecidit super aliũ, & fregit sibi caput vel aliud simile, nũquid tenetur? R ñ. non, nisi dolose factum esset. ff. de iniur. l. illud. ad l. Aqui. l. si ex plagis. §. fi. & l. si obstetrix. cum simi.
42 †Sed nunquid faber qui facit gladium ad vendẽdũ, vnde postea aliquis mortuus est, debet puniri. R ñ. non, vt arg. ff. locat. l. qui domũ. Itẽ qui fecit artẽ suã & rem licitã pœnam non meretur. ff. de adul. l. Gracchus. & non est interdicendum alicui vti arte sua, nisi ex causa, vt no. ff. de postu. l. puto. §. fi. de pœn. l. vlt. Itẽ quia faciendo gladiũ ad vendendũ nõ habuit animũ delinquendi qui desideratur, vt ff. de sic. l. in lege. & l. Diuus.
43 † Sed pone dum familia potestatis iret rimando pro armis per ciuitatẽ contra portantes arma, inuenit vnum cultellũ ad pedes plurium vel subtus banchũ vbi sedebant, quæritur nunquid quilibet sit cõdemnandus? R ñ. dicitur ꝙ sic. arg. l. j. §. fin. & in hac opi. fuit Guid. de Suz.
44 †Sed puto contra, ꝙ nullus condemnetur, quia ex præsumptione, nullus est cõdemnandus, nisi cõstet cuius sit cultellus, vel qui posuerit, nam ille tunc condemnandus est. arg. ff. de sicc. l. fin. sed quia non constat, omnes sunt absoluendi, nã melius est nocentem absoluere &c. ff. de pœn. l. absentem. Item quia probationes debent esse luce meridiana clariores &c. de prob. l. sciant.
45 † Itẽ in dubio etiam contra fiscum &c. ff. de iur. fisc. l. non puto. Item quia ius non deficit sed probatio. l. duo sunt Titij. de testa. tut.
46 † Item quia nullus potest condemnari nisi probationibus conuincatur. ij. q. j. Deus omnipotens ff. de offic. præsid. l. illicitas. §. necessitas. Item ratione incertitudinis euitatur condemnatio. ff. de rei vendi. l. Pomponius. in fin. Nec obstant iura contraria, quia ibi certũ erat per aliquem de illis deiectum esse qui erant in domo. Sed in casu isto bene potuit cultellus per alium poni, & non per istos quos penes fuit inuentus vnde in dubio potius sunt absoluendi, & non condemnandi, vt dictum est ff. de action. & oblig. l. Arrianus. cum simi.
47 †Sed pone ꝙ quis deliquit in pluribus locis. Sed in loco isto cõmisit vnum delictum, & iudex inquirit contra eum, & ipse confitetur ꝙ alibi pluries, deliquit sed hic semel tantum, nunquid poterit hic de omnibus delictis etiam alibi commissis puniri? Respon. non, sed solũ de isto ꝙ cõmisit hic. C. vbi de crim. agi opor. auth. qua in prouincia. ff. de accu. l. si cui. §. pluraliter. nisi esset vagabundus, nam tunc vbiq; locorũ potest puniri, iuxta illud. Vbi te inuenero, ibi te iudicabo & cæt. Si autẽ proceditur via ordinaria, vt per accusam, potest puniri, quod dic vt supra de furt. §. sed quid aliquis cõmisit plura furta &c. Sed quid, quidã denunciauit iudici ꝙ M. Pe. & O. cõmiserunt quædã maleficia, iudex incepit inquirere lite quasi contestata vel habita pro contestata per responsionem istorum inquisitorũ, siue contra quos inquirebatur, comparet iste qui denunciauit eos, & vult istos accusare, nũquid debet audiri? R ñ. non puto, nam elegit viã denunciationis, vnde in alia sibi præiudicare videtur. arg. C. de furt. l. manifestissimi. §. tales. de codicil. l. fi. de tribu. l. quod in hæredẽ. §. eligere. de iniur. l. quod senatus in fi. secus si non denunciasset certas personas. nã tunc posset. ff. de accu. l. diuus. quia ordinariũ iudicium prefertur extraordinario. ff. de mino. l. in causæ.
48 †Sed nunquid tenetur quilibet capere malefactorẽ si eũ nouit & in fortiã cõmunis ducere? R ñ. sic videtur. C. de his qui latro. occul. l. j. & ij. circa prin. C. de mathe. l. fi. & quod si non facit videtur pœna extraor. puniendus iudicis arbit. cum non sit pœna expressã à iure. ff. de extraor. cri. l. j. Itẽ tenetur quilibet prohibere si põt, ne maleficia cõmittantur, quod si nõ facit, puniri debet. ff. ad l. Aquil. l. scientiam. de noxa. l. in omnibus. & quilibet merito debet capere malefactores, quia reipublicæ interest, ne maleficia cõmittantur, vt d. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. Nec videtur obstare ꝙ dicitur, ꝙ nemo cogitur iudicare furem. ff. de condit. ob turp. caus. l. iiij quia illud verũ est secũdũ iura vetera & iure actionis, sed officio iudicis sic, vt ibi not.
49 †Sed pone, inquiritur contra M. ꝙ ipse vulnerauit Ioan. & dictus M. cõparuit, & dedit fideiussorẽ super vulnere de quo inquirebatur de præsentando dictum M. vel de soluendo centum lib. pro condemnatione, si qua fieret de ipso occasione dicti vulneris, de quo quæritur contra eum, vt moris est, contingit ꝙ dictus Ioan. ex dictis vulneribus moritur, propter quòd dictus M. condemnatur in mille lib. de homicidio, per formã statuti. Modo quæritur, an iste fideiussor debeat compelli soluere mille lib. pro homicidio, an solũ lib. centum pro vulnere? Respondeo, videtur ꝙ soluet lib. centum pro vulnere, quia de alio nõ inquirebatur, tunc cũ fideiussit, nec aliud erat deductum

deductum in iudicio, vt ff. de iudic. l. solemus. de transact. l. qui cum tutoribus, in fi. & l. non est ferendum, vnde fideiussor debet soluere lib. centum, & ad plus non videtur teneri. ff. qui satisda. cogan. l. i. facit. ff. ad Municip l. libertus. §. pe. de fideius. l. fideius. §. Aurelio. & l. seq. Alij, vt Dy. distinguunt, aut erat mortifere vulneratus, & tūc videbatur fideiussisse in lib. mille pro homicidio, & tūc tenetur ad soluēd. dictas mille lib. argu: ff. ad l. Aqui. l. huic scripturæ. ff. de fideiuss. l. si quis ꝓ eo. §. si minus. arg. ff. quor. leg. l. Aquil. q occidit. cū si. Sed primū verius vř. Sed si fideiussisset de soluēdo omnē cōdēnatione q fieret de M. occasione maleficii cōmissi ꝑ eū in ꝑsonā Ioā. tūc planū est ꝙ tenet ad omnes mille lib. ꝑꝑ verbū, omne, ꝙ est generale, & vniuersale. arg. ff. de leg. iii.
50 l. patronus. de adi. leg. l. à filio. §. fi. cū si. †Sed pone ꝙ Titius fideiussit pro aliquo de præsentando eū pro aliquo maleficio, puta M. contingit ꝙ dictus M. de nouo cōmisit maleficiū ꝑpter ꝙ exbannitus est potestas petit à dicto Titio fideiussore ꝙ præsentet dictū M. ꝓ quo fideiussit, ipse dicit ꝙ non potest, quia ipse ipsum posuit in bāno pro alio maleficio, quęritur qd iuris. Respon. aut potestas c vel iudex præcepit, vt ipsum præsentaret ante bannū datū. ff. qui satisda. cog. l. si decesserit. ff. si quis cau. l. sed & si quis. §.
51 rei capitalis. cū si. †Sed pone ꝙ iudex fecit inquisitionē cōtra aliquē ꝓ aliquo maleficio, & ipse cōparuit & negauit fecisse simpliciter maleficiū de quo inquiritur contra eū, sed tamē probatur ꝙ dictū maleficium cōmisit per testes. ipse inquisitus cōparet ad sui defensionem, & dicit, & allegat quod istud maleficium ad suā defensionem fecit, & hoc offert se paratum probare, quæritur an sit audiendus, d Respon. dicunt quidam, vt Dy. aut iurauit à principio, & suo iuramento negauit illud maleficium se commisisse, & tunc non auditur, quia ei licitum esse nō debet, vt extra de iureiuran. c. si vero, & c. quemadmodū. de dona. c. cum dilectus. de excep. c. cum venerabili.. Si autem negauit se esse culpabilem de prædictis, de quibus inquiritur contra eum, & tunc audiatur, si velit probare quod ad suam defensionem fecerit, quia isto casu videtur solum negasse ꝙ istud maleficium iniuriose fecerit, sicut cōtra eum inquiritur, quia per hoc patet quod nō fecit iniuriose. Sed in primo casu negauit factum, videlicet ꝙ non fecit illud maleficium, & negāti factum nulla est probatio &c. C. de proba. l. actor. Fallit ad hoc. ff. de reb. dub. l. si is qui ducēta. §. verū. cum simil. & ibi Dyn. sed contra eum facit aperte. ff. ad legem Aquil. l. inde Neratius §. fin. vt post confessionem suam audiatur. Alii aliter dicunt, vt no. supra de accusatio.
52 †Sed quid Senensis deliquit in ciuita. Lucana. de iure communi ex tali delicto punitur pœna pecuniaria, sed secundum legem Municipalē debet puniri in amissione manus, vel pedis, quęritur an secundum ius cōmune sit pœna imponēda, an secūdum ius municipale? secūdum. opi. cōmunem Doct. Respon. quod secundum ius municipale, quia ratione illius delicti sortitus est forum illum, & secundum illā legem municipalē est puniendus: C. vbi sena. vel cla. l. i. C. vbi de cri. agi oportet. l. i. & in authen. qua in prouincia. & est ff. de offic. præsi. l. iii. de extraordi. cri. l. sacularios. ibi, secundum fori consuetudinem &c. & hoc habet locum in delictis à iure cōi ꝓhibitis, vt in furto homicidio, raptu, adulterio, & si. In aliis aūt delictis ꝓhibitis ꝑ ius muncipale, vt nō liceat extrahere carnes, bladū, vel vinum, vel bestias, vel quid simile de ciuitate vel districtu, & tunc ille qui tali modo deliquit erat sciēs ꝓhibitū à l. municipali, & tūc punitur secundū leg. munic. q̄a sortitus est ille forū ratione delicti, vt d. authen. qua in prouincia. extra de iudic. c. i. quia licet extrahere bladum &c. quamuis nō sit delictum de iure communi, tamē per ius municipale delictum est ratione prohibitionis, vt C. de mi. l. iii. §. qui rem. ff. de oper. no. nuncia. l. prætor. §. ait. vbi de hoc. de regul. iur. l. non videtur dolo. de nego. gest. l. fina. Si autem ignorauit prohibitum à l. municipali, vel à statuto non tenetur, quia forensis erat quia directe non ligat ignorantes. ff. de decre. ab. ordi. facien. l. fi. nec ligant non suppositā personā. C. de sum. tri. l. i. nisi forte iste talis esset assuetus venire pluries, & stare in dicta ciuitate, ita ꝙ nō est verisimile ipsum ignorare, sed potius scire, nam tunc est puniendus, quia supina ignorantia nō excusat ff. de iur. & fact. igno. l. nec summa. de lib. cā l. iubemus. ar. C. de rest. mili. l. tutela. cū si.
53 †Sed pone ꝙ aliquis deliquit iam est annus,

nus, vel biennium, & tunc ex tali delicto poterat cõdemnari in centum lib. & postea ꝑ nouã legem diminuta est pœna, vel augmẽtata pro tali delicto, an secundum talem legem veterem q̃ erat tempore delicti commissi, vel secundum nouam punitur, quam nouus rector iurauit obseruare? Respon.
e dicunt [e] quidam secundum nouam legem mutatam & iuratam per rectorem vigore sacramenti præstiti. extra de iureiurã. c. si vero. & quia lex noua videt̃ primæ derogare, quia vltima derogat primæ, vt ar. C. de pac. l. pacta nouiss. & facit C. de transactio. l. si quis maior. ff. ad Velleia. l. iubemus. Econtra q̃ secundum legem veterem, quæ erat tempore delicti commissi, quia nouus potestas vel rector subrogatus in locum prioris, vr̃ eadem persona cum priori. arg. C. de iudi. l. cum proponas. Item quia debet iudicare sicut primus tenebatur. ff. de iudi. l. mortuo. C. de iudi. l. properãdum. §. sin aũt. extra de offi. dele. c. qm̃ Abb. Item quia tẽpus maleficij debet spectari, vt ff. de nego. gest. l. Papinia. ad Macedo. l. tã & si. & videtur casus. ff. de noxa. l. in delictis. de fur. l. quia. Item lite penden. nihil debet innouari. C. vt lit. pen. l. j. extra de cõstit. c. cum M. & c. cum accessissent. & c. cum ecclesia. C.
54 de leg. l. leges. & hoc vr̃ verius. † Sed pone q̃ rector habet arbitriũ super maleficijs, quidam ciuis cõmisit maleficiũ extra iurisdictionẽ suã, & in forensem, & potestas vult per inquisitionẽ ꝓcedere, & istũ delinquentem debita pęna punire, nunq̃d possit. Rñ. nõ vr̃ plurib. rõnib. Prima, q̃a nõ deliq̃t in sua iurisdictione sed extra: nec in personã sibi suppositam, & sic nõ habet in eũ iurisdictionẽ ratione delicti, vt ff. de iur. om. iu. l. fi. de offi. præsi. l. iij. Secũdo ipse debet puniri illic vbi deliquit, vt in d. auth. qua in prouincia. vñ debet transmitti ad locũ vbi deliquit puniendus, vt C. de adul. auth. si vero criminis. ff. de accu. l. si cui. §. pe. & l. fi. & si cõceditur à iure, q̃ puniatur vbi deliquit, ergo in alijs prohibetur. ff. de iud. l. cũ prætor. Item alia ratione: quia potestati & cõi illius loci, vbi deliquit facta est iniuria; vñ ille habet plus punire q̃ alius, vt in d. auth. qua in ꝓuincia. vt ille cuius magis interest, præferatur alteri, vt ff. de adul. l. j. §. pe. & in auth. de man. prin. §. q̃ si delinquentes. col. iij. & ar. ff. de iniur. l. iniuriarum in prin. Itẽ & ille cui principaliter facta est iniuria, cum eius magis intersit, ꝑfertur ad accusandũ, sic & in casu isto ad puniendũ. ar. ff. de acc. l. si plures, & de adul. l. si maritus. in prin. §. fin. & inst. de iniur. §. patit̃. & §. seruus. Ecõ-
f tra, [f] q̃ possit per inquisitionẽ procedere, q̃a debet purgare prouinciã malis hominibus nec distinguitur vñ sunt. ff. de of. præs. l. iiij. & l. cõgruit. Item quia in locis pluribus agitur de crimine. s. in loco delicti & in loco domicilij, vt in casu nostro, & vbi agitur & lis contestatur, non opposita fori exceptione declinatoria. C. vbi de cri. agi. opor. l. j. & ij. C. vbi sen. vel cla. l. j. nam fori exceptio debet ante lit. cõtest. opponi, cum sit dilatoria nõ potest. C. de excep. l. pe. & fi. ante lit. contest. videntur etiam iuribus consentire, vt ff. de iudi. l. consensisse de iurisd. om. iud. l. cum quædam puella. et l. si cum venerit. cum si. Sed primum est verius, & ita determinatum est, si vult procedere per inquisitionem, si autem vellet procedere per accusam, tunc bene potest procedi, & punitur, cũ rõne domicilij, vel originis sortiat̃ forũ, vt ff. de iudi. l. hęres absens. § si & C. de cri. agi opor. l. j. & ij. ff. de accusa. l. fi. Itẽ actor siue accusator debet sequi forum rei. C. de iuris. om. iudi. l. in criminali. cum similibus.
55 † Sed quid, forensis deliquit extra iurisdictionem istam in alium forensem, vel in aliquem ciuem, nunquid potest eius potestas punire? Respon. non. de iure, per aliq̃ viam, quia nõ est suppositus isti iurisdictioni, nec ratione delicti, nec ratione originis,
g nec ratione domicilij, [g] vnde non habet potestas in eum iurisdictionem. ff. de iuris. om. iudi. l. fi. de accus. l. si cum si. nisi esset vagabũdus forte. iuxta illud. vbi te inuenero, ibi te iudicabo &c. Quis autẽ sit vagabundus not. infra de fur. & latrociniis. tit. proxi. §. q̃d si aliquis cõmisit plura furta &c. quia actor & accusator debent sequi forum rei. C. de iur. om. iud. l. iuris ordinẽ. & l. in criminali.
56 † Sed nunquid debet istum talẽ forensem remittere ad locum delicti, vt ibi puniatur? Respõ. vr̃ q̃ sic. C. de adult. auth. si vero criminis. in auth. vt nulli iud. §. si vero. ad hoc ne maleficium sit impunitum. ff. ad l. Aqui. l. ita vulneratus. C. de iis. qui latro. occul. l. i. & ii. Sed cõtra videtur, cum nõ habeat iurisdictionẽ in eum. ff. de iuris. om. iu. l. fi. prius
57 dictum vr̃ verius. † Sed pone q̃ aliquis occasione

casione alicuius delicti citatus cōparuit, & dedit fideiussorē de ipso psentādo, sed fideiussor nō repręsentat monitus à iudice qualiter dēt puniri. R̄n. aut promisit sub certa pœna expressa, & tunc ad illā pęnā tenet, & est cōdemnādus, vt ff. si quis caut. l. ij. de custo. reo. l. si quis reum. si autē non sit expressa, tunc ad interesse cōis tenet, vt d. l. si quis reum. vel punit arbitrio iudic. inspecta qualitate delicti, vt ff. si quis ius di. nō ob. l. j. de re iudi. l. non vr̄. extra de matri. inter-
58 dict. c. cum simi. † Sed pone φ iudex fecit plura præcepta de præsentādo, videlicet vnū post aliud, an de omnibus sit condēnādus, an de vno tantū? R̄n. vr̄ φ de omnib⁹. arg. C. de ser. fugi. l. quicunque. & arg. ff. de dona. causa mort. l. senatus. Itē contumacia aggrauat delictū, & auget pœnā. ff. de fur. l. inficiando. §. quod infans. Ecōtra φ sit vnū delictū licet fuerint plura pcepta. ff. de acti. & obl. l. q seruū. §. fi. & l. si plura. & l. cū ex vno. Itē illa quæ incontinenti fiunt, vident inesse. C. de pact. l. petēs. Solu. dico si plura fuerint pręcepta continue facta vnum incōtinēti post aliud, φ esse nō debuit. arg. ff. de pigno. act. l. si conuenerit. ff. de iudi. id est, p interualla & tunc præsumatur vnū fuisse pceptū, vnde tunc vna sola contumacia est, & vna pœna puniri debet. ar. ff. ad l. Aquil. l. illud. ff. de accus. l. cū ex vna. de priua. delict. l. nunq̄. & hoc verū est si præceptū fuerit iustū & possibile alias nō valet tale præceptum, nec est obseruandū, si est impossibile. ff. qn̄ app. sit. l. pe. Item posito φ plura fuerint pcepta cōtinue facta, si vltimo obedit, nō pōt cōdēnari. ff. si quis cau. l. i. in prin. de eo φ cer. loco. l. fi. & pe. Nā licet aliquantulum distulerit obedire, si postea obedit, nō piudicat sibi, qa in mora modici tēporis nō est periculū. ff. de iud. l. si debitori. de sol. l. quod diuus. & l. raptū. & ff. de vsur. l. pecu
59 niæ. §. fi. † Pone du aliquis allegaret de iure suo coram iudice, iudex pręcepit ei ne loqueret in pœnā x. lib. Iste nihilominus loquitur, allegando iura sua, & dicendo de iure suo. Nunquid poterit iudex ipsum condēmnare de hoc? R̄n. sic vr̄, qa pōt iurisdictionē suā defendere pęnali iudicio. ff. si qs ius di. nō obtem. l. i. φ met. cau. l. certū. Itē qa nō vr̄ dolo carere, q nō obedit &c. ff. de reg. iu. l. non vr̄. ff. de inter. & rele. l. fi. Econtra φ non, qa tale præceptū fuit iniustum, vnū nō valet, cū licitū sit cuilibet se defendere, & iura sua dicere & allegare. iuxta illud. ætatē habes, de te loquaris, vt in decretis legitur. Itē quia iura volunt φ iudex debeat quēlibet patienter audire. C. de testi. l. omnium. ff. de offi. præsi. l. obseruandū. de offi. procon. l. nec quicq̄. §. circa. Itē nō vr̄ iniuriā facere qui vtitur iure suo. ff. de iniur. l. iniuriarū. Itē præcepta iniusta nō valent, vt argu. ff. de acqui. pos. l. iuste. & ff. qn̄ appel. sit l. pe. Itē non debent nasci iniuriæ vnde nascuntur iura C. vnde vi. l. meminerint. si p vim vel alio modo. l. fi. Itē pręceptū fuit nudum & sine causa legitima factū, vnde non valet arg. ff de legi. i. filiusfa. §. diui. & ibi no
60 ta. † Sed pone in cōsilio duarū ciuitatū, vel castro℞ habentiū iurisdōnem cōmissum est maleficiū, nunquid rector vtriusq; poterit inquirere & punire. R̄n. sic, vt ff. d excu. tu. l. peritos. §. i. Sed tn̄ si vnus incœpit inquirere & citauit delinquentes, alius non poterit pcedere quasi præuentus. ff. de iudic. l. si qs postea. Itē quia per inchoationē perpetuata est iurisdictio sua. extra de offi. deleg. c.
61 gratum. de iudi. c. proposuisti. cum si. † Sed pone φ vna ciuitas, vel castrum, vel rector alicuius ipsarum inquisiuit cōtra delinquētem, & qa nō repetit culpabilē absoluit, an poterit p aliū de dicto maleficio inquiri & puniri? R̄n. non, quia non debet sæpius inquiri de delicto eiusdē. ff. n ut. caā sta. l. licet. Itē qa obstaret rei iudicatæ exceptio. ff. de exce. rei iudi. l. i. & iii. & p totū. & hoc verum nisi doceat de collusione, vel pręuaricatione facta in primo iudicio. C. de accusa. l. qui de crimine. extra de accu. c. de his.
62 & ibi no. † Sed pone h φ aliquis fuit inquisitus super aliquo maleficio, & citatus non cōparuit, & sic ratione suæ contumacię fuit condemnatus ad mortem, vt si quo tempore veniret in fortiā cōis, φ decapitari dēat, vt quotidie fit. Iste post condemnationē factam per aliquod tēpus venit in fortiā cōis, nunquid debet decapitari? R̄n. nō de iure. ff. de pœ. l. absentē. & maxime si nō fuit probatum de maleficio per legitimas probationes. C. de epis. & cle. l. raptores. § in prouincis. ib. aut impositis post legitimas probationes. C. de pba. l. sciant. Itē posito φ sententia valeret, debet sibi dari terminus ad defendēdum se s̄m quosdā, vt ff. de requi.
63 reis. l. annus. † Sed vsq; ad quod tēpus pro

15 Piscatores de nocte cum luce decipientes nauigantes propter quod damnificantur quomodo sint puniendi.

1 
REIPVBLICAE † interest ne quid occasione incēdij, vel ruinę, vel naufragij rapiatur. ff. de incē. rui. nauf. l. j. §. j. vnde prætor voluit prouidere, ne quis rapiat ex incendio, ruina, vel nauf. alicuius nauis, & qui contrafecerit, puniatur &c. vt infra sequitur vt intra annum ad restitutionem in quadruplum ciuiliter, post annum vero in simplum, vt ff. eo. l. j. in princ.
2 † Et not. prædicta locum habere solum si domo rapitur vbi incendium erat, sed si de adiacentibus domibus, vel prædijs, raptum est de dolo malo, & satis videtur factum occasione incendij, si sit durante incedio, vt d. l. j. §. ex incēdio, & idem videtur si fiat occasione ruinę, vt d. l. j. §. ruinæ. Sed si fieret per suspitionē incendij, vel ruinæ, & non sequeretur postea ruina, vel incendium, prædicta locum non habent ff. eo. l. j. § si suspicio, quia falsę suspitioni non statur, sed tenetur tunc furti, vt ff. de furtis. §. interdum. §. pen. & l. interesse. §. repente. & l. j.
3 † Item si quis rapit de naufragijs tempore & loco quo fit naufragium, vel nauis expugnatur, tenetur in quadruplum intra annum, & postea in simplū, vt dictum est, & ff. eod. l. j. & ii. in prin. & l. si quis. & C. de furtis. l. in eum. & in auth. nauigia. Et dicitur expugnari nauis, cum spoliatur, aut funes inciduntur, aut vela &c.
4 vt ff. eo. l. expugnantes. † Item si quis rapiat de domo, vel villa quando expugnatur, tenetur in quadruplum, vel duplum, vt dictū
5 est, vt d. l. iij. § Labeo. † Item no. quod non solum qui rapit. sed etiam qui recepit sciens vel abstulit, vel amouit, vel damnum dedit tenetur, vt d. l. iii. §. non tantum. & §. sequē.
6 † Item si rapuit clauum, id est gubernaculū vnum, seu plures, tenetur omnium rerum nomine, vel aliam rem propter quam nauis fuit in naufragio, vt forte anchora, vel remus, vel quid simile, vt d. l. iii. §. senatus. facit. ff. ad Sillania. l. si quis in graui. §. si quis
7 tabulas. † Illi autem qui fieri fecerunt naufragium, vel quorum cōsilio factum est, vel impedimentum dederunt quominus auxilium haberent ad euitandum naufragium, tenetur. l. Cornel. de siccar. ff. de ince. ruina naufragio. l. ii. §. alio senatusconsul.
8 † Si autem tempore naufragii recipiatur, vel nō in naufragio, sed in alia trepidatione naufragij

gii diuersimode, etiam criminaliter punit. Nam quidam releganrur, quidam flagellantur. ff. eodem. l. prædiis, & l. ne quid. & non minus ciuiliter tenetur ad quadruplũ vel duplum, vt supra dictum est, & ff. codẽ l. i. in principio. C. de naufragi. l. penulti. li-
9 bro. xi. †Item notat ꝙ statur dicto nautarum duorum, vel trium. C. de naufrag. l.
10 quoties lib. xi. & ibi no. †Sed quid si nauis tua propter vim venit in domo mea, & dedit mihi damnum? Respondeo non teneor tibi dimittere, nisi primo caueas mihi de damno meo, vel emendes damnum, vt ff.
11 eodem. l. ratis. †Item nota, quòd agitur cõtra hæredes ciuiliter, nedum contra delinquentem, & datur etiã hæredi illa actio
12 & c. vt ff. eo. l. Pedius. †Item no quod licitũ est cuilibet colligere in quolibet loco. & impune suum naufragium, siue suas res ob causam naufragii, vt ff. eodem. l. fi. Et si qui impedimentum præstat, punitur, vt ff. eo. l. ne quid. §. fi. Potest etiam agi contra possessores agrorũ vbi nauis est infixa, vel ru-
13 pta, vt d. l. ne quid in princi. †Item nota. ꝙ si quis posuit incendium sciens in domo, vel segete alterius & cõburitur sine negligentia, ad damnum tenetur, et appellatione domus, omnes species ædificii continen-
14 tur, vt ff. eo. l. qui ędes. † Qui autem in ciuitate dãdo operam, incẽdium fecerit, aut ad mortem damnatur, aut relegatur, vt ff. eodem. l. fi. Si autem casu fortuito incẽdiũ fiat, tunc venia dignus est. ff. eo. l. fortuito.
15 †Item nota. ꝙ si piscatores de nocte cum lumine decipiant nauigantes, vt ibi veniãt credentes ibi esse portum, et propter hoc naues pereunt et damnificantur, ipsi sicut & alii raptores tenẽtur & puniuntur sicut dictum est supra. & ff. eo. l. ne piscatores & C. de naufragiis. l. j. in princip. & l. fi. et ꝑ totum lib xj. facit. C. de furtis. l. in cum. et authenti. nauigia, & quod ibi nota. Et sic videtur hodie per dictam authen nauigia. ꝙ solum puniantur in publicatione bonorum, et aliter vt principi placuerit, qui rapuit res de naufragio, nisi sunt nauigia quę piraticam exercens prauitatem, vel sint inimica imperio, et sanctæ Romanæ ecclesiæ, vt quia sint sarracenorum, vel hereticorũ, et similium. nam in aliis non habet locum dicta pœna, quia licet, et licitum est rapere talia bona, vt in d. auth. nauigia. q̃ fuit Federici Impera. Sed in aliis raptoribus occasione incendii, vel ruinæ, habet locũ pęna supradicta, vt supra notatum est, & in supradictis legibus continetur.

De incendiariis. Rubri. 46

SVMMARIVM.

1 *Incendiarius unde dicitur, & qui incendium facit dolo, vel negligentia quomodo puniatur.*

2 *Incendio sequuto in domo mea vicina tuæ quia tuus inimicus posuit ignem in domo tua, an tenearis mihi ad emendam.*

3 *Incendio sequuto ut supra duarum opinionum in tali casu quæ sit verior.*

4 *Incendens ecclesiam, vel alium locum quomodo puniatur, & an ad sedem apostolicã sit mittendus pro absolutione.*

5 *Domus appellatione, quæ ædificia cõtineãtur.*



1 INCENDIARIVS † dicitur ab incendio, vnde si qs domus alicuius, vel segetes, vel alias res accendit, imponendo ignem dolose, vel imponi faciendo, iste talis, aut igne cõcrematur, aut capite punitur vt ff. de incendio ruina naufra. l. qui ædes. et l. fi. & pen. ff. de pę. l. capitalim. §. qui ob inimicitias. et §. incendiarii. & xij. q. ii. cũ deuotissima. xxiij. qõ. viij. pessimã. si vero negligentia, tunc corporaliter punit, forte fustigatione, vel manus abscisione, vt iudici videbitur, vel alia pœna, vt d. l. qui ædes bene facit. ff. de in ius vocando. l. fi. ff. de pœ. l i. C. de acc. l. nõ
2 ideo. et l. si fortuitu. † Sed quid, quidam tuus inimicus posuit ignem in domo tua, vel in alia re quæ est vicina domui meę, ꝓpter quod domus mea est cõbusta, vel alia res. q̃ritur, an tu tenearis mihi ad emendationem damni mei? Respondeo, et videtur ꝙ sic quia et incendium factum fuit accusatione tuæ inimicitiæ, vñ tu teneris emendare, vt ff. de iniur. l. fina. argumen. ff. de solutio. l. in iis. ff loc. l. si merces. §. culpę. et ibi no. et est ratio, quia tu videris causam damni dedisse &c. & nihil interest &c. ff. ad siccar. l. nihil. ff. communi diuidun. l. is qui cõmunes ædes. C. ad l. Iuliam. de vi publi. l. quoniam. Alii contra, quia congruũ non est, vt id quod prætor volũtatẽ meam accidit,

cidit, in meum redundet periculum. xxvii. q. v. de occidendis. Facit extra de homic. decreto. Item quia delictum alterius tibi nocere nõ debet. C. ne vxor pro mari. l. maritorum culpa. C ne fil. pro patre. per totũ
3 C. de pœnis. l. sancimus. †Sed quidam approbauit primam opinionem, per iura primo allegata. & hoc quando quis culpa sua habuit inimicitias, vt d. l. si merces. § culpę. & facit pro hac parte. ff. ad legem Rhodiã de iact. l. i & ij. §. æquissimum. ff. pro socio. l. cum duobus. §. quidem. Sed Vber. tenet opinionem secundã, q᷑ non teneatur damnum emendare. Sed prima opinio videtur
4 verior, vt not. in dicto §. culpæ. † Sed quid de iure cano. si quis incendit ecclesiã vel locũ religiosum, ipso iure est excõmunicatus. vt extra de sent. excõ. c. conquesti. & c. tua. xi. q. iii. c canonica. Si vero alium locũ, non est excõmunicatus, sed excõmunicandus, & dãnum emendare tenetur, vt extra de rapto. c. in literis. & d. c. tua. & debet postea mitti ad sedẽ apostolicã absoluendus,
5 vt d. c. tua. †Item not. q᷑ appellatione
a domus,[a] continentur omnes species ædificii, vt d. l. aedes. in fi. ff. de adul. l. q domũ. & l. nec. n ea. §. ij. & insti de iniur. §. domum.

ADDITIO.

a ¶ Domus. Adde tamẽ q᷑ in statuto appell. domus non venit capana in incendio, ita Bal. in c. ii. de fratri. de no. benefi. inuesti. pro quo facit tex. in l. senatus. §. maritus. ff. de leg. 1. & bar. in l. cętera. §. quod senatus. eo. ti. & intellige etiam si capana sit ad vsum hominis, & faciunt ea quæ dicit alex. in consi. ciiii. in 1. vol.

De iniuriis. Rub. 67

SVMMARIVM.

1 *Iniuria tribus modis irrogatur scilicet facto, verbis, & literis.*
2 *Iniuria facto quomodo dicatur fieri.*
3 *Iniuria quomodocunque inferatur in corpus, uel in rem alterius animo uulnerandi dicitur fieri iniuria facto, & non solum ratione propriæ personæ, sed etiam aliarum hic enumeratarum.*
4 *Iniuria facta uni personæ quando inferatur pluribus, & an uno agente iniuriarum, tollatur iniuria alteri facta.*
5 *Iniuria facta filio, uel nurui, qui poßint agere iniuriarum.*
6 *Iniuria facta marito, uel socero, an uxor uel nurus agere iniuriarum potest.*
7 *Iniuria facta filiofamilias, poterit agere per se, & per procuratorem.*
8 *Iniuria facta seruo proprio, uel communi, quis poterit agere.*
9 *Iniuria quomodo fiat uerbis, & an posit fieri absenti.*
10 *Conuitium unde dicatur.*
11 *Iniuriarum tenetur non solum iniuriam faciens, sed procurans fieri, & alios incitans ad faciendam.*
12 *Iniuria quomodo fiat literis.*
13 *Iniuria dicitur multis modis.*
14 *Iniuria non fit uolenti & ille agere non potest & quot actiones nascãtur pro uno delicto.*
15 *Iniuriarum an teneatur qui me in ius facit uocare sine iusta causa.*
16 *Item an prohibens bestias meas in loco publico pascere.*
17 *Item an prohibens me lauare in balneo publico, & in similib. publ. locis aliquid facere.*
18 *Item an uolens diuinare contra ueritatem me fecisse furtum, uel quid simile, quod non feci, & qua pœna puniatur.*
19 *Item an tenetur qui non debitorem requiri fecit tanquam debitorem.*
20 *Item an tenetur qui sibi incognitũ offendit.*
21 *Item an teneatur aliquid iniuriosum faciens etiam si nesciat ad cuius iniuriam uel contumeliam fiat.*
22 *Item an tenetur inquietãs fideiussores, quando principalis paratus est soluere.*
23 *Item an teneatur faciẽs ludibrium de aliquo.*
24 *Item faciens uel dicens aliquid ob infamiam.*
25 *Item an prohibens me uendere, uel alienare rem meam.*
26 *Item an imponens signa domui meæ, uel rebus meis ut sua appareant, uel aliena.*
27 *Item an intrans domum meam me inuito, etiã si sit nuntius citans.*
28 *Item an utens ueste sordida, uel capillis in opprobrium alicuius.*
29 *Item an index faciens contumeliam appellanti quia appellauit.*
30 *Item an index uulnerans appellantem, & qua pœna teneatur.*
31 *Item an si inferior fumum faciat superiori, uel superior proyciat feces, uel aliquid simile inferiori.*
32 *Item an index iniũgens mihi onus ultra debitum modum, uel præcipiens iniustum, uel illicitum.*

Iniuriam

33 *Iniuriam facientes personæ, quæ tamen non tenentur iniuriarum hic enumerantur.*

34 *Iniuriarum an teneatur ille qui ad imminuendum dignitatem meam non permisit me habere officium, uel quid simile.*

35 *Item an pater, uel dominus, quando filiusfamilias, uel seruus iniuriam facit, ita quòd contra istos agi possit, & an iniuria sit maleficium.*

36 *Item an uerberans aliquem pugnis, uel aliam rem, uel tormenta faciens alicui, & quæ dicantur tormenta, & quæ ueniant appellatione tormentorum.*

37 *Iniuriarum actio datur non solum illi cui facta est, sed etiam alijs personis hic enumeratis, & licet una remittat persona, alia uidetur agere posse.*

38 *Iniuriarum ciuiliter agi potest, & quō statur iuramento iniuriati, & aliarū psonarū, & quid de taxatione & condemnatione.*

39 *Iniuriarum actio ciuiliter quando detur heredi & in heredem, & quando non.*

40 *Iniuria à pluribus illata omnes tenentur insolidum, nec uno soluente alij liberantur.*

41 *Iniuriarum an tenetur non solum faciens, sed curans, & solicitans illam fieri, tenentur suadens & incitans iniuria sequuta.*

42 *Iniuriæ ciuiliter æstimatio, an fiat aliquando plus & minus & quo respectu, & quibus rationibus iniuria dicatur atrox.*

43 *Iniuriarum agitur ciuiliter & criminaliter lege Cornelia, & licet actum fuerit criminaliter, nihilominus agitur ad damnum, & quantum duret ista actio.*

44 *Iniurians an præsumatur facere animo iniuriandi, & quando fallit.*

45 *Iniuriarum actio, an per pactum tollatur.*

46 *Item an ipso iure per pactum parentum de non accusando.*

47 *Item an si iniuriatus bibit, uel comedit cum illo qui fecit iniuriam.*

48 *Iniuriarum an teneatur ciuiliter qui leuauit manum ad percutiendum aliquem, licet non percusserit.*

49 *Iniuriarum an ignorantia excuset.*

50 *Iniuriam faciens cadaueri defuncti, an iniuriam faciat heredi, & an heres possit agere iniuriarum.*

51 *Iniuriarum an teneatur qui dum uellet unum percutere, alium percussit.*

52 *Iniuriarum agens quid debet designare in suo libello vel accusa & an debet ponere omnes iniurias in vno libello.*

53 *Iniuriarum potest agi lege Cornelia de sicc. & non minus aquilia homine occiso.*

54 *Tutor & procurator, an pro alio agere possint iniuriarum.*

55 *Magistratus aliquid faciens pro suo officio & curia non tenentur iniuriarum, alias sic. & minor magistratus durante officio poterit iniuriarum conueniri.*

56 *Iniuriarum an tenetur qui dum crederet offendere Petrum, offendit Antonium & quid de offendente sibi incognitum.*

57 *Offendente Titio filiusfamilias, quem paterfamil putabat, & nuptam quam credebat viduam, an marito & patri dabitur actio, & an prohibens rem meam vendi teneatur.*

58 *Iniuriarum tenetur generaliter quandocunque & quomodocunque quis fuerit contra alium vel ad infamiam alterius siue facto siue verbis siue literis animo iniuriandi.*

59 *Accusās ad infamandū aliquē, vel per calūniā & animo calūmniandi quō puniatur.*

60 *Iniuria omnes debēt in eodem libello describi quando plures iniuriæ alicui inferuntur eodem loco & tempore, & agere vult.*



1 MVLTIS modis, † & diuersis iniuria irrogatur. Sed altero de trib. mod. fit iniuria videlicet, aut facto, aut verbis,
2 aut literis. † Facto dicitur fieri iniuria, quando quis pulsatur & verberatur vel domus eius introitur aīo iniuriādi. & dicitur verberare cum dolore, pulsare dicitur sine dolore. ff. eod. l. lex Cornel. Item domum intellige, siue sit propria, siue cōducta, siue gratis concessa, & siue sit in ciuitate, siue in villa, siue sit etiam hospitium in quo quis hospitatur vt d. l. Cor-
3 nel. §. domum. insti. eo. §. domū. † Et generaliter quōcunq; iniuria inferatur in corpus, vel in re alterius animo vulnerandi dicitur facto fieri. & non solum si fiat in tua propria persona, vel re tua, sed etiam si fiat in persona vxoris, vel sponsæ tuæ, vel filii, vel nepotis tui, qui est in tua potestate, vel serui tui ad tuam contumeliam, vt insti. eodem. § patitur. ff. eod. l. apud Labeonem. §.
4 sponsum. † Et fit etiam pluribus personis iniuria. vnde si fiat vxori tuæ quæ est filiafamilias

familias Titij & ipsi filiæ, & marito,& pa-
tri sit iniuria,vt si vnus agit iniuriarum, nō
tollitur per hoc iniuria alteri facta, vt ff. eo.
5 l.j §.fin †item si fiat filio,pater, vel auus,vt
dictum est,potest agere.idem iuris si fiat in
iuria nurui ex filiofamilias. quia socer pote
rit agere iniuriarum,vt d.§.j quia socer lo-
co parentis habetur.ff.soluto matrimon.l.
6 quia socer.& instit. eodem.§.patitur. † Si
autem fiat iniuria marito, vel socero, vxor
vel nurus agere non potest, quia defendi
vxorem à viro &c. æquum est & non ecō-
7 tra,vt l.ij.ff.eod.†item filiusfamil.pro iniu
ria sibi facta potest agere iniuriarum per se
& procuratorem,vt ff.eodem.l.sed si vnus.
8 §.idem Iulian.†Sed si fiat iniuria seruo, nō
agit seruus, sed dominus cui videtur facta
iniuria.vt institu.eodem.§.seruus.ꝙ si fue-
rit seruus proprius vel communis. Nā vter
que dominorum poterit agere, vt institut.
9 eodem.§.si communi seruo. † Verbis autē
fit iniuria, vt quando sit cōuitium siue de-
decus,vt si dicat, tu es latro, tu es falsarius
tu es assassinus,cucurbita, vel cacucius vt l.
apud Labeonē.§.generaliter.in fi.ff. eo.vel
quid simile dicatur præsenti. potest etiam
fieri iniuria absenti, vt si quis ad domum
tuam, vel ad apothecam, vel ad tabernā ve
nit te absente & mala verba dixit & turpia
de te,vt dictū est,ad infamiam tuam, vt ff.
eodem.l.j.§.iniuria.& l.item apud Labeo-
10 nem. §. qui turpibus.† Et dicitur conuiciū
à vociferatione, vel à vocum prolatione,vt
ff.eodem.l.apud.Labeonem.§ conuicium.
11 & §.sequen.& §. fecisse.& §.fi.† Et non so-
lum qui facit iniuriam,sed qui procurat fie
ri, & incitat alios ad faciendum , tenentur
iniuriarum,vt d.l.apud Labeonem.§. si cu
rauerit.& §.seq.& §.ait prætor.& §.genera
12 liter. † Literis etiam fit iniuria, vt quando
facit quis librum, vel carmen, vel historiā
vel literas, vel scripturam porrigit non ve-
ram,vel cōponit, vel scribit,vel dictat, vel
quid simile facit dolo malo,siue suo nomi-
ne quis faciat siue alieno,vt inst.eo.§.iniu-
ria. & ff.eo.l. lex Cornel.§.si quis librum.
facit ad hoc quod not.in titu.de famosis li-
bellis,& dic vt ibi no. Si autem verum esset
quod diceret,non tenetur iniuriarum, quia
expedit peccata nocentem &c. vt ff. eod.l.
13 eum qui nocentem † Item nota.ꝙ iniuria
dicitur multis modis,nam dicitur contume
lia dicta à contemnendo.item dicitur iniu-
ria,id est dānum datum iniuria, vt est in l.
Aquil.dicitur.etiam iniuria id est iniustitia
vnde si iudex contra aliquem iniuste pro-
uocat, dicitur iniuriam facere, & nō tenet
14 iniuriarum. †item no. ꝙ non fit iniuria vo
lenti,& ille talis non potest agere iniuriarū
non tamen per hoc non tollitur iniuria fa
cta patri,vel marito,vel simili,vel commu
ni,vel loco,vel fisco.ff. eo.l.j.§. vsque adeo
& l.pater.§.si quis seruum.ff.de sic.l.lege.
§.si.ff.de publi l.licitatio.§.quod illicite cū
simili.Nā pro delicto duæ nascuntur actio
nes,vna quæ datur iniuriato, & alia q̄ da-
tur fisco,& vna non tollitur per aliam, vt
d.§.quod illicite. siue reipublicæ vel com-
muni illius loci,vbi quis degit.ff.de vi pub.
15 l.qui cœtu.§.vacantem.cum simi.†item te
netur iniuriarum q me fecit vocari in ius
siue ad iudicium sine causa iusta.ff.eo.l.in-
16 iuriarum.§ si quis.†item si quis prohibet
me pascere cum bestiis meis in loco publi-
co tenetur,secus si in suo priuato, vt ff. eo.
17 l.si iniuriarum.§.si quis me.& §.fi.†item si
ꝓhibet me in balneo publico lauare, & in
similib.publicis locis aliquid facere, vt in d.
18 §.& seq. † Item tenetur qui vult diuinare
cōtra veritatem me fecisse furtum, vel q̄d
simile quod non feci,quod plus est capita-
li pœna punitur.ff.eo.l.item apud Labeon.
§.si quis astrologus.& C.de mathe.l.nemo
19 †item qui fecit me requiri tanquā debito-
rē suum,& nō sum debitor, tenetur, vt d.l.
itē apud Labeo.§.si quis nō debitorem.
20 † item si quis ostēdit aliquē quē nō cogno
scit,nō minus tenetur,vt ff.eo.l.eū qui.§.in
21 iuriariū.†itē non faciat aliquid iniuriosum
etiam si nesciat aliquid ad cuius iniuriam,
vel contumeliam fiat,punitur,saltem à cō-
muni cui videtur facta iniuria.ff. eodem.l.
quod senatus. & est ratio, quia reipublicæ
interest ne maleficia sint impunita.ff.ad le-
22 gem Aqui.ita vulneratus †item si quis in-
quietat fideiussores dum paratus sum sol-
uere debitum,tenetur iniuriarum.ff. eod.l.
23 si creditor.†item si quis facit ludibrium de
aliquo.vel ducit ad ludendum, vel ad locū
vbi ludibria sunt tenetur, vt ff.eod l.si quis
24 seruum. † item si facit vel dicit aliquid ob
infamiam,tenetur iniuriarum, vt ff. eodē.
l.item apud Labeonem.§. generaliter.& §.
25 sequenti. & lege constitutionibus. † item
si quis

si quis prohibet me vendere, vel alienare rem meam, tenetur iniuriarum, vt ff. eod.l.
26 si quis seruum. †Item si quis imponit signa sua domui meæ, vel rebus meis ad hoc, vt suę appareant vel aliena, tenetur iniuriarũ, vt ff eod.l.si iniuriæ.& C.nemini lice.signa
27 imponere rerũ alie.l.i. & ii. † Item si quis intrauit domum meam me prohibente, vel nuncius intrauerit me inuito, & me citauerit, tenetur, vt ff.eod.l.qui in domũ.& est ratio, quia domus est tutissimum refugiũ, vt
28 ff.de in ius vocan.l.pleriq;. † Item si quis vtitur veste sordida vel capillis in oppro-
29 brium alicuius, tenet.ff.eo.l.vestem. † Itẽ si appello à iudicis sñia, & propter hoc faciat mihi iniuriam, ipse tenetur, vt ff.eo.l.iu
30 dici.facit.ff. de appel.l. illud. † Item si iudex vulnerauit appellantem, tenetur l.iulia de publi.l. lex iulia de vi. & not. supra ad
31 l.iuliam.de vi public. † Item si quis inferior habitator fumum facit superiori, vel si superior proijciat feces vel aliud simile turpe super inferiorem, tenetur iniuriarum, vt
32 ff.eo.l.si inferior. † Item si iudex iniungit mihi onus vltra debitum modũ, vel præceptum illicitum, vel iniustum facit, tenetur, vt ff.eo.l.iniuriarum.§.Labeonem. & §.se-
33 quen. †Item not.ꝙ quædam sunt personæ quæ faciunt iniuriam & nõ tenentur, vt pupillus non doli capax. item furiosus, vt ff. eo.l.illud.ff.de sicca.l. infans item dementissimus non tenetur, quia excusatur, vt ff. de pœn.l.aut facta.§.euentus. item ebrietas excusat, vt l. respiciendum.§.casu.ff.de pœn. Item & in similibus casibus contingit, vt not.supra de homicid.in fi. Item qui facit ꝑ iocũ nõ tenetur, nisi iocus esset valde noxius.ff.ad l. Aquil.l.nam ludus.ff.eo. l.illud.extra de præsum.c.i.itẽ non tenetur qui facit causa correctionis, nisi excesserit modum in corrigendo.ff.eo.l. apud Labeonem.§.adiicitur.ff.ad l. Aquil.l.præceptoris. C.de emenda.propin.l.i.& maxime persona coniuncta sanguini.ff.eo.de iniur.l.vestẽ. item excussor qui facit aliquid iniuriosum ob honorem reipubl.ff.eo.l. quam reipublicæ.item non tenetur qui exequitur ius & iustitiam secundum ius, quia iuris exceptio &c.vt ff.eo.l. iniuriarum.§.ii.& seq. Item licet pupillus, vel furiosus, vel similis non possint facere iniuriam nec teneantur, tñ possunt pati, & ille qui facit punitur, vt d.l.
34 illud. †Item etiam tenetur ille qui nõ permisit me habere officium vel assequi, si facit ad minuendum dignitatem meam. idẽ, & similibus, vt ff.eo.l. iniuriarum.§. si quis
35 de honoribus. †Item si filiusfamilias facit iniuriam, ptest agi contra patrem ciuiliter, vel si seruus contra dominum, vt ff.eodem. l.sed si vnius.§.cum seruus. & §. si iussum. & §.ait prætor.& l.si filij nomine.cum sim. Not.etiam ꝙ iniuria est maleficium, vt d.
36 §.cum seruus. †Item tenetur qui aliquem verberat, pugno, pede vel alio impulsu facto de suo corpore, aut per alia facta quæ dant tormentum corpori vel ea quæ ad mutilationem membri possunt esse apparentia ita ꝙ ea quæ sũt per dolorem corporis aut appellatione tormentorum, in quibus continetur omnis mala mansio, vel si denegat alimenta, vel quid simile facit, leuis aũt territio vel iniuria nõ dicitur tormentum, vt ff. eo.l.item apud Labeonem.§.verberasse.& §.quæstionem.& §.sequen. Fallit in iudice qui infert tormenta præcedẽtibus indiciis, & secundum iura qui non tenetur iniuriarum, vt C.de quæsti.l.milites.quia iuris executio non habet iniuriam.ff.eo.l. iniuriarũ.
37 §.his.& §.sequenti. † Et no.ꝙ non solum datur actio iniuriarum illi cui facta est iniuria, sed etiam alii pro eo, vt patri pro filio, domino pro seruo marito pro vxore, sponso pro sponsa, abbati pro monacho & similibus, vt insti.eodem.§.patitur.ff.eo.l.i.§.itẽ aut per. & §. sequen.& §. Labeo. & §.seq. & l.item.§.sponsum. Et licet vnus remittat iniuriam, nihilominus alter videtur agere posse, vt d.l.i.& fi.& l.si vnius.§.fi. & l. ser-
38 uo.§.filio.& l.pater. † Et potest pro iniu-
a ria ciuiliter agi, & stabitur iuramento[a] iniuriati, si iurauerit potius de suo velle misisse tantum, q̃ pati talem iniuriam tẽpore iniuriæ irrogatæ, quia ad tempus debet fieri ęstimatio. idem in patre & domino, & similibus est dicendũ, si iurauerit certam, præmissa prius à iudice taxatione quantitatem arg. C.de iudi.l.apertissimi.& auth.pascuis & l.videamus.§.pen. Et posteaquam iuratum fuerit, nõ licebit iudici in minori quãtitate cõdemnare, vt in auth.de iudic.§.opor
39 tet.colla.vi.& extra eodem c.olim. †Item no.ꝙ illa actio ciuiliter non datur hæredi, nec in hæredem, vt ff.eod.l. iniuriarum. in prin.nisi lit.contest.vt ibi no.& ff.eo.l.iniu-

40 riarum. in benis. † Item not. ꝙ si plures simul faciũt iniuriam, omnes simul tenent insolidum, quia tot sunt iniuriæ quot sunt facientes, vt ff. eo. l. si plures, nec vno soluēte alii liberantur, cũ sit pœna. ff. ad l. Aquil. l. item Mela. §. si plures. vbi de hoc no. ff. de fur. l. vulgaris. §. si duo. ff. ad l. Aquil. l. ita
41 vulneratus. in fi. cũ si. † Item not. ꝙ non solum qui facit iniuriam, sed qui curauit & solicitauit fieri tenetur. & hoc verũ est, si iniuria sequatur & habeat effectum, alias secus vt ff. eo. l. item apud Labeonem. §. si curauerit. vbi de hoc. Idem dico de illo qui suadet & incitat vt fiat iniuria, vt ff. eo. l. non solũ.
42 & l. item. §. fecisse. & §. adduxisse. † Item no. ꝙ fit ciuiliter æstimatio iniuriæ plus & minus, aliquando ratione personæ, vt ff. eo.
b l. actione. & dicitur magis atrox b vt puta si fiat magistratui, vel iudici, vel episcopo, vel simili, vel si fiat parenti per filium, vel patrono per libertum, q̃ si fieret per extraneum, & magis q̃ si fieret alicui vili personæ. Et fit etiã atrox ratione loci, vt si fiat in ludis in multorum conspectu, potiusq̃ si fieret in loco occulto, vel si fiat in conspectu prætorum, vel in palatio, vel alio simili loco publico. Fit etiam reipsa, id est facto ipso atrocior, vt si quis percutiat in ore, vel in facie, vel in oculo magis q̃ si in spatulis, vel alia parte corporis. Et non solum dicitur atrox si fiat corpori, sed etiã si fiat vestibus quæ dilacerantur, vel similibus, vt ff. eod. l. prætor. §. fi. & l. seq. & insti. eo. §. atrox cum
43 si. † Item not. ꝙ pro iniuria agitur ciuiliter & criminaliter. l. Corne. vt ff. eod. l. lex Corn. & l. fi. Et quamuis l. fuerit actum criminaliter ꝑ iniuria, nihilominus agitur ad damnum. l. Aquil. ff. eo. l. item apud Labeonem. §. si quis seruo. & inst. eo. §. in summa. licet alias tollatur ciuilis per criminalem, cũ vtraq; detur ad vindictam, vt ff. eo. l. senatus & l. prætor. §. i. & durat per annum continuum ista actio, & non vltra licet Mar.
44 xerit contra. C. eod. l. si non conuicij. † Sed nũquid præsumitur quis semper facere animo iniuriãdi si facit iniuriam? R̃n. sic, q̃a esse malum praue præsumatur actum, vt d. l. si non conuicij. Sed tñ fallit in personis cõiunctis, quæ nõ præsumuntur facere animo iniuriandi &c. ff. eo. l. vestem. § i. & facit. C. de emen. propin. l. i. & in marito & vxore, qui sunt socii & diuinę & humanę domus, & vna caro. C. de cri. expi. hære. l. aduersus,
45 extra de coniu. lepro. c. j. cum si. † Item no. ꝙ tollitur actio illa per pactum, vt ff. de pactis. l. si tibi decem milia. §. quædam actio.
46 Item tollitur pro ipso iure si fiat per parētes de non accusando, vt d. l. si tibi. extra de
47 accusa. c. meminimus. cum si. † Item tollit similiter actio, vt si iniuriatus bibit vel comedit cũ illo qui fecit iniuriã, vt instit. eo. §.
48 fi. † Item si quis leuauit manum ad percutiendũ aliquem, licet non percusserit, tenet ciuiliter iniuriarum, vt ff. eo. l. itē apud. §. i.
49 † Item excusatur ab iniuria ratione ignorantiæ. vñ si quis attentauerit pudicitiã virginis vel alterius honestæ mulieris in habitu meretricali incedētis, non tenet, sc̃dũ Ioan. vt ff. eo. l. itē apud Labeonē. §. si quis virginē. & l. illud. §. fi. alias secus, vt ff. eo. l. j. §. iniuriã, in fi. & l. sed. & est q̃stio. §. fin. & l.
50 seq. † itē si quis facit iniuriã cadaueri defuncti, facit ēt hæredibus iniuriã, vt d. l. i, §. & si forte. & §. seq. & agit hæres iniuriarũ si
51 vult vt patet in d. l. † Itē no. ꝙ si dum vellem vnũ percutere & alium percussi, iniu-
52 riarum teneor. vt ff. eo. l. iiij. † Itē no. ꝙ ille q agit iniuriarũ, debet in sua actusa vel libello designare certã quantitatē iniuriæ, vt in qua parte corporis, & in quo loco, nec licet ei ignorare, vt ff. e. l. pretor. in prin. & §. prætor. & §. quod aũt. & debet oēs iniurias ponere in vno libello, vt d. l. fi. & hoc ꝓbare debet. ff. vi bo. rap. l. prætor scđo. §. doce-
53 re. † Item si homo est occisus ꝓ iniuria, põtest agi l. Corn. de sicca. ff. de sicca. l. j. & §. q hominem. & non minus põt agi aquilia
54 ad dãnũ, vt ff. eo. l. prætor. §. i. & §. seq. † Itē no. ꝙ tutor & procurator pro alio põt agere, vt ff. eo. l. iniuriarũ. § agere. & l. si vnius.
55 § idem Iul. & C. eo. l. fi. † Itē no. ꝙ si magistratus aliquid facit pro suo officio & cura, nõ tenet iniuriarũ, q̃a iuris executio &c. vt ff. eod. l. iniuriarũ. § i. & seq. alias sic, vt ff. eo. l. magistratibus. & si est de minoribus, põt conueniri, ēt durãte officio, alias secus, vt d. l. & de hoc no. supra de perso. quæ non
56 pos. accu. in fi. ti. † itē not. ꝙ si quis credit iniuriã facere Ioan. & facit Petro, tenet, idē si facit alicui quem non cognoscit, vt ff. eo.
57 l. eum. §. iniuria. † item no. ꝙ si quis facit iniuriam filiofa. quē patrēfa. esse putabat, nõ datur patri actio. Idē si facit iniuriã nuptę, credens ipsam esse viduam, nõ datur marito

to &c. vt ff. e. l. eũ qui. §. fi. sed ipsis bene dat. itẽ qui prohibet rem meã vendi, tenet, vt
58 ff. eo. l. si qs. † Et generaliter dico, ꝙ quandocunq; & quomodocunq; aliquis facit cõtra aliũ, vel ad infamiã alterius, siue facto,
c siue verbis, vel libello c siue literis animo iniuriandi, q; tenet iniuriarũ, quia iniuria est omne qđ non iure fit, vt insti. eo. in prin. & ff. eo. l. j. in prin. §. iniuria. & l. item apud La
59 beonẽ. §. generaliter. & C. e. l. si vero. † Et no. ꝙ si qs facit accusam ad infamandũ aliquẽ, vel per calumniã facit, & animo calũniandi, punit extraordinarie pœna relegationis, vel exilii, vt ea. l. qui iniuriarum. vel
60 punit, vt no. infra de famo. libel. † Et not. ꝙ si plures iniuriæ alicui inferũt eodem loco & tpe & vult agere, ꝙ oẽs debent in illo libello & non diuersis inferri, vt ff. eo. l. prætor edixit. §. si mihi. distinguendo qualitatẽ iniuriæ, vt d. l. prætor. in princi. & §. præterea. & §. quod autem. & insti. eod. §. atrox. & §. in summa. cum simi.

ADDITIONES.

a Iuramento. adde tu & vide de hoc late per dominum meum Soci. in consi. cxlvi. col. fi. versi. fi. circa quartum & vlti. & in dicto consi. iiii. vers. circa tertiam, quomodo probatur interesse iniuriæ & quæ pœna inferatur pro iniuria illata in fi. per Alexan. in consi. xxv. in fi. in ii. volu.

b Atrox. quæ dicatur esse atrox iniuria per Alex. in consi. x. ix. col. i. versi. capto primum in i. uol. in consi. ccvi. col. iiii. fi. & ibi quæ dicatur grauis & quæ grauissima, & adde ꝙ iniuria dicitur magis atrox quæ fit per maledictum in specie quàm per maledictum in genere. ita Soci. in consi. suo cxviii. in i. volu. in principio.

c Vel libello. Vide de hoc per Alexand. in consi. ccxv. in ii. volu.

De damno dato. Rub. 58

SVMMARIVM.

1 *Damnum vnde dicitur, & an oporteat qđ culpa detur si damno agi debet, & nec infans nec furiosus tenetur de damno dato.*

2 *Impubes non tenetur de damno dato, nisi sit doli capax.*

3 *Damnum dans ad sui defensam quando teneatur & quando non.*

4 *Damnum aliquãdo datur à quadrupede quandoque à persona,*

5 *Damno dato ab animali mansueto de sui natura quid dicendum sit in diuersis casibus, & quid quando vnum animal aggreditur aliud.*

6 *Damno dato quando non apparet quod animal prius aliud aggressum sit, quid iuris.*

7 *Damno dato per hoc quod animal tuum concitauit meum, & sic damnum dedit alteri, quid erit: & quid si aliquis facit insultum contra me cum gladio volendo percutere, & ipsum percutio.*

8 *Damno dato per animal tenetur qui erat dominus tempore damni dati, & quid si moritur animal ante litem contestatam?*

9 *Actio damni dati competit heredi, & contra heredem.*

10 *Actio de paupere vel in factum, datur cuilibet cuius interest.*

11 *Actio de damno dato an competat mihi si aliquod animal tuum comedat granum meum, vel quid simile? & quæ actio competat.*

12 *Gallina vel ansere tuis damnum dante, quæ actio habet locum.*

13 *Equo vel alio animali damnum dante in personam alicuius quid iuris.*

14 *Cane, vrso, vel lupo, aut simia alicuius dante damnum quid iuris?*

15 *Lupo vel alio animali alicuius dante damnum, quomodo tenebitur ille qui tenet ipsum animal.*

16 *Lupo, vrso, uel alia fera bestia aufugiente à domino an teneatur dominus si quis interficiatur, & quæ actio dabitur.*

17 *Damno dato corpore animalis siue rem quam tangit quod est idem quid erit.*

18 *Possessor animalis tenetur, & si non possideat, quomodo interrogabitur, & quid erit si plures sint domini, an insolidum teneantur.*

19 *Damna omnia ueniunt in æstimatione & restitutione & damni æstimatio venit damno dato in rebus.*

20 *Damno dato personæ per seruum siue ille sit vnus, siue plurium, siue detur damnum in re propria, siue communi, quid iuris, & cõtra quem actio datur.*

21 *Damno dato in personam liberam, quid iuris sit?*

22 *Damno dato in personam liberam, quæ actio dabitur?*

23 *Damno dato in personã serui quid iuris erit.*

24 *Vulnerantibus pluribus unum, & per hoc in lecto iaceat, quid iuris?*

25 Cisternam uel foueam faciens in loco publico, si homo, uel aliud animal in illa incidat, quid iuris?

26 Damno dato per tuum animal, depascens herbam uel bladum meum, ad quid agere possum, & quomodo mihi satisfiet?

27 Damno dato per animal inuentum, quando possim illud retinere, & quando expellere, et an liceat animal offendere?

28 Igne posito per me in stipula mea si dederit alteri damnum, quando teneor de dãno dato, & quando non.

29 Domo incensa ab aliquo, si ego propter hoc sustinui damnum, quid iuris?

30 Damno dato licet non animo nocendi, an teneatur ad emendam damnum dans.

31 Impulso me & cadente super aliquo, uel super rebus, sic quod damnum dem: quis tenebitur ad emendam.

32 Onerans se plusquam ferre possit, & ob hoc damnum dans, an puniatur.

33 Medicus imperite medicans, uel incidans, aut curam derelinquens, & per hoc infirmus sit læsus, an teneatur ad damnum.

34 Vectuales & muliones dantes damnum, & notarij omittẽtes scribere acta causæ, instrumenta, uel imbreuiaturas, an teneantur ad damnum.

35 Vestem meã lacerans, scindens, uel deturpans, ad quid tenetur?

36 Incendium faciens, si ignis mihi damnum det dormiendo, an excusabitur.

37 Furnum habens apud domum meam dantem mihi dmnum an teneatur, & si uolo agere damni infecti ante dãnum datum, an mihi teneatur cauere.

38 Apes meas includens uel aues, uel excutiens, an teneatur ad damnum legis Aquiliæ.

39 Lolium, vel auenam, uel quid simile in bladũ meum immittens, uel uinum, aut acetum meum corrumpens, an teneatur ad dãnũ.

40 Nummos cadere faciens mihi de manu, uel faciens equam meam aborsum facere, aut nauem perforans, ita quòd læsus sum, an teneatur ad damnum.

41 Vuas meas nondum maturas colligens, uel segetes, aut bladum, uel similia. uel syluam meam non maturam, uel salicetum, uel oliuam incisit, an teneatur de damno dato: & quid si dicta essent matura, & si alibi asportauit, an teneatur furti?

42 Conductor alicuius operis sua imperitia mẽ damnificans, an teneatur, & quid si uitio rei hoc fiat.

43 Ostia uel fenestras domus rumpens sua imperitia, an teneatur.

44 Vinum meum effundens, an teneatur.

45 Currens super equo & damnum dans, & nõ proclamans, caue caue, an teneatur.

46 Magistratus damnum dans, an teneatur & credatur.

47 Vinum meum libens, & bladum meum uel fructus comedens, an teneatur.

48 Fumo dans danum in rebus meis an teneatur, & an iniuriarum teneatur.

49 Putator si arboris ramum proijciat nõ clamãs an puniatur si aliquem percutiat.

50 Rector domus si aliquid proijciat, & aliquem percutiat, an puniatur

51 Plaustrum tuum contra meum ueniens, si boues meos uel aliquid aliud læserit, an tenearis mihi ad damnum meum.

52 Mulio mulas uel bubulcus plaustrum deserẽs propter timorem, si propter hoc damnum sentio, an teneantur.

53 Ludendo & currendo si unus alteri data opera damnum dederit, an teneatur ad damnum.

54 Equam uel uaccam meam in orto cogens, & percutiẽs ita ut abortum patiatur, an tenebitur mihi ad damnum.

55 Damni dati tenetur quis, nisi causa periculi uitandi illud fecerit.

56 Vxor dans damnum in bonis mariti, an teneatur.

57 Equo meo tibi commendato, si alius equus super quo sessor erat, percutiat equum meũ, & læserit, contra quem agam?

58 Damni generaliter quis tenetur in quolibet casu quo mihi dat damnum in rebus meis, uel fructibus.

59 Dato per imperitiam uel negligentiam, per se, uel alium mandantem, uel auxilium dantem, an uterq; tenetur, & quando?

60 Actio damni dati an detur in confitentem in simplum, & negantem in duplum, & quid dupletur in hac actione? & quid ueniat in isto simplo? & quomodo fiet æstimatio.

61 Ciuiliter & criminaliter simul & semel agi non potest.

62 Damnum dare an sit maleficium.

63 Proijciens feces uel quid aliud ante domum meam

meam propter quod fui condemnatus, an mihi tenebitur.

64 *Animalia mea si pascunt fructus tuos vel glãdes tuas, quid iuris.*

65 *Ouibus vel porcis suo motu intrantibus bladũ meum si damnum dederint quid iuris, & quid veniat appellatione glandis.*

66 *Aestimatio damni dati, ad quod tempus debet referri.*

67 *Pecudibus immissis per dominum in prediũ meum, & mihi damno dato, an liberetur dominus dando ipsas pro noxa.*

68 *Colono uel laboratore tuo mihi damnum dante, quis tenebitur.*

69 *Bestia tua deperdita dante mihi damnum, an agam contra te ad damnum datum te ignorante.*

70 *Infans furiosus, pupillus, non doli capax, dementissimus, necessitate famis aut casu dãnum dans, non tenetur de damno dato.*

71 *Damnum dans ei cui licitum sit dare iure cõmuni vel municipali, non tenetur de damno dato.*

72 *Equam tuam si misisti in siluam meam, uel illam incidisti siue matura sit siue immatura, quid iuris erit.*

73 *Incidens domum quomodo teneatur.*

74 *Aquam faciens deriuare in locum meum, an teneatur.*

75 *Damnum dantibus pluribus, an uno satisfaciente alij liberantur, & quid erit si non ut pœna, sed ut interesse petatur.*

76 *Soluens, ut supra an poterit agere cõtra alios actione negotiorum gestorum.*

77 *Bonæ fidei possessor, an agat ad damnum datũ in re possessa, & quid de creditore, & commodatarius quomodo agat.*

78 *Bestiam tuam si ego inuenio in uinea uel campo meo dantem mihi damnum, quid potero facere circa dictam bestiam.*

79 *Actores tui si cum bestiis tuis dederũt mihi dãnum in fructibus meis uel campo meo, uel in alio loco te ignorante, an tu tenearis emẽdare damnum mihi datum.*



1 DAMNVM dicitur ad diminutionem † patrimonij, vel à demo demis, vt ff. de dam. infe. l. iij. Nam ad hoc vt agatur ad damnum, oportet ꝙ culpa detur, alioquin nõ posset agi, vnde nec infans, furiosus tenetur, qa non habet animi discretionem, & sic damnum culpa inferre non posset, vnde impunitum est, vt ff. ad leg. Cor. de sicca. l.
2 quod infans. † Item impubes non tenetur nisi sit doli capax, vt ff. de furt. l. impuberẽ; C. de pœ. l. impunitas. † Item non tenetur
3 qui ad sui defensam, facit. ff. ad l. Aquil. l. scientiam. § qui cum aliter. dummodo faciat incontinenti, vt ff. ad l. Aquil. l. si ex pla
4 gis. § j. † Et no. ꝙ damnum quãdoq; datur ab animali quadrupedo, aliquando à perso
5 na, de quibus videamus. † Datur autem ab animali mãsueto de sui natura, vt est equus, bos, canis, & si. vnde si bos, vel animal alterius personæ cornu petit, vel cum cornibus nocet, & dat tibi damnum suo motu, & commota feritate contra naturam sui generis, vel equus cum pede calcitrat vel mordet canis, potes ad damnũ tãtum agere vt damnum tibi emendetur, vel detur animal pro noxa, vt ff. si quadru. paupe. fecis. dica. l. j. in princ. §. j. & l. fi. Si autẽ culpa hominis non suo motu, nec sui natura dederit damnum, vt quia animal est plus iusto oneratũ vel propter loci angustiã dederit damnũ, non poterit agere actio. in factum de pauperie, sed iniuriarum cõtra illum cuius culpa tibi damnum datum est, vt eod. §. in fin. Si autem canis ducebatur ab aliquo, & ipse non potuit canem retinere & aufugit ab eo, quia est ipse in culpa, tenetur, nõ dominus canis, vt ff. si quadru. paupe. fecisse dica. l. j. §. sed si canis. Si autẽ instigatu alterius dat canis damnum, ille qui instigauit canem tenetur, non dominus, vt ff. si quadru. paupe. fecis. dica. l. j. §. si instigatu. Itẽ si equus calceribus vel baculo percutit & re calcitrat, vel bos cornu petit & dat damnum, ille qui percussit tenetur, si autẽ palpitauit tñ, tunc dominus animalis tenetur. ff. eo. l. j. § generaliter. & § seq. Si autẽ equus tuus vel bos animal meum percutit, & per hoc animal meum dat alicui damnum tu teneris, non ego. ff. eo. l. j. §. & si alia. Item si tuum animal aggreditur meũ, & propter hoc tuum animal leditur & vulneratur, vel occiditur, non tibi teneor, quia tuum fuit in culpa aggrediendo meũ, vt ff. eo. l. j. §. sicũ arietem. & ff. ad l. Aquil. l. si ex plagis. §. tabernarius. & est duplex ratio. Prima, qa est in culpa tuum aggrediendo meum. & damnũ quod quis sua culpa &c ff. de reg. iur. l. damnum.

Alia ratio quia meum videtur facere ad sui defensionem, quod licet, vt l. scientiam. §. q
6 cum aliter. † Sed quid si nō appareat ꝙ animal sit prius aliud aggressum. R ñ. neutrū alteri tenetur, quia paria delicta mutua cōpensatione tolluntur. ff. solu. ma. l. viro. §. cū
7 sacramenta. † Sed quid si tuum animal cōcitauit meum, & per hoc dedit damnū alteri? R ñ. agitur contra te, quia tuum videtur dedisse damnū, quia dedit causam, & q causam damni dat &c. ff. ad l. Aquil. l. qui occidit. § in hac. & l. seruus. §. si instigatu. de ser. corrup. l. Neratius. §. j. de sicca l. nihil. & est optimū argumentū, ꝙ si aliquis fecit insultum contra me cum gladio volendo percutere me, & ipsum percutio, ꝙ non debeā condemnari, quia est in culpa, quando videor facere ad mei defensionem, vt dictū est facit ff. de sicca. l. eum qui. & l. is qui cū
8 simi. † Et no. ꝙ dominus animalis qui tunc habet animal quando dat damnum, ille tenetur, & non alius, cuius fuerit, & si animal moritur ante lit. contest. non potest agi, vt ff. eo. l. j. § & cum. secus si postea, vt d. l. j. §.
9 post litem. † Itē cōpetit hęc actio hæredi &
10 contra hæredem, vt d. l. j. §. fin. † Et not. ꝙ actio de pauperie vel in factum datur cuilibet cuius interest, vt ff eo. l. actio. † Sed qd
11 si animal tuum comedit herbam meā vel granū vel canis, vel muscipula carnes meas vel porcus farinā sine īuasione sed suo motu, & sic facit nō cōtra naturā sui generis, sed ſm naturā. R ñ. ꝙ nō hēt locū ꝙ supra dictū est, sed poterit agi actione in factum gñali ad dānū datū. ff. de pscri. ver. l. si seruandarum. § pe. & fi. & C. ad l. Aquil. l. fin.
12 † Sed quid gallina tua vel anser dat damnū R ñd. habet locum vtilis actio de pauperie non directa quia illa habet locū in quadru
13 pede ad damnum, vt ff. eo. l. pe. † Sed quia animal tuū dat damnum in personā alicuius; vt quia equus recalcitrat & frāgit crus eius, vel brachiū. R ñ. si commota feritate & contra naturā sui generis facit, tu teneris, vt dictū est, vel dare pro noxa vel emendare, vt ff. eo. l. fi. Si autē instigatu alterius ille tenetˀ, vt supra dixi, & venit in æstimatione dāni æstimatio expensarum factarū in medicatura & curatione vulneris & operarum quibus caruit si erat homo alicuius artificii, vt ff. eo. l. ex hac. & de his qui ad ec
14 cle. confu. l. fi. † Item si canis, vel vrsus alicuius, vel lupus, vel simia dant damnum, habent locum prædicta, vt l. hæc actio. §. i.
15 inst. eo. §. hoc autem. & §. hæc sunt. † Itē si quis habet & tenet lupū, vel aliud animal, & dat damnū, ipse tenebitur quanti iudici videbitur, quia nullus debet tenere, vt damnum inferre possit alicui, vt insti. eo. §. pen. ff. de ædi. edict. l. hi. & l. generaliter. & l. seq.
16 † Si autem aufugit lupus, vel vrsus, vel alia fera bestia à domino, tunc dñs non tenetˀ, quia desin t esse dñs, imo q occidit, lucratˀ corpus animalis, vel saltē dabitur actio nō
17 directa, vt ff. eo. l. i. §. in feris. † Itē no. ꝙ prędicta locum habent siue animal dedit damnum in corpore suo, siue tetigerit aliā rem quæ ei dat & det damnum, vt ff. e. l. i. § fin
18 autē corpore suo &c. † Itē tenetˀ ad damnum ille qui possidet animal, si autē nō possidet, debet interrogari si velit defendere, & si dixerit sic, agitur contra eū & non aliter, vt ff. eo. l. i. §. si ratione. Si plures sunt domini, quilibet insolidū tenetur, vt d. §. facit.
19 ff. de noxa. l. quoties. † Itē no. ꝙ in æstimatione & restitutione veniunt omnia damna, quæ quis passus est, vt ff. ad leg. Aquil. l. inde Neratius. §. in summa. & si datur in rebus, fit æstimatio damni, vt insti. eo §. pe.
20 & C. de noxal. actio. in l. fi. cum si. † Datur autem qñque damnū personę, vt dixi supra vnde si seruus tuus dat mihi danum, potero agere contra te, vt vel emendes damnū, vel des seruū pro noxa, vt ff. ad l. aquil. l. in lege. §. quoties. & hoc verum, si dominus ignorat seruum delinquere, si autē scit, & prohibere potest & nō facit, tunc ipse tenetur, & nō liberatur dando pro noxalibus. l. ii. C. eo. l. si seruus. & ff. eo. l. in omnibus. Si autem est seruus plurium, datur actio contra quemlibet ipsorum insolidum, vt ff. eo. l. si plurium. & l. si seruus cōis. Si autē dat dānum in re cōmuni, potest agi, vt vel dānum cuilibet emendetur, vel detur coiter pro noxà. vt ff. de noxa. l. si in re communi & cōmunia diui. l. cōi diui. § fi. ad l. Aquil. l. si seruus. §. item si seruus. cum si. Et nō solum datur contra dominum possidentem noxalis actio, sed etiā cōtra eum qui dolo desiit possidere, vt ff. de noxalib. l. fi. & §. si
21 quis & l. si seruus. §. fi. & l. seq. † Itē datur quandoq; damnum in personam, & si datur in libero homine qui percussus & vulneratus est, agit ciuiliter ad impensas factas in me-

in medicinis & in sua, vt extra de iniur. &
22 damno dato.c.j.† Item datur libero homi ni actio legis Aquiliæ non directa, qa nemo est dñs membrorum suorum, vt ff.ad l. Aqui.l.liber homo nec habetur ratio deformitatis, qa liberũ corpus nõ recipit æstimationẽ sed habetur ratio operarũ quibus caruit, aut cariturus est, & ob id quod inutilis factus est, vt ff.eo.l.ex hoc. de his qui ad eccle.cõfu.l.j.§.in hoc factum. & l. si.ad legem Rhodiã de iactu.l.ij.§. corporum. & fiet æstimatio operarum vsque ad illud tempus quo verisimile est aliquem viuere posse habito respectu ad suã ætatẽ, vt ff.ad l.Falci.l.hæreditatũ.§.in computatione. de
23 trãsact.l.cum hi.§.modus.† Si vero seruus fuerit vulneratus, qui vulnerauit tenetur, inquantum seruum deteriorem fecit, vt ff. ad leg. Aquil.l.si seruus seruum.§.rapuisse. Item potest liber homo agere actione iniu
24 riarum.arg.ff.de iniu.l.lex Cornelia.† Itẽ datur & alio modo damnum in persona. vnde si plures vulnerant aliquẽ, & per hoc iaceat in lecto, tenentur isti vulnerantes ad impendia facta occasione vulnerũ ad æstimationẽ operarũ quas amisi, & amissurus est ob eã causam, vt extra de iniur.& dam.
rapinas, possunt agere inter se.
12 *Aleatori si fiat furtum uel rapinam alio tem-*
pore quàm tempore ludi, an agere poßit.
13 *Lusores isti qua pœna puniantur.*
14 *Bona hodie an publicantur.*
15 *Ludere videntes seu stante super ludo ad ui-*
dendum ludere an puniantur, & quid de mu
tantibus pecuniam ludentibus.
16 *Commodans taxillos uel tabulerium, ad luden*
dum, uel domum scienter, uel alio modo opẽ
dans ad talia faciendum, vel instigans, uel
similia cõmittens an puniatur et qua pœna.
17 *Ludo amittere solam pecuniam an sit prohi-*
bitum, uel etiã alia res perdi ludo prohibea
tur, ludere autẽ ad scachos nõ est prohibitũ.

1 SCIENDVM † est quod
a ludus azardi [a] est ludus dia-
bolicus, inuentus ab azardi
diabolo, ad homines decipiẽ
dos vt suas substãtias & ani
mas perdant & incurrant ad blasphemãn-
dum Deum saluatorem nostrum, & san-
ctos, vt pericula, & maleficia, & mortem
2 incurrant. † Ludus etiam alearum est in-
uentus ad homines inducendos ad male
peragendum, & ideo omnis ludus vbi pe-
cunia perditur: vt ff. de alea. l. solent. §. i. est
prohibitus, siue fiat in genere, siue fiat in
specie, siue in locis publicis, siue in priuatis
domibus, adeo quod si quis in ludo euictus
fuerit per aliquem, nulla fiat condemnatio
de eo qui lusit de iure, si ille qui lusit & ami
sit soluit, potest petere, & eius hæredes ab
eo qui vicit & ab eius hæredibus non ob-
stante prescrip. quinquaginta annorum, vt
C. de reli. & sump. fu. authẽ. alearum vsus.
Et si non repeteretur, potest fiscus, vt in d.
auth. quia fiscus est vitiorum successor, vt
ff. de iure fis. l. lucius, & debent episcopi &
rectores prouidere ne talia fiant. & vt ho-
3 mines à talibus ludis conquiescant. † Item
debent prouidere ne equi lignei fiant, & si
contrafecerint, domus vbi talia fiunt, de-
bet publicari, vt in d. auth. patet. versic. fin.
Item puniuntur & alia pœna extraordina
ria, vt in d. auth. versi. non solum. Sed quia
non est expressa pœna & determinata in
ludentibus, potest dici quod relinquitur ar
bitrio iudicis, vt ff. de extraor. cri. l. i. secun-
dum Mod. C. de mo. mul. l. fi. cum similib.
Alearius autem dicitur, qui ludum alea-
rum apud se retinet causa lucrandi, sicut
caupo dicitur qui cauponam & stabulum
exercet, vt ff. nau cau. sta. l. prima. §. caupo-
nes. vt nomen sit consequens rei. insti. de
4 dona. §. est & aliud. † Ludus autem alea-
b rum [b] est qui fit per vsum alearum sine ta
bula cum modis qui etiam in manibus for
tunæ existit, & iste similiter ludus, & om-
nes regulariter sunt prohibiti. Fallit in quin
que ludis concessis, vt in authen. alearum
vsus &c continetur. Item fallit quando ali
qui ludunt hasta certando simul quod vul
gariter dicitur istora vel certant ad proii-
ciendum pilam. vel palum ferri, vel lapi-
dem, vel saliendo, vel currendo, vel similia
faciendo, causa virtutis vel fortitudinis
ostendendæ, nam isti ludi conceduntur, vt
in authen. vt omnes obe. iu. prouin. circa fi.
colla. vj. & ff. de aleę lusu. l. solent. §. i. & l.
sequen. vel si luditur vt quicunque paucio
ra puncta taxillorum dederit, soluat quin-
que solidos pro comestione, vel pro vino
bibendo, vel similia, vt ff. de aleæ lusu. l. fin.
5 in princ. † Item not. quod si aliquid pro-
missum est in ludo vt euictum, non potest
peti per eum qui vicit, imo si solutum est
potest repeti ab eo qui amisit siue fuerit fi-
liusfami. siue alius, siue seruus. ff. eodem l.
6 fin. §. j. † Item quod nullus debet compel-
c lere [c] aliquem ad ludum, & si quis contra-
fecerit punitur pœna pecuniaria extraor-
dinaria vt dixi vel in carcere, vel in publi-
cis vinculis damnatur, vt ff. eodem. l. i. §. in
eum & §. seq. tenetur etiam iniuriarum, vt
7 ff. de iniur. l. si quis seruum. † Item not.
quòd isti aleatores sunt adeo odiosi & à iu
re odio habentur quòd si fiat eis iniuria vel
damnum occasione ludi, vt quia malos ta-
xillos dant, vel ob similem causam, non pu
nitur ille qui fecit eis talem iniuriam, vt ff.
eodem l. i. in princ. & §. item notandum.
Et sic videtur quod ribaldi inter se percu-
tientes se occasione ludi manibus, non pos
sunt inter se accusare de iniuria alteri per
alterum facta per dicta iura nec possunt pu
niri ob hoc vel cõdemnari, nisi grauiter de
liquerit, vt extra de præsum. cap. i. ff. ad leg.
Aquiliam. l. nam ludus. & l. ita vulneratus.
8 cum similib. † Item si res venditur in alea,
non tenetur venditor de euictione, vt ff.
9 qua. re. ac. non da. l. ii. §. si in alea. † Sed cle
ricus aleator repellitur à beneficio obtinẽ
do, &

ao,& depani pôt extra de vita & honest. cler.
10 c.clerici.de exces.præla.c.inter dilectos. †Itē si in domo aliquius fuerit ludus, non tenetur nisi constiterit quod fuerit sciens de ludo,quia ignorans non tenetur, in authē.de eccl.tit.§.si quis in sua domo.ff.de publi.l. cotem ferro.§. dominus.de actio.& oblig.l.ex maleficijs.§. si quis.C.de hæreti.l. quicunque. §. vniuersi.& §.seq.ff.de incen.rui.nau.l.quo naufragium.§.
11 non tm. †Item si aleator verberatur vel decapillatur occasione ludi,non agitur pro iniuria sibi facta,vt in l.j.§.item notandū.ff.eo. Si aūt lusores inter se faciāt iniurias vel rapinas, pos-
12 sunt agere inter se, vt d.l.j. †Sed quid si fiat furtū vel rapina aleatori alio tēpore quā tēpore ludi. Rñ.dicit Azo.quod tūc poterit agere, vt not.in summa.C.de relig.& sump.fun.l. inferre.facit quod not.ff. de mi.l. quod si minor
13 xxv. anno. †Sed quali pœna puniuntur isti lusores. Rñ.quod cū pœna non sit ordinata, vt in auth.prædicta alearum vsus. ibi, non solum &c.nec expressa sit qualitas,nec quantitas pœnæ, quod extraordinaria pœna pecuniari
d ter puniātur, vel domus publicetur d vt supra dixi,quia quilibet iudex habet iurisdictionem suā pœnali iudicio defendere, vt ff. si quis ius di.nō ob.l.j.& cui data est iurisdictio &c. ff. de iurisd.omn.iud l.cui. Item habet prouidere ne quis in re sua male vtatur,vt instit. de his qui sunt sui vel alien.iur. §. si minor. Item habet prouidere ne illicita fiant,vt ff.de offi. præsi.l. illicitas.& l.congrun. Item maleficiū non debet esse impunitum.l. ita vulneratus. ff. ad l.
14 Aquil. †No.tū quod hodie bona non publi-
15 cātur,vt in auth.vt nulli iud §.si.colla.ix.† Sed quid de his qui stant super ludo ad videndum ludere. Rñ. videtur quod illi sint puniēdi, cū prohibitū sit ludos inspicere,& super ludis stare,vt ar.C.de epis.& cle. authen.interdicimus extra de vi.& hone. cler.c. clerici. Item dico
e de illis qui mutuant e pecuniam ludentibus, quod puniuntur,cum sint particeps in ludo & delicto,& agētes & consentiētes &c.C.de epis.
16 & cle.l.si quenquam.extra de offi.dele.c.j.† Et idē de illo qui accōmodat taxillos, vel tabulerīū.ar.insti.de oblig.quæ ex quasi delic.nas.§. ope.vel cōmodat scienter domū ad ludendum arg.ff.de adul.l.qui domum.vel alio modo dat opem ad talia facienda,vel instigat, vel similia committunt argu.ff.de adult.l.is cuius. de ser. cor.l.j.§.persuadere.ff.ad Turp.l.j. §. incidit. & puniuntur similiter in pœna arg. dictarum legum.&.ff.de iniur.l.nō solum.& insti.de iniur.§.non solum.ff.de parric.l. verū. cū si. vel forte & melius puniuntur pecuniariter pœna extraordinaria iudicis arbitrio, cū non sit expressa nec determinata à iure,vt ff.de extraor. cri.l.& forte.C.de mo.mul.l.fin. & de reli. & sump.fun.auth.alearū vsus. ibi, sed ista &c. cū
17 simi. †Itē no.quod dicitur,ne in ludo pecunia perdatur &c.ff.de alea.l.solent.§ j. Sed quid si alia res amittitur in ludo,puto idē quod in pecunia,quia appellatione pecuniæ oēs res continentur,& qui pōdere, numero,vel n ē ura cōtinentur,vt C.de condi.pe.l.ij.§.vt non erubescant. ff.si cer.pe.l.ij.§.inter mutuū.ff. de verb. sig.l.pecuniæ.& l.appel.pecuniæ. & l.rei. ff. de calum.l.j.§ fin. ludere aūt ad scacchos,non est prohibitum,vt d.authen.interdicamus.

Quibus concessa est correctio. Rub. 96

SVMMARIVM.

1 *Marito an sit permissa castigatio uxoris & qua.*
2 *Creditor potest seruum sibi pignoratum castigare non tamen tenetur.*
3 *Magister potest discipulum in disciplina non bene faciente leuiter corrigere.*
4 *Vsufructuarius potest seruum castigare, si tamen atrociter faceret,punitur.*
5 *Domino licet seruū corrigere. non autem occidere, & quando liceat etiam seruum occidere.*
6 *Patrono, licet corrigere seruos liberos, & eos propter ingratitudinem reuocare in seruitutem.*
7 *Patri filium auo nepotem propinquo seniori minorem corrigere moderate licet. & an coniunctio sanguinis inducat præsumptionem quod animo corrigendi non iniuriandi faciat & coniunctus sit atrociter faciat punitur.*
8 *Filio patrem, nepoti auum corrigere non licet, & quid possit pater contra filium qui eum o endit.*
9 *Maior uerberans iuuenem causa corrigendi & modum non excedens non tenetur iniuriarū.*
10 *Iocose aliquem uerberans non tenetur,nisi modum excedat.*
11 *Ludentibus pluribus simul, si unus alium o en dat non dolose nec data opera non tenetur.*
12 *Magistratus potest corrigere subditos secundum qualitatem delicti.*
13 *Episcopus & quilibet prælatus suos clericos corrigere potest, & licitum e alium impune offendere iure concedente.*

1 SCIENDVM † quod licitum est marito castigare vxorem suam, dum tamen non excedat modum in castigando, vt ff. solut. matrimo. l. si constante. §. si maritus. nam si modum excederet grauiter puniretur. ff. de pœn. l. capitalium. §. ad-
2 missa omnia. † Item creditor seruum sibi pignoratum potest castigare & corrigere. ff. de pign. actio. l. eleganter. §. plane. tenetur credi-
3 tor. † Item magister potest discipulum in disciplina non benefacientem leuiter corrigere & castigare ff. ad l. Aquil. l. sed & si quemcun-
4 que. §. magister. † Idem in vsufructuario serui. vt ibi not. sed si atrociter faceret, punitur,
5 vt ff. ad l. Aquil. l. præceptores. † Item dominus potest suum corrigere seruum. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. l. secunda. non tamen occidere, vel nimis seueriter castigare, vt ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. l. j. & ij. §. primo & sequen. imo dominus qui sine iusta causa seruum occidit, de homicidio punitur, vt dicta l. prima. § fina. & ff. ad legem Aquil. l. inde Neratius §. & si dolo. & C. de emen. ser. l. prima. Fallit quando inuenit seruum adulterantem vxorem suam, nam tunc licet ei seruum occidere. ff. de verbo. oblig. l. qui seruum Item licet ad sui defensionem. ff. de vi & vi arma. l. vt vim. Item licet domino seruum occidere quando fuit aggressus & insultatus ab alijs animo occidendi ipsum, & serui non dederunt ei auxilium, vt ff. ad Sillan. l. & si certus. §. fina. quia iustam causam habuit occidendi, vt ibi not. Item si inuenit cum filiabus suis turpiter conuersari vel commisceri, tunc licet eum occidere, vt ff. de legi. l. quid igitur. §. si hæres. & ibi not. Item in similibus casibus, vel si seruus vulnerauit dominum suum nam iustam causam habet, quia salutem domini debet ante suam ponere. ff. ad Sillan. l. excusantur. & per totam. l. & l. si quis in graui. & l. cum dominus. & dicta l. & si certus. & l. sequen. facit. C. de his qui ad eccle. confug. l. iij. & insti.
6 de his qui sunt sui vel alien. iur. † Item licitum est patrono corrigere seruos libertos & ipsos ingratos reuocare in seruitutem, vt C. de ingra. li. l. j. & C. de libe. & eorum libe. l. si manumissos. & ff de iniur. l. prætor. §. præte-
7 rea & §. sequen. cum simi. † Item licitum est patri corrigere filium, & auo nepotem, & etiã propinquo & consanguineo seniori corrigere sine pœna minorem, moderate tamen, vt C. de emen. propin. l. prima. & coniunctio sanguinis inducit præsumptionem quòd animo corrigendi factum fuerit, & tollit suspicionem iniuriæ, vt ff. de iniur. l. vestem. ff. de pœn. l. respiciendum. §. furta. ff. de iniur. l. prætor. §. sed & quis. Si enim atrociter faceret, tunc puniretur, vt d. ct. l. prima. in fin. & ff. de parri. l. diuus facit. C. de pat. potesta. l. congruentius.
8 † Sed non licet filio corrigere patrem, vel nepoti auum, nam erubescimus filios esse castigatores parentum, vt in authen. de nup. §. ita. collat. iiij. imo si filius offendit patrem, potest ipsum castigare, & si filius perseueret in offensione, debet iudex facere vindictam de filio quam pater vel auus dicet, vt C. de pat. pote. l. si filius. de bon. quæ libe. l. fina. §. filij. dummodo non excedat modum vindictæ, quia paterna pietas non debet in atrocitate, sed pietate, consistere, & quia debet accipere consilium pro filijs, vt ff. de adult. l. nec in ea. §. penul. ff. ad leg. Pompo. de parri. l. diuus. cum simili.
9 † Item si quis maior verberat alium iuuenem causa corrigendi, non tenetur iniuriarum, nisi excesserit modum in verberando. ff. de iniur. l. item apud. §. si communem. cum similibus.
10 † Item si quis iocose aliquem verberat, non tenetur, vt ff. de iniur. l. illud. de actio. & obliga. l. secunda. in fin. & hoc nisi modum excederet. nam si cum gladio percuteret, vel atrociter verberaret & dicat, ludens feci, non excusatur. extra de præsum. cap. primo. nec potest dici ludus, ex quo crimina oriũtur, vt in proœm.
11 ff. ad leg. Aquil. l. nam ludus. † Idem si plures ludendo simul vnus alium offendit vel lędit, non dolo, sed non data opera ad hoc, non tenetur, vt ff. ad l. Aquil. l. si ex plagis. §. fin. & l. item Mela. in princ. secus si data opera fecit,
12 vt eod. titu. l. item si obstetrix. §. fina. † Item magistratus potest corrigere subditos secundũ qualitatem delicti, vt ff. de offic. præsid. l. congruit. & l. iij. & l. illicitas. alias punitur, vt ff. de iniur. l. nec magistratus. & not. supra de homic.
13 † Item potest episcopus corrigere suos clericos, idem, & quilibet prælatus, vt extra de offi. ordin. cap. irrefragabili. & cap. primo. cap. licet. de accusa. cap. qualiter & quando. j. & ij. & c. inquisitionis. & de simon. cap. licet heli. & pœnam debitam imponere, secundum quòd iura volunt, & secundum allegata & probata. vt extra de offic. ordin. cap. j. not. ff. de offic. præsi. l. illicitas. § veritas. & sic not. quòd licitum est alium offendere sine pœna iure concedente, vt in dictis casibus. Sunt & alij quam plures casus, vt no. supra de perso. quæ offen. pot. sine pœna. per totum. Qualiter autem delinquentes corrigantur & puniãtur patet per speciales

ciales tit. huius operis, secundum delicti qualitates, vt supra de perso. quæ propter delic. condem. ad mor. vel membri amiss. per totum.

ADDITIONES.

a ¶ Ludus azardi. Vide Ioann. de Imo. in l. si quis cum sciret. ff. de vsucap. pro empto. & Alex. de Imo. in consi. lxxvii. in fi. in v vol.

b Ludus autem alearum. Adde quod dictus ludus ex quo non simpliciter pendent ex viribus fortunæ, sed etiam ex ingenio ratione amissionis, censetur licitus. ita Ioan. And. in c. clerici. de vita & hone. cleri. quem refert & sequitur Io. de Imo. in l. si quis cum sciret. supra alleg. col. iii. & ibi ꝙ vincens in tali ludo non tenetur ad restitutionem etiam in foro conscientiæ. Quod sane intellige. dolo cessante. Et vide per Inno. in d. l. si quis cum sciret, vbi plene quando quis tenetur ad restitutionem eius quod vincit ludo, vel in pauperes irrogare.

c Compellere. quod etiam adulationibus quis compellitur, vt per Imo. C. eodē. l. si quis cum sciret. & per Ang. in tract. malefi. in ver. metidore de mali dadi. col. iii. versi. ii. sciendum est. Et dicit autor infra proxi. col. circa fi.

d Domus publicetur. Intellige hoc verum quando retinens in domo facit spe emolumenti, secus si aliquis nobis causa recreationis in domo sua retineret ludum, quia non punitur. gl. est in l. i. in prin. ff. de aleat. dicit Azo. in rub. C. de reli. & sump. fu. ex quo potest inferri quod ludus qui alias esset prohibitus, causa recreationis est permissus. ita videtur velle Ioan. de Imo. in d. l. si quis cum sci. col. i. circa fin.

e Mutuant. Vide per te multa circa hoc per Aret. in suo consi. lxxxi. per totum. & per Ang. in d. tract. malefi. in versi. metidore de mali dadi. an excedat modum quando quis puniatur de excessu in castigando, plene per Alex. in consi. lxxv. in iii. volu. per totum, & ibi an statutum loquens de verberante habeat locum in castigante. & in d. consi. quando permittatur castigatio in carcere priuato, sed quære tu per quantum tempus oportet quod quis retineatur, ad hoc vt talis detinens dicatur incarceratus? vide Bar. in l. verum. ff. de fur. & in l. capite quinto. ff. de adulte. qui videtur velle quod priuatus ad hoc vt puniatur requiritur, ꝙ detinuerit per xx. horas, sed tu adde primo quod dicit Ang. in l. i. C. de priua. carce. vbi ille qui detinetur in via & recedere non potest, dicitur incarceratus, & detinens punitur pœna de priuatis carceri. & tamen non dicit quod requiritur quod detineantur per xx. horas & cōtra Bar. sic intellectum facit etiam quod dicit idem Ang. in l. qui in carcerem. ff. quod metus cau. vbi ille dicitur incarceratus, qui ad sui libitum exire non potest de loco. & adde etiam Albe. de Ros. in suo dictio. in versi. carcer. vbi quod detentus per momentum horæ dicitur incarceratus, & priuatus sic detinens, punitur pœna priuati carceris. & ad doctrinam Barto. in locis supra alleg. responde ꝙ loquitur in his qui habent ius detinendi & capiendi, vt in exemplis ibi per ipsum positis, & ita fuit obtentum in ciuitate Lucæ ibi me assidente cum mag. do. Carreto in personam Terii de gentilibus. vide tu Bart. ad materiam in l. diuus. ff. de custo. reo.

* f Iniuriæ. De quo vide Iacob. de Bel. in sua practica malefi. colum. iiii. versic. aut aliter numero xi. Hiero. Chuc.

De aggeribus nili vel alterius fluminis non rumpendis. Rubri. 99

SVMMARIVM.

1 *Nili aggeres corrumpens vel vsurpans, consentiens participās, uel author existens, qua pœna puniatur.*

2 *Opem dans ad furandum quæ supra dicta sunt qua pœna puniatur.*

3 *Suadens et instigans fieri quæ supra dicta sunt, qua pœna puniatur*



1 NVLLVS debet † aggeres nili vel alterius fluminis vsurpare, vel corrumpere, & si quis contrafecerit, debet flammis comburi in loco vbi delinquit, & non solum ipse, sed & alii consentientes, consortes & participes, & autores deportatione, & bonorum publicatione teneantur, vt C. eodem l. i. alias autem regulariter agentes & consentientes pari pœna puniuntur, vt C. de epis. & cle. l. raptores §. vltra. † Itē qui dat opem ad faciē-
2 dum, vt ff. de fur. l. i. §. opere. & l. qui seruo.
3 §. item pomponius & § fi. † Itē qui suadet & instigat fieri, vt arg. ff. de iniur. l. item apud. §. adduxisse. de ser. corru. l. i. § suadere. & facit ff. de sicc. l. nihil interest. de adulter. l. is cuius. ff. ad l. Aquil. l. item Mela. §. si alius. & §. item cum eo. cum si. Sed videtur ꝙ alia pœna puniatur qui rumpit aggeres vt ff. de extraord. cri. l. pe. §. in Egypto. quia damnatur in metallum, vel in opus metalli, vbi dicitur. sed ibi loquitur ad aggeribus prædiorum, non autem de aggeribus fluminis.

De carceribus priuatis vel fractis, & custodibus earum. Rubrica. 100

SVMMARIVM.

1 *Carcerem priuatum tenens qua pena puniatur, & reipublicæ interest carcerem habere.*

2 *Carceri quando accusatus siue inquisitus & sponte confessus mancipandus sit & quando relaxandus est fideiussoribus, & quando non & quomodo carceribus teneri debet.*

3 *Mulieres carcerandæ non sunt in loco ubi masculi sunt, & quomodo detinendæ, & pro debito pecuniario non sunt carcerandæ & quid tunc fiat.*

4 *Custodes carcerum quomodo tractare debeant carceratos, & si secus fecerint qua pœna puniatur. & quomodo punitur iudex non puniens dictos custodes.*

5 *Custos carcerum debet singulo mense notificare iudici nomina carceratorum & delicta ipsorum, ætates &c aliter punitur in xx. lib auri.*

6 *Confessus non sponte quando sit carcerandus, & quomodo de eo sit procedendum.*

7 *Custos carceris quando & quomodo puniatur si carceratus aufugiat, & uni non debet custodia carceris committi, alias custos punitur pro qualitate culpa.*

8 *Carceratus spoliari non debet.*

9 *Carceratus non statim pœnam patitur, & quomodo contra eum procedatur.*

10 *Confessio sponte reo uel testibus conuicto, quid sit faciendum.*

11 *Fideiussores in criminibus quando dari debeant, & quomodo & promittens sub certa pœna reum exhibere uel condemnationem soluere si non soluat quomodo puniatur, & dominus pro seruo fideiubet.*

12 *Carcerati si ruptis uinculis aut carcere fracto aufugiant quomodo puniuntur.*

13 *Carceratus reuelans qualiter fugere debeat, an debet relaxari.*

14 *Carceratis pro graui crimine an debent apponi ferramenta quod si custos non fecerit, uel passus fuerit ferrum portari in carcerem unde illi euadere possit aut uenenum unde possit occidi, quomodo punitur, & quid si negligentia fecerit.*

15 *Latrones apprehensi sunt interrogandi de socijs & receptatoribus à iudice, qui notum faciet iudici ubi illi socij & receptatores degunt, & quomodo in tali negotio sit procedendum.*

16 *Carceratum pro debito pecuniario fugere faciens ad quid teneatur, & si negligentia custodum aufugerit ad quid teneatur.*

17 *Carceri in perpetuum an quis damnari possit.*

1  CIENDVM est † quod
nō licet alicui priuatæ perso
næ carcerem habere priua-
tum, nam si aliquis tenet ali
quē in carcere priuato, siue
in domo, siue in agro, imponitur ei pœna
capitalis vt C. de priua. carce. l. i. Sed reipu
blicæ interest habere carcerem, in quo ho-
mines delinquentes ponantur ad custodiā
donec sententia contra eos fuerit lata, vt ff.
2 de custo. reo. l. si confessus. † Not. tamen ꝙ
cum aliquis accusatus est, in fortiā iudicis
manet, si quidem sponte confitetur de cri-
mine de quo accusatus est, vel ex officio
inquisitus, tūc est ponēdus in carcerē vt cu
stodiatur, vt d. l. si cōfessus. ita tñ vt quā
cito potest cōdemnetur, vt C. de cust. reo.
l. fi. sed tñ ante condemnationē cōduci de-
bet sæpe corā iudice, vt eius cōfessio audia
tur, & in publico iudicio cōmemoratio cri
minis fiat, vt malo iudici tēperies & frenū
adhibitū videatur, vt C. eo. l. si quis. Si autē
cōfiteatur de crimine, aut crimen est leue
ex quo nō debet poni pęna corporalis, sed
pecuniaria, & tūc si velit dare fideiussores
idoneos & soluēdo cōdemnationē, & de se
præsentādo, debet relaxari & nō incarcera
ri, præstita satisdatione, vt dictū est, alias si
nō satisdaret, est incarcerādus, vt d. l. si qs.
C. eo. l. i. & l. quoniā. & ff. eo. l. diuus. Sed si
crimē est graue, & tale ꝙ ex eo veniat im-
ponēda pœna sanguinis, siue corporalis, &
tūc est ponendus in carcerē, nec est fideius-
soribus dimittēdus, vt ff. eo. l. i. & l. diuus.
& debet iudex q̄ cito potest procedere cō-
tra delinquentē, & ita si inuentus fuerit cul
pabilis de eo de quo accusatus est vel in-
quisitus, cito puniatur. Sed si in culpa non
fuerit, cito absoluat. Sed interim nō debet
cathenis vel aliis ferramentis iniuriari, sed
diligenter custodiri ne aufugiat, & est ra-
tio, quia carcer nō ad puniendū, sed ad cu-
stodiendū fuit inuentus, vt ff. de pœ. l. aut
damnū. §. solēt. Nec debet includi in ali-
quo loco carceris, vt nō posit lumē videre
de die, sed nocte debet duplicari custodia,
& de die adueniente in solis ortu habet ad
locū deduci, vt posit lumē diei & claritatē
videre ne pęnis carceris moriat. Quod q-
dem facere malū est innocētibus, sed delin
quētibus & malis nō satis seuerū est, nec sa
3 tis credule. vt C. eo. l. i. † No. tñ ꝙ mulieres
non

nō debet poni in carcerē in loco vbi mascu li ponuntur, sed per se separatim ab ipsis vt C. eo. l. quoniam. Sed hodie iure nouo au then. debet mulier pro delicto poni ad aliquod monasterium, vt ibi custodiatur donec contra eam iudicetur. Sed pro debito pecuniario non debet carcerari, sed debet fieri missio in bonis eius, vt C. eodem authen. nouo iure. & in authen. vt nulli iudi.
4 §. necessarium. colla. ix. † Et not. tamen quod custodes debent cum humanitate & benignitate tractare carceratos, & non suā crudelitatem vendere pretio, vel gratia, nec ipsos affligere famæ, vel angustia, vel siti, vel longa fame subtrahendo eius audientiam & non permittendo eis loqui, vel ponendo eos in aliquo malo loco, vel occulto ut non possint audiri si clamauerint ad hoc, vt famæ, vel siti pereant, & si talia fecerint, debent capitali pœna puniri. Et debet iudex ipsos custodes prædicta pena punire quod si non fecerit, infamatur, & grauiter punitur, vt C. eod. l. prima puniuntur
5 etiam in x. lib. auri. † Debet etiam custos vel capitaneus singulis mensibus notificare iudici nomina carceratorum & delicta siue causas quibus sunt incarcerati, & ætates & conditiones ipsorum carceratorum, alioquin custodes puniuntur in xx. li. auri,
6 vt C. eodem l. fina. † Sed si quis non sponte, vel per tormenta confessus fuerit de crimine, præcedentibus indiciis, vt C. de quæstio. l. milites. tunc non constatur confessioni suæ sed pluries debet interrogari si vult perseuerare alias confessio non præiudicat sibi, vt ff. eodem. l. prima nisi sponte perseueret, vt ff. de quæstio. l. j. §. quæstioni. & §. si quis viro debet tamen si est graue delictum in carcere poni & custodiri, vt supra dictum est, vel relaxari si satisdederit & cū effectu, vt ff. de custo. reo. l. prima. nota & l.
7 diuus. † Et no. quod si carceratus aufugit si quidem per fraudem custodis qui dimisit aufugere carceratum tunc custos capitali pena punitur. Si autem per negligentiam custodis, tunc punitur eadem pœna qua carceratus debuit puniri, nisi probauerit quod casu, vt per incendium ortum in carcere, vel ruina carceris, vel propter alium casum fortuitum euaserit, vt ff. eodem l. fi. & l. milites. §. si vero. & hoc si probatur, nō punitur. Nec vni debet cōmitti custodia, sed pluribus. Sed qui vni commissit, puniuntur pro qualitate culpæ, vt ff. eodem. l. non
a facili, & l. milites. Sed si carceratus[a] custodem interfecerit, capite punitur. Si autem carceratus cum aliquo custode fugerit, tūc alteri custodi venia dabitur, vt d. l. fina. interdum. Si vero per ebrietatem dimisit fugere similiter punitur extraordinaria pena, vt d. l. milites. §. si tamen cum non sit pœna expressa à lege, vt ff. de effrac. expil.
8 l. prima. † Item not. quod carceratus nō de
9 bet spoliari, vt ff. de bon. dam. l. i i. † Et not. quod licet aliquis sit carceratus. non statim pœnam patitur, sed proceditur contra eū, & probationes recipiuntur, & si conuincitur per testes, auditur eius defensio, & pluries debet adduci coram iudice, si velit aliquid cōtradicere vel probare, vt C. eodem l. ii. ff. de quæstionibus. l. ii. & l. diuus. §. si
10 quis. † Si autem confessus fuit sponte, vel conuictus testibus, tunc non est expectandus, sed condemnandus, & statim condemnatio exequenda in graui crimine, vt C. quando appellan. sit. l. obseruare. & C. de custo. reo. l. i. in prin. & l. fin. nisi in casu quādo seuerior pœna est imponenda, nā tunc plus
11 differtur, vt C. de pœn. l. vendicari. † Item no. quod in leuibus criminibus vbi non imponitur pena corporalis, debet quis dare
b fideiussorem,[b] qui promittat dare & soluere condemnationē. Et quod promiserit sub certa pena reum exhibere vel condemnationem soluere, & si non obseruauerit quod promiserit ad pœnam promissam condēnabitur, vel ad interesse cōi vt ff. eod. l. si quis reum. potest etiam extraordinaria pœna puniri, vt d. l. & equē. & C de modo mult. l. eos. Item dominus pōt fideiubere pro ser-
12 uo suo, vt ff. eod. l. seruus. † Item not. quod si carcerati ruptis vinculis & effracto carcere euadunt, pœna capitali puniuntur, vt ff. de effract. l. i. in princi. vel alia extraordinaria pœna, vt d. l. i. vel puniūtur pœna illius delicti pro quo sunt carcerati, et si sūt
c innocētes, vt habeantur pro cōfessis c pp fugam, vt ff. eo. l. in eos. & in auth. de colla.
13 §. prohibemus colla. ix. † Item not. quod ille carceratus qui reuelauerit qualiter debent fugere, debet de carcere relaxari, vt
14 l. in eos in fi. † Item no. quod carcerato pro graui crimine debent apponi ferramēta, vt melius custodiat. & si custos corruptus pe-

cunia non fecerit apponi vel passus fuerit qđ ferrũ portetur in carcerẽ vnde possit ille euadere, vel venenũ vnde possit occidi, tunc officio iudicis puniendus,& si negligẽ
15 tia fecerit ab officio est remouendus. † Itẽ no. quod si iudex apprehẽdiderit latrones, quod debet ipsos interrogare de sociis & receptatoribus ipsorum, & significare iudici vbi illi socij & receptatores ipsorũ degunt, vt ipsos capiat,& qui facere procurauerit, laudandus est, non tñ est semper literis credendum sed inquirendum de ipsorum conditione & scelere,& si quis velit ipsos accusare vel arguere &c.ff.eo. l. diuus.ii.& l. de militibus.& l.non est.& l.solent.cum simil.
16 †Item no.quod si quis est in carcere pro debito pecuniario, & alius vt custos carcerũ vel alia persona facit ipsum debitorem fugere, quod tenetur ad debitum soluendũ, vt C.de cen lib.xj. l. si per æquatorem. de exac. ribu.l.quoties.lib.x. Si vero per negligentiam custodum fugerit, puto ipsos teneri ad debiti solutionẽ, vt C. de cust. reo. l.ad commentarien.nisi casu fugerint, vt dictum est supra facit ad huius negligẽtiam. C.de censi l.si per æquatorem libr.xi. & ff.
17 de offi.præsi.l.diuus in fin. † Sed nunquid potest quis damnari ad perpetuum carcerem. Respond. non videtur. si liber homo est, secus in seruo, vt ff.de pœn. l.mand. C. eo.l.incredibile.& l.seruus.

ADDITIONES.

a Sed si carceratus. Adde tu quod si carceratus repertur mortuus, præsumitur cõtra custod. de quo in l.cum res. & ibi per glo. & doc.ff. de leg.ii.§. species.& Ang.in l.si quis ex argentariis.§.prætor.in fi.ff.de eden.dat cautelã, vt custodes subito habeant medicum peritum qui deponat q carceratus mortuus est absq; culpa custodum, sua morte,& hoc scribi faciant per notarium, & per hoc tollitur suspicio contra custodes.

b Fideiussore. Adde quod quis non relaxatur fideiussoribus quando in defectum pecuniarie vt per Bar.in l.ii.ff. de pub.iudic. & in l.i.ff. de cust.reo. & datur tunc cautela, vt pœna soluatur fisco sub conditione si condemnabitur. vt per Bar.in l.si sub conditione.ff.de solu. & Ange. in l.ii.C. de exhi. reis. & adde quod quis etiam non relaxatur fideiussoribus si alias fugit de carcere glo.est singula. & ibi Ro.in l.lege.ff.ad Silla.

c Pro cõfessis. Adde quod hoc voluit Guil.de Cu. in l.succurritur.ff.ex quibus cau. ma. & ibi Bald. & Bald.in l.admonendi.ff. de iure iurand.& Ange. in l.prima.ff. de effrac. & ita debet intelligi Barto.in l.in reos.ff. de custo. reorum & in l.fina. eodem.titulo vt per Bald.in d.l.succurritur.

De pœna desistentis ab accusatione, & qui puniantur pœna turpilliani. Rub. 101

SVMMARIVM.

1 *Tergiuersator seu ab accusationibus porrectis desistens punitur.*
2 *Senatusconsul. Turpillianum quando locum habeat.*
3 *Senatusconsul. contra dominum in quibus criminibus non habet locum, & qua pœna veniat tunc.*
4 *Desistere ab accusatione quando quis dicatur, & quando quis dicitur agere, & quando agere nolle*
5 *Desistens propter iustum impedimentum, non videtur desistere nec pœnam incurrit.*
6 *Desistere etiam dicitur qui non prosequitur suã accusam negligentia vel culpa sua, tempore sibi aßignato.*
7 *Item ille qui subijcit vel instigat accusatorem, & postea non pergit.*
8 *Item & ille qui composuit cum suo aduersario sine iudicis licentia.*
9 *Componens cum aduersario quando non incidat in pœnam, & in quibus casibus abolitio non habet locum, & in quo accusatore habeant locum prædicta.*
10 *Accusator desistens ut supra incidit in senatuscon turpillianum fallit tamen in fœmina & & in minore.*
11 *Turpilliani pœna tenetur qui desistit in appellatione à sententia quæ in sui fauorem prolata fuit*
12 *Desistens non admittitur amplius ad accusandum immo punitur ut supra dictum est, vel vt hic.*
13 *Iudex non debet resistere, imo prosequi & punire delinquentem, licet quis desistat in prosequendo accusationem.*

1 
VONIAM †plerunque accũsatores desistunt ab accusationibus porrectis in iudicio,& sic dicuntur tergiuersari propter quod pœna est imponenda, vt ff.eod.l.j.§. tergiuersari. videre restat quę pœna sit imponenda pro tali crimine. †Et primo notãdũ. est quod hic
2 senatusconsultum locum habet contra illũ qui accusam porrectam de aliquo super crimine

mine publico, & postea lite contestata a di-
cta accusa desistit, ipsam sequi non curat, vt C.eo.l.j.& ff.eod. l.destitisse. Quę autē sint publica iudicia habemus.ff. de pub. iud.l.j.

3 †Et no.quod dixi supra publico crimine, quia in priuato secus videtur, vt in crimine stellionatus.vel expilatæ hæreditatis, vel furti, vel iniuriarum, in quibus pœna turpilliani directa & ordinata non videtur locum habere, vt ff.eod.l.si quis.§.stellionatus. Sed tunc officium iudicis locū habere videtur in pœna imponēda in his extraordinariis delictis, vt 1 d.§.in quibus imponitur pœna pro qualitate delicti, vt ff.eo. l. & in priuatis.

4 † Et dicitur quis desistre, qui in totum desistit. & animum deponit, post lit. contesta.vt ff eodem. l.ab accusatione.§.j.& § destitisse & ideo dixi post litem contestatam. quia ante nō dicitur agere velle, vt ff.rem ratam habe.l.amplius nō peti

5 † Si autem quis destiterit propter iustum impedimentum, vel propter occurrētem necessitatem, non videtur desistere nec incidit in pœnam, vt ff eodem.l.senatus.§ commune.& §. sequen.

6 †item dicitur desistere ille cui assignatus fuerit terminus ad prosequendam suam accusām, & ipsam non prosequitur culpa vel negligentia sua, vt d.l.accusatione.§.destitisse. C. qui accusa.non poss.l.qui crimen.

7 † item & ille qui subiicit vel instigat accusatorem & postea nō peregit, vt in d l.senatus.in prin.& l.j.§. incidit.

8 † item & ille qui composuit cum suo aduersario, vt d.l.ab accusatione 1 princip.fine iudicis licentia.

9 † Si enim de licentia iudicis faceret impetrata abolitione, nō incideret tunc in pœnā, vt ff. eo l.j.§.si qs. & §.abolitio.& C.de aboli.l.i. & ii. Fallit tamen in quibusdam casibus in quibus non pōt habere locū abolitio, & cōcessa nō excusat, vt in l. Iulia. maie. In patria oppugnata vel prodita. In crimine peculatus, cum simili.vt C.de aboli.l.fi. ad fi. Item non petitur abolitio qñ aduersarius sustinuit verbera vel tormenta, vel catenas, vel similia propter accusam factam de eo. nisi ipse consentiat, vt C.de abo.l.fin. in prin Et prædicta locū hñt in accusatore desistēte & nō psequente suam accusam, vel transigēte, q. hr pro cōfesso. eo quod transegit vel cōposuit, vt dictū est, vt ff.de pręuari. l. in oibus sed in reo secus est, quia debet redimere sanguinē suū qñcunq; pōt, vt ff. de bo. eo.q mor. sib.consci.l.j.

10 †Et no.quod iste talis a accusator qui desistit, incidit in Turpillianū senatusconsul.& pęna Turpilliani punitur, vt dictū est, vt C.e.l. quāuis. Sed fallit in fęmina b.

†Itē fallit in minore rōne suæ ætatis.

11 item incidit in Turpillianum ille, qui prosecutus fuit accusam suam vsque ad sententiam & obtinuit, à cuius sententia fuit appellatum, & in ipsa appellatione desistit, vt ff.eod.l.i §.vna.

12 †Itē not.quod ille qui desistit, non admittitur amplius ad accusandum.ff.eod.l.qui desistit.imo punitur, vt dictum est, vel saltem in v.lib.aur. vt ff.de p̄ua.l.iii.§.fin.& ff.ad exhi.l.iii.C.eod. l.ii.cū si.vel punitur si de publico crimine accusauit ad similitudinem supplicii pro priuatis, vero pęna extraord. vt ff.e.l i.§.calumniatoribus.& in l.priuatis.& de hoc not. supra de calum.& præuari.& suppel. vt ibi no. supra titu.proxi.

13 †Et no. quod licet quis desistat in prosequendo accusationem, & Iudex tamen non debet desistere, sed prosequi, & inquirere, & punire delinquentem, vt no.infra titu.proxi.

ADDITIONES.

a Et no. quod iste talis. Vide per Bar. in l.iii.§.i. ff.de præuari. vbi distinguit an expresse an vero tacite quis desistat & eundē aliter distinguentem, in l.i.§.si quis autem.ff.ad Turp.

b Sed fallit in fęmina. Adde tu quod est falsum, quia etiam mulier incidit in turpillianum. hoc quo vide per Alex.de Imo.in consi.xi.col.i.ver.super secundo. in i.volu.

De collusione. Rub. 102

SVMMARIVM.

1 *Collusio quid sit, & causarum genus triplex est, scilicet criminale, ciuile, & spirituale.*

2 *Collusio in criminalibus quando fiat, & quomodo tunc colludens puniatur, & an efficiatur infamis.*

3 *Collusio et dicitur quādo accusator desijt ab accusatione. & qd in ustin incidat & qua pœna puniatur & an efficiatur infamis*

4 *Accusator in causa criminali quando possit desistere per gratiā sine pœna & accusator absens si citetur & non ueniat prosequendum quomodo puniatur & si patitur labi biennium, qua pœna puniatur, & quando est quæstio*

questio de statu persona & fiat collusio, quid iuris erit.

5 *Desistere quando liceat in causa ciuili, et si alio modo fiat collusio, punitur.*

6 *Discedere à lite per gratiam spiritualibus quomodo licet, & quomodo non, & si quis in causa crimali siue spirituali desistit aliter quam debeat, debet iudex ex suo officio quirere contra desistentem & punire.*

7 *Discedere uolenti ab accusatione iusta causa, iudex debet abolitionem concedere, & non punitur desistens.*

8 *Iudice colludente cum inquisito, absolutio non tenet, & poterit iterum accusari.*

9 *Colludens super beneficio, non punitur super beneficio.*

10 *Maritus accusans uxorem de adulterio, an posit discedere quandocunque uult.*

11 *Colludunt non solum principales personæ & puniantur, sed etiam aduocati & aduocatus in principali causa colludens, quomodo puniatur.*

12 *Procuratores quomodo colludant, & quomodo puniantur, & quomodo agitur.*

13 *Accusato Martino si accusans non prosequatur, quid facit index, & desistens non potest amplius accusare.*

14 *Accusare quando nō possim illum quem alius accusauit, & quando possim.*

15 *Collusione & præuaricatione probata quid pronunciabit index, & an poterit postea alius accusare.*



1 OLLVSIO est† latens & fraudulosa cōuentio inita inter accusatorem & reū vel accusatum in aliqua causa. Et nota, quòd triplex est genus causarum scilicet criminale, ciuile, & spiritua
2 le.†In criminali autem fit collusio, quando accusator abscondit ueras probationes criminis cōtra accusatū, uel dissimulat bonas ꝓbationes, vel falsas executiones admittit & cōsentit, & iste incidit in uitiū præuaricationis, & extraord. pœna punitꝰ, vt ff. ad Turp. l. i. §. pꝛuaricatore ff. de pꝛua. l. i. & ii. & pe. & efficit infamis ff. de pręua.
3 l. si is cū si.† Dicit etiā collusio qñ accusator destitit ab accusatione ꝑ qꝫ incidit in vitiū tergiuersatoris, & punit in v. lib. aurei. & infamat. ff. de pꝛua. l. iii. in fi. & d. l. si is.† No. tñ ꝙ in cā criminali, ante lit. cōte. potest accusator desistere per gratiam sine pœna à lite, vt ff. ad Turp. l. mulier. & l. inquisitū. post litē vero contesta. non licet sine cōsensu aduersarij, si passus est iā iniuriā vel carceres vel tormenta, vt C. de aboli. l. fi. nec sine licentia iudicis, vt C. eo. l. j. C. de aboli. l. ij. & hoc licet intra xxx. dies, vt C. eo. l. fi. §. quando aūt alias punitur, vt dictū est. & facit. ff. ad Turp. l. si quis. §. stellionatus. Sed idem & in priuato crimine videtur, vt ff. ad Turp. l. & in priuatis. & C. eod. l. ij Sed si accusator est absens, & citatur, & nō vult venire, nec in accusatione procedere, tunc punitur in x. lib. auri, vt supra dictū est: & etiā vltra: quia qui incidit in Turpil. condemnatur in sumptibus litis, vt ff. de pœn. l. absentem. C. qui accusa. non pos. l. qui crimen. & l. si ea. vbi de hoc. Si vero patitur labi biennīū intra quod debet causa criminalis finiri, tunc punitur in quarta parte bonorum, & sit infamis, vt C. vt intra certū tempus cri. quæstio termin. l. j. cū simi. Si vero esset quæstio de statu alicuius personę: tunc ille qui colludit, amittit ius quod habet in personę illius: & applicatur illi qui collusionem detexit. C. eo. l. fin.
5 ff. eod. l. j. †In causa vero ciuili licitum est desistere à causa quandocunque sine licentia iudicis & liti renunciare. C. de pact. l. postquam nisi sit causa famosa intentata: nam tunc non potest transigi, nec desistere sine consensu iudicis ff. de his qui not. infa. l. furti. §. potestas. Et si in ciuilibus alio modo fiat collusio, punitur pro motu iudicis qui delusit forte secūdum l. C. de mo
6 do multa. l. fin. †In spiritualibus vero per gratiā licet à lite discedere: vt extra de simo. c. nemo. sed non per transactionem, vt extra de transactio. c. super eodē. & c. præterea. imo & si quis in causa criminali siue spirituali desistit aliter quam debeat, debet iudex ex suo officio inquirere contra desistentem, vt extra eo. c. i. & ij. & C. de aboli. l. j. & ij. & punire debita pœna: vt supra di-
7 ctum est. †Si vero iusta causa velit quis ab accusatione desistere vel discedere: debet iudex abolitionē cōcedere, vt C. de aboli. l. j. ij. & iij. §. abolitio. & tunc desistens non
8 punitur. † Sed si iudex colludat cum inquisito, et ipsum per gratiam vel pecuniā absoluat, talis absolutio non valet, nec pręiudicat quominus iterū inquiratur et puniatur,

niatur, vt extra eod. c. j. & ij. & c. iterum. ff. eodem. l. cum iusto. & l. collusione & l. sententiã. & potest etiam iterum accusari, vt ff. de præ-
9 uaricat. l. iij. †Si vero colludit super bene-ficio, colludens punitur super beneficio, vt ex-
10 tra eod. cap. audiuimus. †Sed si maritus accusat vxorem de adulterio, potest quandocunque vult discere, quia potest vxorem sibi reconciliare intra biennium, vt C. de adulte. authen. sed hodie. extra de conuer. coniu. c. gau-
11 demus. †In summa vero notan. est, quod non solum principales personæ colludunt & puniuntur, vt supra dictum est, sed etiam aduocati. Et si in causa principali fuerit per aduocatum collusum, punitur pœna extraordinaria, vt ff. de pœn. l. prima. §. verum. & l. ij §. quod si. & l. penult. & ij. quæstio. iiij. §. notan-
12 dum. & not. supra titulo proximo. †Colludunt etiam procuratores, qui dolosa patiuntur se superari in causa, qui tenentur de dolo ad omne interesse si sunt soluendo, alias igitur contra illos qui colluserunt cum eis. ff. de
13 dol. l. eleganter. §. si dolo. †Sed quid M. accusauit aliquem de aliquo delicto publico vel priuato, iste Marti. non videtur prosequi accusam suam, vel non produxit probationes suas. Respond. quod iudex debet assignare ei terminum ad producendum suas probationes, & si non fecerit, videtur tacite desistere, & renunciare iuri suo, vt C. qui accusare non pos. l. si ea quæ. & insuper incidit in turpillianum, & punitur, vt supra dictum est. & supra titulo proxim. not. Et poterit tunc iudex, & debet contra talem accusatum per inquisitionem procedere & punire, si culpabilem inuenerit, vt extra de collu. cap. primo & secundo. in fin. & C. de aboli. l. prima & secunda. §. sinautem. Not. tamen quod ille qui destitit, non potest amplius accusare, vt ff. eod. l. qui destitit. de præuaric. l. accusator. cum simi. Sunt & alij qui prohibentur accusare aliquos, vt not. supra de his qui accusa. non possunt per
14 totum. †Si autem fuerit quis ab vna parte accusatus de vno crimine. non poterit ab alio super eodem crimine accusari, nisi doceatur de collusione, & præuaricatione primi accusatoris, & se ignorare primam accusam fuisse ab alio institutam, quod ignorare quilibet præsumitur. C. qui milit. non poss. l. super his, & de hoc not. C. de accusatio. l. qui de crimine. &
15 extra de accusat. cap. de his. †Et probata [a]
a collusione, & præuaricatione debet iudex interloquendo pronunciare collusum fuisse in dicta accusa, & poterit postea accusare. ff. de præua. l. iij. in princ. not. de accu. l. hi tamen. §. fina. & l. si cui. §. de criminibus. not. cum similibus facit. ff. de iud. l. de qua re. Nam si accusatus opponat exceptionem rei iudicatæ, vel solutionis iam factæ, oportet quod iudex pronunciaret super ista emergenti prius, vt dicta l. iij. & dicta l. de qua re. & extra de ord. cog. cap. primo. & ibi not. alias non posset secundus accusator accusare, nec procedere, vt dictum est. Et dicetur sic per iudicem. Nos iudex cognitor quæstionis vertentis inter talem accusatorem ex vna parte, & talem accusatum ex altera, visis talibus exceptionibus oppositis per talem accusatorem quorum tenor talis est &c. Quia cognouimus in j. accusa siue processu facto super illa collusum fuisse in dicta accusa, & processum per talem modum. Et not. quod debet specificari qualitas collusionis. Et auditis allegationibus partium. Et super omnibus habita deliberatione diligenti interloquendo pronunciamus procedendum esse, & procedi debere super dicta accusa de nouo porrecta per dictum accusatorem cõtra dictum accusatum per quem propositæ exceptiones obstare non possunt quin procedi debeat super noua accusa &c. vel pronũciabitur prout qualitas negotij requirit, prout iudex viderit, & cognouerit expedire.

ADDITIO.

a Et probata. Adde tamen quod collusio præsumitur quando accusator conuersatur cum accusato ex quo per accusationem solent oriri inimicitiæ capitales inter accusatorem, & accusatum ita Bartol. in l. iii. ff. de admen. lega. vbi tex. & in l. si inimicitię. ff. de his quib. vt indign. Quod est notabile.

De abolitionibus. Rubri. 103

SVMMARIVM.

1 *Abolitio quid sit.*
2 *Abolitio quot modis fiat.*
3 *Abolitio facta a principe quid operatur, & si fiat ad petitionem partis, quomodo fiet; & quid erit cognoscendum.*
4 *Accusatione per errorem facta quando abolitio conceditur & quando non*
5 *Abolitio intra quantum tempus peti debet.*
6 *Abolitio regulariter conceditur quando petitur*

titur propter mortem, fallit in casibus hic positis.

7 *Accusans calumniose, si pecunia conuictus uelit abolitionem fieri non auditur, etiam parte consentiente. fallit in casib. hic positis.*

8 *Abolitione generali uel speciali tollitur pœna & crimen extinguitur, non autem tollitur infamia.*



IDEAMVS quid sit abolitio. Et quidē potest dici sic. † Abolitio est accusæ peremptio siue exclusio, vt nomen sit consequens rei. Sicut dicitur exceptio, actionis exclusio. ff. de excep. l. ij. in princ.

2 † Et not. quod abolitio fit tribus modis. Vno modo à principe ex suo motu ob rem prospere gestam, vel ob gaudium, vel ob similem causam, vt ff. ad turpi. l. si quis. §. fina. & l. sequen. Secundo modo ad instantiam & postulationem accusatoris coram iudice ordinario, qui de causa cognoscebat. Tertio modo per mortem accusatoris vel accusati, cum extinctum fuerit crimen regulariter morte superueniente, vt ff. eodem l. aut priuatim. vel propter iustum impedimentum superueniens accusatori, vt dicta l. autem. & l. senatus. §. reos. C. si

3 accus. mor. fuer. l. secūda. & l. defunctis. † Et not. quod si fit abolitio à principe nullo postulante, quod talis abolitio extinguit omnes ac-

a cusationes ᵃ quo ad omnes, præterquam ad actorem, quia ipse non minus poterit vsque ad xxx. dies repetere accusam, vt C. eod. l. fin. computandos à die quo feriæ generalis abolitionis sunt finitæ. & debet accusare eo modo quo prius fecerat, vt C. de genera. aboli. l. ij. ff. ad turpil. l. aut. §. in iudicio, Si vero fiat ad petitionem accusatoris coram iudice, tunc debet fieri vtraque parte præsente, scilicet accusatore, & accusato, & causa cognita. Et vertitur in causæ cognitione hoc modo, vt si accusator calumniose hoc modo fecit accusam, abolitio non concedatur, vt C. eod. l. fina. in princ. de calum. l. fallatia. imo puniatur de calumnia,

4 vt supra not. de calum. † Si vero per errorē accusauerit, si quidem accusatus substinuit iniuriam, vel carceris, vel verborum, vel tormēti, non est concedenda abolitio. si vero non substinuerit iniuriam, vt dictum est, & tunc conceditur, alias non, etiam vtraque parte volen-

5 te. † Et debet peti abolitio intra xxx. dies cōputandos à die institutæ accusationis, alias non auditur, vt C. eod. l. fina. & ff. eod. l. j. §. aboli-

6 tio. & l. aut. §. in iudicio. † Si vero propter mortem petitur abolitio, debet concedi regulariter, quia morte extinguitur crimen, vt C. si reus vel accus. mor. fue. l. ij. cum si. ff. eo. l. in senatus. §. si propter mortem. Fallit in casibus in quibus nullo modo conceditur, vt in crimine læsæ maiesta. patriæ oppugnatæ vel proditæ, vel crimine falsi, vt C. eod. l. si falsis. ff. ad turpil. l. fallaciter. Item in crimine peculatus, repetundarum, & de residuis, & in crimine apostasiæ, & hæresis, & simili. vt C. si

7 reus vel accu. mor. fue. l. j. & ibi not. † Item q̄ si quis calumniosam fecerit accusam, & ipse pecunia conuictus velit abolitionem fieri, non est audiendus etiam consentiente parte aduersa, sed procedi debet in accusa ita vt nocens puniatur, vt C. eod. l. ij. fallit etiam si accusauit pro sequendo suam iniuriam, vel accusauerit consanguineos vel similes, nam tunc conceditur

8 abolitio, vt dicta l. ij. §. fin. † Item not. quòd per abolitionem generalem vel specialem tollitur pœna, & etiam crimen extinguitur, sed non tollitur infamia. C. de genera. aboli. l. fina. cum simi. & de hoc not. AZO. in summa huius tituli.

ADDITIO.

a Accusationes. Adde tu quod ista generalis abolitio non extenditur ad crimina iam liquidata, l. fina. C. de abo. Nec etiam extenditur ad crimen falsi licet non sit liquidatum, vt est text. in l. Lucius ff. ad turpil. & ibi Bartol. & Ang. nec etiam ad iam carceratos. l. domitius & ibi Bartol. ff. ad turpillianum. quod intellige vt per Bart. & Ang. in dicta l. Lucius. & per Angel. in l. falsorum. §. fina. ff. de accusat. nec etiam porrigitur ad accusationes nondum inchoatas. l. prima & secunda, C. de genera. aboli.

De treuga. Rub. 164

SVMMARIVM.

1 *Treuga quid sit.*

2 *Pax quid sit.*

3 *Treuga duplex est, scilicet conuentionalis, & canonica, conuentionalis quid sit.*

4 *Treugam supradictam qui frangit, qua pœna puniatur & fit infamis & quando fit seruanda inter personas priuatas.*

5 *Treugam qui fecit aliquem percutiendo, quomodo puniatur.*

6 *Treugam qui fecit si homicidium committat,*

pat, capite punitur.

7 *Treugam qui fecit si aliter quam supra delinquat quomodo puniatur.*

8 *Treuga canonica quae sit & quae sit pena contrafacientium, & debent iurare ut seruetur aliter puniuntur.*

1 TREVGA † est securitas siue fiducia praestita rebus & personis inimicorum ad certum tempus,
2 discordia nondum finita. † Pax autem est finis discordiae. † Et
3 not. quod duplex est regula, scilicet ex pacto initio inter inimicos. & illa appellatur conuentionalis quia ex pacto & conuentione sumit formam sicut & contractus, vt ff. de pactis. l. conuentione. & depositione. l. prima. §. si conuenerit. de regulis iuris. l. contractus. Et ista talis treuga est seruanda hostibus, nam etiam fides hostibus est seruanda, vt xxiij. quaestione prima & xxij. quaestione iiij. innocens &
a hoc verum, si hostes tibi seruant, alias non [a] est eis seruanda. extra de iureiuran. cap. peruenit. Iuxta illud frangenti fidem, fides frangatur eidem. vt C. eodem l. cum proponas. C. de transaction. & l. diuersa. & ff. locati. l.
4 quaero. §. inter locatorem. † Et qui talem treugam frangit, & maxime peregrinis mercatoribus, rusticis, dum culturae agrorum insisterent, & auferrent animalia & instrumenta agrorum cum quibus cultura fit, illud quod abstulit in quadruplum restituat, insuper fit infamis, & personaliter punitur qui talia committit, vt ff. de re milita. l. fina. & hoc intelligo de treuga facta inter ciuitatem & alia loca, si autem inter priuatas personas dico quod est seruanda, dummodo eis seruata sit, vt supra
5 probatum est per iura praemissa. † Et si quis fecit treugam, percutiendo aliquem ex illis cu
b quibus [b] facta erat treuga, quod puniatur in manus amissione, vt in authent. de manda. princi. colla. iij. §. coges. ita vt in ipso puniatur cum quo deliquit, vt C. commun. de success. authen. omnes per g[...]. & in vsib. feud. de pace tenen. cap. primo § si quis. vel potest dici quod cum dicta iura loquantur de pace rupta, & non treuga, quod poena extraordinaria punitur inspecta atrocitate delicti, vt ff. de iurisdictio. omn. iudic l. praetor §. fina. & l. vlt. & de extraor. crimi. l. prima. de effrac. l. prima. & secundum diuersitatem facti, & delicti, vt pa-
6 tet per titu. speciales in hoc opusculo. † Si vero per homicidium commiserit, capite punitur, vt ff. de parrici. l. penult. §. qui alias per-
7 sonas. & not. pulchre. supra de homici. † Si vero aliter delinquit, secundum qualitatem delicti poena debita & ordinata punitur, vt patet in hac summula per titu. speciales com-
8 petentes. † Est & alia treuga canonica, siue a iure inducta, quae certo tempore est seruanda, & maxime personis ecclesiasticis & peregrinis, mercatoribus, & personis rusticanis, maxime dum agriculturae insudant, vt extra eodem cap. primo & secundo. Et qui contra facit, excommunicatur. Et episcopi debent prouidere, vt talis treuga seruetur, & debet vnus episcopus alteri dare auxilium & fauorem alias dignitate priuantur &c. & dic vt plene not. extra eod. tit. cap. j.

ADDITIONES.

a Alias non. An si vnus fregit treugam alius possit frangere. Ioan. And. & Anto. de But. in cap. iij. de iniur. quod non & Ioan. And. in addi. Spec. in rub. de treug. & pac. Ang. Pau. de Cast. Raph. & doct. in l. si ex legati. & in l. qui seruum. ff. de ver. obl. & vide Alex. in l. cum proponas. C. de pact. & ibi addita, & vltra praedicta vide late per Fel. in c. j. col. ij de treu. & pace.

b Cum quibus. Sed quid si rapta est filia vnius patris ab alio ex alia parte, an per hoc dicatur treuga rupta, dic quod non, vt plene per Alex. in consil. cxiij. per totum, in ij. volu.

De pace. Rubrica. 105

SVMMARIVM.

1 *Pax quid sit.*

2 *Procuratores pacem facientes debent habere speciale mandatum.*

3 *Pax potest fieri super quolibet maleficio pro quo ingeritur poena sanguinis, fallit in crimine adulterij.*

4 *Occiso aliquo si haeredes illius aut filij fecerint pacem & remissionem de homicidio, iniuria &c an potestas poterit procedere, & quid si statutum esset quod posset fieri pax.*

5 *Vulnerato Titio, Titius fecit pacem vulneranti de omni iniuria & offensa, an alius possit vulnerantem accusare.*

6 *Vulnerato Titio, Titius fecit pacem vulneranti de vulneribus sibi illatis, & de omni iniuria & offensa. posito quod pax fieri possit & teneat, si postea Titius moriatur, an he-*

an hæredes Titij possint de homicidio accusare, non obstante pace, vel an videatur facta pax de morte & quæ verba sint ponenda in contractu pacis.

7 *Offensus an compelli possit ad faciendam pacem cum offendente.*

8 *Satisdare de non offendendo an aliquis compelli possit.*

9 *Iniuriam fecisti Titio qui postea bibit & comedit tecum & sic uidetur renunciasse iniuria, an Titius possit postea se accusare.*

10 *Vulnerato Titio mortifere, si inculpetur de hoc Mar. Titius uero dicat quod Mar. non uulnerauit eum sed alius, an iudex potest contra Martinum procedere.*

11 *Potestas an possit ponere guerrantes ad confines, & accipere fideiussores.*

12 *Accusatione uel inquisitione facta duo fecerunt pacem de maleficio quod fuit inter eos an per talem pacem uideantur confessi crimen, vt iudex possit eos condemnare sine aliqua probatione, & quibus verbis ad cautelam sit utendum in contractu pacis.*

13 *Pupillus an possit pacem facere de morte patris uel offensa patri facta cum authoritate sui tutoris.*

14 *Pacem & remissionem aliquis fecit Titio in præsentia iudicis quodam presbytero præsente & recipiente pro offendente &c an talis pax ualeat.*

15 *Statuto dicente quod quis habuerit pacem ab offenso uel hærede eius, non possit personaliter de homicidio damnari, Titius fuit occisus pluribus hæredibus relictis, nunquid est opus quod habeat pacem ab omnibus.*

16 *Statuto dicente quod pace non obstante homicida condemnetur de homicidio, si Mar. fuerit interfectus mandato Titij qui postea habuit pacem, an pax proderit Titio?*

17 *Pacem & remissionem duo fecerunt, & promiserunt eam obseruare si postea unus frangit pacē alterū offendēdo qualiter puniatur.*

18 *Guerra existente inter duas ciuitates uenerunt ad concordiam quam promiserunt perpetuo obseruare sub certa pœna si postea una terra unius ex istis ciuitatibus supponat se alteri ciuitati propter quod ciuitas priuata tali terra commisit homicidia contra aliam ciuitatem, an incidat in pœnam.*

19 *Ordinatum est per legem Mantuæ quod homicida puniatur in x lib. Titius fuit condemnatus in dicta pœna pro homicidio commisso postea habuit pacem à filio occisi, uel illo cuius interest, an commune possit exigere illam pœnam ab homicida?*

20 *Tutor nomine pupilli uel infantis & curator nomine adulti an pacem facere possit ita ut ualeat.*

21 *Pace à pluribus facta de omnibus iniurijs & offensis hincinde illatis promissum fuit illam obseruare sub certa pœna, si unus facit contra pacem & alius ex alia parte illum percutiat, an possit accusari & puniri de pace rupta uel aliter.*

22 *Statuto dicente quod habens pacem cum inimico dimittatur ei pœna, uel condemnatio, uel de banno eximatur, si uniuersitas fuit propter delictum condemnata & uelit facere pacem quomodo faciet, & quomodo congregabitur?*

1 IDEAMVS † Primo qd sit pax. Et quidem pax dicitur finis discordię, sed treuga est securitas data rebus & personis ad certum tempus,
2 discordia nondum finita. † Et not. quod si pax fieret per procuratores, debēt habere speciale mādatum, qa generale nō sufficit. extra de treug. & pace. c. i. de transactioni. c. cōtingit. de arbitris c. per tuas. ff. de procu
3 ratorib. l. mandato. cum si. † Item nota. ꝙ super quolibet maleficio, ꝙ quidē ingerit pœnā sanguinis, licet transigere & pacisci, & pacem facere, & hoc est regulariter verum ex parte delinquentis, & sine aliqua pœna, vt C. de transactionib. l. transigere. ratio est, qa licet vnicuique se & sanguinē suum redimere. ff. de bonis eorū qui mortē
a sibi cōsciuerūt. l. prima. Fallit hoc crimine a adulterij, vbi transactio non admittitur propter frequentiam delicti, & eius atrocitatem, vt nota. in d. l. transigere. Et est ratio, quia paciscēdo videtur de crimine confiteri, & pro confesso habetur. ff. de pręuar. l. in omnibus. & de ista materia no. Azo in
4 summa de transactionibus. † Sed pone ꝙ quidam fuit occisus, eius hæredes aut filii fecerūt pacem & remissionem illius homicidii de homicidio, & de iniuria omni, & percussione & offensa illatis & factis per

ipsum

ipsum homicidam in personam occisi dicto vel facto. Sed potestas non minus procedit contra istum homicidam, non obstante tali pace, & vult istum homicidam de homicidio punire & condemnare. Quæritur quid iuris. & videtur quòd posit, quia per tale maleficium commissum acquisitum est ius ciuitati, vbi perpetratum est maleficium, ita quòd postea per pacem & pactum priuatorum non potuit tolli, vt ff. de pact.l.ius publicum. & l.iuregentium.§. si paciscitur. Itē quia reipublicæ interest ne maleficia sint impunita, vt ff.ad leg. Aquil. l.ita vulneratus in fine.facit ff.ad leg.Iul.de vi publi.l.qui cœtus.& ff.de public. l. licitatio.§ quòd illicite.& extra de collu.cap.i. & in hoc concordant communiter doctores. Et ita seruatur, nisi statutum esset præcise in cōtrarium,quòd posset pax fieri.Et pace facta non debet potestas se intromittere de tali crimine,nam statutum illud est seruandum.ff.ad municip.l.constitutionibus. de lega.iii.l.non aliter.& not.ad Sillan.l diuus. Sed do.Guid. de Suza. dicit quòd pax valet & est seruanda, & potestas nequit se intromittere, quia nemo sine accusatore punitur.ff.de muneri.& honori. l.rescripto. §. si quis accusatorem non habens. Item quia pacis lenitas est seruanda, vt C.de assef tol. l.prima.circa principium.Item quia lex iubet fieri pacem & obseruari, vt in vsib.feudorum. de pace tenend. Item prætor non debet curare si partes volunt cōponere &c. ff.de oper.noui nuncia.l.i.§.inde quæritur. ff.de vsufruct l.æquissimum. & pro eo facit xx.distinct.per totum.& c.discordantes. &
5 c.discedentes.cum similib. † Sed quid, aliquis fecit pacem cum eo qui eum vulnerauit,& remissionem sibi fecit de omni iniuria & offensa. Modo venit alius & vult istū accusare,nunquid potest? Respondeo.dicit Guil. ꝙ non potest, quia per talem pacem prēclusa est via omnibus aliis accusandi per l.i.ff.de iureiuran.l.eum qui.§.in popularibus ff.de sepulch.viola.l. sepulchrum.ff.de accusa.l.si cui.§ iisdem.Sed alij docto.contra per l.ff.de vi publi.l.qui cœtu.§.fina. de adulter l.si maritus.§.si negauerit.de pac.l. iurisgen.§.si paciscar.vbi de hoc no.cum si.
6 Et hoc verius videtur. † Sed posito quod pax valeat & fieri posit. quæro quid si Titius vulnerauit M.& facit pacem de vulneribus sibi illatis & de omni iniuria & offensa,postea ipse moriatur, an hæredes possint de homicidio accusare non obstan.pace,vel an videatur facta pax etiam de morte postea subsecuta. Et videtur quòd accusare possint, nec videatur facta pax de morte secuta, quia non fuit actum de morte &c. & non videtur pacto perimi id de quo non fuit cogitatum. ff.de transac. l. qui cum tutoribus.Item quia non potuit paciscens remittere iniuriam factam reipub.ff.de pac.l. ius publicum.& l.iurisgen. §. si paciscar. de publica l.licitatio.§.quod illicite. & videtur casus.ff.ad legem Aquil.l.si actum sit.& l.si vulnerato seruo.& l.ita vulneratus.§ i.cum similib. Econtra videtur quòd accusari non posit,quia pacis lenitas est seruanda. C.de cadu.tollen.l.i. Item quia non debet curare prætor si litigantes ad concordiam veniant &c.ff.de oper.noui nuncia.l.prima. §.inde quæritur.Item quia si pax facta est de vulnere, & de morte quæ subsequitur intelligitur esse facta, vt ff. de fideiuss. l. si quis pro reo.§.i.ff.quo legato.l.si. & ad l.Aquil. l.huic scripturæ.ff.de dam.infec.l.damni.§. Sabini.cum similibus. Solu. dicunt omnes docto. primam opinio. esse veram per iura primo allegata.vnde potest accusari de homicidio pace non obstāte, vnde quādo fiat pax,debet notarius dicere. Fecerunt pacem & remissionem de omnibus vulneribus & offensis, & iniuriis factis & illatis, & de morte si subsequeretur &c. & inde &cete. Nam tunc de morte intelligitur esse facta, & hic non possunt accusari de homicidio, si postea subsequeretur &c.dummodo posit de tali, & tanto maleficio per statutum fieri pax,aliàs secus,vt notatur supra. Sed pone
7 quòd quidam &c.†Sed nunquid offensus b
b posit compelli à iudice ad faciendum pacē cum offendente. Respond.sic videtur, quia iudex habet procurare quòd ciuitas quam regit sit in pace. ff.de officio præsid. l. congruit. Item debet facere,vt ad arma, & rixas homines non veniant, vt ff.de vsufruct. l.æquissimum.vbi de hoc nota, & facit in argument. de serui.l.harum. & l.egi.C.de cadu.tollen.l.prima. in vsibus feudorum de pace iuramē.firman.capitu.primo. cum similib. Et maxime si propter hoc magnus tumultus

tumultus, & magnum periculum posit inde contingere, aliàs secus, vt dicunt quidã doctores. Sed videtur contra, quòd ad pacem non posit præcise compelli, vt nonagesima distinct. capitu. discordantes. & capitu. placuit. & capitu. studendo. quod verius videtur. non tamen per hoc remittitur pœna, vt supra nota. ff. de pactis. l. iuregentium. §. si paciscar. & facit in authentic. de manda. princip. §. oportet. vbi de hoc not.
8 colla. iij. † Sed nunquid potest quis compelli satisdare de non offendendo? Respõ. dicunt quidam doctores quòd non, quia graue est adinuenire fideiussores, & nõ debet quis superuacua satisdatione onerari, vt ff. de procura. l. non cogendum. §. fina. ff. si quis caus. l. prima. de iudic. l. secunda. §. si dubitetur. Item ex suo delicto est quis puniendus, & non debet ex maleficio præmium consequi, vt ff. de interdict. & relega. l. relegatorum. in fine. ff. de nego. gest. l. si hęreditaria. C. de hæreti. l. sed si. Sed si alium non offenderit, tunc ne ab alio offendatur, debet ille compelli satisdare de non offendendo, vt nota. in titu. de accusationi. Sed alij dicunt quòd si offendens est damnandus de offensa, & soluit condemnationem, quòd cum sit punitus, non debet amplius puniri, & tunc posit offensus compelli ad satisdationem præstandam de non offendendo, vt C. de his qui ad ecclesiam confugiunt. l. denunciamus. argumen. C. communi diuidundo. l. cum vsufructus. Itẽ quia prætor habet curare, vt pacata sit ciuitas &c. ff. de offi. præsid. l. congruit. & ff. de vsufruct. l. æquissimum. cum similibus. quod
9 verius videtur. † Sed quid fecisti mihi iniuriam, si postea bibi & comedi tecum, & sic tacite videor remittere iniuriam, si post hoc volo te accusare, nunquid sum audiendus? Respond. vt nota. institu. de iniuriis.
10 §. fina. † Sed quid Titius fuit mortifere vulneratus, de quo M. inculpatus, sed vulneratus dicit ꝙ M. ipsum nõ vulnerauit, sed alius, nunquid potest iudex contra ipsum procedere, respondeo, non videtur, quantum est per iniuriam sibi factam, sed pro facto communis, sic videtur. ff. de public. l. licitatio. §. quod illicite. ff. ad Sillanianum. l.
11 si quis in graui. §. i. † Sed an potestas poterit guerrantes sibi ad inuicem ponere ad confines si nolunt facere pacem? Respondeo sic videtur, per l. ff. de offic. præfect. vrbis. l. prima. § fina. & argumen. ff. de interdict. & relegat. l. relegatis. §. solent. & §. iudicare & l. fina. Item poterit accipere fideiussores à qualibet parte, & postea eis præceptum facere quòd vnus alterum non offendat sub certa pœna, vt ff. si quis ius dicẽ. non obtempe. l. prima. argumen. ff. qui satisdare cogan. l. si fideiussor. §. fina. ff. de of-
12 fic. præsid. l. congruit. cum similibus. † Sed quid duo fecerunt post accusationem, vel inquisitionem factam de maleficio quod fuit inter eos, nunquid per talem pacem videantur confessi de tali crimine, vt posit iudex eosdem offendentes condemnare sine aliqua probatione? Respondeo dicunt quidam quòd sic, vt ff. de infami. l. quoniam de iure fisci. l. in fi. & l. eius qui. & l. imperator. & argument. C. de re iudicat. l. ad solutionem. cum similibus. vnde ad cautelam quando fit pax offendens debet negare se deliquisse & notarius debet dicere. Tales fecerunt concordiam & pacem de quibuscunque iniuriis, vulneribus & offensis, quæ dicuntur tales inuicem fecisse & intulisse, nam tunc non videtur confiteri sed negare. Sed si dicatur de vulneribus & offensis illatis & factis tunc videtur confiteri &cęt. vnde cautela est adhibenda quæ non nocet, sed prodest, vt ff. negot. gest. l. Pomponius. & facit. ff. mand.
13 l. qui. mutuam. cum simi. † Sed nunquid pupillus potest facere pacem de morte patris, vel offensa facta patri cum authoritate sui tutoris. Respon. dicunt quidam aut certum est de offensa facta, & tunc non posit: aut est dubium, & tunc posit & valeat: quia tutor in dubio potest transigere pro pupillo, & valet transactio, & ipse pupillus cum tutoris authoritate: vt C. de transact. l. præses. ff. de iureiurando. l. tutor. ff. de administratio. tuto. l. Lucius. in fin. & facit. ff. de fur. l. qui pignore. & l. interdum. §. cautelam. cum similibus. Sed alij dicũt quod si aliquid est datum pupillo pro tali pace, quod tunc valeat & sit seruanda. ff. de trãsact. l. præses. quia minoribus interest litibus non vexari, nec grauari, vt ff. de minoribus. l. minoribus. ff. de iniur. l. sed si vnus. §. filio. & facit. ff. de censi. l. prima. C. de veteri

teri iure enucle.l.j.cum simili. Sed Vbert. dicit, aut pupillus est infans, & tunc non valet pax etiam cum authoritate tutoris, sed si est maior infante, & tunc cum authoritate tutoris & decreto iudicis valet, vt ff. de pœn.l.j ff. de administratio. tuto.l.j. C. de
14 prædi.min.l.minores.cum similib. † Sed quid aliquis in præsentia iudicis fecit pacē & remissionem M. præsbitero quodam præsente & recipiente pro offendente & eius vice & nomine &c. an talis pax valet? Respond. dicunt quidam quòd sic. quia sacerdos est publica persona, vt ff. de iusti. & iure.l.ius publicum. & per publicam personam alteri acquiritur ius. C. per quas perso. no.acqui.l.i.ff. de adoptio.l.non aliter. item quia pax est res fauorabilis, vnde est ampliandà.ff. de libe. & posthu.l.cum quidam. & in hac opi. fuit Guido de Suza. Sed videtur contra, quod alteri stipulari, vel pacisci nemo potest, vt institu. de inutili stipula.§ alteri.ff. de verb. obligatio.l.stipulatio ista.§.alteri de bonis authoritate iudi. pos. l.cum vnus.ff. quod vi aut clam.l.j.cum si-
15 milibus. †Item quæritur dicitur in statutis, quod si quis habuerit pacem ab offenso vel hærede eius, quo nō possit personaliter de homicidio condemnari. quidam fuit occisus & plures reliquit hæredes, nūquid est opus quod ab omnibus habeat pacem, an sufficit si ab vno habeatur? Respond. & videtur quod ab omnibus, quia quod omnes tangit ab omnibus debeat approbari. argu. C. de auto. præstan.l.fi.in fi.ff. de lega.ii l. si pluribus hæredibus cum similib. Dy. sed tu
16 dic quod sufficit qđ à maiori parte. † Sed quid dicit statutū quod homicida nō possit habere pacem, & si habuerit, quod pax ei non prosit. imo non obstant. condemnetur de homicidio contingit quod quidā nō occidit, sed mandauit fieri, & fieri fecit homicidium. An pax prosit isti si habuerit? Respondeo, dicunt quidam quod sic, quia statutum dicit solum de occidente, & si vo
d luisset idem esse in mandante, d dixisset. C. de cadu.tollen.l i.§.ne autem. item quia statutum est stricti iuris, & seruandū est prout iacet.ff. de extraordina. crimi.l.i.§.cū ergo. de leg.iii.l.non aliter. item forma statuti est seruanda.ff. ad munici pa.l. cōstitutionibus. Itē illud quod non est expressum in statuto, pro omisso haberi debet.ff. de verb. obli. l.quicquid astringendæ. itē cum diuersitas sit in vocabulo ergo & in effectu, vt C. de codicil.l.si idem. & facit pro ista parte.ff. solut.matrimo.l.si vero.§.de viro. ff. de iniuriis.l.item apud labeonem.§. ait prætor. ff. de regul.iur.l.expressa nocent. cum similibus. Ecōtra videtur quod pax non valeat, quia qui mandat fieri, facere videtur. ff. de solutio.l.qui mandat de iniur.l.non solum. §.si mandato. nam qui per alium facit &c. ff. de vi & vi arma.l.i.§.deiecisse. de administratio.tutor.l.ita autem.§. gessisse. item qui mandat fieri magis delinquit, quā qui facit, quia peccat in se & in alium quē peccare facit, vnde grauius est puniendus. ff. de seruo corrup.l.in hoc modo. ibi, iustius est &c.ff. quod vi aut clam.l.si tibi cum similibus, & hoc verius puto per iura nunc allegata. facit. C. de accusatio.l.non ideo minus.ff. solu.matrimo.l.si vero.§. de viro. ff. de vi & vi arma.l.i.ibi, per vim &c.ff. ad Sil la.l.& si certus sit percussor. cū simil. item quia licet statutum dicat solum de occidente, debemus illa verba reducere, vt idem sit in mandante secundum iuris interpretationem, vt ff. de mune. & hono.l. vt gradatim.
17 §.sed & si lege.cum similibus. † Sed quid duo fecerunt pacem & remissionē, & promiserunt pacem obseruare, vnus postea frāgit pacem & vulnerat alium, qualiter punitur? Respond. videtur in manus amputatione, vt in vsibus feudorum. de pace tenen. c. i.§. si quis alium. Si vero occidisset alium, tunc punitur.l.Cornelia. de siccar. ad mortem, sicut homicida.ff. de siccar.l.i.§.penul. de parrici.l.penu.§.qui alias personas.cum similibus. Vel si alio modo offenderet, punitur secundum qualitatem delicti, vt patet
18 per diuersos titulos huius opusculi. † Sed pone & genera erat inter duas ciuitates, vel castra, tandem peruenerunt ad pacē & cōcordiam, & promiserūt adinuicem sub certa pœna pacem & concordiā perpetuo inuiolabiliter obseruare. Cōtingit quod aliqua certa terra de vna ciuitate, vel castro se supponit & commisit iurisdictioni alterius, propter quod illa terra sub cuius iurisdictione erat supposita ante pacē indignata fuit, & fecit nouitatem contra illam terram, quę nouiter suscepit sub sua iurisdōne & com-

misit homicidia, vel incendia, vel alia delicta. Quæritur nunquid videatur contra pacem fecisse, ita vt incidat in pœnam? Respon. omissis ambagibus, & videtur quòd sic. argu. ff. de serui. rusti. prædio. l. seruitus. ibi efficiatur &c. ff. de testa. tut. l. si quis filia
19 bus. cum simi. Dy. † Sed quid, ordinatum est per legem Mantuę, quòd homicida puniatur in decem libr. quidam fuit condemnatus in dicta pœna pro homicidio cõmisso & postea fecit pacem cum filio occisi vel cum alio cuius intererat, cõmune vult quòd ille homicida soluat dictam pœnam, iste dicit & allegat pacem factam. Modo quæritur quid iuris? & videtur ꝙ soluere teneatur, quia maleficia nõ debent esse impunita, vt ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus. itẽ quia reipublice interest ob maleficia pœnas solui. ff. de fideiusso. l. si à reo. item quia ex dicto maleficio duplex iniuria nata est, vna iniuriato & eius filiis & parentibus. alia reipublicæ, vt ff. de pub. l. licitatio. §. ꝙ illicite. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. l. si familia. item quia pax facta per priuatam personam non præiudicat communi siue reipublicæ. ff. de pact. l. ius publicum. & l. iurisgentium. §. si paciscar cum similib. Econtra ꝙ nõ fauore pacis. C. de transa. l. transigere. C. de cadu. tollen. l. i. in princip. item quia non habet quærere prætor qualitercunque partes velint à cõtrouersia discedere, vt ff. de ope. noui nunc. l. i. §. inde quæritur. cum similib. Sed prima opinio uidetur
20 verior, per iura prius alleg. cum si. † Sed
c an tutor c vel curatór nomine pupilli, infantis, vel curatoris pro adulto põt facere pacem vt valeat. Respon. & videtur ꝙ nõ, vt C. de pactis. l. pactis ff. pro empto. l. qui fundum. § si tutor. cum sim. Econtra quod sic, quia pro ipso iurare potest, & iuramentum deferre & transigere. ff de iureiuran. l. tutor. de in lit. iurand. l. videamus. ff. de fur. l. pignora. §. fin. & l. interdum. § qui tutelã. Item quia loco domini tutor est. ff. de administra. tuto. l. tutor. §. qui tutelam. Solu. dico, aut certus est de maleficio commisso, & tunc non possit in præiudicium minoris, alias si videtur. arg. C. de transact. l. pactũ. de administ. tuto. l. j. §. sufficit. & l. Lucius. in fi. cum simi. Sed an possit minor paci- sci cum autoritate tutoris vel curatoris di-
21 xi supra proxime. † Sed nunquid si plures fecerunt pacem adinuicẽ de omnibus iniurijs; vel offensis hincinde illatis, promittens adinuicem non contrauenire sub certa pœna &c. contingit ꝙ vnus fecit contra pacem, & alius postea ipsum percussit ex parte diuersa, puta M. percussit B. an possit de pace rupta accusari & puniri, & incidat in dictam pœnam? Respond. & videtur quòd sic per l. C. de vi public. l. si quis. item quia fecit ex interuallo, vnde ad vindictam fecisse videtur, quod non licet. C. de iudic. l. nullus. ff. de vi & vi arma. l. quarta. §. cum igitur. Item quia promissio de non faciendo sæpe committitur. ff. de verborum obligatione. l. sicut. Econtra quòd non, quia ille fregit sibi pacem, vnde non debuit ei obseruari pax. C. de pact. l. cum proponas. C. de transact. l. siue apud. & l. si quis maior, & hoc verius videtur. Sed tamen potestas loci poterit ipsum punire de offensa illata, nõ autem de pace rupta, quia maleficium non debet esse impunitum, vt ff ad legem Aquiliam l. ita vulneratus. & quia quantũ est ad commune delinquit, vt l. licitatio. §. quod illicite. de public. vnde puniendus est communi, cuius publice interest ob maleficia pœnas solui. ff. de fideiussori. l. si à reo.
22 cum similibus. † Sed pone, quòd statuto cauetur quòd si quis habuit pacẽ cum suo inimico, quòd dimittatur ei pœna vel condemnatio, vel quod debeat eximi de banno. Ponamus quod vniuersitas alicuius loci propter delictum commissum fuit condemnata, & vult facere pacem, vt pœna minuatur, vel vt eximatur de banno, qualiter fiet? Respond. faciet syndicum cum speciali mandato. vt supra dixi in princip. & ille syndicus nomine, & vice vniuersitatis prædictæ faciet pacem, & hoc videtur sufficere. argument. quod cuiusque vniuer. l. item eorum. §. actionem, & l. secunda. ibi, quod non erit dicendum &c. & l. nulli. & ff. de fideius. l. mortuo. quia syndicus repræsentat totam vniuersitatem, & ideo dicitur syndicus, id est singulorum causam dicẽs &c. Et qui per alium facit, per seipsum facere videtur &cæt. dummodo syndicus sit legitime constitutus, vt dicta l. nulli. Nam omnes consiliarij sunt vocandi, vel sono campanæ, vel voce præconis prout moris est.

est, vt quod omnes tangit, ab omnibus approbetur. C. de auto. præstan. l. prima. Sed saltem duæ partes omnium consiliario rum debent esse præsentes, & maior eorũ pars debet consentire, vt in dictis legibus. & ff. ad municip. l. maior. & authoritas etiã superioris, & consensus debet accedere, vt l. si decretum ordininis. C. de seruis reipublicæ ma. cum similibus.

ADDITIONES.

a ¶In crimine adulterij. adde tu ꝙ licet super tali crimine non possit transigi, fiet tamen pax, ita Bar. in consi. suo clxxv, incipit; domino potestati Rochę. & dicit Alber. & Franc. Tigri. in d. l. transigere. & ibi Alex. & Mod. adde ꝙ in adulterio præsumpto poterit fieri transactio, vt per nouis. Papienses. in d. l. transigere, col. ij.

b Sed nunquid offensus. Vide plene Fede. per te, in rubric. de treug. & pa. in j. & ij. colum. vbi ponit regulam negatiuam cum septem fallentijs.

c De non offendendo, Vide Fely. in d. rub. de treuga & pace col. iiij. in fi. & seq. vbi ponit circa hoc nouem declarationes, & tres no.

d Mandante. addde tu, an statutum loquens de occidente habeat locum in mandante per Alex. de Imo. plene in con si. lxv. in iiij. vol.

e An tutor. Vide Bal. in d. l. pactum hic allegata & ibi Alex. & adde Abb. quem omnino vide in consi. suo. xxix. in j. vol. Ane. & Pau. de Castr. in l. tutoris, ff. eod. titu.

Finis huius operis.

QVAESTIO D. IOAN. ANDREAE.

De clericis relinquentibus habitum & tonsuram, & delinquentibus, qualiter puniantur. Rub. 106

SVMMARIVM.

1 *Decretalium dubitatio tollitur circa clericos delinquentes non in habitu & tonsura.*

2 *Clericus clericaliter viuens si delinquat an priuilegium amittat.*


3 *Clericus non clericaliter viuens, quando amittit priuilegium.*

4 *Clericus accipiens secundam vxorem, vel viduam, vel se faciens militem, amittit priuilegium clericale ex toto.*

5 *Clericus accipiens vnam vxorem & virginem quando perdat priuilegium. & quando non.*

6 *Clericus non vxoratus non portans habitũ nec tonsuram quando priuilegium perdat.*

7 *Clerici non deferentes habitum nec tonsuram & se enormibus immiscentes &c quando nullo gaudeant priuilegio.*



1 QVIA sæpe, † quærimus & dubitamus de clericis relinquẽtibus habitum & tonsuram. & delinquentibus, vel facientibus contrarium ordini clericali. ad dubitationem tollẽdam omnium
2 decretalium sic distingue. † Aut clericaliter ducit vitam suam, aut non. Et si quidem viuit clericaliter & delinquit in habitu quocunque modo & qualitercunque, nõ amittit priuilegium, nec potest capi detineri, vel puniri per iudicẽ secularem, & percutiens, vel capiens incidit in canonem latæ sententiæ. xvij. quæstio. quarta. cap. si quis suadente. & in casu loquitur supra de iudi. capitu. si quis ab homine. quod apparet ex verbis ipsius capitu quæ dicunt ipsum esse clericum, & in ordinibus constitutum assertiue. & hoc nisi fuerit incorrigibilis & fuerit depositus per iudi. ecclesiasticum, & traditus postea curię seculari, vt ibi dicitur. Si vero clericus non viuit clericaliter. Distingue, aut portat tonsuram &
3 habitum, aut nõ. † Et si quidem portat tonsuram & habitum, tamen vadit negociando, vel tenet tabernam, vel stat ad aliquam stationem, & ad faciendum aliquam mercantiam. Et tunc non perdit priuilegiũ clericale, nisi post trinam admonitione, & hoc casu loquitur extra de vi & hone. cle. c. si. & hoc apparet per id quod dicitur in d. c. quidam clerici &c. & ita ponit assertiue, & postea dicit in negotiationum suarũ quæstionibus, per ꝙ apparet qui loquitur quando clericus mercatur & negotiatur causa lucri
4 & quæstus. † Si vero accipit secundam vxorẽ, vel viduã, vel facit se militem, tunc ex toto amittit priuilegiũ clericale, quia in talib. non cadit caracter ordinis clericalis, vt 34. dis. c. quisquis. & extra de bigamis. c. ii. & iii.
5 † Si vero accepit vxorem vnicam & virginem, tunc portando habitum & coronam, & clericaliter viuendo, non perdit priuilegium clericale, ut extra de ui. & hone. cle. cap. clericus. si tonsura dimissa, alias si acce

pit vxorem & relinquit habitum clericale, perdit priuilegium, vt extra de cle.cõiug. c.penul.& c.Ioan.& ibi no.
6 † Si vero nõ coniugatus. & non portat vestes, nec habitum, nec tonsuram clericalem, & facit aliquid contrarium ordini clericali, vel delinquit, vel aliquid facit cõtra regulam ordinis clericalis, vt quia portat arma, vel ludit ad tabulas in viis, vel mutuat ad ludum, & vadit venando, & tunc si aliquis ignorans eum clericum committat in eum, non incidit in pœnam canonis, si quis suadente. ipsum percutiendo, vel ferriendo, secus si scienter, vt extra de senten ex commu.c.sacro.el ij. & hoc, nisi post trinã monitionẽ, quia tunc perdit omne priuilegium. extra de senten.excom. c in audientia. vbi dicit, quòd portabat arma relicto habitu & tonsura clericali. & in c.si cõtingat. dicit, quòd delinquit seculari luxu. & ita quodammodo nõ delinquit leuitatis causa, seu muta. per quæ apparet quòd in ipsis capitulis loquitur quando leuiter delinquit vel modice. †Si vero relinquit habitum & tonsuram, & immisceat se enormitatibus, vel seua exerceat, & in istis pseueret, ita quòd hoc faciendo fuerit deprehensus per iudicem secularem, vel offensus fuit per alium, tunc nullo gaudet priuilegio, vel beneficio, & in his casibus loquitur extra de apostatis c.i.& c. priuilegijs. de exces.prælа.c.ex parte circa fi.& c.perpendimus. Et est ratio manifesta, quia cum elegerit vitam secularem, ipsius vitæ debet subijci disciplinæ, iuxta illud, dignum est vt qui cum aliis similem vitam suscipiunt, similem in legibus sentiant disciplinam, vt extra de statu mon.c. recolentes. & per hoc reducentur ad concordiam gl. Inn. Ber.& aliorum doctorum. Deo gratias. Amen.

PRIMVM VOLVMEN MALEFICIORVM, IN QVO continentur tractatus ad materiam maleficiorum pertinentes, & perquam necessarij, domini Angeli de Aretio, ac domini Alberti de Gandi. necnon domini Bonifacij de Vitalinis de Mantua. Iur. Vtri. clarissi. do. cum disputatione dom. Io. Andreæ, & cum quibusdam allegationibus in causa adulterij I. V. principis do. Alexãdri de Tar. de Imola, & respõsionibus do. Vgolini de Arimino, nuper repertis, & in hoc volumine char. 113. impressis, & aliis nouis apostillis locis suis insertis, cum summarijs nouiter adiũctis, & repertorio copiosissimo nuper excogitato. Deo maximo cum Virgine matre concedentibus, Fœliciter finem cepit.

TABVLA RVBRICARVM IN HOC VOLVMINE BONIFACII CONTENTARVM.



Quid sit maleficium. char.384
De his qui accusare non possunt. char. ea.
Qui accusari non possunt. char. 385
De procuratore, defensore, excusa. & quando admittatur in criminali. char. ea.
Qui alium possit offendere & vindictam facere. char. 288
Quibus de causis quis possit ad mortem, vel in membro condemnari. 389
De publicis iudicijs. 290
Ad legem Iul. maiest. 391
De adulterio, incestu, & sodomia. ea.
De homicidio, & qui dicantur homicidæ. char. 392
De insultu, percussione, defensione, & qui excusantur à delicto. 395
De parricidis & eorum pœnis. 398
Ad legem Iul. peculatus. 398
De falsis. 399
De pœna falsantis monetam. 402
De pœna falsificantis mensuras & pondera. char. eadem.
De pœna mutantis sibi nomen. 402
De pœna ascribentis sibi aliquid in testamento, vel aliter. ead.
Ad legem Iul. de vi priuata. 403
Ad legem Iul. de vi publica. 404
Ad legem Iul. de ambitu. 404
Ad legem Iul. repetundarum. 405
Ad legem Iul. de annona. 405
De crimine hæresis. 405
De Iudæis, & in quibus grauantur. 407
De apostatis. 407
De pœna blasphemantium Deum & sanctos & de periurio. 408
De pœna committentis sacrilegium. 408
De sortilegis & matematicis. 409
De pœna violantis sepulchrum. 410
De pœna plagiarij. 410
De collegiis illicitis. 410
De seditiosis. 410
De priuatis delictis. 411
De furtis, robariis latrociniis. 411
De notoriis criminibus cum forma accusationis & probatione filiationis & consanguinitatis. 412
Forma accusationis in notorio facti. 413
De citatione & accusatione vel inquisitione. 413
Forma citationis accusati, vel inquisiti. 413
Forma relationis correrij, vel nuncij. 414
De cōparatione accusati cum forma confessionis, vel negationis promissionis, satisdationis & termini. 416
De probationibus & quot sunt genera probationum. 418
De testibus, & qui repelluntur à testimonio. 420
Forma libelli. 424
De indiciis. 427
De rumore. 428
De præsumptionibus. 428
De quæstionibus, tormentis, & quæ personæ excusa. 429
Qualiter sit fienda tortura. ead.
De quibus causis quis possit torqueri. ead.
Quæ indicia debeant præcedere tormentum. 430
De perseueratione post tormentum, & de ipsius pœna. 431
Forma perseuerationis. 432
De confessis, & contra eos quid sit fiendum. 432
De pœnis condemnatorum & eorum bannitis, & eorum formis. 433
Alia forma condemnationis. 434
Alia forma condemnationis. 435
Alia forma conditionis capitalis, quādo reus est in fortia potestatis. 435
Forma condemnationis quando est processum ad denunciadum alicuius, puta consulis. 435

Alia.

Alia forma quando est processum per inquisitionem, & ex officio. 435
Alia forma quando processum est ex officio contra famosum latronem. ea.
Quot modis super maleficiis procedatur. ea.
Quid sit accusatio. ea.
Forma libelli accusationis. ead.
Alia forma accusationis, vel denunciationis. ea.
Alia forma contra adulterium. ead.
Alia forma contra furem. ea.
Forma productionis accusæ. 436
Forma inscriptionis ad pœnam talionis. ea.
Alia forma accusæ de damno dato. ead.
Forma accusationis quam facit adultus. ea.
Forma accusæ, porrectæ per procuratorem. 437
Forma accusæ porrectæ per syndicum. ea.
De denunciationibus & notificationibus & pluribus formis. 451
Forma denunciationis. ead.
Forma notificationis. ead.
Alia forma notificationis de vulnere illato. char. eadem.
De inquisitionibus & eorum formis. 452
Forma inquisitionis contra insultantem de percussione. ead.
Alia forma inquisitionis. ea.
Alia forma contra illum qui intrat domum alicuius. ead.
Alia forma eiusdem materiæ. ead.
Alia forma contra raptores &c. 453
Alia forma de insultu & percussione. ea.
Forma inquisitionis contra officiales in syndicatu. ead.
Alia forma super relatu. 454
De furibus, latronibus, & robatoribus. 458
De raptoribus. 459
De receptatoribus furum & aliarum maleficiorum. 460
De furtis aduersus nautas. 461
Vi bonorum raptorum. ea.
Si quid raptum est occasione incendii ruinæ vel naufragij. 462
De incendiarijs. 463
De iniurijs. ead.
De damno dato. 466
Si quid deductum de domo alterius ex quo damnum datum sit alicui. 469
De abigeis. 470
De crimine concussionis. ead.
De famosis libellis. 471
De residuis. ead.
De extraordinariis criminibus. ead.
De termino moto. 472
De arboribus furtiue cæsis. ead.
De ludo azardi & alearum. 473
Quibus concessa est correctio. 474
De aggeribus nili, vel alterius fluminis non rumpendis. 475
De carceribus priuatis vel fractis custodibus. ead.
De pœna desistentium ab accusatione, & qui puniantur pœna turpilliani. 476
De collusione. 477
De abolitionibus. 478
De treuga & pace. ea.
De pace. 479
De clericis relinquentibus habitum & tonsuram, & delinquentibus, qualiter puniantur. 484

FINIS.

Registrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z:

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ:

AAa BBb CCc DDd EEe FFf GGg HHh IIi KKk LLl MMm NNn OOo PPp.

Omnes quaterniones, præter MM & PPp duerniones.

V E N E T I I S,

Apud Cominum de Tridino Montisferrati.

M D LXXII.

新譯和英辭典

Aretino · a · Malatesti


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm